SACRORUM CONCILIORUM NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO.

TOMUS DUODECIMUS.

REPRODUCTION

EN FAC-SIMILÉ

TIRÉE A 250 EXEMPLAIRES SEULEMENT

PAR LES PROCÉDÉS ANASTATIQUES

DE

F. M. GEIDEL, A LEIPZIG

POUR

H. WELTER, ÉDITEUR
RUE BERNARD-PALISSY, N° 4, PARIS
ET A LEIPZIG, SALOMONSTRASSE, 16
1901

SACRORUM CONCILIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

Et noviſſime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere,*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI,

ANTEHAC CONGREGATIONIS MATRIS DEI, NUNC VERO

ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS, EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.^MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenſes, alioſque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS DUODECIMUS.

Ab an. DCLXXXVII. uſq; ad an. DCCLXXXVII. incl.



FLORENTIÆ
MDCCLXVI.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis MDCCCCI.

ALMA COLLEGE
LIBRARY
Alma, California

9444

BX
825
53
1901
V.12

SYLLABUS
EORUM, QUÆ IN TOMO XII.
CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt, noſtræ editioni noviter acceſſere

ANNO CHRISTI		
687	VITA SERGII PAPÆ I.	Pag. 1
	Notæ Severini Binii.	6
	Epiſtola ad Ceolfridum Abbatem.	7
☞	*P. Manſi appendix ad epiſtolas ejuſdem Papæ.*	ibid.
688	*CONCILIUM TOLETANUM XV.*	ib.
	Notæ Garſiæ Loaiſæ.	22
	CONCILIUM habitum ſub Theodoro Archiep. Cantuarienſi.	25
	Capitula ejuſdem Concilii.	*ibid.*
☞	Excerpta ex Capitulis Theodori.	37.
	Conventus in Palatio Theodorici Regis.	39
689	*Synodus incerti loci.*	41
691	*CONC. CÆSARAUGUSTANUM III.*	42.
	Præfatio & Capitula.	*ibid.*
692	*Conciliabulum Conſtantinopolitanum.*	47.
	Notæ Severini Binii.	ibid.
	— *Frontonis Ducæi.*	51
	— *P. Pagi.*	54
	CONC. ANGLOSAXONICUM.	55
	Leges XI. Eccleſiaſticæ Inæ Regis.	57
☞	Statuta ejuſd. Regis.	*ibid.*
693	*CONC. TOLETANUM XVI.*	59
	Præfatio & capitula.	*ibid.*
	Tomus Regis Flavii ad Patres Concilii.	61
	Capitula ejuſd. Concilii.	68
	Subſcriptiones.	83
	Notæ Garſiæ Loaiſæ.	85
☞ 694	*CONC. BECCANCELDENSE.*	87
	Adnotatio P. Pagi.	91
	CONC. TOLETANUM XVII.	93
	Ejuſdem capitula.	96
	Notæ Binii ex Garſia.	107
695	*CONC. AUTISSIODORENSE.*	ibid.
☞	*Synodus Neſtorianorum*	109
697	*CONC. TRAJECTENSE.*	ibid.
☞	— *BERGHAMSTEDÆ.*	111
	Præfatio & capitula.	*ibid.*
	Quomodo damna & injuriæ ſacris ordinibus illata.	114
698	*Conciliabulum Aquileienſe.*	115
	Adnotatio P. Pagi.	ibid.
	Obſervatio Philippi Labbe.	117

ANNO CHRISTI		
698	Collectio Canonum Hibernicorum.	118
☞	*Joannis Dominici Manſi Præmonitio.*	ibid.
701	VITA JOANNIS PAPÆ VI.	158
	Notæ Severini Binii.	ibid.
	CONC. ANGLICANUM.	ibid.
	Adnotatio P. Pagi.	161
	CONC. TOLETANUM XVIII.	163
705	VITA JOANNIS PAPÆ VII.	*ibid.*
	Notæ Severini Binii.	164
☞	Ejuſdem Epiſtola.	166
	CONC. ROMANUM.	ibid.
	Adnotatio P. Pagi.	167
	Synodus Merciana.	168
	CONC. NIDDENSE.	ibid.
	Notæ Severini Binii.	171
	Adnotatio P. Pagi.	172
☞	Additio ad Concilium Niddenſe.	*ibid.*
708	VITA SISINNII PAPÆ.	174
☞	*CONC. ADERBOURNENSE.*	175
	Synodus Angloſaxonum.	176
☞	Additio ad eand Synodum.	*ibid.*
☞	*Synodus alia Angloſaxonum.*	177
	VITA ET EPISTOLA CONSTANTINI PAPÆ.	178
	Charta Kenredi Regis Anglorum.	182.
☞	Appendix ad ejuſdem Epiſtolas	186.
	Charta Egvvini Epiſ. Wicornenſium.	186
709	*Synodus Anglica Generalis.*	187
712	*Conciliabulum Conſtantinopolitanum.*	ibid.
	Synodus Conſtantinopolitana G. L.	190
	Agathonis diaconi peroratio ad acta ſextæ Synodi G.L.	*ibid.*
	Joannis Archiepiſ. Conſtantinop. Epiſtola G.L.	196
	CONC. LONDINENSE pro imaginibus.	210
	Adnotatio P. Pagi.	ibid.
	CONCILIUM omnium Epiſcoporum &c. totius Regni Britanici.	ibid.
	Epiſtola Ceolfridi Abbatis.	212
	Decretum regis Neitani.	219
☞	*CONC. ROMANUM dubium.*	ibid

Cen-

ANNO CHRISTI		
	Censura Cl. Muratorii.	223
712	*CONCILIUM in Ravennatensi Provincia.*	226
	VITA GREGORII PAPÆ II.	ibid.
714	*Notæ Severini Binii.*	233
	Ejusdem Epistolæ.	234
	— Decreta.	251
715	*CONCILIUM in Vicovallari in Hetruria.*	ibid.
	Judicium quorundam Episcopor. 253.	
	Synodus Constantinopolitana.	255
	Synodi Constantinopolitani sententia. G. L.	256
	Synodus Constantinopolitana S. Germani G. L.	258
	Capitulare Gregorii Papæ II.	*ibid.*
721	*CONC. TRAJECTENSE.*	260
	— *ROMANUM I.*	261
	Præfatio.	262
	Capitula.	263
	Notæ Severini Binii, Ducæi, & P. Pagi.	266
724	*CONC. ROMANUM II.*	267
726	— *ROMANUM III.*	ibid.
	Synodus Constantinopolitana G. L.	270
	— *Romana G. L.*	ibid.
	— *Hierosolymitana G. L.*	271
	— *Jacobitarum in Syria.*	ibid.
731	VITA GREGORII PAPÆ III.	271
	Ejusdem Epistolæ.	278
	Præmonitio de Codice Carolino. 282.	
	Appendix ad Epistolas Gregorii Papæ III.	286
	Excerptum editum ab eodem Papa.	287
	CONC. ROMANUM I.	298
	— *IN RAVENNATENSI PROVINCIA.*	ibid.
	— *ROMANUM II.*	299
	Additio ad Romanum I.	ibid.
	— *ad Romanum II.*	ibid.
	Epistola ejusdem Gregorii ad Antonium Gradensem.	300
738	*CONC. WIGORNIENSE.*	302
740	*Synodus Tarmanensis Jacobitarum.*	ib.
741	VITA ZACHARIÆ PAPÆ.	303
	Epistolæ ejusdem.	315
	Admonitio ad XVIII. Epistolam. 354.	
	Ejusdem Decreta.	355
	CONC. CLOVESHOENSE.	363
742	— *GERMANICUM.*	365
743	— *LIPTINENSE.*	370
	Canones additi.	371
	CONCILIUM ROMANUM I.	382
	Præmonitio.	*ibid.*
	Canon additus.	388
	CONC. SUESSIONENSE.	ibid.
745	— *GERMANICUM III.*	389
	— *ROMANUM II.*	390

ANNO CHRISTI		
745	Epistola Gemuli Diaconi.	400
	Statuta S. Bonifacii Ep. Moguntini.	400
	CONC. CLOVESHAVIÆ.	405
	Synodus Cuthberti.	413
747	*CONC. GERMANICUM III.*	ibid.
748	— *DURIENSE.*	ibid.
	Excerptiones Egberti Archiepisc. Eboracensis.	*ibid.*
	Præmonitio in easdem.	411
	Pœnitentiale ejusd. Egberti.	431
	Dialogus ejusdem.	482
	Canones ejusdem de remediis peccatorum.	490
	Anonymi canones pœnitentiales. 499.	
	Præmonitio in eosdem.	498
	Epistola Pipini Regis ad Bonifacium Archiep. Moguntin.	522
	VITA STEPHANI PAPÆ II.	*ibid.*
	Ejusdem Epistolæ.	533
	— Præceptum de hospitali Fulrado abbati concesso.	552
	Admonitio Jo. Dom. Mansi.	ibid.
	Epistola ad Fulradum abbatem.	*ibid.*
752	*CONC. VERMERIENSE.*	566
753	— *ROMANUM dubium.*	567
	Censura in literas Stephani Papæ II.	570
	Synodus Metensis.	571
	CONCILIUM MOGUNTINUM.	573
754	*Conciliabulum Constantinopolitan. Pseudoseptimum.*	575
	Eadem ex libello Synodico G. L. 577.	
755	*Synodus Maburgensis.*	578
	— *Vernensis.*	ibid.
	Ad eandem adnotatio.	585
	CONC. ANGLICUM.	ibid.
756	— *LIPTINENSE.*	590
	Ad idem adnotatio critica.	*ibid.*
757	VITA PAULI PAPÆ I.	591
	Ejusdem Epistolæ ex Codice Carolino.	594
	Ejusdem epistolarum Labbeana Sylloge.	632
	Appendix ad ejusd. epistolas.	652
	CONC. COMPENDIENSE.	ibid.
	Synodus Romana II.	656
758	Conventus Compendiensis.	*ibid.*
	Adnotatio critica ad duo Concilia Compendiensia.	657
	Canones additi.	658
759	*Conciliabulum Germanicum.*	659
	Synodus Telensis.	ibid.
	Synodi duæ Anglicanæ.	ibid.
761	*CONC. ROMANUM.*	660
	— *VOLVICENSE.*	661
	Conventus in Villa Duria.	*ibid.*
	— Attiniacensis I.	662
	Adnotatio critica ad Conventus Atti-	

ANNO CHRISTI		
	Attiniacenſes duos.	664
☞ 763	*CONC. ASCHAIMENSE.*	ibid.
☞	In ipſum Concilium Adnotationes 670.	
	Conventus Nivernenſis.	674
☞ 765	*Synodus in Sarug Jacobitarum.*	ibid.
	Conventus Wormatienſis.	*ibid.*
	— Attiniacenſis.	*ibid.*
766	— Aurelianenſis.	676
767	*CONC. GENTILIACENSE.*	677
☞	Ad id Concilium adnotatio.	*ibid.*
	CONC. BITURICENSE.	678
☞	— *HIEROSOLYMITANUM in cauſa ſacrarum imaginum.*	680
	VITA STEPHANI PAPÆ III.	ibid.
	Ejuſdem Epiſtolæ.	690
☞	Exemplar epiſtolæ ad Bertradam Reginam.	691
☞ 768	*CONC. RATISBONENSE.*	699
	Conventus apud Sanctum Dionyſium.	701
☞ 769	*CONC. ROMANUM.*	ibid.
	Præfatio in Concilium Lateranenſe.	703
	CONC. LATERANENSE.	713
☞	Caroli Magni Capitularium admonitio.	722
770	*CONC. WORMATIENSE.*	724
771	— *apud Valentinianas*	ibid.
☞	*Synodus in planicie Dalmatiæ.*	724
771	VITA HADRIANI PAPÆ I.	725
	Ejuſdem epitaphium.	756
☞	— Epiſtolæ.	757
	Epiſtolarum Sylloge Labbeana. 819.	
	CONC. WERMATIENSE II.	849
772	— *BAVARICUM.*	851
773	— *GENEVENSE.*	857
	Epitome Canonum Hadriani.	859
☞	Ad præfationem Canonum Sardicenſium additio.	869
☞ 774	*Synodus Lateranenſis.*	883
775	*CONC. IN VILLA DURIA.*	887
	— *WORMATIENSE III.*	889
	— *VENETUM.*	ibid.
☞	Ad ipſum Concilium adnotatio. 890.	
	CONC. PADERBORNENSE	ibid.
☞	Ad ipſum additio.	891
779	*CONC. IN VILLA DURIA.*	893

ANNO CHRISTI		
779 ☞	Caroli Magni Leges.	*ibid.*
	Jo. Dom. Manſi in eaſdem præmonitio.	ibid
	CONC. LIPPINENSE.	897
☞ 780	*Synodus Romana.*	900
	— *Antiochena G. L.*	ibid
781	— *Caroli Magni altera.*	901
782	— *COLONIENSIS.*	902
783	*CONC. HISPANUM.*	ibid.
☞	*CONC. INCERTI LOCI.*	902
785	Capitula Hadriani Papæ.	904
	Nota Jacobi Sirmondi.	914
	Notæ Antonii Auguſtini.	ibid.
	Obſervatio P. Pagi.	935
786	*CONC. PADERBORNENSE II.*	ibid.
	— *WORMATIENSE IV.*	937
787	— *CALCHUTHENSE.*	ibid.
	— *NICÆNUM II. OECUMENICUM VII.*	951
	Hiſtoria hujus Concilii.	*ibid.*
	Epiſtola I. Gregorii Papæ ad Leonem Iſaurum Imperatorem Gr. Lat.	960
	Notæ Frontonis Ducæi.	973
	Epiſtola II. Gregorii Papæ ad Leonem Iſaurum G. L.	976
	Præfatio Anaſtaſii Bibliothecarii in hanc ſeptimam Synodum. 981.	
	Divalis ſacra Imper. ad Hadrianum Papam.	984
	Apologeticus Taraſii ad populum Gr. Lat.	985
	Geſta ante Synodum, Græco-Latina.	989
	Monumenta Synodi G. L.	992
	ACTIO PRIMA G. L.	*ibid.*
	ACTIO SECUNDA G. L.	1052
	Epiſtola Hadriani Papæ Imperatoribus miſſa. G. L.	1056
	— ejuſdem Taraſio Patriarchæ. Gr. Lat.	1077
	ACTIO TERTIA. G. L.	1113
	Exemplar litterarum Taraſii Patriarchæ. G. L.	1120
	Epiſtola Sacerdotum Orientis ad Taraſium miſſa. G. L.	1128
	Exemplar Synodicorum Theodori Patriarchæ Hieroſolymorum. Gr. Lat.	1136

CONCILIORUM OMNIUM,

AMPLISSIMA COLLECTIO.

ANNO CHRISTI 687.

VITA ET EPISTOLA SERGII PAPÆ I.

ANNO CHRISTI 687.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 490.

SErgius natione Syrus, Antiochiæ regionis, ortus ex patre Tiberio in Panormo Siciliæ. Sedit annos tredecim, menſes octo, dies * 23. Hic veniens Romam ſub ſanctæ memoriæ Adeodato pontifice inter clerum Romanæ eccleſiæ connumeratus eſt. Et quia ſtudioſus erat, & capax in officio cantilenæ * (*a*) priorum cantorum pro doctrina eſt traditus, & acolythus factus per ordinem aſcendens a ſanctæ memoriæ Leone pontifice in titulo ſanctæ Suſannæ, * (*b*) quæ ad duas domos vocatur, presbyter ordinatus eſt. Hic tempore presbyteratus ſui impigre per cœmeteria diverſa miſſarum ſolemnia celebrabat. Poſt ſeptennium vero defuncto beatæ memoriæ Conone apoſtolicæ ſedis præſule; ut fieri aſſolet, * Romanus populus urbis in duas partes diviſus eſt, & una quidem pars elegit Theodorum archipresbyterum. Alia vero pars Paſchalem archidiaconum. Et quidem Theodorus archipresbyter cum populo qui ei favebat præveniens, interiorem partem patriarchii tenuit. Paſchalis vero exteriorem partem ab oratorio ſancti Silveſtri, & * baſilicam domus Juliæ, quæ ſuper campum reſpicit, occupavit. Cumque unus * alio locum non cederet, ſed utrique * immaniter perdurarent, ut unus alium ſuperaret, inito conſilio primates judicum, & exercitus Romanæ militiæ vel * cleri (*c*) plurima pars, & præſertim ſacerdotum atque civium multitudo ad ſacrum palatium perrexerunt, & diu pertractantes quid fieri deberet, qualiterve duorum altercantium electorum ſopiretur * (*d*) contentio. Deo annuente in perſonam denominati Sergii (*e*) venerabilis tunc presbyteri concordantes ſe contulerunt, eumque de medio populi tollentes in oraculum beati Cæſarii martyris Chriſti (*f*) quod eſt intra ſacroſanctum ſupraſcriptum palatium introduxerunt, & exinde in Lateranenſe epiſcopium cum laudum * declamationibus deduxerunt. Et quamvis fores patriarchii intrinſecus eſſent munitæ, & clauſæ, tamen pars quæ prædictum venerabilem virum elegerat, quia & validior erat, prævaluit, & ingreſſa eſt. Quo ingreſſo unus e duobus electis, id eſt, Theodorus archipresbyter illico quievit, ac ſe humiliavit. Et ingreſſus denominatum ſanctiſſimum electum ſalutavit, ac oſculatus eſt. Paſchalem vero nullo modo (*g*) cordis duritia id facere ſinebat, donec coactus, & confuſus, volens, nolens, ſuum dominum & electum ingreſſus ſalutaret. Qui etiam Paſchalis clanculo non ceſſavit Ravennam ſuos mittere miſſos, promiſſaque pecunia, vel aliis diverſis donis, Joannem patricium, & Exarchum cognomento Platyn, cum ſuis judicibus, nemine ſciente Romam venire perſuadere. Qui

* 14.

* piorum

* qui

* populus Romanæ urbis Schiſma inter Theodorum archipresbyterum & Paſchalem archidiaconum

* baſilica

* alii

* unanimiter.

* cleri ſeditioſi.

* intentio

* acclamationibus.

ſic

(*a*) *Priori.* (*b*) *Qui & duas Domos vocatur.* (*c*) *Cleri ſi dici eſt plurima.*
(*d*) *Intentio.* (*e*) *Venerunt tunc preſbyteri.* (*f*) *Quod eſt intra palatium introduxerunt.*
(*g*) *Pro cordis duritia.*

ANNO CHRISTI 687.

sic abdite venit ut nec signa nec banda cum militia Romani exercitus occurrissent ei juxta consuetudinem in competenti loco, nisi a propinquo Romanæ civitatis. Qui dum venisset, & omnes in personam Sergii sanctissimi invenisset consensisse, illi quidem suffragari non valuit. Ecclesiæ tamen beati Petri apostoli idem Exarchus per ejusdem Paschalis miseriam stipendium, & damnum intulit, * quod ab eodem Paschali suprascripto Exarcho promissum fuerat, id est centum auri librarum a parte ecclesiæ expetente; Sergio sanctissimo electo proclamante, quod neque promisisset dare, neque possibilitas dandi suppetat. Et ut ad compunctionem animos videntium commoveret, cantharos & coronas quæ ante sacrum altare, & confessionem beati Petri apostoli ex antiquo pendebant, deponi fecit & pignori tradi. Sed nec in hoc flexa est ejusdem Exarchi duritia, donec centum, ut dictum est, * librarum auri accepit. Et licet, ut * præfatum est, ecclesiæ Christi * ideo miserrimus Paschalis dispendium, & damnum * infixit, tamen Christo favente Sergius presbyter & electus in sede beati Petri apostoli pontifex ordinatus est. Prædictus vero Paschalis non post multum tempus, & ab officio archidiaconatus pro aliquibus incantationibus (*a*) & * lucis, quos colebat, vel sortibus quas cum aliis * respectoribus tractabat, Dei beatique apostolorum principis Petri interveniente judicio privatus est, & in monasterium retrusus, post quinquennium præ cordis duritia impœnitens defunctus est.

* eo quod

* libras
* prædictum
* idem
* infixerit

* luculis
* respectatoribus, *al.* inspectoribus.

[b] Hujus itaque temporibus Justinianus imperator concilium in regia urbe jussit fieri, in quo & legati sedis apostolicæ convenerant, & decepti subscripserant. Compellabatur autem & * ipse subscribere, sed nullatenus acquievit, pro eo quod quædam capitula extra ritum ecclesiasticum fuerant in eo annexa. Quæ & quasi synodaliter definita, & in 6. tomis descripta a tribus patriarchis, id est (*b*) Alexandrino, Constantinopolitano, & Antiocheno, vel ceteris * (*c*) consulibus, qui * in tempore illic convenerant, subscripta erant, manuque imperiali confirmata, missis in Lucellum, quod * (*d*) scebrum carnale vocitatur in hanc Romanam urbem ad confirmandum, vel in superiori loco subscribendum Sergio pontifici, utpote capiti omnium sacerdotum, direxit. Qui beatissimus pontifex, ut dictum est, penitus eidem Justiniano Augusto non acquievit: nec eosdem tomos suscipere, aut * lectione pandere passus est. Porro eos ut invalidos respuit atque abjecit, eligens ante mori quam novitatum erroribus contentire. Qui imperator Sergium magistrianum in spretum prænominati pontificis Romani mittens, Joannem Deo amabilem Portuensem episcopum, seu Bonifacium consiliarium apostolicæ sedis, secum in regiam abstulit urbem. Deinde Zachariam immanem suum protospatharium cum jussione direxit, ut prædictum pontificem similiter in regiam deportaret urbem. Sed misericordia Dei præveniente, beatoque Petro apostolo & apostolorum principe suffragante, suamque ecclesiam immutilatam servante, excitatum est cor Ravennatis militiæ, ducatus etiam Pentapolitani, & circumquaque partium * non permittere pontificem sedis apostolicæ in regiam ascendere urbem. Cumque ex omni parte multitudo militiæ conveniret, Zacharias * spatharius perterritus & trepidans, ne a turba (*e*) malitiæ occideretur, portas quidem civitatis claudi & teneri * pontificem postulabat. Ipse vero in cubiculo pontificis tremebundus refugit, deprecans lacrymabiliter, ut sui pontifex misereretur, nec permitteret quemquam ejus animæ infestari. Exercitus autem Ravennatis ingressus per portam beati Petri apostoli cum armis & * (*f*) turba in Lateranense episcopium venit, pontificem videre æstuans, quem fama vulgante, per noctem sublatum & in navigium missum fuisse * cognoverant. Dumque fores patriarchii tam inferiores quam superiores essent clausæ, has in terram, nisi velocius aperirentur, mittere * minarentur. Præ nimia timoris angustia, & vitæ desperatione Zacharias spatharius * (*g*) lectum pontificis ingressus sese abscondit, ita ut mente excideret, & perderet sensum. Quem beatissimus papa confortavit, dicens ut nullo modo timeret. Egressus vero idem beatissimus pontifex foris basilicam domni Theodori papæ apertis januis * (*b*) in sedem, quæ vulgo appellatur Sub apostolis, generalitatem militiæ, & populi, qui pro eo occurrebant, honorifice suscepit, datoque apto & suavi responso eorum corda linivit. Quamquam illi zelo ducti pro amore & reverentia tam ecclesiæ Dei, quamque sanctissimi pontificis, jam a patriarchii custodia * recesserunt, quousque denominatum spatharium cum injuriis & contumeliis a civitate Romana foris * depellerent. [c] Nam & is qui illum miserat ipso etiam tempore est domino retribuente regno privatus. Sicque ecclesia Dei imperturbata cum suo præsule Christo favente servata est.

ANNO CHRISTI 687.

* ut non permitterent protospatharius

* a pontifice ad pedes pontificis

turba non modica

* audierant.

* minabantur.

* lecto

* sedens in sede,

* recederent,

* expulissent,

Hic beatissimus vir in sacrario beati Petri apostoli capsam argenteam in angulo obscurissimo jacentem, (*i*) & ex nigredine transactæ annositatis, nec si esset argentea apparentem, Deo ei revelante reperit. Oratione itaque facta sigillum expressum abstulit, * locellum aperuit, in quo interius plumacium ex holoserico superpositum, quod stauracis dicitur, invenit. Eoque ablato inferius crucem diversis ac pretiosis lapidibus perornatam inspexit, de qua tractis quatuor petalis, in quibus gemmæ clausæ erant miræ magnitudinis, & ineffabilem portionem salutaris ligni dominicæ crucis (*l*) invenit. Quæ etiam ex die illo pro salute humani generis ab omni populo Christiano die exaltationis sanctæ crucis in basilica salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, osculatur ac adoratur. Hic fecit imaginem (*m*) beati Petri apostoli, quæ est in parte mulierum. Hic fecit thymiamum aureum majus cum columnis & cooperculo, quod suspendit ante imagines tres aureas B. Petri apostoli, in quo incensum & odor suavitatis festis diebus, dum missarum solennia celebrantur, omnipotenti Deo opulentius mittitur. Hic posuit in absida basilicæ suprascriptæ super sedes * apallaream argenteam pensantem singul. libras centum viginti. Hic fecit in basilica suprascripta pharos argenteos sex

* præsulibus,
* eo tempore

* chartale, *locus corruptus.*

* lectioni

* appellariam

(*a*) *Et Luculis.* (*b*) *Constantinopolitano Alexandrino, & Antiocheno.* (*c*) *Præsulibus.*
(*d*) *Scebro carnali vocitatur.* (*e*) *Militiæ.* (*f*) *Et tuba.* (*g*) *Sub lecto Pontificis.*
(*h*) *In sedem sub Apostolo generalitatem &c.* (*i*) *Invenit.* (*l*) *Interius repositam invenit.*
(*m*) *Aureum.*

ANNO CHRISTI 687.

sex (*a*) pensantes singulos libras triginta, qui sunt super trabes ad ingressum confessionis.

* trabes * ex eis albos, * & quatuor coccineos.

Hic fecit in circuitu altaris basilicæ suprascriptæ * (*b*) tetravila octoquatuor * ex albis, * & quatuor ex coccino. Hic (*c*) tectum, & cubicula quæ circumquaque ejusdem basilicæ sunt, quæ per longa tempora stillicidiis, & ruderibus fuerant * dissipata, studiosius innovavit ac reparavit. Hic musivum, quod ex parte in fronte atrii ejusdem basilicæ fuerat dirutum innovavit. Similiter & specula ejusdem ecclesiæ, (*d*) quæ super sedem sunt vel regios arcus majores sunt, renovavit. Hic corpus beati Leonis probatissimi patris, atque pontificis, quod in * abdito (*e*) inferioris secretarii prædictæ basilicæ positum fuerat, facta diligentius tumba in denominata basilica publico loco (ut sibi fuerat revelatum) reposuit, ac locum ipsum ornavit. Hic fecit patenam auream majorem habentem (*f*) gemmas * ex albis, & in medio ex hyacinto & smaragdo crucem pensantem libras viginti. Hic (*g*) tectum, & cubicula universa in circuitu basilicæ beati Pauli apostoli, quæ longa per tempora vetustate confecta fuerant, studiosius innovavit ac reparavit. Similiter & trabes fecit de Calabria adduci, & quæ in eadem basilica vetustissimas invenit, renovavit. Hic (*h*) imaginem apostolorum vetustissimam, quæ erat super fores ejusdem basilicæ mutavit. Hic fecit ambonem & * cyburium in basilica sanctorum Cosmæ & Damiani, ubi & multa dona obtulit. [d] Trullum vero ejusdem ecclesiæ fusis chartis plumbeis cooperuit atque munivit. Hic cyborium basilicæ sanctæ Susannæ, quod ante ligneum fuerat, ex marmore fecit: diversa quæque cimelia aurea, & argentea, vel immobilia loca * illuc condonavit. Hic basilicam sanctæ Euphemiæ, quæ per multa tempora fuerat detecta, cooperuit ac renovavit. Hic basilicam sanctæ Aureæ in * Ostiis, quæ similiter fuerat (*i*) detecta (*l*) vel disrupta cooperuit, suoque studio renovavit. Hic oratorium sancti Andreæ apostoli, (*m*) quod ponitur * Lavicana a solo refecit.

* dissipata,

* abditis inferioribus

* albas,

* cyborium

* illuc

* Ostiis *Tiberinis*.

* via Lavicana

(*n*) Hic statuit ut tempore confractionis dominici corporis, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis, a clero & populo decantetur. Constituit autem ut diebus annunciationis domini, nativitatis, & dormitionis sanctæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant, litania exeat a sancto Hadriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat. Hic fecit in basilica sancti Laurentii martyris, quæ appellatur Titulus Lucinæ, arcus argenteos quatuor. [e] Hujus temporibus * Aquilegiensis ecclesiæ archiepiscopus, & synodus quæ sub eo congregata est, qui sanctum quintum universale concilium utpote errantes suscipere diffidebant, ejusdem beatissimi papæ (*o*) monitis, atque doctrinis instructi, conversi sunt, iidemque venerabile concilium cum * satisfactione susceperunt. Et qui prius sub erroris vitio tenebantur, doctrina apostolicæ sedis illuminati cum pace consonantes veritati ad propria * relaxati sunt. Hic fecit coopertoria, vel vasa aurea & argentea (*p*) plura per diversas ecclesias ad usum & ornatum ecclesiarum Christi. Hic ordinavit Damianum archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Ravennatis, (*q*) atque Clementem * Frisonorum. Hic ordinavit * Berechialdum Britanniæ archiepiscopum. Hic ordinavit per diversas provincias episcopos nonaginta septem. Fecit autem & ordinationes duas per mensem Martii; presbyteros 18. diaconos 4. qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum * VI. Idus Septembris, indictione (*r*) XV. Tiberio Augusto, & cessavit episcopatus mensem unum, dies viginti.

* Aquilejensis.

* satisfacti

ANNO CHRISTI 687.

* reversi sunt.

* Frisonum.

* Berectualdum

* quinto

Notæ Severini Binii.

Sergius.) Post obitum Cononis Exarchus Imperatoris novo schismati causam dedit. Cum enim vivente adhuc Cononе Paschalis archidiaconus promissione munerum Exarchum induxisset, ut post obitum Cononis sui electionem promoveret, mortuo Cononе, alii Theodorum archipresbyterum, alii Paschalem archidiaconum elegerunt, & schisma novum concitarunt. Cumque aliter alteri non cederet, Dei nutu omnium suffragiis electus est Sergius, anno domini 687. vigesima sexta mensis Decembris. Cui cum innotuissent ea quæ in concilio Toletano XV. elucidata sunt circa objectiones illas quas Benedictus papa objecerat, magnis laudibus ab eo sunt celebrata, teste Roderico Tolerano episcopo. Post Kilianum sociosve ejus martyrio affectos novos apostolos & evangelii prædicatores in Frisiam vicinasque regiones misit, Vvillebrordum, Svvibertum, Evaldos, Marcellinum, aliosve plures, quos idem Marcellinus recensет in vita Svviberti apud Surium 1. Martii. Hi doctrinam illam, quam verbo prædicarunt, sanguinis fusione virtute miraculorum confirmarunt. Sergius pontifex secundo ad se revertentem Vvillebrordum, Ultrajectinum episcopum primum ordinat. Beda libro. 5. cap. 12.

Sergius quo occasione pontifex factus?

Res tempore Sergii gestæ.

Ab hoc eodem pontifice, teste Molano in indice sanctorum Belgii consecratus est sanctus Hubertus Leodiensis episcopus, dignissimus sancti Lamberti martyris successor, nobilis genere, qui ut subditos sibi in catholicæ fidei observantia, & sanctæ Romanæ ecclesiæ obedientia, a qua sanctum evangelium accepissent, cultu perpetuo firmitet contineret, & posteros eodem vinculo obligaret, tradidit iis publicum sigillum sancti Lamberti martyris imagine sculptum, atque hujusmodi inscriptione notatum. *Sancta Legia Romanæ ecclesiæ filia.*

b *Hujus itaque temporibus concilium*.) Quinisextum Constantinopolitanum, de quo infra. Per legatos sedis apostolicæ intellige episcopos Græciæ illos, qui in oriente Romani pontificis vicarii constituti fuerunt. Nullum sedi apostolicæ legatum huic conciliabulo interfuisse infra in notis ejusdem concilii contra Balsamonem ostendam, verbo *Provinciale*.

Vicarii sedis apostolicæ legati nominantur

c *Nam & is qui illum miserat ipso etiam tempore*.) Leontius præfectus accepto a Græcis imperio Justinianum naso truncatum Chersonesum in exilium relegavit, anno Christi 694. qui erat 10. imperii Justinianei. Rei gestæ circumstantias describunt Cedrenus, Theophanes, Zonaras, aliive annalium Græcorum scriptores. Justo Dei judicio hanc pœnam merito sustinuit impius Justinianus, qui cum suasu Callinici patriarchæ novos canones sanciviſſet, iisque orientalem ecclesiam penitus deformasset, summo studio elaboravit, ut vel Romana ecclesia eadem turpitudine afficeretur, vel saltem ipse summus pontifex, si resisteret mandato imperatoris, per vim Roma in urbem regiam abduceretur,

Justinianus naso simul & imperio privatur;

d *Trullum vero ejusdem ecclesiæ &c.*) Quid sit Trullus, dixi supra in notis sextæ synodi, verbo *Constantinopolitanum*.

e *Hujus temporibus Aquilejensis ecclesiæ*.) Eadem scribit Paulus diaconus, lib. 5. cap. 14. Qua de re videquæ dicturi sumus infra in notis concilii Aquilejensis.

EPI-

(*a*) *Pensantes Libras CIXX.* (*b*) *Tetra velat octa, quatuor ex coccino.* (*c*) *Tegnum, & &c.*
(*d*) *tam Ecclesiæ tam quæ super sedem vel regias argenteas majores sunt, renovavit.* (*e*) *Inferioribus*,
(*f*) *Habentem in gyro gemmas &c.* (*g*) *Tegnum.* (*h*) *Imagines Apostolorum vetustissimas.*
(*i*) *Disiecta.* (*l*) *Vel disrupta* deest, sicut etiam deest *suoque studio.* (*m*) *Quod ponitur est lavicana a solo refecit.* (*n*) *Hanc Basilicam Sanctæ Aureæ in hortis, quæ similiter fuerat disiecta cooperuit, vel disrupta, suoque studio renovavit. Hic statuit &c.* (*o*) *Spiritualibus monitis.* (*p*) *Plura*. deest.
(*q*) *Ravennatis. Hic ordinavit Bertoaldum Archiepiscopum, atque Clementem in gentem Frisonorum. Hic ordinavit per diversas &c.* (*r*) *XIV.*

ANNO CHRISTI 687.

EPISTOLA SERGII PAPÆ I. AD CEOLFRIDUM ABBATEM MONASTERII divorum Petri & Pauli, quod est ad VVirimundam & Ingervum.

De Beda venerabili Romam transmittendo.

Sergius episcopus servus servorum Dei Ceolfrido religioso abbati salutem.

Malmesb. de gest. reg. l. 1. cap. 3.

QUibus verbis ac modis clementiam Dei nostri, atque inenarrabilem providentiam possumus effari, & dignas gratiarum actiones pro immensis circa nos ejus beneficiis persolvere, qui in tenebris & umbra mortis positos ad lumen scientiæ producit. *Et infra.* Benedictionis interea gratiam, quam nobis per præsentem portitorem tua misit devota religio, libenter & hilari animo, sicuti ab ea directa est, nos suscepisse cognosce. Opportunis ergo ac dignis amplectendæ tuæ solicitudinis petitionibus A arctissima devotione faventes, hortamur Deo dilectam tuæ religiositatis bonitatem, ut quia exortis quibusdam ecclesiasticarum causarum capitulis, non sine examinatione longius innotescendis opus nobis sunt ad conferendum arte literaturæ imbuti, sicut decet Deo devotum auxiliatorem sanctæ matris universalis ecclesiæ, obedientem devotionem huic nostræ hortationi non desistas accommodare, sed absque aliqua remoratione religiosum Dei famulum Bedam venerabilis monasterii tui presbyterum ad limina apostolorum principum dominorum meorum Petri & Pauli amatorum tuorum ac protectorum, ad nostræ mediocritatis conspectum non moreris dirigere, quem favente Deo sanctis tuis precibus non dispendas prospere ad te redire, peracta præmissorum capitulorum cum auxilio Dei desiderata solennitate: erit enim, ut confidimus, etiam cunctis tibi creditis profuturum, quidquid ecclesiæ generali claruerit per ejus præstantiam impertitum. B

ANNO CHRISTI 687.

☞ AD EPISTOLAS SERGII PAPÆ I.

APPENDIX.

Sergius gratia Dei pontifex Romanus Heroni Lingonum præsuli salutem & apostolicam benedictionem.

Apud Mansi Suppl. to. 1. pag. 515. Extat in Chron. S. Benigni Dacher. Spicil. to. II. p. 369 edit. in fol.

QUamprimum nobis attendendum, charissime, ne hostis malignus gregem Christi perturbet aliqua occasione: Divionensium namque monachorum martyri Benigno sub regione VVlfechranni abbatis devote famulantium reclamatio ad nos pervenit, clericos jam dicti castri ad se eorumque cœmeterium transferre conari. Hoc quia prædecessoris mei Joannis, Benedicti utique successoris, contradicit decretis, authoritate beati Petri & nostra prohibetur sub percussione anathematis. Nam sicut Gregorius olim prædecessor vester adhortatu præfati martyris, monasterii ipsius constructor, utrisque vivis sancivit, unum quo sanctus jacet concorditer cœmeterium: ita nostræ authoritatis literæ censuerunt, corroborandum. Quique etiam a torrente, qui utrumque Burgum dividit auferre ab eo Burgo vel claustro aliquid, excepto abbate vel monachis, præsumpserit, simili sententia se damnatum noverit. Bene valete. Data per manus Joannis bibliothecarii sanctæ sedis apostolicæ anno pontificatus Domini Sergii universalis papæ decimo in sacratissima sede beati Petri apostoli, indictione undecima. C

ANNO CHRISTI 688.

CONCILIUM TOLETANUM XV. EPISCOPORUM SEXAGINTA UNIUS,

ANNO CHRISTI 688.

Anno domini DCLXXXVIII. tempore Sergii papæ celebratum.

In nomine domini Jesu Christi incipit synodus Toletana XV. sexaginta unius episcoporum, acta anno primo serenissimi & orthodoxi Egicanis principis, sub die Iduum v. *Majarum*, [a] *æra* DCCXXVI.

APud urbem Toletanam, in ecclesia Prætoriensi sanctorum apostolorum Petri & Pauli, omnes Hispaniæ Galliæque pontifices aggregati, dum, cunctis residentibus, in aspectu singulorum sese in alterutrum caritas diffusa monstraret, alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reddita sonuisset, adfuit idem serenissimus Egica princeps, placida devotionis arce sublimis, & strenua culminis reclinatione laudabilis, quique in medio pontificum positus, humoque prostratus sacerdotum Dei se commendat orationibus. Deinde surgens, & sufficienti exhortatione concilium alloquens, innexa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tradidit relegenda. D

Ecce, inquiens, beatissimi patres, omne quod loqui me vobis aut circumlocutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non sinit, hic brevi stylo complicui, hic liquida renotationis insinuatione conjeci: his, quæso, attendite, hæc pertractate, his deliberationis ferte inconvulsibilem sanctionem. Tunc nos oblatum a rege tomum suscepimus, & dantes Deo gloriam, eidem principi benediximus, quo discedente hæc jam dicti tomi complicatione reperimus.

In no-

[a] Edidit Loaisa ex MS. Hispalensi, & aliis *Hardinus*.

ANNO CHRISTI 688.

In nomine domini Flavius rex reverendissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

ECce sublimi patres & cœlesti jure honorandi mihi pontifices, * specioſi vestri ordinis adiens cœtum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in medio vestri positum non ambigo dominum Jesum Christum: ejus quippe sermonibus fidem accommodans, quibus ait: *Ubicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*, tanta spei hujus fiducia feror, quidquid vestra fuerit sententia cautum, non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis pandere sinum, ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque unde cor serenitatis nostræ exæstuet, vel quibus ex causis mœsti pectoris anguſtetur dolore. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris nostri, & [b] soceri regale sortientes fastigium, gemino me sentio juramenti rete implicitum: ita ut si unum ex his observantiæ cautela conservem, ex alio nihilominus in perjurii crimen videar recidisse. Egit enim idem divus prædecessor noster Ervigius princeps, inter cetera, quibus me incauto, & inevitabili * conditionum sacramento adstrinxit, cum adhuc mihi glorioſam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo solicitus essem, qualiter eorum causæ ad victoriam pervenirent, & quidquid me pro quibuslibet causis imperasset, in omnibus jussa ejus implerem. Hæc, inquam, jam dicto principi sub juramenti cautione promittens, aliud e contra me tempore mortis suæ impegit, aliud agere impulit; scilicet ut non ante regnum adirem, nisi primum strictis me juramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista, & specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem, & sibi contrariam seriem, & illarum quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, & istarum quas ob præelectionem regni mei exigendas instituit, paternitatis vestræ pertractandas consultibus destinavi, petens ut & benedictionibus vestris regno confirmatus inhæream, & sanctionis vestræ regulis viam, qua discreto calle perjurii gradiar, informatus agnoscam. Non enim potero perjurii effugere notam, si aut jam dicti principis contra justitiam defendendo prolem, non reddidero populis veritatem, aut propter veritatem populorum zelans negotia, erga filios ejus promissionis meæ non implevero vota. Additur super hoc (ut fertur) pressurarum ejus in pleroſque acerbitas quos indebite rebus & honore privavit: quos de nobili statu in servitutem sui juris implicuit; quos tormentis subegit; quos etiam violentis judiciis pressit; pro quibus omnibus hæc adhuc insuper vox in querimoniam venit, quod omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit, & ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus rabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis hujus claqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus, vestrisque judiciis dirimenda committo. Nam & ceteras causarum voces, reliquasque jurgantium actiones quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto judiciis consopiri; contestantes generaliter omnes, & vos sacrosanctos cœlesti jure pontifices, & vos regalis aulæ viros nobiles & illustres, per ineffabile illud sanctæ Trinitatis sacramentum, & per domini nostri Jesu Christi sanguinem pretioſum, ac diem futuri judicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris vel favoris, fideli conscientiæ oculo intendatis: quo in elucubrandis vocibus, & negotiis universis ita operam detis, ne a justitiæ tramite ullo modo decidatis: ut dum inflexibili æquitatis culmine judicia vestra sese in conspectu domini placitura direxerint, & mihi de admonitione lucrum, & vobis pro æmulatione justorum judiciorum proveniat gaudium exoptatum. Datum sub die * agnita.

Igitur hujus tomi serie perlecta, primum nobis ille ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus domino consecrantes, collationis nostræ primordia a sanctæ fidei soliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur & definitam a patribus fidem pia confessione fatentes, sicut eam Nicæna synodus sanxit, Constantinopolitana patrum aggregatio edidit, vel Ephesini cœtus Cyrillo præsidente traditio protulit, atque etiam Chalcedonense concilium declaravit, sic etiam eam * tremendam omnibus prædicamus, sicut & per traditum a patribus symbolum profitemur ac dicimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ; visibilium omnium, & invisibilium conditorem: & in unum dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum non factum: homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in cœlos; sedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, dominum, & vivificatorem; ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus est per prophetas: in unam catholicam, atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum; vitam * venturi sæculi. Amen.

Post hujus igitur piæ confessionis prolatam devotis vocibus regulam, ad illa nos illico convertimus contuenda capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus [c] papa Benedictus nos literarum suarum significatione monuerat. Quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostro verbo renotanda injunxit; ad quod illi jam eodem anno sufficienter congrueque responsum est. Nos tamen nunc eamdem renotationem hominis nostri studiosius relegentes invenimus, quod in libro illo responsionis fidei nostræ, quem per Petrum regionarium Romanæ ecclesiæ miseramus, id primum capitulum jam dicto papæ incaute visum fuisset a nobis positum, ubi nos se-

ANNO CHRISTI 688

* V. Iduum Majarum nitulo legitur

* F. tenendam. Hard.

Hoc idem symbolum est in XII concil. & XIII. Toletanis, & habetur ad verbum in mis. sali Mozarab. sive Isidoriano

* futuri

* specioſum

Matth. 18.

Egica rex, fuit filius regis, & non nepos Vvambæ regis: ejus uxor Cixilo fuit filia Ervigii regis. Forte fuit filius Vvambæ, nam de patre & socero dicit, regale sortientes fastigium.

* cordi bonum sacramentum adst.

ANNO CHRISTI 688.

secundum divinam * essentiam diximus: Voluntas genuit voluntatem, sicut & sapientia sapientiam: quod vir ille in incuriosa lectionis transcursione præteriens existimavit hæc ipsa nomina, id est relativum, aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse. Et ideo * ipsa renotatione sua ita nos admonere jussus est, dicens: Naturali ordine cognoscimus, quia verbum ex mente originem ducit, sicut ratio, & voluntas: & converti non possunt, ut dicatur: quia sicut verbum, & voluntas de mente procedit, ita & mens de verbo, aut voluntate: & ex ista comparatione visum est Romano pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici. Nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis, [d] nec secundum relativum, sed secundum essentiam diximus: Voluntas ex voluntate, sicut & sapientia ex sapientia: hoc enim ex Deo esse, quod velle; hoc velle, quod sapere. Quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est homini id quod est sine velle, & aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non est ita, quia simplex ita natura est, & ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere voluntatem ex voluntate secundum essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laborabit proposita quæstione: quod etiam in jam dicto responsionis & fidei nostro opusculo solicite legentibus & intelligentibus claret. Ubi & apposita illic beati Athanasii sententia idipsum nos debere sentire pronunciat, dicens: Hanc de Deo religiosæ opinationis sententiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam. Si enim secundum quod hic doctor dicit, id debemus sentire, ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam, hoc ergo est ejus voluntas quod & natura, hoc natura quod substantia vel essentia. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est, essentia de essentia, sicut natura de natura, & substantia de substantia: & tamen nec duæ essentiæ, nec duæ naturæ, nec duæ substantiæ possunt dici, sed una essentia, natura, atque substantia: sicut de lumen de lumine, non duo lumina, sed unum lumen; sicut essentia de essentia, non duæ essentiæ, sed una essentia; sicut natura de natura, non duæ naturæ, sed una natura: sic & voluntas de voluntate, non duæ voluntates, sed una voluntas: quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superius, Athanasio doctore, firmatum est. [e] Ac proinde quidquid de Deo, secundum essentiam dicitur, communiter in singulis personis convenire videtur, sicut sapientia, & fortitudo, vel cetera: quia & Pater sapientia, & Filius sapientia potest dici. Fortitudo quoque & Pater potest & Filius appellari. Quod secundum illam comparationem humanæ mentis, nullo modo potest dici, quia, verbi gratia, mens si in persona Patris ponatur, Verbum jam * ex mente prodiens, Filius intelligitur, & voluntas procedens ex mente & verbo, Spiritus significatur. Nec tamen recurrit, ut possit dici, ut aut mens, quæ in significatione Patris est posita, Filio, vel Spiritui sancto conveniat, aut Verbum, quod solum Filius intelligitur, Patri, vel Spiritui sancto comparetur, aut voluntas, quæ in persona Spiritus sancti accipitur, aut Patris, aut Filii personæ convenire dicatur: sed sic singula singulis, secundum comparationem humanæ mentis conveniunt, ut unumquodque, quod ex eis unus dicitur, alius penitus non dicatur: sicut & relativo vocabulo Pater nominatus, non est ipse qui Filius: vel Filius cum dicitur, non est ipse qui Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus ipse est qui Pater aut Filius. Ac per hoc illa nomina, quæ comparative ex homine assumuntur, ideo secundum comparationem humanæ mentis dicuntur, ut quoquo modo ad contuendum illud divinæ Trinitatis ineffabile sacramentum humana infirmitas excitetur. Secundum hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: Voluntas ex voluntate, quod utique dici vel sentiri absurdissimum est. Ac proinde longe alia est regula, qua de Deo aliquid secundum essentiam dicitur: aliud, cum secundum comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronunciatur. Nos proinde consentientes, & sequentes doctoris [f] egregii Augustini sententiam, diximus secundum divinæ Trinitatis essentiam: Voluntas de voluntate, sicut & ipse in quintodecimo libro Trinitatis Dei pronunciat, ita dicens: Melius quantum existimo, dicitur consilium de consilio, & voluntas de voluntate; sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Hic jam quisquis sapiens manifeste intelligit non nos hic errasse, sed illos forsitan incuriosæ lectionis intuitu fefelliisse: quia quod a nobis est secundum essentiam dictum, illi secundum comparationem humanæ mentis positum putaverunt.

Cap. 20. & affert Magister sent. lib. 1. dist. 3.

Athanasius.

Ad secundum quoque retractandum capitulum transeuntes, quo idem papa incaute nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei filio profiteri, sicut nos non pudebit quæ sunt vera defendere, ita forsitan quosdam pudebit quæ vera sunt ignorare. Quis enim nesciat unumquemque hominem duabus constare substantiis, animæ scilicet & corporis? De quibus apostolus specialiter loquitur, dicens: *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem:* sicut & ille sitiens Deum clamabat in psalmo: [g] *Sitivit in te* (inquit) *anima mea, quam multipliciter & caro mea.* Nec non & alia multa, quæ hominem duabus substantiis constare pronunciant. Contra quam regulam invenimus item in scripturis, aut carne plerumque nominata, totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata totius hominis perfectionem agnosci. Quapropter natura divina humanæ sociata naturæ possunt & tres propriæ, & * duæ propriæ appellari substantiæ. Sed aliud est, cum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud cum a parte totus intelligitur. Etsi enim quidam modus locutionis, qui frequenter in scripturis divinis positus invenitur, quo [h] significatur a parte totum: hic etiam tropus apud grammaticos synecdoche dicitur. Scribitur enim libro Geneseos secundum istam tropicam locutionem significantem a parte totum: *Factus est homo in animam viventem*; cum homo non solum ex anima, sed ex carne constet. Item similiter a parte totum, ubi omissa substantia animæ, sola carnis substantia nominatur: sicut in psalmo scribitur: *Ad te omnis caro veniet:* cum omnis homo non solum ex carne, sed ex anima constet; & tamen sola carne nominata totus homo intelligitur: sicut & sola anima nominata totus homo accipitur. Nam in Exodo volens similiter scriptura homines a parte totum intelligi, sic dicit: *Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum:* cum ipsæ [i] septuaginta animæ non sine suis corporibus illic ingressæ fuissent. Ex carnis quoque nomine totum

Secundi hujus c. titulus est in codice alio, De tribus substantiis in Christo manentibus, D. Juliani assertio manifesta.

2. Cor. 4.

Psal. 62.

* F. propriis bis Hard.

4. Regula Tichonii, quam affert Augustinus de doctrina Christiana. Et Isid. lib. 1. sent. cap. 25.

Genes. 2.

Psal. 64.

Exod. 1.

ANNO CHRISTI 688

* in ipsa

* quasi ex

ANNO CHRISTI 688.

tum hominem intelligi voluit qui dixit: *Et in carne mea videbo Deum*: cum non ſine animabus ſuis reſurgenda ſint corpora. Ecce per conſuetudinem ſcripturæ ſacræ probavimus, & proprie hominem ipſis quibus conſtat ſubſtantiis appellari, & tropice a parte totum hominem poſſe intelligi. Si quæras culpam: nec ille erraſſe dicendus eſt, qui hominem a parte totum nominavit; nec iſte culpandus eſt, qui totum hominem carne & anima nominata expreſſit: quia utrumque inculpabiliter dici ſcriptura divina convincit. Et tamen cum jam probatum teneamus, nec illam nec iſtam partem eſſe culpandam, quærendum eſt quæ pars plus poſſit eſſe ad totum hominem intelligendum facilior, atque etiam repulſa omni obſcuritate, lucidior: utrum ea quæ ſolum carnem nominans, & animam tacite ibi vult intelligi; an ea quæ & animam, & carnem exprimens, totum dicit. Quod ut manifeſtius innoteſcat, quædam exempla ponenda ſunt. Ecce juxta ſuperiorem tropicæ locutionis modum, qui ſynecdoche dicitur, quo aut pars a toto, aut totum a parte intelligitur, ſcriptum invenimus de Hagellatione Ægypti in pſalmis: *Immiſit in eis* [k] *muſcam caninam*: nec non & illud: *Dixit, & venit locuſta & bruchus*; volens ſcriptura iſto genere locutionis non ſingularitatem, ſed pluralitatem muſcarum & locuſtarum intelligi. Non enim * muſca, & locuſta, ſed multitudo muſcarum & locuſtarum repleverunt Ægyptum. At nunc ſi aliquis noſtrorum modo dicat: Miſit Deus in Ægyptum muſcas, & locuſtas, & bruchos, pluralem numerum proferens, quod & utique verum eſt, numquid in parte iſta, quæ pluralitatem confitetur, poteſt calumnia cadere; ut dicatur non eſſe verum, quod utique verum eſt, de multitudine locuſtarum quæ repl verunt Ægyptum? Tale quippe illud eſt, ubi populus ad Moyſen clamavit dicens: *Ora ad dominum*, [l] *ut auferat a nobis ſerpentem*; cum non unius ſerpentis, ſed multorum ſerpentium moleſtias ille populus pateretur. Hoc etiam more & apoſtolus loquitur in illo loco ubi ait: *Quoniam ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro*: ac ſi diceret, omnis homo; a parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo & de domino noſtro Jeſu Chriſto, cum ſcriptum ſit de illo in evangelio; *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, caro ſola eſt nominata, ut illic tacite intelligeretur & anima; ſecundum ſupradictum locutionis modum, quo homo a parte totus accipitur. Quæ locutionis regula plerumque & a patribus eſt ſervata.

Sic enim ex hoc beatus [m] Cyrillus in libro qui vocatur Scholia, dicit: Quomodo igitur verbum caro ſit factum, videre neceſſe eſt. Primum quidem divina ſcriptura carnem plerumque nominat, & quaſi ex parte, animalis totius ſignificationem facit: necnon etiam a ſola anima, interdum tantumdem agit. Scriptum eſt enim, quod *videbit omnis caro ſalutare Dei*. Et ipſe Divinus Paulus: *Non conſenſi*, inquit, *carni, & ſanguini*. Allocutus eſt autem eos qui ſunt ex Iſrael pontifex Moyſes. *In* [n] *ſeptuaginta quinque animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum*. Sed non idcirco dixeris, quod nudæ, & ſine carne animæ in Ægyptum deſcenderunt: nec porro, quod inanibus corporibus, & ſolis carnibus ſalutare ſuum Deus indulſerit. Quotiens igitur audimus carnem factum eſſe verbum, hominem intelligitur ex anima & corpore factum.

Item & S. Auguſtinus in libro quæſtionum contra Apollinariſtas ſic dicit: Si ubicumque caro fuerit nominata, & anima tacita, ſic intelligendum eſt, ut anima * ibi non eſſe credatur, nec illi habebant animam, de quibus dictum eſt: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei*: & illud in pſalmo: *Exaudi preces meas, ad te omnis caro veniet*: & illud in evangelio: *Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod dediſti ei non pereat, ſed* * *habeat vitam æternam*. Unde & intelligitur ſolere homines per nominationem ſolius carnis ſignificari; ut ſecundum hanc locutionem etiam illud poſſit intelligi, ut quod dictum eſt: *Verbum caro factum eſt*, nihil dictum ſit, niſi, Verbum homo factum eſt. Sicut enim a parte totum plerumque, nominata ſola anima, homo intelligitur (ſicut eſt illud: *Tot animæ deſcenderunt in Ægyptum*) ſic rurſus a parte totum, etiam nominata ſola * carne, homo intelligitur.

Item ipſe in libro Enchiridion dicit: *Verbum caro factum eſt*; a divinitate carne ſuſcepta: non in carnem divinitate mutata: carnem quippe hic hominem debemus accipere; a parte totum ſignificante locutione, ſicut dictum eſt: *Quoniam ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro*; id eſt, omnis homo. * Qualiter hæc * eſt patrum plena, ſcripturarum more, libata ſententia; ut cum a parte totum una quælibet hominis aſſumpti in Chriſto ſubſtantia nominatur, illic ſtatim & altera intelligatur. Nam ſi una, ſecundum hunc tropum taceatur, & alia dicatur, duæ tamen nihilo minus intelliguntur. Nemo ergo jam dicat, cum audit totum hominem a parte poſſe intelligi, non debere tres in Chriſto ſubſtantias profiteri, cum iſto genere locutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diverſitatis eſt, ſive tropice una, ſive propria gemina hominis nominata ſubſtantia; cum utraque locutio hominem a Deo aſſumptum, non niſi in duabus ſubſtantiis nos intelligere, & confiteri permittat. Ac per hoc tres in Chriſto ſubſtantias profiteri ille non dubitabit, qui * hac ratione plena cognitione didicerit. Ceterum ubi non tropice, ſed proprie hi patres hominem totum a Chriſto ſuſceptum eſſe fatentur, ſic in ſuis tractatibus poſuerunt.

Beatus enim Cyrillus in ſuperiori libro, qui vocatur Scholia, dicit, ubi veritatem trium ſubſtantiarum Chriſti figura veteris teſtimonii aperte convincit, ſic enim ait: Quod adunato Deo verbo vere humanitati, inconfuſæ tamen ſubſtantiæ permanſerunt, erectum eſt ſecundum Dei voluntatem ſanctum tabernaculum per deſertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait igitur Deus omnipotens ad divinum Moyſem: *Et* [o] *facies arcam teſtimonii ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti & dimidii latitudinem, & cubiti & dimidii altitudinem, & inaurabis eam auro puro; extra & intra inaurabis eam:* ſed lignum quidem imputribile ſit figura corporis incorrupti (imputribilis enim cedrus) aurum vero, quaſi materies aliis pretioſior, divinæ nobis indicat ſubſtantiæ majeſtatem. Attendite igitur cum arca tota inaurata ſit auro puro extra & intra, adunatum quidem fuerit ſanctæ carni Deus verbum: & id eſt (ut opinor) arcam fuiſſe extra inauratam. Quod vere animam rationalem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet quod & intra præceperit inaurari. Quod autem naturæ ſive ſubſtantiæ incon-

ANNO CHRISTI 688.

Quæſt. 10.

* ibi eſſe

* det eis vitam

* una & locuſta

* hanc rationem

De hac locutione patrum ſupra dixtmus.

Exod. 25.

Joan. 4.
Pſal. 105. Pſal. 77.
Num. 21.
Rom. 3.
Joan. 1.
Luc. 3. Galat. 1.
Deut. 10.
Joan. 1.
Rom. 3.
Quapropter ex ſcripturarum
Geneſ. 46 Exod. 1. Deut. 10
caro,

ANNO CHRISTI 688.

inconfuſæ manſerunt, hinc ſcimus; aurum enim ſuperpoſitum ligno manſit id quod erat; & ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum eſse non deſiit.

Item ſanctus Auguſtinus in libro Trinitatis Dei idipſum exprimens dicit: Sic Deo conjungi potuit humana natura, & ut ex duabus ſubſtantiis fieret una perſona, ac per hoc jam ex tribus, Deo, anima, & carne. Hæc igitur ſanctis patribus nos docentibus, & utramque locutionis regulam nobis inſinuantibus, videant jam tandem & ſentiant qui ſine favore patrum judicant, quæ pars plus poteſt eſſe tutiſſima, licet in neutram partem poſſit cadere culpa: utrum illa quæ in Chriſto Dei Filio unam verbi, alteram hominis a parte totum ſubſtantiam profitetur; an iſta quæ proprie totum hominem in duabus ſubſtantiis verbo Dei adunatum fuiſſe fatetur. In illa enim parte, quæ a parte totum hominem intelligi volet, poteſt hæreticorum dolus latere ut unam quamlibet ex his ſubſtantiam nominans, aliam ſupprimat, ſicque quod ore non profitetur, nec corde confiteatur, ſicut Apollinaris, qui negat dominum Jeſum humanam animam habuiſſe, vel Manichæus negans in Chriſto aſsumpti corporis veritatem: in hac vero noſtra profeſſione, ubi præmiſsa verbi ſubſtantia, ſpecialiter duas hominis in una Chriſti perſona ſubſtantias profitemur, nullus poteſt accidere vel ſuſpicari fraudulentiæ dolus, quando evidenter in Deo aſsumptus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars eſt, quæ totum dicit, quam quæ aliquid ſupprimit: & plus claret quod proprie dicitur, quam quod arcta tropice locutione * firmatur. Sed forte nos ſoli hoc dicimus, quod majorum ſententia non probamus. Judicem jam ergo Auguſtinum (ſi complacet) advocemus, ut quam partem contra hæreticos munitiorem eſse pronunciet, audiamus.

* formatur.

Auguſtinus de ſymbolo.

Sic enim in tractatu ſymboli dicit: Temporali diſpenſationi dominicæ multis modis inſidiantur hæretici: ſed quiſquis tenuerit catholicam fidem, ut totum hominem credat a verbo Dei eſse ſuſceptum, id eſt, corpus, animam, & ſpiritum, ſatis contra illos munitus eſt. Ecce ſpirituales ſpiritualiter utraque conſideramus, judicium protulit, ſententiam fixit, munitiorem & tutiorem partem illam eſse pronuncians, quæ contra hæreticos totum hominem a verbo Dei ſuſceptum in duabus ſubſtantiis, carnis animæque defenderit. Sed forte aliquis dicat, jam hic tria quædam hominis nominata, id eſt, corpus, anima, & ſpiritus. Tria quidem dicuntur, ſed duo ſunt: ſicut ab eodem doctore in prædicto ſymboli tractatu convincitur. Tria ſunt (ait) quibus homo conſtat, ſpiritus, anima, & corpus, quæ rurſus duo dicuntur: quia ſæpe anima ſimul cum ſpiritu nominatur: pars enim quædam ejuſdem rationalis, qua carent beſtiæ, ſpiritus dicitur. Quod etiam in epiſtola ad Petrum dilucida manifeſtatione * exequitur, quod ſpiritus, & anima utrumque ſint unum, & unius eſse ſubſtantiæ ſentiantur. Dicit enim, duo quædam eſse animam & ſpiritum, ſecundum id quod ſcriptum eſt: *Abſolviſti a ſpiritu meo animam meam:* & utramque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo ſit ſpiritus, anima, & corpus, ſed aliquando duo iſta ſimul nomine nuncupari animæ, quale eſt illud: *Et factus eſt homo in animam viventem*; ubi quippe & ſpiritus intelligitur. Itemque aliquando utrumque nomine ſpiritus dici, ſicuti eſt: *Et inclinato capite tradidit ſpiritum:* ubi & anima neceſſe eſt intelligatur; & utrumque unum, & unius eſse ſubſtantiæ: * ac per hoc anima, & ſpiritus, & anima, & corpus, duæ ſpeciales hominis ſubſtantiæ ſunt, quæ & diverſæ dicuntur. Nos proinde in jam dicto fidei noſtræ opuſculo Apollinariſtarum hæreſi reſpondentes, P tres in Chriſto ſubſtantias diximus, quod & majores noſtros docuiſſe monſtravimus, honorantes videlicet & ſequentes ſententiam doctoris egregii Hiſpalenſis ſedis epiſcopi, quam in libris ſuis, de differentia naturæ Chriſti, vel noſtræ diſſeruit, ubi ait: Nos ex duabus ſubſiſtimus ſubſtantiis, corporis videlicet, atque animæ: ille ex tribus, verbi, corporis, atque animæ: inde eſt, quod perfectus homo, perfectus prædicatur & Deus. Hæc igitur perpauca de patribus exempla libavimus: ut in brevi ea quæ competunt monſtraremus. Ceterum, qui hæc adhuc intentius legendo quæſierit, plurima colligere poterit. Jam vero ſi impudorata quis fronte, ne his patribus cedat, & unde ea libaverit, inſolens ſcrutator exquirat, evangelicis ſaltim vocibus credat, quibus has tres ſubſtantias ſibi ineſſe Chriſtus pronunciat. Interrogatus enim a Judæis: *Tu quis es?* Reſpondit: *Principium qui & loquor vobis:* ecce habes unam ſubſtantiam deitatis. Reſtant duæ ſubſtantiæ hominis: ut enim veram carnem hominis ſuceſpiſſe monſtraret, palpandum ſe diſcipulis præbuit, dicens: *Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non * habent, ſicut me videtis habere.* Ecce expreſſa eſt ſubſtantia carnis humanæ. Item ut animæ humanæ ſubſtantiam ſuſcepiſſe monſtraret, dicit: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem iterum ſumendi eam.* Ecce tres in una Chriſti perſona ſubſtantias inconfuſe & inſeparabiliter adunatas, deitatis videlicet atque humanitatis evangelicis oraculis approbantes, omnes uno ore fatemur, & præfixa ſententia prædicamus; confitentes videlicet, ſecundum Chalcedonenſe concilium, eumdem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, perfectum in divinitate, perfectum eumdem in humanitate; Deum verum, & hominem verum eumdem ex anima rationali & corpore; ſecundum divinitatem, unius cum patre naturæ; ſecundum humanitatem, unius naturæ nobiſcum; per omnia ſimilem nobis, abſque peccato: ante ſæcula quidem ex patre natum ſecundum divinitatem; in noviſſimis diebus vero eumdem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine, Dei genitrice, ſecundum humanitatem, unum eumdemque Chriſtum Filium Dei unigenitum in duas naturas inconfuſe, immutabiliter, indiviſe & inſeparabiliter cognoſcendum, in nullo naturarum differentias, propter unitatem perimendas, magis autem, ſalva utriuſque naturæ proprietate, & in una coeunte perſona, unoque ſtatu concurrente, non in duabus perſonis partiendum vel dividendum, ſed unum eumdemque Filium unigenitum, Deum verbum, dominum Jeſum Chriſtum. Jam vero ſi quis contra hæc ulterius non inſtruendum, ſed contrarium ſe huic redditæ rationi præbuerit, damnationem præfati concilii ſuſtinebit.

Auguſtinus de fide ad Petrum. Iſidor. lib. 1. diſt. cap. 26. diſcrimen poſuit inter ſpiritum & animam.

* aſſequitur.

Gen. 2.

Joan. 19.

ANNO CHRISTI 688.

* ac non anima,

Iſidor lib diff. 1. c. 6.

Joan. 8.

Luc. 24. * habet.

Joan. 10.

Habentur hæc verba in expoſitione ſymboli, act. 2. concilii Chalcedonenſis.

Tertium ſane quartumque capitulum contuentes, non ſolum ſenſum, ſed & ipſa pene verba ex libris beatorum Ambroſii atque Fulgentii nos prælibaſſe monſtravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizaſſe ſcimus. Quos quia celebres in toto orbe doctores feriata eccleſiarum Dei vota percenſeant, non illis eſt ſuccen-

censendum, sed potius succumbendum: quia omne quod contra illos sapitur, a rectæ fidei regula abhorrere sentitur. Has sane quatuor specialitates capitulorum, quæ ut a nobis solida efficerentur hortati sunt, quid a quo fuerit doctore prolatum, congesto in uno responsionis nostræ libro, catholicorum dogmate patrum ante hoc biennium parti illi porreximus dignoscendum. Jam vero si post hæc, & ab ipsis dogmatibus patrum, quibus hæc prolata sunt, in quocumque dissentiant, non jam cum illis est amplius contendendum, sed, majorum directo calle inhærentes vestigiis, erit per divinum judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiamsi ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis.

ANNO CHRISTI 688.

His itaque super sanctæ fidei professionem explicatis, ad contuendam illarum seriem conditionum nos vertimus, quarum * nexibus se illigatum prædictus princeps fuerat protestatus. Etenim tempore, quo divæ memoriæ Ervigius princeps hunc præsentem dominum nostrum Egicanem regem ad copulam filiæ sustinuit, his eum primum ligaminibus implicavit. Clara igitur pronunciantis voce, earumdem conditionum nobis textu prægnito, invenimus illic tam impossibilia vincula quædam juramenti innexa, ut difficulter mens jurantis ab earum illigatione sit libera: etiamsi esset a regni curis, & solicitudinibus aliena. Quarum textrinii evidens ligatura, inter cetera connexionum capitula, his verbis habebatur expressa. Circa cognatos meos, filios vestros, quos de glorioſa conjuge vestra, domina mea * Leubigitone, regina progenitos habere videmini, tam carum me amicum in sincera mentis dilectione sine fraudulenta calliditate exhibere, & esse polliceor; & ita cum eis in affectu dulcedinis & caritatis omnibus diebus vitæ meæ vivere spondeo, ut nec ipsos, nec partem eorum pro quibuslibet capitulis, aut ordinibus, vel occasionibus, quoquolibet tempore inquietari, aut stimulari debeam. Nec ullum dolorem, ullamque malitiam in corde, vel animo meo contra eos amodo, & deinceps quandoque retinebo, aut excogitabo: neque aliquam occasionem, aut argumentum enutribo, per quod, aut præfata ancilla vestra, sponsa mea, sive jam nominati filii vestri, qui de totiens dicta clementissima conjuge vestra, domina mea Leubigitone regina progeniti sunt, aut in maximum, aut in modicum conturbentur vel stimulentur, excepto propter justissimas causas, unde legalis mihi veritas patuerit, quas ut cum caritatis affectu ad eosdem cognatos meos quærere debeam, mihi licentiam reservo, & tam de promptissima dilectione & caritate eorum nunquam recedam: nam & pro causis eorum, quas aut ipsi contra quaslibet personas habuerint, si quicumque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usque quoad vixero in eorumdem filiorum vestrorum adjutorium, cum omni mentis meæ intentione, inquantum valuero, & Deus mihi dederit posse, exurgebo & intendebo, veluti si pro causa propria mea: ut nec illi damnum, aut perditionem quamcumque sustineant, & negotia eorum cum Dei auxilio, me intendente, agente, & prosequente celerem ad affectum perveniant.

Perlectis igitur his conditionibus quæ divæ memoriæ Ervigius princeps præsenti principi nostro ob suorum tantum filiorum vindicationem extorserat, aliæ iterum conditiones ex communi voto sese nobis retractandæ objiciunt, ad quas præfatus princeps Egica in regno adscitus juramentorum suorum Deo reddidit vota, cum se justitiam populis redditurum promisit, ac ne quemquam contra justitiam læderet, jurisjurandi attestatione devovi. Prima igitur conditionum illa series * pertractata, multis his secundis conditionibus videtur esse contraria. Quomodo enim pro cognatis causaturus exurgens decertantibus contra eos dabit justitiæ palmam, si ipse contra eos sententiam suam defendat? aut si ipse, sicut juravit, negotii sit objector? Quis expectabitur judicis terminator, aut quomodo data in populis juramenta servabit, ut nullum, sicut est pollicitus, contra justitiam gravet, si intantum cognatis protectionis adminicula præstet, quamdiu negotia eorum se prosequente ad effectum * videantur pertingere. Sic enim, sicut jam superius dictum est, juraſſe præfatum principem constat ut negotia eorum, se intendente, & prosequente, ad effectum perveniant. Illigatum itaque principem utriusque partis vinculis contuentes, perpendimus, quia utraque promissio simul ab eodem inculpabiliter impleri non possit. Quamquam si bene res considerata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus absolutus ostensus est, quando ad secundas has conditiones populorum jurare coactus est: quia uno eodemque compulsionis auctore, utrumque contestatus est. Quapropter perpensis utrarumque conditionum allegationibus, atque communi omnium collatione tractatis, * perven-imus in illis conditionibus, ad quas primum hic princeps noster socero juraſſe dignoscitur, sola illi proprii juris commoda cogitata; in his autem conditionibus * honestatis vota pollicita: illic ante regnum unius tuendæ domus * fides exacta; hic post regnum inoffensa regendarum plebium vota pollicita: illic privatus amor, ob defensionem filiorum * protenditur: hic generalis patriæ, & gentis affectio pollicetur: juratio illa offensis forsitan plurimis uni tantum domui portabit effectum, hæc vero generale æquitatis servans in singulis compromissum, nulli parti dabit veritatis excidium. * Quod igitur ex utroque justo disputationis fine conficitur, numquid paucorum salus erit extinctio plurimorum? aut numquid tantum valere debet privatæ rei commodum, quantum generalis revelatio populorum? absit. Quia ergo in illa juratione acceptio privatarum cogitata est personarum, in hac autem generalis protectio plebium: quæ ex his duabus sit potius observanda, divina nobis pandat sententia.

ANNO CHRISTI 688.

Scriptum est enim in Proverbiis Salomonis *Cognoscere personam in judicio non est bonum*. Christus quoque in evangelio: *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*: Paulo præsertim apostolo * specialiter præstruente, *ut non quæramus quod nobis utile est, sed quod multis, ut salvi fiant*. Jam ergo in promptu est, quid ex his duobus salubri pietate præponderetur, & ideo intemerata plus erunt quæ patriæ sunt salubri pollicitatione jurata, quam illa, quæ ob unius tantum domus sunt utilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, ut illa, quæ quidem pro cognatis jurata sunt, penitus destruantur, sed potius ut unus idemque affectus populis cognatisque servetur; unum quid ex duobus unitatis gratiam redolens, neutrum dividat, sed componat. Non enim possunt utraque sejuncta æqua observantiæ lan-

* explicitis, * nexibus Illigatus prædictus princeps fuerat

* Leubigitone

* pertractanda

* pertineat Illigatum itaque

* invenimus

* honestis juris * fidem exactam;

* protenditur.

* Quid

Prov. 24. Joan. 7. & Deut. 1.

* pro his spec. 2. Cor. 10

ANNO CHRISTI 685.

ce ſervari: quia ſi promiſſa cognatis fides ſervetur, populis quæ promiſſa ſunt deperibunt: & iterum, ſi data populis intemerata Deo ſacramenta ſerventur, cognatis procul dubio promiſſa beneficia negabuntur: nec unius partis præſtatio ſine alterius partis poteſt eſſe diſpendio. Quid ergo? numquid ob hoc utraque juramentorum promiſſa ſolvenda * ſunt, quia ſingula invicem ſine culpa agi non poſſunt? Abſit: transfundendum ergo unum in alterum, & ad unam regulam redigendum: ita ut minoris partis vota potioribus ſint conjuncta, & affectus protectionis qui privatim ſocero promiſſus eſt & cognatis, transfuſus generaliter ſervetur in populis; non quo, ut aut hinc aut inde promiſſa fides patiatur diſpendium, ſed conjuncta, atque in alterutrum transfuſa commune defenſionis ſentiat lucrum. Dicimus ergo per ſpiritum Dei, & * proximam ſententiam ponimus, eo in nobis loquente, qui ſe in ſuo nomine aggregatis medium adeſſe promiſit. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus ſocero ante juravit, principem noſtrum Egicanem regem ſancta ſynodus abſolvendum elegit, ut aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum juſtam defenſionem aſſumat, ut quaſi unius patris, germiniſque filios utrumque uno devocans in affectu, nec in cognatorum juſtis negotiis favorem populorum obtendat, nec rurſus in populorum queſtibus cognatis favere pertentet, ut tam in populorum, quam in cognatorum negotiis, una cademque illi fides ſervanda ſit, nec alio affectu tractandos eligat cognatos, quam populos, quo in adeptum cœlitus regnum directo æquitatis gradiens calle, nec profanationis in utrumque ſubeat notam, nec pietatis claudat utriſque partibus viſcera.

F. non ſunt. Hard.

* præfixam Matth. 18.

Secunda poſt hæc noſtro cœtui retractanda ſe collatio intulit, pro conditionibus ſcilicet illis, quas jam dictus princeps Ervigius ob tuitionem filiorum ſuorum, totius regni ſui populos jurare coegit. Quibus inſpectis, & diutiſſime retractatis, nihil illic invenimus, quod æquitati ſit obvium, nihil quod & pietati adverſum: occaſiones tantum malitiæ * amputantur, nam juſtorum negotiorum aditus non excluditur. Hoc enim ſingulariter illic ſervandum promittitur, quod generaliter a domino omni Chriſtiano jubetur; ſcilicet, ut malitia * caveatur, innocentia illibata ſervetur, fruſtretur nocendi propoſitum, admittatur negotioſum juſtumque judicium: hoc enim ſi communi omnium lege ſervetur, & illæſum ſemen regium a nocibilitate ſervabitur, & veritas populis ſine perjurii profanatione reddetur. Nec enim illic juramentum eſt, ut aut cauſantes contra filios ſuos nemo juvaret, aut nullus ſuper [b] æquitatis judicium promeret: ubi jam dictus princeps non ſolum in ſingulis negotia ſua judicialiter proponendi aditum tribuit, ſed & ſcelera filiorum ſuorum, ſi qua accidiſſent, legibus ulciſcenda permiſit. Quod ergo illic non eſt juramentum, & tamen juramentum fuiſſe impudenter aſſeritur, non devocabit populos in perjurii crimen, quia nec alligatum cernitur in conditionum ſerie: nec enim in nobis eſt cohibendum, quod in illis conditionibus non invenimus eſſe cohibitum. Recedendum tamen eſt a malitia, & * exercenda ſunt negotia opportuna. Neque enim quorumdam incauta illa dicacitas attendit, quæ impudenter adſtruere nititur, illos tantum innoxios eſſe a perjurii crimine, qui negotia ſua tantum viſi fuerint objeciſſe: illos autem, qui vel talia negotia judicanda ſuſceperint, vel hujuſmodi pro æquitate adjuverint, inexpiabili profanationis crimine irretiri: hæc quippe dicunt contentioſe magis quam rationabili ſirepitu obſtrepentes; neſcientes videlicet, quia ſi negatus ſuiſſet illic aditus jurandi, negaretur & proponendi: ſed qui admiſit juſtæ propoſitionis negotium, non voluit prolatæ æquitatis amputare judicium: nec qui proponentem admiſit poteſtatem juſte judicandi judicibus abſtulit. Magna ergo ſtultitiæ vox eſt, hæc ſentire, vel proloqui. Nam e contra, ecce per totam divinæ ſeriem ſcripturæ plus judicibus præcipitur judicare juſtitiam, quam populis ſua objectare negotia. Dicit enim ſcriptura: *Juſte judicate filii hominum*: nec addit: Juſte proponite cauſas veſtras, filii hominum: numquid, quia judices juſte judicare admonet, ideo populis proponendi ſua negotia interdixit * in eo quod de negotiis proponendis nihil protulit? Numquid ſuper eo judicii formula * rejicitur, quia mutum & abſque propoſitione ſentitur? Non ergo aut judicia ſine objectis, aut objecta ſine judicibus eſſe poſſunt, quo aut judex deſit cauſanti, aut cauſans deſit nullo modo judici. Quapropter conditiones ipſæ, in quibus nec veritas eſt præciſa, nec pietatis amputata ſunt viſcera, non tenebunt aut juſte proponentes ad perjurii ſacrilegium, aut juſte judicantes ad profanationis reatum. Hac igitur reddita ratione conficitur, ut ad prædictarum ſeriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quiſquis * repulſa a malitia, contra jam dicti principis partem, aut negotia ſibi debita judicibus judicanda objecerit, aut qui talium mandata ſuſceperit, aut teſtis judex, qui advocatus teſtimonium dixerit, aut judices ipſi, qui hujuſmodi juſte negotia terminaverint, vel hi etiam, qui parti juſtitiam habenti ſimpliciter fautores extiterint, ad relevationem potius miſerorum currentes, quam parti cuiquam delectantes eſſe nocibiles. Scriptum eſt etenim: *Pietas ad omnia utilis eſt*. Neque enim ceſſandum eſt a miſericordiæ opere, quod illo non interdictum eſt fœdere. Quia ergo illic juſtitiæ aditus non negatur, conſequens eſt, ut nec pietas abnegetur: non enim plene juſtitiam diligit qui pietatem proximo non impendit; ſic enim inconfuſe pietatis ſervantes affectum, illud apoſtolicum prælegimus obſervandum, * quam manifeſte præcipitur: *invicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*. Hac igitur ratione præmiſſa, abſolutis & diſcretis perſonis, atque vocibus ſingulorum negotia ipſa, quæ contra partem dicti piæ memoriæ Ervigii principis, vel filiorum ejus habeantur proponenda, admiſimus, definientes, ut legibus canonibuſque deſignata juſtitia, inter opponentes & reſpondentes a judicibus inconcuſſa ſervetur. His itaque excurſis, quæ placita diſpoſitionis fine concluſa ſunt, damus ſoli Deo gloriam & honorem, poſcentes ejus profuſiſſimam pietatem, ut ejus virtus atque potentia, & noſtrarum ſolvat mentium ligaturam, & glorioſo amatori Chriſti Egicani, principi noſtro tribuat felicem retentaſſe, ſceptrum felicioris vitæ reducere curſum, ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium, eo præſtante qui eſt rex omnium regum, & cujus regnum manet in ſæcula ſæculorum. Amen.

ANNO CHRISTI 688.

* Levit. 19.

* ideo quod

* texitur qui mutus eſt abſque.

* Lege, repulſa malitia. Hard.

1. Tim. 4.

* quo, al quum Galat. 6

* illic amputantur,

* capiatur,

exequenda

F. *Super his æquitatis* Hard.

ANNO CHRISTI 688.

SUBSCRIPTIONES.

Julianus urbis regiæ metropolitanus episcopus hæc canonum statuta subscripsi.

Sunieſredus Narbonenſis metropolitanus episcopus subscripsi.

Floreſindus Hiſpalenſis metropolitanus episcopus subscripsi.

Fauſtinus Bracarenſis metropolitanus episcopus subscripsi.

Maximus Emeritenſis metropolitanus episcopus subscripsi.

Idalius Barcinonenſis episc. subscr.
Concordius Palentinus episc. subscr.
Mumulus Cordubenſis episc. subscr.
Recila Accitanæ ſedis episc. subscr.
Gaudentius Valerienſis episc. subſ.
* Cilius Dertoſanæ episc. subscr. F. Cecilius. Hard.
Deodatus Segobienſis episc. subscr.
Ervigius Calabrienſis episc. subscr.
Moneſonſus Egitanæ episc. subscr.
Gregorius Oretanæ episc. subscr.
Proculus Bigaſtrenſis episc. subscr.
Sonna Oxomenſis episc. subscr.
Sarmata Valentinæ episc. subscr.
Marcianus Dianienſis episc. subscr.
Joannes Abelenſis episc. subscr.
Gabinius Arcavicenſis episc. subscr.
Samuel Malacitanenſis episc. subscr.
Froaricus Portucalenſis episc. subſc.
Ubiſefredus Auſonenſis episc. subscr.
Emila Elicitanæ, qui & Dotanæ ſedis episc. subſcripſi.
Felix Irienſis episc. subscr.
Euphraſius Lucenſis ſedis episc. subscr.
Theuderacius Aſſidonenſis ſedis epiſc. subſcr.
* Viltiedus Calagurritanæ episc. subscr. Ubiliedeus.
Nepotianus Tyraſſonenſis episc. subscr.
Cuniuldus Italicenſis ſedis episc. subscr.
Geta Eliplenſis ſedis episc. subscr.
Stercorius Aucenſis ſedis episc. subscr.
Baſilius * Baſtenſis ſedis epiſc. subſc. * Baſilicenſis, al. Baſtitanus
Gaudila Empuritanæ ſedis epiſc. subscr.
Euſendus Ilerdenſis epiſc. subscr.
Pacotaſis Biterrenſis epiſc. subscr.
Aurelius Aſturicenſis epiſc. subscr.
* Holemundus Salmanticenſis epiſc. subscr. Polemundus
Spaſandus Complutenſis epiſc. subscr.
Gundericus Segontienſis epiſc. subscr.
Joannes Eliberitanæ ſedis epiſc. subſcr.
Habitus Urcenſis epiſc. subscr.
Villieſonſus Viſenſis ſedis epiſc. subscr.
Sabaricus Gerundenſis epiſc. subscr.
Fructuoſus * Aureſinæ ſedis epiſc. subscr. Auricaſis
Anterius Segobrienſis ſedis epiſc. subscr.
Rogatus Beatienſis ſedis epiſc. subscr.
Valderedus Cæſarauguſtanæ epiſc. subscr. * Tudenſis
Adelfius * Tudeſinæ ſedis epiſc. subscr.
Tructemundus Elborenſis epiſc. subscr.
Siſebaldo Tuccitanæ ſedis epiſc. subscr.
Atula Caurienſis ſedis epiſc. subscr.
Joannes Egarenſis ſedis epiſc. subscr.
Iſidorus Setabienſis ſedis epiſc. subsc.
Landericus Olyſipponenſis epiſc. subscr.
Miro Conimbrenſis epiſc. subscr.
Vincentius Dumienſis ſedis epiſc. subscr.
Fiontius Lamacenſis epiſc. subſc.
Joannes Pacenſis epiſc. subscr.
Conſtantinus Egabrenſis epiſc. subscr.

Abbates.

Abſalius abbas subscr.
Felix archipresbyter subscr.

A Gerontius abbas subscr.
Gabriel abbas subscr.
Caſtorius abbas subscr.
Siſebertus abbas subscr.
Eulalius abbas subscr.
Involatus abbas subscr.
Adeodatus abbas subscr.
Ubiſandus archidiaconus subscr.
Muſantius primiclerus subscr.

Vicarii epiſcoporum.

Seſaldus indignus archipresbyter & abbas, agens vicem domini mei & pontificis Cypriani Tarraconenſis epiſc. subscr.

* Florentinus presbyter, agens vicem domini mei & pontificis Leuberici * Urgelletanenſis epi- B ſcopi, subſcripſi. * Florentius Urgelitanæ

Daniel presbyter, agens vicem domini mei & pontificis mei Agripii Oſſonobenſis epiſcopi, subſcripſi.

Suniulfus abbas, agens vicem domini & pontificis Flori Mentesani episcopi, subscr.

Deſiderius presbyter, agens vicem domini & pontificis mei * Naſibardi Aſtigitanæ ſedis epiſcopi, subscr. * Naridarbi, al. Nandarvi

Viri illuſtres officii palatini.

* Oſtulfus comes ſimiliter. * Oſtrulfus
Ubimar comes ſimil.
Vitulus comes ſimil.
Tranſemundus comes ſimil.
Valdericus comes ſimil.
C Nauſti comes ſimil.
Cixila comes ſimilit.
* Giſclamundus comes ſimil. * Giſdamundus
Siſaldus comes ſimil.
Theudila comes ſimil.
Severinus comes ſimil.
Sonna comes ſimil.
Ara comes ſimil.
Traſericus comes ſimil.
Ega comes ſimil.
Suniemirus comes ſimil.
Audemundus comes ſimil.

Data lex in confirmatione concilii generalis, ſub anno primo regni glorioſi Egicani principis noſtri.

D * Decretis & eximiis temporis noſtri geſtis ſynodalibus præſaventes, quibus & doctrinæ ſacrolanctæ fidei * audivimus copiam, & indiſſolubilis juramenti novimus contractam eſſe catenam, id lege promulgata decernimus, ut ea ipſa, quæ inconvulſo canonum vigore decreta ſunt, ab omnibus cautiſſima, & diligenti obſervatione ſerventur. Si quis autem his ipſis definitionibus contraire voluerit, decima ſuarum rerum parte mulctabitur, excommunicationis inſuper ſententia ſerietur. * Diſcretis * hauſimus

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

Tempus concilii Toletani XV.

E a *Æra* DCCXXVI.) Ex hac æra ſubductione Ervigius non ſex, ut aliqui noſtri hiſtorici, ſed octo regnavit annos; ſynodus enim Toletana XIII. congregata eſt æra DCCXXI. anno Ervigii regis quarto, ſynodus Toletana XIV. æra DCCXXII. anno Ervigii quinto: Toletanum concilium XV. celebratur æra DCCXXVI. anno primo Egicæ. Ex qua computatione liquide conſtat octo regnaſſe annos, a decimo octavo, uſque ad vigeſimum quintum. Vaſæus ſeptem ejus regni annos adſcribit, Rodericum Toletanum ſecutus ſolte excludit primum. Quam computationem nos ſumus ſecuti in chronologia.

b *Soceri*.) Inter alias filias, quas rex Ervigius ex Leubigitone uxore ſuſcepit, fuit Cixilo, quam in matrimonium Egicæ tradidit. Egicam fuiſſe filium regis exiſtimo, nam ipſe ſic ait in tomo: *Illud autem primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris noſtri & ſoceri regale ſortientes faſtigium*, &. Ex quibus verbis Egica requis.

ANNO CHRISTI 688.

constat & socerum & patrem habuisse regem, nam ait: *Sortientes, dissolvant historici nostri argumentum.* Quit de Egicæ moribus concilium Toletanum XVI. tradar canone & libenter appono. *Gloriosissimus etenim, ait, ac serenissimus dominus noster Egica rex, ferventissimi amoris Christi igne succensus, & sanctæ oblationis ope perfunctus, inimicorum Christi persidiam (illud propheticum vaticinium sequens; Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam?) utpote verus Christicola obnoxios proterere decernit, ecclesiæ Dei statum vigilanti instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis se munificum exhibet; tributorum impensiones populis moderamine discreto remittit; maligna contra se obstinatione agentibus, animi liberaliter gratissima, ac piæ miserationis instantia ignoscere consuevit: multos quoque, qui confracti sunt, liberos, secundum propheram omne onus distrumbendo, in ingenuitatis statu reformat, atque in diversis sanctæ vitæ studiis, sanctis exercenda præpollet.* Hactenus concilium. Leubigito vero ejus nurus una cum Sisiberto Toletano antistite & aliis adversus eum conjuratione inita, ut vita & regno privarent, exilio mulcati sunt, ut infra concilio Toletano XVI. cap. 9. de Sisiberto episcopo.

Psal. 138.

Isai. 28.

B

c *Papa Benedictus,*) Benedictus II. Leoni II. successit. Totam hanc controversiam Rodericus Toletanus archiepiscopus lib. 3. cap. 13. sic describit. *Ejus in tempore, inquit, liber de tribus substantiis, quem dudum Romam miserat primas sanctissimus Julianus, & minus caute tractando Benedictus papa Romanus indixerat reprobandum, ob id quod voluntas genuit voluntatem. Sed sanctus Julianus veridicis testimoniis in hoc concilio, ad emendationem præfati principis, per oracula eorum, quæ Romam transmiserat, verum esse firmavit, & apologeticum fecit, & Romam misit per suos legatos presbyterum, diaconum, & subdiaconum, viros eruditissimos, & in omnibus Dei servos, & in divinis scripturis imbutos, cum versibus etiam acclamatoriis, secundum quod & olim transmiserat de laude Romani imperii. Quod Romanus pontifex Benedictus digne & pie recipiens cunctis legendum indixit, atque acclamando. Laus tua Deus in fines terræ, C lectum sæpius notum fecit: qui & reseriptum domino Juliano per suprafatos legatos cum gratiarum actione & cum honore remisit: & omnia quæcumque scripsit justa & pia esse depromsit.* Hæc Rodericus.

Rodericus de Benedicto Papa quid.

Adde: Hunc Rodericum redarguit erroris Baronius, ut diximus supra in notis ad vitam & epistolas Benedicti.

d *Nec secundum relativum.*) Quæritur an hæc nomina, sapientia, & voluntas, secundum relationem, an secundum substantiam, a sanctis patribus usurpentur? Quam quæstionem dissolvit Magister sentent. lib 1. dist. 27. ubi ex sententia divi Augustini docet nomina quæ substantiam significant, tantum dici, illud de illo. S. Thomas 1. part. quæst. 39. art. 5. sic ait: *Unde minus improprie est ista: Natura de natura, vel sapienita de sapientia, quam essentia de essentia.* Quamvis Augustinus lib. 7. de Trinitate cap. 1. & 2. probat hanc: Sapientia de sapiencia: & lib 15 de Trinitate cap. 20 hanc, Voluntas de voluntate. *Dicitur, inquit, Filius consilium de consilio, & voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia.* Sed & omnes doctores sancti ali quando expressius locuti sunt quam proprietes dictionis partitur: unde hujusmodi formæ loquendi non sunt extendendæ, sed potius exponendæ, ut scilicet nomina abstracta exponantur per concreta, vel per nomina personalia, ut docuit D. Thom. 1. part. quæst. 39. art. 1. & Magist. sent. lib. 1. dist. 5. unde istæ propositiones debent interpretari per concreta, aut per personalia nomina, ut cum dicitur: Essentia de essentia, vel sapientia de sapientia, sic sensus: Filius, qui est essentia & sapientia, est de Patre qui est essentia & sapientia.

Exponitur epist Hispaniæ episcoporum.

D

c *Ac proinde.*) Hæc regula generalis, & axioma universale est omnium theologorum, in materia de Trinitate, ex Augustino lib. 7 de Trinitate, qui in prologo de nominibus individuæ Trinitatis sic ait: *Quædam de singulis tantum dicuntur personis, quædam vero unitatem essentiæ significantia sunt, & quæ de singulis sigillatim, & de communibus communiter dicuntur: alia vero sunt quæ translative ac per similitudinem de Deo dicuntur.* Hoc idem Ambrosius lib. 2. de Trinitate in prologo.

De nominibus sanctissimæ Trinitatis pater Augustini sententia.

Psalm. 62, expositio.

E

f *Egregii Augustini sententiam.*) Locus est apud Augustinum libro decimo quinto de Trinitate cap. 20. & adducitur a Magistro sententiarum libro primo dist. 5.

g *Sitis te.*) Ex Psal. 62. secundum septuaginta, qui ita transtulerunt, ἐδίψησε σου ἡ ψυχή μου, πολλαχῶς δὲ κατὰ μέρος ad verbum: *Sitivit te anima mea, quam multipliciter coro mea.* Divus Hyeronymus sic habet: *Sitivit ad te anima mea, desideravit ad te coro mea.* Basilius referens hæc verba, *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter*, sic ait Theodotion habet, Sæpenumero; Symmachus, Concupiscit: posuit autem omnes interpretationes, id doceret illud πολυτρόπως non esse duarum partium dictionem, sed unam esse unius portis, quæ sermonis significat proprietatem. Consentit enim & caro animæ amori, nec consiliis illius repugnat, ac si dicat; Et anima mea, & corpus meum te desiderat: quemadmodum si quis aquam sitiat & jucundissimam & liquidissimam

ANNO CHRISTI 688.

Nova Latina versio septuaginta habet: *Sitivit te anima mea, ex sententia Hilarii & Augustini.*

h *Significatur a parte totum.*) Hæc est quarta regula Tichonii, quam affert Augustinus lib. de doctrina Christiana, & Isidorus libro primo sententiarum cap. 26.

i *Septuaginta animæ.*) Locus est Exodi 1. ubi ita legitur: *Erant igitur animæ eorum, qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta;* qui paulo ante eodem capite in Ægyptum ingressi dicuntur. Et Genesis 46. expresse dicitur: *Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.* Item locus est Deut. 10.

k *Muscam caninam.*) Psal. 77. κυνόμυια habent septuaginta, ut etiam Psal. 104. quam vocem Græcam Latina vulgata editio retinuit: significat vero κυνόμυια muscam caninam, ut hic ponitur. Isidorus lib. etymol. 12. c. 8

Musca canina.

l *Ut auferat nobis serpentem.*) Locus est num. 21. paulo tamen aliter: neque serpentem, sed serpentes habet Latina translatio: apud septuaginta tamen est τὸν singularitatis numero, ut hic.

m *Cyrillus libro qui vocatur scholia.*) Forte sunt commentaria in Joannem, ubi lib. 1. cap. 15. ad ea verba, *Et verbum caro factum est*, sic habet: *sermonem incarnationis jam manifeste ingressus hominem factum fuisse unigenitum Dei filium apertissime narrat. Cum enim dicit:* Et verbum caro factum est, *nihil aliud dicit, præterquam quod filius Dei & Deus natura, homo factus est; nec novi quidquam profertur, cum sæpe divinæ scriptura solo carnis vocabulo integrum (ut ita dicam) & totum hominem significet.* Effundam, *Joel inquit, a spiritu meo super omnem carnem: ubi nisi ex parte una totum hominem intelliges, ridiculose inanimatæ carni spiritus dari videbitur.*

Cyrillus. * Errat; habemus edita & mss. Jean. 1.

n *Septuaginta quinque.*) Sic est Exod. 1. ex editione septuaginta, οὗτοι δὲ πάντες ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Idem Lucas in actibus apostolorum cap. 7. Verum Genesis 46. dicitur: *Cunctæque animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ: omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.* Pro septuaginta habet editio Septuaginta ψυχαὶ ἑβδομήκοντα πέντε. Deut. vero 10. Septuaginta interpretum & vulgata editio consentiunt, & animas septuaginta in Ægyptum descendisse commemorant. Idem Josephus lib. 2. antiquit. can. 7. Quomodo vero hæc consient, esse septuaginta & esse septuaginta quinque, pulchre conciliat Hieronymus quæst. in Genes. ad hunc locum.

Quot animæ in Ægyptum cum Jacob descenderint.

o *Facies arcam.*) Locutus est Exodi 25. hoc modo. *Arcam de lignis Setim compingite, cujus longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem: deaurabis eam auro mundissimo intus & foris:* ubi pro lignis Setim septuaginta diserte ἐκ ξύλων ἀσήπτων habent, ut Cyrillus legit.

p *Tres in Christo substanitas.*) Srephanus Eduensis episcopus in libro de sacramento altaris cap. 17. *Credimus in Christo duas fuisse naturas, divinam & humanam; & tres substantias, divinam, carnem, & animam, Athanasio afrisante, qui ait; Sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus.*

Quomodo tres substantiæ in Christo asserantur.

q *Subscriptiones.*) In hoc decimo quinto concilio Toletano multi ex episcopis, qui XIV. interfuerunt, subscribunt; est enim nationale ex episcopis Hispaniæ & Galliæ Narbonensis. Qui in aliis subscribunt, sunt; Aurelius Asturicensis, in XIII. Toletano. Atula Caurensis in XII. & XIII. Toletano. Valderedus Cæsaraugustanus XIII. Toletano. Concordius Palentinus, in XII. XIII. & XIV. Tolerano. Cicilius Dertosanæ, in XIII. Tolerano, & dicitur Dertosanus. Cuniuldus Italicensis, in XIII. Tolerano, sicut Cyprianus, Deodatus Segobiensis, in XII. & XIII. & XIV. Tolerano. Eusrasius, in XII. & XIII. Tolerano, Eusendus Ilerdensis, in XIII. Tolerano. Felix Iriensis, in XII. Tolerano, & III. Bracarensis, ubi dicitur Illustrissus Felix. Froaricus Portucalensis, in XII. & XIII. Tolerano. Florefindus Hispalensis, in XIII. & XIV. Tolerano. Florus Mentesanus, in XIII. Tolerano. Gandentius Valoriensis, in XII. XIII. & XIV. Tolerano. Gregorius Oretanæ, in XIII. & XIV. Geta Elipsensis, in XII. Tolerano. Caudila Emporitanæ, in XIII. Tolerano, qui Caudilanus. Julianus urbis regiæ, in XII. XIII. & XIV. Tolerano. Idalius Barcinonensis, in XIII. Tolerano. Joannes Egarensis, in XIII. Tolerano. Joannes Pacensis, in XII. & XIII. Tolerano. Leubericus Urgelitanus, in XIII. Tolerano. Mumulus Cordubensis, in XIII. Tolerano. Monesonsus Egitanæ, in XIII. Tolerano. Martinus Dianiensis, in XIV. Tolerano. Miro Conimbriensis, in XIII. Tolerano. Proculus Bigastrensis, in XIII. Tolerano. Recilla Accitanæ, in XII. & XIII. Tolerano. Rogatus Beatiensis, in XI. & XIII. Tolerano. Sisebaldo in XII. & XIII. Tolerano. Stercorius Auceusis, in XIII. Tolerano. Samuel Malacitanus, in XII & XIII. Tolerano. Sarmata Valentinæ,

Qui episcopi anterioribus eriam conciliis Toletanis subscripserunt.

in

ANNO CHRISTI 688.

in XIII. & XIV. Toletano. *Sona* Oxomenſis, in XIII. & XIV. Toletano. *Sunifredus* Narbonenſis, in XIII. & XIV. Toletano. *Theuderarius* Aſſidonenſis, in XII. & XIII. Toletano. *Tructemundus* Elboreníis, in XII. & XIII. Toletano. *Ubiſifredus* Auſonenſis, in XIII. Toletano. Maximus Emeritenſis, in XIV. Toletano. Alii ſubſcribunt, qui non interfuerunt aliis conciliis, ſed ſuccedunt aliis epiſcopis, ut Anterius Segobrienſis qui Olipæ, in XIV Toletano. Adelfins Tudenſinæ, qui Opæ Tudenſi, in XIV. Toletano. Agripius Oſſonobenſis, qui Bellito, in XIII. Toletano. Baſilius Baſtenſis, qui Antonio, in XIV. Toletano. Conſtautinus Egabrenſis, qui Gratino, in XIII. Toletano. Ervigius Cajabrienſis, qui Alvaro in Emeritenſi. Frontinus Lamecenſis, qui Gundulfo, in XIV. Toletano. Fauſtinus Bracarenſis, qui Luibæ, in XIII. Toletano. Gabinus Arcavicanſis, qui Senipronio, in XIII. Toletano. Gundericus Segontienſis, qui Ellæ, in XIV. Toletano. Habitus Urcenſis, qui Palmatius, in XIII. Toletano. Joannes Abeleuſis, qui Unigiro, in XIII. Toletano. Joannes Eliberitanæ, qui Argibandonio, in XIII. Toletano. Iſidorus Serabienſis, qui Aſturio Setabitano, in XIII. Toletano. Landericus Olyſipponenſis, qui Aræ, in XIII. Toletano. Naſibardus Aſtigitanæ, qui Theodulpho, in XIII Toletano. Nepotianus Tyraſſonenſis, qui Aſturio, in XIII. Toletano. Sabaricus Gerundenſis, qui Jacobo, in XIV. Toletano. Spaſandus Complutenſis, qui Agricio, in XIV. Toletano. Vincentius Dumienſis, qui Aviachimaro, in VIII. Toletano. Villeſonſus Viſenſis, qui Reparato, in XIII. Toletano. Villiedus Calagurritanæ, qui Eufraſio, in XIII. Toletano. Emilia Illicitanæ, qui Leandro, in XIV. Toletano. Fructuoſus Aureſinæ, qui Aurienſis dicitur, ſucceſſit Hilario, in XIII. Toletano. Prima ſubſcriptio hujus concilii eſt: Julianus urbis regiæ metropolitanus epiſcopus hæc canonum ſtatuta ſubſcripſi: in qua advertendum duxi, Julianum Regiæ urbis metropolitam, qui Quirico ſucceſſit, diverſum eſſe a Juliano Pomerio Gallo doctore: is enim vixit circa annum dominicæ cccxc. ut ex * Evodio Ticienſi conſtat: noſter vero incidit in hæc tempora, & in prognoſtico futuri ſæculi Pometium affert, in opere adverſus Judæos. Video aliquos viros doctos ſimilitudine nominum deceptos: ſed Julianus primas civis fuit Toletanus Eugenii III diſcipulus, inter divos relatus, qui magna totius populi veneratione Toleti colitur, cujus vitam Felix literis mandavit; alter Julianus Pœnus in Gallia vixit, tantum doctor eccleſiaſticus fuit.

ANNO CHRISTI 688.

Julianus primo loco ſubſcriptus quis.

* Ennodio Ticienſi diacono primum, tum epiſcopo.

CONCILIUM SUB THEODORO

CANTUARIENSI ARCHIEPISCOPO

Vergente Sæculo VII. habitum.

ex Suppl. Manſi pag. 516.

COncilii hujus unica ſupereſt mentio in responſione Zachariæ papæ ad S. Bonifacium, quæ eſt inter Labbeanas X. Ita enim habet ibi Pontifex, *primum capitulum pro ſynodo Provinciæ, in qua natus & nutritus es, quam noviſſimis tuis temporibus Theodorus ex Græco, Latinus, atque philoſophus, & Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio ſublimatus, ad Britanniam tranſmiſſus judicabat & gubernabat. In illa tale decretum & judicium firmiſſime præceptum & diligenter demonſtratum eſſe dignoſcitur, ut quicumque ſine invocatione Trinitatis totus fuiſſet, ſacramentum regenerationis non haberet.* Et inferius: *hoc quoque obſervaſſe in dicta ſynodo ſacerdotes, ut qui vel unam de Trinitate perſonam in baptiſmo non nominaret, illud baptiſma verum eſſe non poteſt.* Huc uſque de hac Theodori Synodo Quoniam vero in eadem ſtabiſita veroſimile eſt capitula quæ vocantur vel potius pœnitentiale Theodori, hæc ſynodo adiicienda eſſe, judicavi, non quidem ut mendoſe leguntur apud Labbeum ſed ex nova recenſione ad MS. codicem vetuſtiſſimum olim pertinentem ad Emericum Bigotium P. Martene, quæ vulgata eſt in noviſſima editione ſpicilegii Dacheriani Addere inſuper hic juvat multa ex pœnitentiali Theodori, quæ in eiſdem capitulis non leguntur, reperiri in veteri libello *de remediis peccatorum* vulgato a P. Martene anecdot. t. IV. pag. 22. quæ hic pariter recudentur.

CAPITULA THEODORI CANTUARIENSIS ARCHIEPISC.

EX NOVA RECENSIONE P. EDMUNDI MARTENE,

Vulgata in nova editione Spicilegii Dacheriani Tom. I. pag. 486.

I. IN ordinatione (*a*) Epiſcopi, vel Presbyteri, ſive Diaconi vel ſubdiaconi, oportet Epiſcopum Miſſam agere; ſimiliter Græci faciunt, quando Abbatem eligunt vel Abbatiſſam.

II. In Monachi ordinatione Abbas debet miſſam agere, & tres orationes complere ſuper caput ejus: & ſeptem dies (*b*) velat caput ſuum cocullo ſuo, & ſeptimo die Abbas tollat velamen id de capite Monachi, ſicut in Baptiſmo Presbyter ſeptimo die velamen infantium abſtulit, ita & Abbas debet Monacho, quia ſecundum baptiſmum eſt juxta judicium Patrum, & omnia peccata dimittuntur ſicut in Baptiſmo.

III. Presbyter poteſt Abbatiſſam conſecrare cum miſſæ celebratione.

IV. In Abbatis (*c*) ordinatione Epiſcopus debet Miſſam agere, & eum benedicere inclinato capite cum duobus vel tribus teſtibus de fratribus, & dat baculum, & pedules.

V. Sanctæmoniales, & Baſilicæ cum Miſſa ſemper debent conſecrari. Græci ſimul benedicunt viduam, & virginem, & utramque Abbatiſſam eligunt. Romani (*d*) autem non velant viduam, ſed virginem tantum.

VI. Nullum perfectum credimus in baptiſmo eſſe ſine confirmatione Epiſcopi; tamen ne deſperemus, (*e*) in Synodo Nicena, Chriſma fuit inſtitutum.

VII. Sacrificium (*f*) non accipiendum de manu Sacerdotis, qui orationes vel lectiones ſecundum ritum implere non poteſt.

VIII. Cum Græcis Diacones non frangunt panem ſanctum; nec collectionem dicunt, vel *Dominus vobiſcum, vel Completa.*

IX.

(*a*) *in ordinatione*). Hoc caput in MS. Cod. S. Germani, a Burchardo lib. 1. cap. 25. & ab Ivone parte V. P. NOTÆ Decreti cap. 338. refertur ex Theodoro. (*b*) *Septem dies*). In Galliis tres tantum. Vid. Capitulare 35. MARTENE. Caroli mag. addit. 1. (*c*) *In Abbatis*) Ordo Romanus refert ex Theodoro, tit. *Ordin. Abbatis.*

(*d*) *Romani autem*). Vid. Gelaſium epiſt. 9. ad Epiſcopos Lucaniæ, & Gratianum 27. q. 1.

(*e*) *ne deſperemus*) In editis hoc tantum legebatur, *tamen non deſperamus*, cætera deerant.

(*f*) *Sacrificium*) MS. Cod. S. Germ. Theodoro tribuit; at Ivo p. 2. cap. 44. Fabiano.

ANNO CHRISTI 688

IX. Qui bis (*a*) baptizati sunt ignorantes, non indigent pœnitentia, nisi quod secundum Canones non possunt ordinari, nisi pro magna necessitate. Qui vero non ignorant, quasi iterum Christum crucifixerunt, pœniteant septem annis, quarta feria, & sexta feria. & tribus Quadragesimus.

De Operibus diei Dominici.

X Græci, & Romani in die Dominica navigant. & equitant. (*b*) panem non faciunt, nec in curru ambulant, nisi ad Ecclesiam tantum, nec balneant se. Græci non scribunt publice, tamen pro necessitate seorsum in domu scribunt.

XI. Qui operatur in die Dominico, Græci prima vice arguunt secunda tollunt aliquid ante eum, tertia vice tertiam partem de rebus, &c.

XII Græci, & Romani dant servis vestimenta, & liberant, excepto Dominico die.

XIII. Græcorum Monachi servos non habent, Romani habent.

XIV. Ligna Ecclesiæ non habent (*c*) ad aliquod opus, nisi ad Ecclesiam aliam, si necesse est, vel igni comburenda, vel ad profectum in Monasterio Fratribus, in laicalia vero opera non debent procedere.

XV. Ecclesiam licet ponere in alium locum si necesse sit, & non debet (*d*) iterum sanctificari, nisi tantum aqua aspergi.

XVI. Græci carnem (*e*) morticinam non dant porcis suis; pelles autem eorum ad calciamentum, & lana, & cornua licent accipi, sed non in Sanctum aliquid. Tamen si casu porci comederint carnem morticinorum, aut Sanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec Gallinas simili modo.

XVII. Animalia, quæ a lupis, vel canibus consummantur, non sunt comedenda nisi porcis, & canibus, nec cervus, aut caprus, si mortui inventi sunt. Pisces autem licent, quia alterius naturæ sunt. Equum non prohibent: tamen consuetudo est non comedere.

XVIII. Porci, qui sanguinem gustantes tetigerint, manducentur: sed qui cadavera mortuorum lacerantes manducent, carnes eorum non licet comedere usque macerentur.

De peste mortali.

XIX. Græci, & Romani dicunt ipsos infirmos visitari debere sicut cæteros infirmos, sicut Dominus præcipit.

XX. Græci omni (*f*) Dominico die communicant sive Clerici sive Laici, & qui tribus Dominicis non communicaverit, excommunicetur.

ANNO CHRIST. 688.

Romani similiter communicant qui volunt, qui autem noluerint, non excommunicentur.

XXI. Pœnitentes secundum Canones non debent communicare ante coniuminationem pœnitentiæ. Theodorus dicit: Nos autem pro misericordia post annum vel sex menses licentiam damus.

XXII. Una pœnitentia est viduæ & puellæ; majorem meruit, quæ virum habet, si fornicationis crimen commiserit.

XXIII. Si quis gentilis dimiserit uxorem suam, post baptismum in potestate ejus erit P habere eam, vel non habere.

XXIV. In tertia (*g*) propinqua secundum Græcos licet nubere, sicut in lege scriptum est: in quinta secundum Romanos; tamen in quarta non solvunt, postquam factum fuerit.

XXV. In tertia propinqua tantum non licet uxorem alteriùs post obitum ejus habere.

XXVI. Bigamus pœniteat primo anno, quarta feria, & sexta feria, & tribus Quadragesimis abstineat a vino, & (*b*) a carnibus; non dimittat (*i*) tamen uxorem.

XXVIII. Monachus fornicationem faciens septem annis pœniteat.

XXIX. In primo conjugio debet presbyter missam agere, & benedicere ambos & postea C abstineant se ab ecclesiæ triginta diebus; quibus peractis pœniteant XL. diebus, & vacent orationi; & postea communicent cum oblatione.

XXX. Ingenuus cum ingenua conjungi debet.

XXXI. Cui uxorem (*k*) hostis abstulerit, & non potest repetere eam, licet ei aliam accipere, melius est quam fornicari. Nam si postea redeat uxor non debet recipere eam si aliam habet. Ipsa acciperet alterum virum, si unum ante habuit.

XXXII. Si quis maritus, aut si qua mulier (*l*) votum habet virginitatis, adjungitur uxori, postea non dimittat uxorem; sed pœniteat tribus annis. Vota stulta frangenda sunt, & D importabilia.

XXXIII. Mulier non debet vovere votum sine licentia viri sui: & voverit, dimitti potest.

XXXIV. Pro defuncto (*m*) monacho missa agatur in die sepulturæ ejus, & tertia die; & postea quantum voluerit abbas; pro laico bono, tertia die, vel sexta, (*n*) post jejunium; pro pœnitente trigesima die vel septima & propinqui ejus jejunare debent quinque dies (*o*) & oblationem offerre ad altare; sicut in jesu filio Sirach legitur, & pro Saul filii Israel jejuna-

---

NOTÆ P. MARTENE.

(*a*) *Qui bis*). Theodori est apud Ivonem p. 1. cap. 245. & apud Gratianum de Consecrat. disp. 4. c. *quibus*.

(*b*) *navigant, & equitant*) Prior editio *non navigant, nec equitant*. Haud ita multo post hæ voces *ante eum* deerant in editis. (*c*) *non debent*) Acherius ediderat, *non habent*. Hæc apud Burchardum lib. 3. cap. 39. Ivonem p. 3. c. 44. Gratianum de consecr. dist. 1. c. *ligna*, tribuunt Hygino papæ.

(*d*) *Et non debet*) Hæc in priori editione sic legebantur, *& tunc debet iterum sacrificari, nec tanti s aqua sanctæ spergi*. (*e*) *Græci carnem*) Ex Pœnitentiali Theodori laudat Ivo p. 15. c. 97. 99. 104.

(*f*) *Græci omni*) Legitur in Pœnitentiali Theodori tit. 50. (*g*) *In tertia*) Hoc caput & sequens sic legebantur: *In tertia pro vitiositate provinciæ carnis secundum Græcos . . . . non solvunt conjugium, nisi factum fuerit. In tertia provincia non licet uxorem* &c. Videri possunt hunc in locum Regino lib. 2. cap. 200 & concilium Compendiense sub Pippino can. 1.

(*b*) *a Vino*) Hæc in editis deerant, ac legebatur dumtaxat, *abstineat se a carnibus*.

(*i*) *non dimittat*) Horum loco Acherius ediderat, *& separetur*: ex quo liquet codicis eum usum esse emendatissimo. Caput quod sequitur in priori editione deerat.

(*k*) *Cui uxorem*) Hæc etiam desiderabantur in edit. Acherii.

(*l*) *aut si qua mulier*) Quatuor hæc voces addita sunt. Hoc caput Theodori esse dicitur apud Gratianum dist. 27. c. 1 *vir.* & in pœnit. Rom. tit. 8.

(*m*) *Pro defuncto*) Hoc etiam caput sub Theodori nomine descriptum est in codice S. Germani.

(*n*) *Tertia die vel sexta*) Acherius, *tres vel septem*, male.

(*o*) *Quinque dies*) Prior editio *quinta die*; quod si sequamur, dicendum erit Theodoro placuisse non magis jejunari pro pœnitente, quam pro laico bono.

ANNO CHRISTI 688.

junaverunt: postea quantum voluerit presbyter.

XXXV. Secundum Græcos presbytero licet virginem sancto velamine consecrare, & reconciliare pœnitentem, & facere oleum exorcizatum, & infirmis chrisma si necesse sit: secundum Romanos nonnisi episcopis solis.

XXXVI. Mulieres (*a*) menstruo tempore non intrent ecclesiam, neque communicent nec sanctæmoniales, nec laicæ; si præsumant, tribus hebdomadibus pœniteant. Similiter pœniteant quæ intrant ecclesiam ante mundum sanguinem post partum ideſt XL. diebus.

XXXVII. Infans (*b*) pro infante potest dari ad monasterium Deo, quamvis alium vovisset; & tamen melius est votum implere. Similiter pecora cætera (*c*) si necesse est, pro coæquali.

XXXVIII. Lavacrum capitis potest esse in Dominico, & in lixa (*d*) pedes lavare.

XXIX. Presbyter decimas dare non cogatur.

XL. Reliquiæ sanctorum venerandæ sunt, si potest fieri, candela ardeat per singulas noctes; si vero paupertas loci non sinit, non nocet eis.

XLI. Incensum (*e*) Domini incenditur in natali sanctorum pro reverentia diei, quia ipsi sicut lilia dederunt odorem suavitatis, & asperserunt ecclesiam Dei, sic incenso aspergitur ecclesia primitus juxta altare.

XLII. Inventa in via accipienda est: si invenit possessorem, reddet ei.

XLIII. Laicus in ecclesia non debet recitare lectionem, nec alleluja dicere sed psalmos tantum & responsoria sine alleluja.

XLIV Mulieres possunt oblationes facere secundum Græcos non secundum Romanos.

XLV. In illa die ante Natale Domini hora nona expleta, ideſt vigilia Domini, manducant Romani, Græci dicto vespere & missa cœnant. (*f*)

XLVI. Tributum ecclesiæ sit sicut consuetudo est provinciæ, tamen ne pauperes in decimis vim patiantur.

XLVII. Animalia coitu hominibus commixta occidantur, & carnes carnibus projiciantur, & ubi dubium est, non comedenda, occidenda. (*g*)

XLVIII. In uno altari duas facere missas conceditur (*h*) secundum Græcos: secundum Romanos quinque, propter quinque cruces, quæ imponit episcopus, quando consecrantur. Et ille qui prius manducare probatur, ad osculum non permittitur.

XLIX. Vir abstineat (*i*) se ab uxore sua XL. dies ante pascha, & prima hebdomada post pascha, & post pentecosten una hebdomada.

L. Infantes in monasteriis quatuordecim annorum carnem manducent.

LI. Confessio (*k*) Deo soli, si necesse est agi licet.

ANNO CHRISTI 688

LII. Gentiles mortui de locis sanctorum eiiciendi sunt.

LIII. Missas (*l*) sæcularium mortuorum ter in annum: tertia die, & nona die, & trigesima die: quia surrexit Dominus tertia die, & nona hora emisit spiritum, & triginta diebus Moysen filii Israel planxerunt.

LIV. De libertate (*m*) lavandi pedes laicorum, nisi cœna Domini.

LV. De indulgentia malarum cogitationum, si non opere impleantur.

LVI. Promissio cito implenda est quia mors non tardat.

LVII. Qui cum sorore fornicatur, quatuordecim annis pœniteat.

LVIII. Sacerdos tangendo mulierem coinquinatus, XL. diebus pœniteat.

LIX. Servus Dei (*n*) non debet ullatenus pugnare, nisi in multorum sit consilio servorum Dei.

LX. Non licet diacono laico judicare pœnitentiam, sed episcopo, aut presbytero.

LXI. Maritus non debet habere (*o*) uxorem suam nudam.

LXII. Infirmis licet omni hora cibum & potum quandocumque desiderant, sumere.

LXIII. Cujus uxor est infidelis & gentilis & non potest eam convertere, dimittat eam.

LXIV. Abbati (*p*) scilicet monasterium suum alii dare in potestate non est, nec post obitum ejus, nec eo vivente sine voluntate monachorum, nec propinquo, nec alieno, sed ipsi eligant ante sibi abbatem. Si prior obierit, aut discesserit, simili modo. Abbas potest pro humilitate, cum permissione episcopi, locum suum derelinquere. Tamen fratres eligant sibi abbatem de ipsis, si habent; sin autem de extraneis. Nec episcopus debet violenter in loco suo. Congregatio debet sibi eligere abbatem post mortem ejus, aut eo vivente, si discesserit, vel peccaverit. Ipse non debet ordinare de suis propinquis, neque de alienis, nec alio abbate dare, si non voluerint fratres.

LXV. Si peccaverit abbas, nec episcopo licet tollere possessionem monasterii quamvis peccaverit abbas, sed mittat eum in aliud monasterium in potestatem alterius.

LXVI. Abbati non licet neque episcopo terram ecclesiæ vendere ad aliam, quamvis in potestate ejus sint ambæ. Si mutare vult terram ecclesiæ, cum consensu amborum faciat.

LXVII. Si quis vult monasterium suum in alio loco ponere, faciat cum consensu (*q*) episcopi, & fratrum suorum, & dimittat in priore loco presbyterum ad ministerium ecclesiæ.

LXVIII. Presbytero licet soli missam facere,

(*a*) *Mulieres*) hoc caput Theodoro tribuit Ivo p. 15. c. 150. & 151. Aliter ac Theodorus sentiebat Gregorius M. vide ejus resp. ad interrog. 10. Augustini. NOTÆ P. MARTENE.

(*b*) *Infans*) ex pœnit. Theodori laudat Gratianus 20. q. 1. c. *Infans*.

(*c*) *pecora cetera*) posterior vox addita est. Statim pro eo æquali ediderat Acherius.

(*d*) *in lixa*) Prior. edit. *in liuſioa*. (*e*) *Incensum*) Acherius ediderat *in cœna vero*.

(*f*) *& missa cænant*) Longe aliter prior editio, quippe in qua legebatur: *missam cantant*.

(*g*) *occidenda*) hoc additum est.

(*h*) *conceditur*) Quæ sequuntur usque ad. *Et ille qui prius*, addita sunt.

(*i*) *Vir abstineat*) hoc caput Theodori esse dicitur in codice S. Germani.

(*k*) *Confessio*) Ex Theodoro refert Ivo p. 15. c. 133. & Burchardus lib. 9. c. 146.

(*l*) *Missas*) hoc caput est 51. pœnit. Theodori.

(*m*) *De libertate*) Hæ duæ voces additæ sunt, perinde atque caput sequens.

(*n*) *Servus Dei*) Hoc caput sic legitur in priori editione: *Clericis nullatenus pugnare licet, nisi in multitudine aut consilio servorum Dei*. Quod quidem mihi magis placet. (*o*) *non debet habere*) Acherius videre.

(*p*) *Abbati*) Theodori esse dicitur in Codice S. Germani, perinde ac duo quæ sequuntur.

(*q*) *Cum consensu*) Acherius *cum consilio*.

——re, si necesse est, & populum benedicere in Paraseeve, & crucem sanctificare. ANNO CHRISTI 685

LXIX. Qui accipit sacrificium post cibum, septem diebus pœniteat in judicium episcopi.

LXX. Qui occiderit monachum vel Clericum, arma relinquat, & Deo serviat, vel septem diebus pœniteat.

LXXI. Qui episcopum, vel Presbyterum occiderit, Regi dimittendus est ad judicandum.

LXXII. Si laicus alterum odii meditatione occiderit, si non vult arma relinquere, pœniteat septem annis sine carne: si per iram subitam, tribus annis, si autem casu, vel eventu, uno anno.

LXXIII. Pecunia ecclesiastica (*a*) furata, sive rapta, reddatur quadruplum, popularia duplicetur.

LXXIV. Si quis fornicaverit cum virgine, uno anno: si cum maritata, tribus annis; unum integrum, duos alios quadragesimis diebus pœniteat.

LXXV. Blasphemias Deo agit qui missas Deo offert pro homine malo. Augustinus dicit pro omnibus Christianis esse faciendum, quod vel ei proficit, aut offerenti, aut viventes consoletur.

LXXVI. Mulier quæ se amore fornicationis ad alteram conjunxerit, septem annis pœniteat. Sic, & illa quæ semen viri sui miscens cibo, ut deinde plus ejus amorem suscipiat.

LXXVII. Sacrata virgo fornicans, septem annis pœniteat.

LXXVIII. Qui homicidium vel furtum commiserit, & non composuit illis quibus nocuit, quando confessus fuerit episcopo vel presbytero peccata sua, debet illis aut propria reddere, vel componere; si vero non habuerit substantiam unde componere potest, vel nescierit quibus nocuit, pœnitentia plus augeatur.

LXXIX. Qui cibum immolatum comederit, deinde confessus fuerit, sacerdos consideret personam in qua ætate (*b*) sit, aut quantum deductus, vel qualiter contigit, ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur.

LXXX. Mulier quæ sobolem necaverit, septem annis pœniteat.

LXXXI. Laicus si de monasterio monachi faciens (*c*) furtim discesserit, aut intret monasterium Domino servire aut humanum (*d*) subeat.

LXXXII. Qui seipsum occiderit propria voluntate, missas pro eo facere non licet; sed tantum (*e*) orare, & eleemosynas largiri.

LXXXIII. Si quis christianus subita tentatione mente sua excesserit, vel per insaniam seipsum occiderit, quidam missas faciunt. ANNO CHRISTI 688.

LXXXIV. Presbyter fornicans, si postquam compertum fuerit baptizaverit, iterum baptizentur.

LXXXV. Qui per jussionem domini sui occiderit hominem, dies XL. jejunet.

LXXXVI. Ante natalem Domini nostri Jesu Christi, Græci fero, Latini hora nona missas celebrant.

LXXXVII. Quicumque dubitaverit de baptismo suo, baptizetur.

LXXXVIII. In ecclesia sanctificata nulli mortui sepelientur: si autem ibi mortui antequam fuerit sanctificata sepulti sunt, non sanctificetur. Si inde mutata fuerit in alio loco iterum sanctificetur. Si vero (*f*) in ipso loco & ei mutata fuerit, aqua aspergetur sancta.

LXXXIX. Multi dicunt, non licet pro infantibus ante septem annos missam agere, sed tamen licet.

XC. Qui pecuniam in prædam duxerit, tertiam partem eroget, & XL. dies jejunet.

XCI. Si servus (*g*) si & ancilla domini servum illum liberum non vult cum illa nubere, dimitte accipere, si illa non potuerit ad eum.

XCII. Si polluta (*h*) fuerit mulier, vir ejus habet potestatem utrum vult, nubere cum ea an dimittere.

XCIII. Maritus si seipsum servum fecerit in furto, aut in fornicatione, mulier habet potestatem accipere virum.

XCIV. Muliere mortua, licet viro post mensem alteram accipere, mortuo vero viro, post annum licet mulieri virum tollere.

XCV. Qui dimiserit uxorem suam alteri conjungens, septem annis pœniteat.

XCVI. Si prægnantem mulierem comparat aliquis prius liberam, liber est qui generatus est.

XCVII. Qui ancillam (*i*) prægnantem liberat; qui generatus est servus est.

XCVIII. Patri & Filio matrem & filiam licet in matrimonio habere. Similiter (*k*) duobus fratribus duas habere licet sorores.

XCIX. Vir & mulier in matrimonio, si ille voluerit servire Deo, & illa noluerit, vel ille infirmatus (*l*) sive illa infirmata: tamen omnino consensu amborum separentur.

C. Qui pro homine mortuo jejunat, seipsum (*m*) adjuvat: hæc Dei solius notitia.

CI. Mulier sponte perdens partum suum, si ante XL. dies conceptionis, annum unum pœniteat, si vero post tres annos pœniteat.

CII. Pater filium (*n*) necessitate coactus in servitium sine voluntate filii tradet.

CIII. Si quis in sæculari habitu votum voverit

NOTÆ P. MARTENE.

(*a*) *Ecclesiastica*) Prior editio *ecclesiæ . . . . populari dupliciter.*

(*b*) *in qua ætate*) Quæ sequuntur usque ad *contigit*, addita sunt

(*c*) *monachi faciens*) Acherius harum vocum loco habet *monachorum.*

(*d*) *aut humanum*) Codex Bigot. *annum humanum aut sub vitium.* Quæ quidem non minus vitiosa sunt. Mens scriptoris hæc, ut quidem videtur Acherio: Clerici, Monachi, & servi fugitivi ad sua loca redire debent. At de eo sermo est qui monachum corrupit, hoc est impulit, ut monasterio excederet: quanam ejus pœna? Aut intra monasterium Deo annum unum serviet, aut humanum subibit judicium, scribe igitur: *servire annum, aut humanum subeat judicium.*

(*e*) sed tantum &c. Hæc Acherius addidit ex codice S. Germani.

(*f*) Hæc in schedis D. Edm. Martene sic leguntur; *si vero non ipse loco emendata fuerit.*

(*g*) *si servus*) Hoc caput non legitur in schedis D. Edm. Martene, nec facile intelligi potest. Illustrari scribit Acherius excerpt. 124. Ecberti, quæ ejusmodi est: *Si servum & ancillam Dominorum amborum in matrimonio conjunxerit, postea liberato servo vel ancillæ, si non potest redimi qui in servitio est, libero licet (sicut quibusdam placet) ingenuo conjungere, sed tamen juxta sententiam Domini, maechus probatur.*

(*h*) *si polluta*) Hoc caput & sequens deerant in priori editione.

(*i*) *qui ancillam*) Ex hoc capite dumtaxat postrema verba ediderat Acherius in fine cap. 96.

(*k*) *similiter &c.*) Hæc etiam deerant in priori editione.

(*l*) *Infirmata*) Pro *infirmatus & infirmata.* Acherius legi vult *innuptus & innupta*, ut in capitul. 206. lib. 6. nihil tamen mutandum.

(*m*) *seipsum*) Acherius sic edidit ipsum adj. in Dei &c. Lege si ipsum adjuvat in Dei &c.

(*n*) *Pater filium*) Hoc caput in sched. D. Edm. Martene deest, at sequens in priori editione.

verit, sine consensu episcopi, ipse habet potestatem solvendi, si voluerit. A

CIV. Qui ordinati sunt (*a*) a Scotorum aut Britonum episcopis, qui in pascha & in tonsura adunati ecclesiæ catholicæ non sunt, iterum ab episcopo catholico manus impositione confirmentur, & aliqua collectione. Similiter & ecclesiæ quæ ab ipsis episcopis supradictis consecrantur, aqua exorcizata aspergantur, & aliqua collectione confirmentur.

CV. Desponsata mulier viro, deinde non vult habitare cum ea, reddat pecuniam quæ ipsi datur, & tertiam partem (*b*) addat.

CVI. Pater filiam suam usque quindecim annos potestatem habet dare, cui voluerit, post vero quindecim annos sine potestate sua B non licet.

CVII. Qui manducat (*c*) morticinum, XL. diebus jejunet; si ejus necessitas egerit, nihil est.

CVIII. In quinta generatione conjungantur; quarta si inventi fuerint conjuncti, non separentur; tertia separentur.

CIX. Mulier (*d*) post partum in purgatione sit XL. dies, sive masculum, sive fœminam genuit.

CX. Non licet baptizatis cum Catechumenis manducare communiter.

CXI. Licentiam non habemus Britonibus petentibus chrisma vel eucharistiam dare, nisi ante confessi fuerint se nobiscum esse in unitate ecclesiæ: cum compertus fuerit non esse baptiC zatus, & ordinetur iterum & baptizetur (*e*) & confirmetur.

CXII. Presbyter si viam ambulaverit, & occurrens mulier rogans eum filium suum infirmum baptizari, & ipse pro itineris sui festinatione neglexerit; quicumque presbyter (*f*) in provincia sua propria aut in aliena, vel ubicumque inventus fuerit, qui commendatum sibi infirmum non vult baptizare, & sic sine baptismo morietur, deponatur.

CXIII. Similiter si hominem occiderit, aut fornicationem fecerit deponatur.

CXIV. Episcopus (*g*) & abbas hominem sceleratum servum possunt habere, si pretium redimendi non habet. D

CXV. Mos est apud Romanam ecclesiam monachos vel homines religiosos defunctos in ecclesiam portare, & cum chrismate ungere pectora, ibique missas pro eis celebrare; deinde cum cantatione ad sepulturas, & cum positi fuerint in sepulcro, tunc pro eis faciunt orationes, deinde humo vel petra operiuntur corpora. Prima & tertia & nona & trigesima die pro eis missa celebratur, inde post annum si voluerint, observatur.

CXVI. Qui duxerit viduam in uxorem sibi, sive ante baptismum, vel post baptismum, non potest esse presbyter.

CXVII. Non communicet vir cum muliere adultera; similiter & uxor cum adultero viro non ineat pacem communem.

CXVIII. Si quis episcopus vel presbyter sanctam paschæ diem ante æquinoctium celebraverit deponatur.

CXIX. Si quis episcopus vel presbyter facta oblatione non communicaverit, dicat rationabilem causam, sin aliud, deponatur.

CXX. Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam ad sanctam oblationem non perseveraverint, (*h*) nec percipiunt sacrificium, convenit privari eos communione.

CXXI. Episcopus non exeat ad aliam parochiam, & suam relinquat, nisi multorum Episcoporum judicio & maxima supplicatione perficiat.

CXXII. Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persequutione ejus amputata sunt virilia, vel si ita natus est, dignus fiat episcopus, si postea probatus fuerit. Si quis amputaverit sibimetipsi virilia, omnino non potest esse Clericus.

CXXIII. Si quis post gradum amputaverit virilia, omnino damnetur.

CXXIV. Si quis semetipsum absciderit (*i*), VII. vel XV. annos pœniteat.

CXXV. Episcopus sive Presbyter, vel Diaconus, qui in fornicatione, aut in perjurio, aut in furto captus fuerit deponatur, non tamen communione privetur. Dicit scriptura: *non vindicat Deus bis in unum.*

CXXVI. Nullus per pecuniam obtineat gradum: sin autem & ipse & ordinator ejus omnibus modis a communione priventur (*k*).

CXXVII. Bis in uno anno Concilia episcopi faciant, id est quarta (*l*) septimana post Pentecosten, secundo duodecimo mense Hyperberethæi; idest IV. idus Octobris juxta Romanos.

CXXVIII. Qui carnes immundas manducaverit, & olera quæ cum carne coquuntur, cessare debent a ministerio.

CXXIX. Desponsatam puellam non licet parentibus tradere alicui, si illa omnino resistat (*m*); tamen ad monasterium licet.

CXXX. Ex aqua benedicta domus aspergendæ sunt.

CXXXI. Mulier incantationes cantans, vel anno vel tribus Quadragesimis pœniteat.

CXXXII. Sanguinem sine voluntate fugere e (*n*) dentibus non est peccatum.

CXXXIII. Episcopus, Presbyter, Diaconus confiteri debent peccatum suum. Confessio Deo soli, si necesse est, agi licet.

CXXXIV. Dæmonum (*o*) sustinenti licet petras & olera sine incantatione habere.

CXXXV. Perjures (*p*) tribus annis pœniteant. Sodomitæ septem annis, molles uno anno.

CXXXVI.

(*a*) *Qui ordinati*) Lege Bedam lib. 2. cap. 19. lib. 3. cap. 25. lib. 5. cap. 22. NOTÆ P. MARTENE

(*b*) *tertiam partem*) In priori editione additum erat *substantiæ*.

(*c*) *Qui manducat*) Ex Theodoro laudat Ivo p. 15. cap. 100

(*d*) *mulier*) Aliter Ivo ex Pœnit. Theodori p. 15. cap. 151. & Burch. lib. 9. cap. 141.

(*e*) *ordinetur iterum &*) Hæc deerant in priori editione.

(*f*) *quicumque presbyter*) Acherius edidit: *quicumque etiam præsumserit*, & mox: *inventa fuerit*.

(*g*) *Episcopus*) Hoc caput & sequens Theodoro tribuuntur in codice S. Germani

(*h*) *perseveraverint*) in priori editione *præsumunt*.

(*i*) *absciderit*) in priori editione sequitur *tribus annis communione privetur*.

(*k*) *priventur*) Acherius edidit *projicientur*.

(*l*) *ideſt quarta*) prior editio *quinta*. Et infra *duodecimo mensi, ideſt octavo idus* &c.

(*m*) *si illa omnino resistat*) Hæc in editis deerant.

(*n*) *fugere e*) Hoc etiam deerat in priori editione.

(*o*) *Dæmonium*) Ivo ex Hieronymo laudat p. 11. cap. 75.

(*p*) *Perjures*) Hoc etiam Ivo p. 13. c. 8. laudat ex Pœnit. Theod. & ex pœnit. Romano, sed in ils septem annorum pœnitentia injungitur perjuris.

ANNO CHRISTI 688.

CXXXVI. Jejunia legitima sunt tria in quadragesimis: in primo decimæ reddendæ sunt.

CXXXVII. Qui evangelium tantum legit (*a*) culopam super humerum ponit, non sic in ceteris lectionibus.

CXXXIII. Ulciscendo (*b*) homicida quatuor pœniteat annis.

CXXXIX. In generatione tertia, secundum Græcos, vel quarta (*c*) licet nubere; non licet separari sine consilio amborum, sed alter alteri potest licentiam dare.

CXL. Laicus a quo recessit mulier cum consensu episcopi post duos (*d*) annos aliam accipiat, si in captivitatem per vim ducta est, post annum aliam accipere potest.

CXLI. Stando orandum est pro reverentia Dei.

CXLII. Pueros (*e*) monasterii ante viginti quinque annos non licet ordinari.

CXLIII. Cujus (*f*) uxor fornicata, licet eam dimittere, & aliam accipere. Mulieri non licet fornicantem alium accipere.

CXLIV. Pecunia servi propter laborem, nulli licet ab eo auferre.

CXLV. Puer quindecim annorum potest se monachum facere; puella sexdecim vel septemdecim, quæ in potestate parentum est.

CXLVI. Monacho non licet votum vovere sine licentia abbatis sui; si voverit, dimittat, nisi jusserit abbas.

CXLVII. Aves (*g*) & animalia cetera si in retibus strangulentur, non sunt comedenda; similiter ab accipitre mortua. Apostolus etiam ait: *similiter abstinete vos a sanguine suffocato, & ab idololatria*. Leporem licet comedere, & est bonum pro senteria. Et fel ejus miscendum pipro pro dolore jecoris.

CXLVIII. Presbytero non licet peccatum episcopi prodere: quia super eum est.

CXLIX. Basilius, judicavit pueris licentiam nubere usque (*h*) sexdecim annos, si abstinere non potuerint.

CL. Marina animalia ad litora delata, quorum mortes nescimus sumenda sunt sana fide, nisi sint putrida.

CLI. Pecora de rupe cadentia, si sanguines eorum effusi sunt, sumenda sunt; sin vero, sed fracta sunt ossa eorum, & sanguis foras fluxerit, refutanda ut morticina essent.

CLII. In aquis exstincta morticina sunt, quorum sanguis intrinsecus latet.

CLIII. A bestiis capta & semiviva bestialibus hominibus sumenda.

CLIV. Animal semivivum, subita morte præparatum, abscissa aure vel alia parte morticinum est.

ANNO CHRISTI 688.

CLV. Caro suilla morticinis crassa vel pinguis ut morticinum quo pinguescit refutanda est. Cum vero decreverit, & in pristinam maciem reversa, sumenda est. Si vero in una vice vel secunda morticinam manducaverit, post hujus secessum de ventre earum, sana fide sumenda est.

CLVI. Sues carnem hominis vel sanguinem gustantes, illiciti sunt. In lege namque animal cornupetum si hominem occiderit, illicitum; quanto magis qui manducat hominem? Fœtus tamen eorum observandi sunt licite, quos matrum immunditia non polluit.

CLVII. Gallinæ carnem hominis, vel sanguinem ejus gustantes, multum immundæ sunt, & ova earum immunda sunt. Pulli tamen conservandi sunt.

CLVIII. Puteus in quo invenitur morticinum, sive hominis sive carnis, sive animalis cuiuslibet, primo evacuandus est, & humus ejus, quia aqua putei madefecerat, foras proiicienda: & mundus est.

CLIX. Intinctum a vacca sana conscientia sumendum: ut quid enim intinctionem vaccæ excommunicemus? Et a vitulo præmulgenti gustatum lac non respuemus. Sed tamen propter infirmas fratrum conscientias propter immunditias coquendum est, & tunc ab hominibus suscipiendum est.

CLX. Intinctum vero a suibus coquendum est, & immundis hominibus tribuendum est. Sues namque munda, & immunda comedunt: vaccæ vero non nisi herbis & arborum frondibus pascuntur.

CLXI. Intinctum a corvo nulla coctione mundari potest, propter nostram conscientiam dubiam. Quis enim nostrum scit quas illicitas carnes prius comederat, quam nostrum lac intinxerit?

CLXII. Intinctum a duella vel aquila, nec sine coctione, nec post coctionem ullo modo suscipiendum.

CLXIII. In aquis suffocata non manducanda sunt; unde Dominus carnem cum sanguine manducari prohibuit. In carne enim animalis suffocati in aquis sanguis coagulatus perdurat. Hoc Dominus prohibet, non quod in illis temporibus homines crudam carnem manducarent; quia non esset dulcior, sed quia carnem suffocatam, & morticinam manducarent. Et lex metrica ratione scripta dicit: *Carnem morticinam non manducetis*.

CLXIV.

NOTÆ P. MARTENE

(*a*) *Culopam*) Sic restitui e schedis D. Martene: in priori edit. legebatur *culpam*, quod cum Acherio nec sane injuria displiceret, ad oram edi curavit *stolam*.

(*b*) *Ulciscendo*) hoc capitulum in editis sic legebatur: *Ulciscendo qui occidit, ita punitus ut homicidia sponte commissa.* (*c*) *Vel quarta*) Additum hoc est e laudatis schedis.

(*d*) *post duos*) editum erat *post septem*.

(*e*) *pueros*) Acherius monet hoc loco non agi de professione monastica, aut legendum esse *quindecim*, ut infra cap. 145.

(*f*) *Cujus uxor*) In hunc locum ita scripsit Acherius: E contra definitio concilii Milevitani c. 17. Innocent. 2. epist. ad Exuper. c. 6. verum hæc definitio serius, maxime in Galliis recepta est, ut constat ex concil. Venet. c. 11. & Alcimi aviti epistola 49. Quæ tamen definitio a Theodoro approbata videtur in concil. Herutfordiensi c. 10. apud Bedam lib. 4. hist. c. 5. unde capitulum hoc Theodori non esse videtur. Certe concilii Milevit. decretum in Anglia vigniisse Ecgberti temporibus docet Excerpt. 131. ex Augustini verbis. *Si mulier fornicata fuerit, relinquenda est: sed illa vivente, aliera non est ducenda*. Rem porro istam obscuram esse, asserit idem lib. de fide & oper. cap. 19.

(*g*) *Aves*) laudant Burchardus lib. 19. c. 85. & Ivo part. 15. c. 97. ex pœnit. Theodori. Quod sequitur ab hac voce *leporem*, additum est e laudatis schedis.

(*h*) *nubere usque*) sic saepius memoratæ schedæ; prior editio, *nubere ante*. In eadem post potuerint legebatur, quamvis *monachi fuerint*. In quem locum ita scripsit Acherius. Id de pueris a parentibus in monasterio oblatis intelligendum, quibus faculatem revertendi in sæculum S. Basilius non denegat, ut ex regulæ interrogat. 7. intelligitur. Vel quod tunc firma tantum erat virginitatis professio cum adulta ætas foret, utpote a proprio consilio judicioque profecta. Idem Regul. fusus tractat interrogat. 15. capitula sequentia in priori editione non habebantur.

ANNO CHRISTI 688.

CLXIV. Prædarum pecunia a christianis si- A ve per commercia sive per donationes non est sumenda. Quod enim reprobat Deus, ut quid miles Christi suscipiet? Eleemosinam namque, prædonis fletus invasi extinguit.

CLXV. De meretrice conjuge sic idem interpretatus est: quia meretrix erit decusso proprii mariti jugo, & secundi mariti juncta vel tertii. Cujus maritus illa vivente alteram non suscipiet, quia noscimus illam auctoritatem quam legimus in quæstionibus Romanorum, *utrum idoneis an falsis testibus* &c. ornatam fuisse.

CLXVI. Carnem a bestiis commessam immundam esse idem confirmat, non tamen morticinam: quia sanguis illius carnis illicite effu- B sus est per bestias.

CLXVII. Lethali vero morsu tamen captum pecus, nec in totum mortificatum, a peccatoribus, & a bestialibus hominibus comedendum; abscissa tamen parte, & canibus data, quam bestia dentibus intinxerit. Aptum namque sibi videtur, ut carnem bestiis administratam humanæ bestiæ comedant.

CLXVIII. Simili modo prohibet medullas ossium cervorum manducari, quos lupi comederunt.

CLXIX. Similiter cervos quorum sanguinem quamvis per venas cernimus fluxisse, vetat manducari, perfracta in pedicis crura morticinam esse affirmans, eo quod non fluxerat sanguis C superior, qui custos & sedes animæ erat, sed coagulatus est intra carnem. Quia licet extremitas sanguinis per extremum quodlibet membrum sit effusa; sanguis tamen crassior & solidior, in quo anima sederat, intra carnem coagulatus manet. Itaque quod si non causa vulneris illæsi sedem animæ laverit, non est effusio sanguinis, sed tantum extremæ partis effusio; ita ut qui eam carnem commederit, sciat carnem cum sanguine comedisse. Cum autem Dominus prohibuit, nec & coctio sed sanguinis effusio dederat. Et hoc prædictum intelligi & de pectoribus, quæ post abscissam aurem in extrema infirmitate mortua sunt. Adipem tamen & pelles in usus varios habebimus.

☞ EXCERPTA

DE CAPITULIS THEODORI

Ex libello de remediis peccatorum vulgato in Anecdotis P. Martene to. IV. pag. 21.

De Gula.

Ex SS ppl. Mansi To. I. pag. 517.

Si quis episcopus aut aliquis ordinatus in consuetudine habuerit vitium ebrietatis; aut desinat, aut deponatur, & de pœnitentia ebrietatis satis supra diximus in quæstiuncula.

De vomentibus.

Si monachus pro ebrietate vomitum facit XXX. dies pœniteat. Si vero presbyter aut diaconus XL. pœniteat. Si vero pro infirmitate, vel quia longo tempore se abstinuerit; aut pro gaudio in natali Domini, vel in pascha, vel pro alicujus sanctorum commemoratione faciat, & tunc plus non accipit quam decretum est a senioribus, nihil nocet. Si laicus fidelis pro ebrietate vomitum fecerit, XV. diebus.

De his qui inlicitas carnes edunt, & bibentibus intinctum a bestiis & avibus.

Qui sanguinem vel semen biberit III. annos pœniteat.

Quod si casu quis immunda manu cibum tangit, vel canis, vel pilax, vel mus, vel immundum animal, quod sanguinem biberit, non nocet. Sanguinem sorbere cum saliva non est peccatum.

De contemnentibus jejunia.

Qui contempserit indictum jejunium in ecclesia XL. dies pœniteat. Si in XL. diebus, annum pœniteat. Aliter in libro Regum, Jonathan jejunium solvente, reus fuit mortis, si non peteret populus vitam ejus.

De fornicatione non naturali.

Qui sæpe cum masculo aut pecoribus coierit, X. annis pœniteat. Viri inter femora fornicantes, duobus annis pœniteant. Manu vero semetipsos coinquinantes, C. diebus. Iterantes, anno pœniteant. Fornicantes labiis, quod dictu scelus, primo quatuor annis. Iterantes consuetudine, VII. annis pœniteant. Pueri autem XV. annis usque ad vicesimum præfata scelera facientes, dimidio pœnitentiæ supradictæ juxta alios puniendi sunt; juniores vero levius judicandi.

De violante uxorem, vel virginem alterius

Qui maculat uxorem proximi sui III annis ab uxore propria jejunet. Aliter quidam ajunt intolerabilius, pœnitentia concoitus mulieris alicujus mariti vivi, VII. annis cum pane & aqua.

Qui fornicatus fuerit cum virgine IV. annis pœniteat. Alius alias temperavit. Laicus maculans uxorem vel virginem proximi sui, uno D anno cum pane & aqua, & sine uxore propria pœniteat. Si autem puellam Dei maculaverit, & genuerit filium ex ea, III. annis inermis; in primo cum pane & aqua, & in aliis sine vino carneque pœniteat. Si autem non genuerit ex ea filium, sed pollutionem, uno anno & dimidio sine deliciis sineque uxore pœniteat.

De dimittente uxore sua.

Qui dimiserit uxorem suam alteri conjungens se, VII. annis peniteat cum tribulatione, vel XII. levius. Similiter mulier adultera VII. annis pœniteat.

E

De muliere dimittente virum suum.

Si ab aliquo sua discesserit uxor, uno anno pœniteat, ipsa si impolluta revertitur. Ceterum ipsa III. ipse uno, si aliam duxerit, pœniteat.

De mulieribus menstruis.

Mulieres menstruo tempore non intrent ecclesiam, nec communicent. Qui menstruo tempore cojerit XX. dies pœniteat.

ANNO CHRISTI 688.

De mortuis infantibus.

Si moritur infans trium annorum sine baptismo, III annos pœniteant pater & mater ejus: in primo cum pane & aqua, & in duobus sine deliciis, conjugioque, sine carne vinoque. Si clericus de una plebe eum non suscipit, uno anno; si non de una plebe, semianno pœniteat.

De furto.

Qui sæpe furtum fecerit, VII. annis pœniteat, vel quomodo sacerdos judicaverit, pœniteat. Aliter alius sapiens judicat, dicens: Furtum semel, uno anno. Iterum faciens, duobus. Si puer, XL. vel XX. diebus pœniteat, ac ut est ætas & qualitas facientis judicandum est.

De perjurio.

Qui perjurium fecerit in ecclesia XI. annis pœniteat, qui vero necessitate conatus sit, III. annis pœniteat. Qui in manu hominis perjurat, apud Græcos nihil est: si vero in manu episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, seu in altari, vel in cruce non consecrata, uno anno. Aliter alius dicit: Qui perjurat, VII. annos pœniteat. Qui deducit alium in perjurium ignorantem, VII. annis pœniteat similiter. Qui autem ductus est ignorans, & postea recognoscit, anno uno. Qui vero suspicatur quod perjurium ducitur tamen pro consensu jurat, duobus annis.

*Theodorus de Gregiis * dicit.*

* idest de gravaminibus.

Si pro ultione amici occiderit hominem, VII. annis vel X. pœniteat. Si reddere vult propinquis pecuniam, de medio spatio pœniteat. Qui vero pro vindicta fratris occiderit hominem, III. annis pœniteat. Qui monachum vel clericum occiderit, juxta indulgentiam novi testamenti arma relinquat, & Deo serviat, vel VII. annis pœniteat.

De occidentibus semetipsos.

Si homo vexatus a diabolo nescit aliquid nisi discurrere, semetipsum occidit, quacumque causa potest ut oretur pro eo si ante religiosus erat. Si autem pro desperatione, vel pro timore aliquo, vel pro causis incognitis; Deo relinquendum est hoc judicium, & non ausi sumus orare pro eo, qui voluntarie semetipsum occiderit. Missam pro eo facere non licet, sed tantum orare & eleemosynas largiri pro eo.

Pœnitentia perditionis liquoris materiæ infantis in utero mulieris, III. annis in pane & aqua.

Pænitentia perditionis carnis & animæ in utero, XIV. pœniteat in pane & aqua. Pretium animæ mulieris morientis de perditione carnis cum anima, XIV. ancillæ.

CONVENTUS IN PALATIO

Ex Labbei Appendice tom. 6.

Theodorici Francorum regis, anno Domini DCLXXXVIII.

Indicatus in Supplementis conciliorum Galliæ

In quo contendentibus episcopis tribus, cujus ecclesiæ S. Leodegarii corpus tribueretur, Pictavensi episcopo Ansoaldo adjudicatum est.

Vita sancti Leodegarii duplex: 1. auctore anonymo; 2. auctore Ursino. Apud Duchesn. tom. 1.

INterfecto Ebroino præfecto palatii Theodorici Francorum regis, libere loqui cœptum de insignibus frequentibusque miraculis, quæ ad sepulcrum fiebant S. Leodegarii Augustodunensis episcopi, cæsi ante annos tres Ebroini jussu: atque in regis palatio, frequentia episcoporum ac procerum maxima, vir vitæ sanctissimæ Ansoaldus urbis Pictavensis antistes, verbum intulit dicens: *Utinam daretur mihi optio (quia notum est, meum esse parentem, & ex parochia mihi commissa ad honoris processit gratiam) ut ejus corpusculum habere meruissem mecum.* Ibi autem aderat Ermenarius, qui ei successerat in episcopatu Augustodunensi, qui & ipse ait: *Jure mihi datur hujus viri corpus, quoniam justum est ibi eum requiescere, ubi episcopus fuit.* Tunc etiam & Vindicianus Præsul Atrabatensis, in cujus fuerat diœcesi interfectus, dicitur respondisse: *Nequaquam ita fiet ut vos sancti pontifices locuti estis, sed mihi fiat potestas sacrum beati viri corpusculum retinendi, quippe qui illo loco datus videatur, in quo dignatus est quiescere.* Adstante vero cunctorum turba episcoporum decreverunt, ut jejunia & orationes in hoc conflictu fierent, ut per hoc dignaretur Dominus ostendere, in cujus diœcesi jure sacrum illud corpus condendum esset. Hæc audientes acquieverunt decreto. Indicto igitur jejunio, & facta oratione, in tribus parvis epistolis diffinitionem scriptam super altare posuerunt, ut transacta oratione per eas Dominus declararet, ad cujus sortem sanctum corpus Martyris perveniret. Crastina vero die, oratione completa, ac Missarum solemniis consummatis, unus ex ministris jussus a pontificibus manum super pallam posuit, & cognitio veritatis ad manum suam pervenit. Quod videntes acclamaverunt, Ansoaldi Pontificis esse justiores preces, chartula extracta id satis declarante. Ita ergo sine ulla ambiguitate confirmato concilio, jussit abbati suo nomine Andulfo idem pontifex Ansoaldus, ut festinus, & cum debita reverentia, hoc sacrum corpus usque ad Pictavense solum perduceret. Translatio autem sancti corporis medio Martio mense facta est.

SY-

ANNO CHRISTI 689. x P. Pagi ad An. Ch. 689. n. 9.

SYNODUS INCERTI LOCI

ANNO CHRISTI 689

Anno DCLXXXIX. vel DCLXXXX. juſſu PIPPINI habita.

AUctor Annalium Meldenſium narrat, Pippinum Majorem Domus occuriſſe Radbodo Friſionum Duci, qui contra ſe aciem parabat, huncque victum ac fugatum, obſidibus datis Pippini tributarium effectum fuiſſe. Quod anno 689. vel ſequenti contigiſſe colligitur ex Beda lib. 5. cap. 11. ubi ſcribit ſanctum Vvilbrodum in Friſiam adveniſſe, *quam nuper expulſo inde Radubedo rege ceperat* Pippinus. Vvilebrordus autem, ſeu Vvilbrordus an. 691. in Friſiam Citeriorem adventavit, Evangelium Gentibus annunciaturus. *His itaque peractis*, ait Auctor Annalium Metenſium, ideſt, Citeriore Friſia in Francorum poteſtate redacta, *Synodum adunare præcepit, in qua utilitatibus Eccleſiarum, orphanorum ac viduarum conſideratis, ſeſe inopinatiſſimis regni ſui ſedibus cum ſuis fidelibus ad hyemandum locavit.*

ANNO CHRISTI 691.

CONCILIUM CÆSARAUGUSTANUM III.

ANNO CHRISTI 691

TEMPORE SERGII PAPÆ I. CELEBRATUM

Anno domini DCXCI.

TITULI CAPITULORUM

I. *Ut non liceat epiſcopis, citra diebus dominicis, conſecrationes eccleſiarum exercere.*
II. *Ut confinitimi epiſcopi de ſacra ſolennitate paſchali annua vice primatum ſuum*[2] *requirant.*
III. *Ut monaſteria diverſoria ſæcularium non fiant.*
IV. *De libertis qui ab epiſcopis ex familia eccleſiæ manumittuntur.*
V. *Ut defuncto principe ſuperſtes regina ſtatum & veſtem ſæcularem deponat, & in cœnobio virginum mancipetur permanſura.*

PRÆFATIO.

IN NONINE DOMINI.

Incipiunt geſta ſynodalia in urbe Cæſarauguſta, ſub die Kalendarum Novembris, æra DCCXXIX. *anno quarto orthodoxi atque ſereniſſimi domini noſtri Egicani regis.*

SAcerdotes domini, quos non ſolum divina pietas ad magiſterium provehit ſacrum, ſed etiam ſpeculatores inſtituit plebium, ea ſe debent auctoritatis munire ſententia, quod & divinis ſine intermiſſione inſiſtant præceptis, & cunctam plebem dignis condirigant exemplis. Et ideo quia nos divina celſitudo, ex juſſu excellentiſſimi & piiſſimi magnique Dei cultoris domini noſtri Egicani principis, in hanc Cæſarauguſtanam urbem coadunari præcepit, & ita ſub omnimoda ſpecialitate inſtituit, ut reſecante falce juſtitiæ, æquitatis conſolidetur materies; & quidquid cujuslibet indiſcreta pernicies a ſanctis inſtitutionibus patrum de ordinibus eccleſiaſticis divellit, noſtris elucubratis ſententiis, Deo mediante, in lumine deducatur veritatis. Idcirco dum nobis de ſanctæ Trinitatis myſterio ſecundum formulam Nicæni concilii triduo mutua fuiſſet [4] collatio, & quæ ſe cœtui noſtro ad ædificationem totius plebis ingeſſerunt, conſpicua diligentique ratione pertractantes, quæ neceſſaria extiterunt, Chriſto Bopitulante (cujus nos cauſa ſalutis ad hoc provocavit ſtudium) in brevibus atque continuatis capitulis cuncta definivimus, & ad perennitatis ſuæ roborem, ea quæ a nobis acta vel definita ſunt, propriæ manus noſtræ exaratione firmare procuravimus.

CAPITULA.

I.

In ſanctum & ſatis venerabile concilium reſidentibus nunciatum eſt nobis, eo quod aliqui pontifices regulam veritatis prætermittentes, eccleſias, quæ a Cfidelibus. pia devotione conſtruuntur, extra diebus dominicis conſecrent. Si ergo, cum quiſque noſtrum mortalium ad ſacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur ut in reliquis diebus, niſi tantum dominicis feſtivitatibus, ii qui honoris digni habentur officio in ordine præficiantur eccleſiaſtico: quanto magis ut deificata ſancta templa, quæ ab hominibus fidelibus cenſentur honorificanda, ſine diebus dominicis perhibeantur conſecranda? cujuſque nos talium præſumptiones pontificum, non ſolum ſanDctorum patrum cohibemur prohibere ſententia, ſed propria deliberatione cenſemus: ut nulli penitus pontificum, in quibuſcumque provinciis [4] conſtitutis, amodo liceat, præter certis diebus dominicis, eccleſias ſanctas conſecrare.

De eccleſiarum conſecratione multa tradita ſunt a ſanctis patribus, ut conſtat ex concilio Bracar II. cap. 3. & Vvorm. c. 3 & ex Felice papa IV c. 4. ejus epiſt. & ex Euſeb. lib. 1. eccl. hiſt. cap. 8. Gelaſio papa epiſt. 1. c. 27. & Nicol. papa I. Ut habetur de conſecr. diſt. 2 c. Eccleſia.

II.

Siquidem ſancta inſtitutio patrum de ſolennitate paſchali præcipiat, ut omnes confinitimi epiſcopi annua viciſſitudine primatum ſuum inquirant, quo tempore paſchæ feſtum peragant: tamen quia dici-

Vide IV. Toler. c. 4 II. Brac. c. 1 & III Carthag. c. 1. & 41 I. Arelat. cap. & Carth. IV. & V

1. Edidit Garſias Loaiſa ex MS. Hiſpalenſi, & contulit Card. de Aguirre cum MS. D. Auguſtini Archiep. Tarraconenſis, qui illud exſcripſit ex Codice Æmilianenſi.
2 *Inquirant*. Cod. Anten. Aug.
3 Id. Cod. *conſolatio*.
4 Pro *conſtituto*.

ANNO CHRISTI 694.

dicimus nonnullos episcopos, sententiam patrum transgredientes, propter quod etiam debuerunt usquequaque vigilantes manere; placuit omnibus nobis, ut abinceps cuncti confinitimi episcopi nullam sibi occasionem [1] subjicientes, aut longinquitate itineris præcaventes, annua recursione festivitate paschali tempore congruo primatem suum, sub cujus potestatis manserint regimine, inquirant; ut quo die & tempore illis paschæ festum pronunciaverit, solicita veneratione peragant.

III.

Sanctorum patrum decrevit sententia, ne monasteria diversoria sæcularium fiant. Unde quia novimus quosdam abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dum quasi [2] patrono affatu aditum sæcularibus in monasteriis [3] attribuunt, diversas insolentias monachis ibidem Deo deservientibus ingerunt; dum & eorum operationem, [4] quo se divinæ pietati placituros alacri curiositate exhibent, deprehendunt, & vitam & mores illorum quadam mentis pernicie infauste detrahendo deturpare non desinunt. Et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorandi aditus infra claustra monasterii confertur, grave inolescit vitium monachorum: quo & vitam suam per lucra mundialia sectantes degenerant, & se a proprio cœnobio voluptuosa fœditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrorum paterna pietate demulcet animos, ut ea constituamus; quæ & sanctis animabus juvaminis solamen impendant, & præsumptiones sæcularium removeant. Quamobrem placuit universo cœtui nostro hoc statuere, vel potius definire, ut nullus abinceps sæcularium, seu potestative, seu etiam vel ex permisso abbatis, vel cujuslibet monachorum infra claustra monasteriorum hospitandi, vel commorandi habeat receptaculum: excepto quos vita probabiles, egenos, aut paupertate depressos inspectio præviderit abbatis: quos & suscipere benevola voluntate in monasteriis, & alendos eleemosynis modis omnibus sinimus. De reliquis autem personis sæcularibus (sicut jam a nobis est superius præmissum) nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum hospitandi habere receptaculum. Ceterum si secretius aut sequestratim a monasterio ad id, quod constructum pro supervenientibus domicilium, patuerit, ibi eos suscipere abbates vel monachos oportebit. Quatenus & vita eorum remotis sæculi conturbationibus in omni opere deifico probabilis inveniatur, & nullius vanissimis detractionibus dehonestentur: aut certe (quod inhonestum est) ne per talium susceptiones dissolutionem incurrant, & a bono proposito vitam suam extorrem efficiant.

ANNO CHRISTI 694.

IV.

Non est dubium a sanctis patribus definitum fuisse, ut omnes liberti, qui ab episcopis ex propriis familiis ecclesiæ, manumissionis gratia titulantur, post decedentis episcopi obitum, mox ut alius supervenerit episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent, quo, secundum canonis sententiam, per suas professiones debitam suæ originis conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decrevit synodus, ut si ipsi liberti infra anni spatium supervenienti suo pontifici chartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam servitutis redigant conditionem; [5] & licet illis congruentius satisque luculentius retractatum fuerat, hoc tamen a nobis conspicuum perpenditur, quo non solum & prædia ecclesiarnm debita auctoritate disponimus, sed etiam & oppressis pium suffragium porrigimus: per quod & cupiditas sacerdotalis frustretur, & imbecillitas pauperum sublevetur. Quia ergo comperimus quosdam pontifices potius lucra sua ampliare studentes, quam de mercedis opere domino placentes, [6] liberos, quos ex familia ecclesiæ suis prædecessoribus inveniunt, pro eo quod chartulas libertatis suæ infra consultum tempus non repræsentent; statim eos in propriam servitutem redigere; unde hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem canonum, aut certe (ut assolet fieri) ad præsentandas libertates suas tepuerint, ipsius pontificis solicitudo, mox in sedem sibi creditam successerit, per clerum aut domesticos perquirere procurabit, quos decedentes episcopi de familiis ecclesiæ manumissionis [7] gratulaverunt: ut eosdem pontifice præmonente, ipsi liberi chartulas suæ libertatis repræsentent; qualiter nec liberti ecclesiæ de institutione canonum ignorantes se esse perhibeant, nec sacerdotis callida voluntas patescat, unde contra ordinem reducantur manumissi ad originem servitutis. Quod si pontifice præmonente contempserint infra anni spatium suas li-

Con. Tol.

1 Id. Cod. *obiicientes*. 2 Id Cod. *paterno affectu*. 3 Id. Cod. *tribuunt*.
4 Id Cod. *quæ*; forte, *qua*. 5 Id Cod. *ut licet illic*.
6 Forte, *liberos*. 7 Id Cod. *titulaverunt*.

libertates propriæ ſedis epiſcopo pande- ANNO CHRISTI 691
re, licitum ſit ei ſecundum canonum ſanctiones in jure eccleſiæ ſuæ reducere ſervituros:

V.

Licet planiſſime in concilio Toletano de principum relictis inſtitutum fuiſſet, ut nulli licitum eſſet ſuperſtitem reginam in conjugio ducere, aut ſordidis contactibus maculare, neque ſecuturis regibus, nec cuilibet hominum eſſet permiſſum, tamen noſtri ordinis cauſa eſt, ut crebriſſime ad hoc aciem mentis noſtræ condirigamus, quæ animæ intue B mur exhibere profectum. Unde quia præteritis temporibus multas ſcimus atque cognovimus principum relictas, poſt earum vocationem pro apice regni, [1] quem regendo in cunctis tenuerunt nullam reverentiam honoris eis adhiberi a populis, ſed paſſim (unicuique probatum eſt) diverſas aſſumentes occaſiones non ſolum latenter in eorum contrarietate inſidias moliuntur, verum etiam (quod veritati contrarium eſt) procaciter verba contumelioſa in conventu multorum eas afficiunt: &, quod omni C religioni abominandum atque horrendum eſt, de iis detrahere non ſinunt, quas in caterva populi cernunt commorari. Proinde paterna pietate commoti atque condigna circa tanto culmine providentes, per hujus decreti noſtri paginam non ſolum quæ in prædicto concilio exarata ſunt de conjuge principum perenniter cuſtodire, atque firma ſtabilitate decernimus permanere; ſed etiam ea quæ ſunt conſpicua honeſtati neceſſaria modo advertere procuramus, [2] ut D ſervatas in omnibus ſanctiones canonum totius Toletani concilii, quæ de principum relictis promulgatæ atque definitæ eſſe noſcuntur, deinceps relicta principis ſuperiorem ſententiam illibato animo pudice ſervans, ſtatim arceſſito ab hoc ſæculo principe, veſtem ſæcularem deponat, & alacri curioſitate religionis habitum aſſumat. Quam etiam & confeſtim in cœnobio virginum mancipandam eſſe cenſemus, & ut ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod aut contumelia tan- E tæ poteſtati in publico ingeratur, aut ſubdita plebi eſſe hæſiſſe pateſcat, quorum ante dudum agnoſcitur domina fuiſſe; ſed infra clauſtra monaſterii jugi ſe- A dulitate perſiſtens, atque ſanctimonialem vitam peragens, de regno temporali, ANNO CHRISTI 691 opitulatione divina ad regnum æternitatis mereatur pervenire. Quicumque igitur ſuperiores conſtitutiones, quæ ſalubri conſilio a nobis definitæ eſſe noſcuntur, violaverit, vel execrari quacumque factione pertentaverit aut permiſerit, noverit ſe excommunicationis perceptarum ſententiam, atque etiam exilii damnationis diuturno tempore incurrere jacturam.

Peractis quoque a nobis quæ congrua ſuerunt de ordinibus eccleſiaſticis, in primis immenſas laudes omnipotenti Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto, cui cura eſt pacem & unitatem eccleſiæ ſanctæ catholicæ providere, deferimus Deinde orthodoxo & ſereniſſimo domino noſtro Egicani regi, cujus inſtinctu, & devotiſſimo inſtitutu in hoc coadunari meruimus ſynodali conventu, multiplices gratiarum actiones perſolvimus, qui non ſolum noſtrorum animos ad corrigendos ordines eccleſiaſticos excitavit, ſed etiam & populum per oracula, regni ſui voto gratioſo, ab impenſione tributi reddidit abſolutum. Pro quo beneficii ſtudio, qui plebi ſuæ tanta largitus eſt dona, dominum Jeſum Chriſium, qui nos potentia virtutis ſuæ decoravit [3] pretioſa, ac pretioſa effuſione ſanguinis ſui redemit, exoramus ut ipſe regnum ejus in pace ſub multimoda annorum curricula ſolidet, gentemque & univerſam patriam ejus in traquillitate conſervet, & contra hoſtem adverſum victrix Chriſti dextera victorem efficiat ſemper, atque expletis hujus [4] extenſis vitæ temporibus, ad æternæ beatitudinis præmium pervenire mereatur illæſus, præſtante domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, ſumma virtus & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

NOTA GARSIÆ LOAISÆ.

a *Concilium Cæſarauguſtanum III.*) Hoc concilium Cæſarauguſtanum eſt tertium ex his quæ in hoc opere ponimus: exſcriptum eſt ex codice manuſcripto veruſto monaſterii ſancti Æmiliani, quem vocamus hic Hiſpalenſem; nam in omnibus codicibus eccleſiæ Toletanæ, & ſancti Laurentii, eſt mutilum: ubique caret ſubſcriptionibus. Erat epiſcopus Cæſarauguſtanus in hoc concilio Walderedus, vel Valdefredus, nam ſubſcribit in XV. Toletano anno primo Egicani regis, & in decimo ſexto, anno ſexto ejuſdem. Interfuit etiam eadem ratione Joannes Egarenſis, & Nepotianus Tyraſſonenſis, & Florus Menteſanus, & Ubiſifredus Auſonenſis, qui omnes in XV. & XVI. conciliis adfuerunt. Hoc concilium unde acceptum.

1 Id. Cod. *quod.* 2 Id. Cod. *ut ſervatis in omnibus ſanctionibus.*
3 Id. Cod. *propria.* 4 Id. Cod. *exilis.*

ANNO CHRISTI 692

ANNO CHRISTI 692.

[a] CONCILIABULUM [b] CONSTANTINOPOLITANUM

PSEUDOSEXTUM [c] UNIVERSALE ET [d] REPROBATUM,

Quo, ſub nomine V. & VI. ſynodi œcumenicæ, centum & duo [e] canones editi fuerunt, [f] anno domini DCXCII. ſub pontificatu Sergii & imperio Juſtiniani junioris.

ORATIO ALLOCUTORIA

SANCTORUM PATRUM QUI IN Trullo Imperialis palatii Conſtantinopoli convenerunt ad Juſtinianum imperatorem.

Piiſſimo & Chriſti amantiſſimo imperatori Juſtiniano, ſancta & univerſalis ſynodus divino piæ veſtræ potentiæ nutu & decreto congregata in hac a Deo cuſtodita & regia civitate allocutio.

CUm ineffabilis, *&c. Extat Græce & Latine* Tom. XI. *poſt ſextam ſynodum Conſtantinopolitanam* pag. 930. E.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Pſeudoſynodus a quo indicta?

a *Conciliabulum*) Auctoritate Callinici Conſtantinopolitani epiſcopi, qui hoc tempore poſt obitum Pauli Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſidebat, hæc erratica pſeudoſynodus in Trullo Conſtantinopoli congregata fuit. Cauſam indicti conciliabuli epiſcopi illi qui convenerant, in ſua præfatione ad Juſtinianum imperatorem indicarunt his verbis: *Quoniam autem ſancta & univerſales duæ ſynodi*, (quinta nimirum & ſexta œcumenica) *nequaquam conſcripſerunt ſacros canones*, &c. *per quos populi quidem a deteriore & abjectiore vivendi ratione recedant, ad meliorem autem & altiorem vitam ſe reducant. Propterea ergo tuæ pietatis juſſu in hac Dei obſervatrice & imperante urbe congreſſi, ſacros canones ſcripſimus*, &c. Idem in nomocanonem Photii recenſens Theodorus Balſamon ſchiſmaticorum patronus, pro defenſione ſynodi erraticæ iſta ſcribit. *Cum*, inquit, *duæ univerſales ſynodi, quinta ſcilicet; quæ fuit regnante magno Juſtiniano, & ſexta quæ fuit regnante Conſtantino Pogonato, non fecerint canones ad eccleſiarum conſtitutionem, hæc facta eſt ad ſupplementum duarum.* Addit. *Propterea enim, nec ſexta proprie nominatur, ſed πενθεκτη, id eſt Quiniſexta: nam quod quinta & ſextæ ſynodo deerat, replevit.*

Cauſa Conciliabuli.

Canones a Sergio aliiſque pontificibus reprobati.

Quid præter canones ſuprapoſitos in conventiculo Monothelitarum epiſcoporum ſancitum fuerit, non conſtat. Teſtimonio Bedæ & Pauli diaconi hoc certiſſime conſtat, quod neque Sergius per vim, neque Joannes ſeptimus & Conſtantinus pontifices per fraudem & blanditias ad confirmandos impios canones, prout Monothelitæ expetebant, ab imperatore induci potuerunt. Cujus auctoritatis ſint canones ſpurit & illegitimi, qui hactenus per fraudem & impoſturam Græcorum ſub nomine ſextæ ſynodi vulgati fuerunt, dicam infra, verbo *reprobatum*.

Quiniſextum cur nominetur. Trullanum alias nominatur.

b *Conſtantinopolitanum*) Sic dictum a loco, quo epiſcopi hoſce canones ſancituri convenerunt. Quiniſextum, teſte Theodoro Balſamone, ideo appellatur, quod hac ſuorum canonum appendice quinti & ſexti concilii œcumenici defectum repleverit. Bellarmino aliiſve hujus ſæculi ſcriptoribus celeberrimis Trullanum nominatur, quod celebratum fuerit in eodem Trullo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, quo ante annos decem ſexta œcumenica ſynodus habita fuit. Synodus hæc erratica appellatur a Paulo diacono de geſtis Longobardorum lib. 6. cap. 11. & Beda de ſex ætatibus in Juſtiniano imperatore: & quidem non immerito. Nam cum pluribus canonibus conſtituiſſe legantur ea quæ ſanctiſſimæ eccleſiæ conſtitutionibus ac regulis contrariantur, non tantum pſeudoſynodum, verum etiam conventum malignantium & ſynagogam diaboli eamdem rectiſſime appellaveris. Ea quæ contra antiquorum patrum fidem ac regulas his canonibus ſancita fuerunt, infra ſignificabo.

Synodus erratica cur.

An fuerit œcumenicum.

c *Univerſale*) Ut ea quæ inaniter conſtituerant auctoritate apoſtolica ſulcirentur, ſuo illegitimo conventui ſexti œcumenici concilii titulum falſo & injuſte adſcripſerunt. Nam univerſale concilium fuiſſe non potuit, quod auctoritate Callinici metropolitanæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ indictum eſt, cuique Romanus pontifex neque A per ſe, neque per ſuos legatos interfuit aut præſedit. Theodorus Balſamon loco allegato ſuorum fraudem & errorem confirmare nititur, eo imprimis argumento, quod initio quorumdam canonum habeatur talis præfatiuncula: *Definit hæc ſancta & univerſalis ſynodus*, quodque Baſilius Gortynæ Cretæ inſulæ metropolis epiſcopus, & *quidam* (ut ille inquit) *Ravennæ epiſcopus, totius ſynodi Romanæ eccleſiæ vicem gerentes*, huic Trullano concilio interfuerunt. Sed cum homo ſchiſmaticus & Græcus impoſtor nequiſſimus animadverteret hunc conventum malignantium eodem jure univerſalem ſynodum nominari, quo ſacroſancti concilii appellationem ac nomen ſibi imponit, per ſummam nequitiam, unum incognitum, alterum innominatum legatum apoſtolicum adfuiſſe ſubjungit: & ne mendacii poſſet argui, ait ſubſcriptionem epiſcoporum inveniri in nomocanone, non quidem recentiore, ſed quodam antiquo, qui fortaſſe nunquam extitit. Qua re impoſtor ſchiſmaticus non tantum nequitiam, verum etiam ſuam ipſius imperitiam aperte manifeſtavit. Nam ſi retroacta concilia œcumenica diligenter B inquirantur, nuſquam reperietur quod ex clero Romano ullus epiſcopus, nulluſve presbyter aut diaconus ad ſynodum œcumenicam ablegatus fuerit. Non minus inſolitum eſt quod ſubjungit Theſſalonicenſem, alioſve, quos pro arbitrio ſuo effingit, aliarum ſedium epiſcopos, ſedisque apoſtolicæ vicarios legationis munere fungentes concilio huic interfuiſſe. Munus vicariorum apoſtolicorum aliud nullum erat, quam ut nomine ſedis apoſtolicæ audirent, qui Romanæ eccleſiæ auxilio indigerent: ſine ſpeciali decreto nomine ſedis apoſtolicæ œcumenicis conciliis horum nemo unquam interfuit aut præſedit. Unde quod in vita Sergii ſcribit Anaſtaſius, legatos ſedis apoſtolicæ huic conciliabulo interfuiſſe, eique per errorem & fraudem hæreticorum ſubſcripſiſſe, accipi debet in illo ſenſu, quem ſupra in notis ad vitam Sergii adnotavi.

Theodorus Balſamon erraticam ſynodum defendens impugnatur.

Reprobatum eſt concilium.

d *Reprobatum*) Teſtatur illud ejuſdem temporis ſcriptor celeberrimus Beda de ſex ætatibus in Juſtiniano juniore, ubi ait: *Hic beatæ memoriæ pontificem Romanæ* C *eccleſiæ Sergium, quia erratica ſuæ ſynodo, quam Conſtantinopoli fecerat, favere & ſubſcribere noluiſſet, miſſo & Zacharia protoſpatario ſuo juſſit Conſtantinopolim deportari; ſed prævenit militia Ravennatis urbis, vicinarumque partium juſſa principis nefanda, & eumdem Zachariam contumeliis & injuriis ab urbe Roma repulit.* Idem iiſdem prope verbis refert Paulus diaconus de geſtis Longobardorum libro ſexto, capite undecimo: paulo fuſius eadem narrat Anaſtaſius ſupra in vita Sergii. Multo tempore pro approbatione horum canonum apud Juſtinianum imperatorem orientales epiſcopos inſtitiſſe, ipſoſque importunis ſuis conatibus apud ſedem apoſtolicam omnino nihil impetraſſe, videre eſt apud eumdem Anaſtaſium infra in vita Joannis VII. Conſtantini & Gregorii II. Eadem poſteriorum temporum ſcriptores Otho Friſingenſis libro quinto capite decimotertio, Regino libro primo, Ado Viennenſis in chron. Marianus Scotus, aliive plures atteſtantur. Et ſane nemo prudens dixerit, in Spiritu ſancto legitime congregatam fuiſſe illam ſynodum, cui ſummus pontifex neque per ſe neque per le- D gatos interfuit, & in qua plurima apoſtolicis conſtitutionibus & conciliorum œcumenicorum decretis contraria, de cœlibatu, de jejunio, aliiſque infra deſignandis conſtituta fuerunt. Sintne ex canonibus aliqui auctoritate apoſtolica approbati, dicam infra, verbo ſequente.

Nulla fuit neceſſitas habendi concilii.

e *Canones* &c.) Quæ neceſſitas illud exigebat? ſynodus ſexta œcumenica ob cauſam fidei congregata fuerat: imo ipſi legati ab Agathone pontifice ad eamdem ſanctam ſynodum miſſi mandatum acceperant, ne quidquam aliud in concilio œcumenico proponi ac definiri permitterent, quam quæ fidem & controverſias fidei concernerent: nulla ergo neceſſitate opus erat, ut poſt decennium ſub prætextu perficiendarum ſynodorum vafre quæſito conveniretur, & ad quintam & ſextam ſynodum nova & erratica iſta appendix adjiceretur. Qui hoſce canones ab eccleſia Romana indifferenter receptos eſſe ſentiunt, longiſſime a veritatis ſcopo aberrant. Nam Anaſtaſii bibliothecarii manifeſta teſtificatione liquet, prædictos canones non modo non a Romana eccleſia, ſed neque ab aliqua trium patriarchalium ſedium receptos fuiſſe, imo eorumdem judicio habitos fuiſſe indignos qui exſcriberentur,

Canones reprobati.

ANNO CHRISTI 692.

rentur, & in archivis ecclesiarum suarum inter alios asservarentur. In epistola enim, quam post septimam synodum translatam scripsit ad Joannem VIII. ejus nominis pontificem, hæc ait: *Sane notandum est, quædam in hac synodo ex apostolorum & sextæ universalis synodi canonibus & sententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur nec admittuntur.* Et inferius: *Regulas, quas Græci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo* (Nicæni) *principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis pontificum; aut certe bonis moribus inveniuntur adversa. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum patriarchalium sedium* (*licet Græca utantur lingua*) *reperiuntur archivis: nimirum quia nulla earum cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est: quamquam eosdem patres illas Græce promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inventi; sed hæc nullis probare certis possunt indiciis.* Addit ibidem Anastasius sanctam Romanam ecclesiam eam consuevisse servare regulam, ut quos sciret esse secundum decreta Romanæ ecclesiæ atque sanctorum conciliorum sancita, non respueret, sed ut veritati consentiens amplecteretur; non quod ex hac synodo haberent aliquid auctoritatis, sed quod veritas ubicumque repetiatur, & a quocumque dicta sit, sui firmitate subsistat, suoque robore permaneat. Reliquos canones sanctorum patrum decretis adversos sancta Romana ecclesia semper fuit detestata: canonem 82. quo dominus noster Jesus Christus instar agni immaculati depingi prohibetur, & nonnullos quos infra designabo, usu contrario penitus improbavit. Nullo enim unquam tempore occidentalis ecclesia intermisit imagine agni repræsentare Christum, quem sacra scriptura ad insinuandam ejus immensam cum humilitate conjunctam mansuetudinem per agnum exprimere solet. Gregorius II. & Hadrianus Romani pontifices, nec non patres Nicæni concilii secundi adversus impios Iconoclastas agentes, hunc canonem citarunt non alia sane interpretatione, quam ut Iconoclastas pium sacrarum imaginum usum repudiantes auctoritate hujus canonis, quem illi velut legitimum sacrosanctæ œcumenicæ synodi partum venerabantur, convincerent, proprioque quasi gladio convictos ad sacrarum imaginum cultum pie & religiose exercendum inducerent. Dicet fortasse quispiam in decreto Gratiani distin. 16. can. 5. ex epistola Hadriani ad Tarasium (quæ extat act. 2. septimæ synodi Nicænæ II.) citari fragmentum, quo habentur ista: *Sextam synodum recipio cum omnibus canonibus suis.* Quæ si vera sunt, sustineri nequeunt ea quæ de improbatis hisce canonibus supra annotavi. Respondeo fragmentum hoc male a Gratiano citari: nam germana versio epistolæ Hadriani ad Tarasium, quam vertit Anastasius bibliothecarius, ita legit: *Invenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli & omnium sanctarum sex synodorum, & de sacris venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum continere. Quare & easdem sanctas synodos suscipio, cum omnibus regulis, quæ jure ac divinitus ab ipsis promulgatæ sunt.* Ita in notis prædicti canonis decretum Gratiani jussu Gregorii XIII. recens emendatum. Quibus verbis ea, quæ de horum canonum auctoritate supra dixi, manifeste confirmantur.

f *Anno domini* 692.) Tarasius Constantinopolitanus episcopus act. 2. septimæ synodi Nicænæ II. hanc synodum quarto vel quinto anno post sextam œcumenicam absolutam, sub Justiniano juniore habitam fuisse, affirmat his verbis: *Cognoscant igitur tales sextam synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes orthodoxamque fidem confirmantes sub annum* XIV. *Constantini domum redierunt. Post annos igitur quatuor vel quinque iidem illi patres sub Justiniano Constantini filio congregati prædictos canones ediderunt.* Ita Tarasius absque ulla auctoritate de tempore hujus concilii. Theophanes, postquam in annalibus sententiam Tarasii refutasset, suam ipsius subjungens, ait: *Anno vigesimo Justiniani posterioris imperii*, (qui est 27. post absolutam sextam synodum) *descriptos fuisse canones vel ex ipso tertio canone evidens fit, in quo ita cusum est; Decernimus de concilii sententia, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decimoquinto mensis Januarii numeratur, quartæ indictionis anni sexmillesimi centesimi nonagesiminoni, in hac culpa fuerint, atque eam maculam eluere noluerint, ut gradu moverentur.* Quæ sententia Theophanis erronea esse probatur eo argumento, quod Sergius papa, sub quo isti canones sanciti fuerunt, tempus illud supra a Theophane descriptum nequaquam vivens attigerit. Errandi occasionem accepisse videtur ex depravata supputatione annorum ab origine mundi. Verior est sententia, quam tenet reverendissimus & illustrissimus cardinalis Baronius in annalibus, hanc erraticam pseudosynodum celebratam fuisse anno domini 692. qui est decimus post sextam synodum absolutam, quintus Sergii, & octavus Justiniani imperatoris. Nam præ-

dicto canone 3. apertis verbis asseritur, quinta indictione conventum hunc coactum fuisse. Haud dubie post absolutum concilium œcumenicum indictionum periodo prima vel secunda. Hoc posterius sentit quidem Theophanes, sed ob causam supra allegatam male, quare prius illud recte Baronius allegato loco defendit.

g *Honorio Romæ*) Monothelitis episcopis in concilio œcumenico damnatis, nomen Honotii per calumniam superadditum fuisse dolo ac fraude Græcorum, supra pluribus in locis evidenter demonstravi.

h *Qui a sanctis patribus confirmati sunt*) Non omnes canones apostolicos auctoritate sanctorum patrum ab ecclesia receptos fuisse, patet ex censura Gelasii, qui in concilio Romano sciens prudens horum nonnullos inter apocrypha rejecit. De numero & auctoritate canonum, vide quæ notavi supra tomo primo de canonibus apostolorum.

i *Qui Afrorum regionis fuit archiepiscopus*) Cyprianum non fuisse archiepiscopum Carthaginensis ecclesiæ, neque hoc nomine unquam antehac appellatum esse, indicat canon 26. concilii Carthaginensis III. quo prohibetur, ne quis aliorum episcoporum Africæ sese primatem appellet.

k *Emissum canonem*) Nimirum de rebaptizandis iis qui ab hæreticis ante baptizati fuerant. Ita in odium totius ecclesiæ Romanæ erratica synodus confirmavit id quod Stephanus papa, ejusque omnes posteri pontifices & episcopi plurimis conciliis improbarunt & rejecerunt. Vide quæ hac de re notavimus supra sub Stephano papa.

l *Præteritæ quartæ indictionis*) Vide quæ dixi supra verbo Canones.

m *Anni sexmillesimi centesimi nonagesimi noni*) Intelige a mundo condito, secundum unam computationem Græcorum & septuaginta interpretum. Quæ multis in locis erronea esse convincitur a recentioribus nostri temporis chronologis.

n *Quoniam Romana ecclesia*) Quæ contra cœlibatum clericorum hoc loco constituuntur, apostolicis constitutionibus repugnant: quare non immerito hunc canonem cum quibusdam aliis velut spurium & illegitimum partum catholica ecclesia hactenus semper est aversata. Vide quæ notavi hac de re canone 5. apostolorum. Item quæ notat Baron. anno domini 692. num. 19. & sequentibus.

o *Sed de ministerio quod in usu mensarum adhibebitur*) Erroneum est diaconos non sacris, sed profanis tantum mensis ministrasse, ut constat ex iis quæ supra diversis in locis notavi.

p *Renovantes*, &c.) Erroneus est canon, suasuque Constantinopolitanorum episcoporum primatum jamdiu ambientium constitutus. Vide quæ notavi canone 5. concilii Constantinopolitani I. item act. 16. concilii Chalcedonensis.

q *In omnibus sanctæ*, &c.) *Hunc canonem*, inquit Surius, *ecclesia occidentalis non observat, nisi in sola Paraseeve, quando in missa non conficitur eucharistia, sed sumitur pridie ejus diei consecrata. Habent Græci suos quosdam peculiares ritus, & plerosque neutiquam probandos. Multa de his scribit Humbertus cardinalis doctissimus, qui ante annos quingentos floruit sub Leone ejus nominis nono sanctissimo pontifice.*

r *Quoniam intelleximus*) *Hic quoque canon* (ait Surius) *quinquagesimus quintus, qui matrem ecclesiarum omnium Romanam ecclesiam reprehendit, non recipitur. Nam tametsi hic citatur canon apostolicus 65. attamen certum est quemadmodum Epiphanius quoque dicit, posse sancto proposito omnibus diebus jejunari. Est autem verisimile apostolicum canonem pertinere ad Marcionistas, qui, ut idem Epiphanius testis est, eo die jejunabant in invidiam Dei Judæorum, qui sabbato ab omni suo opere quievisset.* Hæc Surius. Vide quæ de jejunio sabbati & auctoritate hujus canonis scripsi in notis canonum apostolorum ad prædictum canonem 65.

s *Divina scriptura mandavit ut a sanguine suffocato*, &c.) Ea quæ supra tomo primo, ad tertium concilium apostolorum notavi de lege apostolica, qua sanguinis & suffocati abstinentia præcipiebatur, hunc canonem stultum, dementem & erroneum esse ostendunt.

t *Nulli liceat laico intra sacrum altare*, &c.) Adulatione & timore victi, per gravem errorem concedunt imperatori, quod magna cum laude sanctorum patrum Ambrosius Theodosio negavit. Theodorus Balsamon, ut canonem hunc male sancitum tueatur, non erubuit cuncta referre munera episcopalia quæ orientales imperatores sacrilege facere solebant: sic enim ait: *Orthodoxi imperatores, qui per sanctæ Trinitatis invocationem patriarchas provehunt, & sicut christi domini fine ullo impedimento quando voluerint ad sacrum altare accedunt & suffiunt, & cum cera characterem imprimunt, sicut & antistites, sed ecclesiam populum ad eum instituendum docent, quod solis illius regionis antistitibus concessum est.* Rationem subjugens ait: *Quoniam autem domini quoque Christus est, qui hoc tempore imperator est, propter chrisma, id est, unctionem regni. Christus autem & Deus noster cum aliis pontifex quoque prædicatur; jure & ipse quoque pontificalibus gratiis exornatur.* Eousque Græco-

ANNO CHRIST 692

Can

Can. 2 De Canonibus apostolorum.

An Cyprianus archiepiscopus fuerit

Can. 3

Chronologia Græcorum erronea

Can. 13.

Can. 16. Errat.

Can. 52. De præsanctificatis sententia ecclesiæ.

Can. 55. De jejunio sabbati.

Can. 67. De sanguinis & suffocati abstinentia

Can. 66. Hunc canonem adulatio genuit.

Sacrilegia imperatorum orientalium quæ.

x canonibus qua auctoritate quidam iis recepti.

efellitur objectio 1.

efellitur 2. objectio ex Gratiano.

De tempore concilii sententia Tarasii quæ.

De tempore concilii opinio Theophanis.

Refellitur opinio Theophanis.

Tertia sententia Baronii de tempore concilii confirmatur.

ANNO CHRISTI 691.

rum adulatio erga imperatorem proceſſit, ut etiam pontificalia munera eidem credenda putarint, quantumvis ſacræ ſcripturæ, hiſtoriæ, & exempla repugnarent.

Can. 72. u *Non licere*) Conjugia cum hæreticis contracta, neque irrita ſunt, ut hic decernitur, neque ulla ratione diſſolvenda. Etſi enim catholicus ducens hæreticam uxorem, vel contra uxor catholica nubens hæretico marito graviſſime peccet; tamen propter characterem baptiſmi, quem hæreticus retinet, matrimonium ſacramentum eſt indiſſolubile. Vide Bellarminum libro ſecundo de conciliorum auctoritate cap. 8.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI S. J.

IN CONCILIABULUM CPTANUM, ſive Quiniſextum.

Cum vetus nulla reperiretur in manuſcriptis codicibus horum canonum interpretatio Latina, Græcus nobis textus ad eos recenſendos fuit ſequendus, Pariſiis olim excuſus anno 1540. & alter in Germania 1552. nullo interpretis addito nomine apud Andream Geſnerum. Conſuluimus & Græcum textum commentario Zonaræ manuſcripto inſertum, quem ex Auguſti Chriſtianiſſimi regis Francorum bibliotheca depromptum nacti ſumus, itemque reverendiſſimi Joannis Tilii epiſcopi Briocenſis authographum manuſcriptum, ex quo ſuam interpretationem expreſſiſſe videtur vir doctiſſimus Gentianus Hervetus: nonnunquam etiam a Gratiano decreti compilatore citati canones nos juverunt.

Can. 1. *Anni milleſimi centeſimi*) Error eſt typographi, non interpretis, qui in editione Morelli ſcripſerat, anno DCXCIX. Græce fuit μέχρι τῆς πεντεκαιδεκάτης τοῦ διελθόντος Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς παρελθούσης τετάρτης ἰνδικτιῶνος ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑκατοστοῦ ἐννενηκοστοῦ ἐνάτου. Eodemque modo legitur apud Zonaram, niſi quod pro παρελθούσης habet τῆς παρούσης, *præſentis indictionis*, quemadmodum & in fine canonis dicunt patres ὁρίζοντες ἀπὸ τοῦ παρόντος *abhinc definientes*. Confirmat hanc lectionem locus ille Theophanis hiſtorici, quem profert illuſtriſſimus cardinalis Baronius tomo 8. annalium anno 692. numero 3. in quo citatur hic idem canon his verbis; *Decernimus ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decima quinta menſis Januarii numeratur quartæ indictionis anni ſexies milleſimi centeſimi nonageſimi noni in hac culpa fuerint*, &c. Certe ſi ab hac ſumma 5508. annos ſubducas, remanebit annus Chriſti 691. qui ad indictionem quartam pertinet.

Can. 8. *Epiſcoporum ſynodos fieri*) Interpres omiſit illud, quod tempus denotat, καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, *Epiſcoporum ſynodos fieri quotannis*, vel *ſingulis annis*. Theodorus Balſamon exponens eumdem canonem ſupponit ſemel in anno cogi epiſcopos apud metropolitanum convenire, ut in ipſo canone dicitur poſtea, ἅπαξ τοῦ ἔτους.

Can. 13. *Gravitatis honeſtatiſque*) τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος. Ita vertit Græcus interpres, ut videtur, verba illa concilii Carthaginenſis can. 2. *Cum in præterito concilio de continentiæ & caſtitatis moderamine tractaretur*, quæ repetita ſint a Photio vel collectore canonum Carthaginenſium ſynodorum can. 3. *In priore ſynodo de continentiæ & caſtitatis modo quærebatur*, περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο.

Propriis terminis a conſortibus) Intelligit concilii Carthaginenſis quinti can. 3. cujus varia lectio novam pepererit interpretationem, ſic enim legitur conciliorum tomo tertio: *Placuit epiſcopos & presbyteros & diaconos ſecundum propria ſtatuta ab uxoribus continere*: Et in margine additur altera lectio *priora ſtatuta*, vel *priorum*, ſicque legitur in Africano concilio canone trigeſimo ſeptimo, *ſecundum priora ſtatuta etiam ab uxoribus continere*. Atque interpres quidem Græcus, cum legiſſet, *ſecundum propria ſtatuta*, non erravit cum ſcripſit, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους: nam ut conſtat ex veteri lexico, Heſychio, & aliis, ὅρος non modo terminum & limitem, ſed & definitionem, legem ac ſtatutum ſonat: verumtamen horum canonum auctores falluntur, dum ὅρον hic terminum, ſive προθεσμίαν, aut definitum tempus accipiunt. Eodemque modo commentarium ſuum illorum attexens æqualem ſubtemini Balſamon ait eos abſtenturos vicis ſuæ tempore, eo ſcilicet tempore quo ſacrificant, & Zonaras κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, ἤτοι κατὰ τὰς ἐφημερίας αὐτῶν, ἢ τοὺς καιροὺς καθ᾽ οὓς ἱερουργοῦσιν. Verum ſinceriorem alteram eſſe lectionem conſtat ex plurimis Carthaginenſium canonum locis, in quibus epiſcopi ſancire quidpiam volentes, antiquarum ac priorum ſynodorum auctoritatem ſequi ſe profitentur, ut Carthaginenſis III. canone 42. & 44. *Multis in Conciliis ſtatutum eſt*, Carthaginenſis II. canone 2. *Cum in præterito concilio*, Toletanæ II. canone 4. *juxta priorum canonum conſtitutiones*; Narbonen. canon. 13. *Hoc regulariter ſecundum priorum ſtatuta canonum finitum eſt*. Sic & in concilio Ariminenſi apud Hilarium, *Placuit inſtituta veterum ſervari*, quod Græce dicitur apud Athanaſium de ſynodis, τὰ πάλαι ὡρισμένα κανόνισμα διαφυλάττειν. & in epiſtola imperatoris Conſtantini contra Arium: *Continent propria ſtatuta, id eſt, antiquæ leges*.

Vitioſa eſt igitur Græcorum ſchiſmaticorum expoſitio, quæ vitioſa nititur Latini canonis lectione: nam, ut ſatis ex Auguſtino liquet libro ſecundo de adulterinis conjugiis capite ultimo, ſemper in eccleſia Africana viguit presbyterorum, diaconorum, & ſubdiaconorum cœlibatus.

Can. 16. *Non placet ut verbo*) Atqui ſunt hæc ipſa verba Græca apoſtolorum Actuum 6. οὐκ ἀρεστόν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον. *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres*, &c.

Diſpenſatio eorum quæ tunc collecta) τὴν οἰκονομίαν τῆς κοινῆς χρείας τῶν τότε συναθροισμένων, *diſpenſatio eorum, quæ ad communem uſum pertinebant illorum qui tum fuerant congregati*: hoc eſt, ut explicat Balſamon, *qui alimenta diſpenſabant eorum qui Chriſti evangelium prædicabant*; vel potius, ut Zonaras docet, τῶν οἰκονομούντων ὅπως τρέφοιντο οἱ περὶ τοὺς ἀποστόλους ἀθροιζόμενοι, καὶ πιστεύοντες, *qui diſpenſabant & curabant ut alerentur ii qui cum apoſtolis collecti erant & crediderant*, hoc eſt, ut omnes Chriſti fideles qui ad pedes apoſtolorum cuncta ſua bona detulerant. Ceterum Chryſoſtomi locus paulo ante citatus reperitur homilia 14. in Actis.

Can. 17. *Præteritæ indictionis*) Adde e Græco, *quartæ* τῆς παρελθούσης τετάρτης ἀπινεμήσεως: vide quæ ſupra ſunt annotata in canone 3.

Can. 18. *Propter aliquam circumſtantiam*) ἐκ περιστάσεως μεταναστάντες, *propter calamitatem aliquam extorres ſunt facti*.

Nedum ad id hæſitant) In Tiliano codice legitur, ut in excuſo, ἀπόρως ἔχοντες, at in regiæ bibliothecæ textu apud Zonaram manuſcriptum, ἀπείρως ἔχοντες, *ne dum ejus rei nonnunquam experientia carent, ab eo quod convenit excidant*; aut *ſi ejus rei ſint imperiti ac rudes*.

Can. 21. *Peccatum deflent*) Græce ἀθετοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, *peccatum damnant, nam* ἀθετεῖν, eſt proprie irritum reddere, reſcindere, abrogare. In editione Pariſienſi ſcriptum erat *peccatum debent*, & fortaſſe interpres verterat, *delent*, in cujus locum illud *deflent* ſubſtitutum eſt. Rurſus initio canonis, *criminum canonicorum rei facti*, ſunt intelligendi, οἱ ἐπ᾽ ἐγκλήμασι κανονικοῖς, hoc eſt *quæ a canonibus vetantur*, ſed aptior eſt lectio regii codicis, ἐπ᾽ ἐγκλήματι κανονικῷ, *qui rei criminum ſecundum canones facti ſunt*, hoc eſt, prout jubent canones, canonice, ex canonum præſcripto.

Can. 25. *Agreſtes, & quæ ſunt in regione*) ἀγροικικὰς ἢ ἐγχωρίους quæ verba ſunt canonis 17. concilii Chalcedonenſis, ubi veteres interpretes vertunt *ruſticanas parochias*, vel *in poſſeſſionibus*, ſive *poſſeſſiones*, aut *villas*: χώρα enim villam ſonat, ut canone 35. apoſtolorum, καὶ ταῖς ὑπ᾽ αὐτὴν χώραις, *& pagis qui ei ſubſunt*, aut *villis quæ ſub ea ſunt*.

Can. 33. *Cui manus imponitur*) Adſcripſit margini interpres, τοῦ προχειριζομένου, quod proprie ſonat, *ejus qui producitur, qui ordinandus proponitur*.

Scripturas explicare) θείους λόγους ἀποφωνεῖν. Regius codex ὑποφωνεῖν: utrumque valet hic idem quod ἐκφωνεῖν, pronunciare, recitare, legere. unde Balſamon ait apud Armenios in ſuggeſtu divinas ſcripturas lectas fuiſſe ab iis qui epiſcopalem tonſuram non habebant. Lectoris eſt ſcripturam legere, non item concionando exponere.

Deprehenſus fuerit deponatur) Græce eſt ἀφοριζέσθω, *ſegregetur excommunicetur*.

Can. 34. *A proprio gradu*) Interpres omiſit illud πάντη, *gradu prorſus excidant*. Porro ſacerdotalem canonem hic vocant Chalcedonenſis concilii decimum octavum, ubi vetus interpres φρατρίαν *conſtitutionem* vertit, *factionem*.

Can. 37. *Juris obſervatione*) τῆς ἀκριβείας περιγραφείσης. Ita codex *Tilianus*: *regius vero*, παραγραφείσης, quod verti poteſt, *Non enim ſi ob temporum difficultatem exacta juris obſervatio impedita fuerit, exacta miniſterii ratio prohibebitur*. Poteſt enim retineri περιγραφείσης, nam illud extremum περιορισθήσεται, ſic exponit Zonaras, συστολὴν ἕξει καὶ ἐλαττωθήσεται ἡ τῶν κανόνων ἀκρίβεια, διδοῦσα τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξουσίαν διοικήσεως τῶν ἐν ταῖς ἐπισκοπαῖς αὐτῶν πάντων, *contrahetur, & canonum exacta obſervatio minuetur, quæ poteſtatem facit epiſcopis res omnes quæ ſunt in ſuis epiſcopatibus adminiſtrandi*. Eos enim ait Balſamon ſuum honorem habere debere perinde ac ſi in regione verſati, & in ſedibus ſuis collocati fuiſſent.

Can. 38. *Poteſtate novata eſt*) ἐκαινίσθη πόλις quod non eſt ex veteri novam facere, ſed novam condere civitatem: unde Zonaras exponit, καινίζουσιν, ἀντὶ τοῦ νέας ἀνεγείρουσιν: novant, hoc eſt novas excitant: & Balſamon, eas quæ imperatoris facto excitatæ ſunt civitates, vel etiam excitandæ ſunt, ab eccleſiis quoque honorari.

Can. 39. *Qui Epheſi convenerunt*) τὰ παρὰ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον συνελθόντων, *quæ prius Epheſi in conventu ſanctorum patrum tributa ſunt*. Ita redduntur hæc Latine in editione Germanica Græcolatina, ſed illud, τὸ πρότερον, non refertur, ad participium παρασχεθέντα, ſed ad alterum συνελθόντων, ut diſtinguatur illud tertium œcumenicum concilium Epheſi primo coactum, ab altero quod ab hæreticis in eadem urbe congregatum eſt, τὸ δεύτερον, *ſecundo*, quæ dicta eſt λῃστρικὴ σύνοδον, *latrocinium Epheſinum*: ſic ergo vertendum eſt, *qui Epheſi primo convenerunt*: vide can. 8. Epheſinæ ſinodi.

Et

ANNO CHRISTI 692.

Et a suis episcopis eligatur) χειροτονεῖσθαι *ordinetur*.
Si egressum decimum annum) τὸν ἑπτακαιδέκατον διανύσαν χρόνον. Germanica editio, *si sit annos septemdecim nata*. Zonaras citat Basilii can. 18. in quo praecipit μετὰ τὸ δεκαὲξ ἔτη τὰς τῶν παρθένων ὁμολογίας ἐγκρίνεσθαι, *virginum professiones post annos sexdecim admitti*.
Can. 39. Retulit in suum nomocanonem epistolam ad Amphilochium episcopus * Paulus Photius, apud quem legimus, τὴν ὑπὲρ τὰ δεκαὲξ ἢ δεκαεπτὰ γεγομένην ἔτη, κυρίαν οὖσαν τῶν λογισμῶν, καὶ ἀνακριθεῖσα ἐπὶ πλεῖον, εἶτα παραμείνασαν, ἐγκαταλέγεσθαι χρὴ ταῖς παρθένοις, *Eam quae supra sedecim vel septemdecim annos nata fuerit, rationisque compos, & diu examinata probataque perseveraverit, oportet in sacrarum virginum catalogum referri*.
Can. 40.
* f. legendum CP.
Can. 54. *Cum duobus fratribus mater*) Interpres omisit, ἢ ἀδελφοὺς δύο δυσὶν ἀδελφαῖς, *aut duo fratres cum duobus sororibus*, quae sunt etiam in Germanica editione omissa, sed & regius codex ea cum Zonarae commentario agnoscit: vide can. 23. Basilii in epistola ad Amphilochium.
Can. 64. *Cur te ovium pastorem*) Interpreti exciderunt illa verba Graeca, προβάτων ὤν, quae sic & apud Gregorium leguntur orat. 26. de moderatione in disputationibus, ubi vertit doctissimus Billius: *Quid pastoris munus tibi arrogas, cum sis ovis?* Paulo post: *Ne una cum divite extendaris*, est item Graece μὴ συμπαρεκτείνῃ πένης ὢν πλουσίῳ quod recte vertitur in editione Germanica: *Ne cum sis pauper, te aques diviti*. Proverb. 23. legitur, μὴ παρεκτείνου πένης ὢν πλουσίῳ, quod in Plantinianis bibliis redditur: *Ne contendas pauper existens cum divite*: alii vero malunt: *Ne extendas te cum sis pauper ad divitem*. Sed probabilius est hic παρεκτείνεσθαι nihil aliud sonare, quam ad comparationem alicujus extendi, ut παρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις διάστημα dicitur, spatium quod duratione sua aeternis respondeat, & ita verbum hoc intellexit concilium, cum συμπαρέκτασιν comparationem hic innui sensit. Verum in illa Germanica interpretatione perperam scriptum est; *Ne praecipites in parvis*, e Graeco excuso, ubi mendose, μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν ὀλίγοις: at in regio manuscripto, ταχὺς ἐν λόγοις, ut vidit esse corrigendum Hervetus: *Ne sis velox in sermonibus*: sed locum scripturae non indicavit, qui necdum nobis occurrit: nisi forte illum innuit Ecclesiastae 5. v. 1. μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου: *Ne festines in ore tuo*, vel illum Ecclesiastici 4. v. 34. μὴ γίνου θρασὺς ἐν γλώσσῃ σου, *Ne sis temerarius in lingua tua*: quod vulgata Latina reddit: *Noli citatus esse in lingua tua*.
Can. 72. *Fideli autem places*) Ἔδοξε δὲ τῷ πιστῷ ἢ ἄπιστος συνοικεῖν, ἢ τὸ ἔμπαλιν ὁ ἄπιστος τῇ πιστῇ, *cum fideli autem cohabitare velit infidelis, vel cum infideli rursus fidelis, ne a se invicem separentur*. 1. Corin. 7. v. 12. *Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam*. In eodem canone legebatur apud Zonaram in textu: ἢ δὲ ὑπὸ τῆς πλάνης ἀκτῖνας ἑλομένη: *illa vero erroris vinculo detenta fuerit, nolens divinos radios*.
Can. 76. *Per aromata*) Excusus & Tiliani codices, τὰ διὰ βρωμάτων ἤδη. Interpres vertit, quasi legisset τὰ δι' ἀρωμάτων εἴδη. Regius codex lectionem editam tuetur, nisi quod ἤδη pro ἤδη habet: & Zonaras exponit, τὰ ἐδώδιμα προτιθέναι εἰς πρᾶσιν, *esculentas species proponere vendendas*. Ita supra can. 4. vetuit in aede sacra comedere, & accubitus sternere. In hoc ipso canone aptius reddet τὸ κέρμα ἐξέχεε *effudit aes*, ut Joan. 2. v. 15 & τὸ ἱερὸν κοινοῦντας, *qui templum coinquinabant*, vel *profanabant*, quam quod dixit interpres, *qui sacrum commune faciunt*. Et can. 97. *qui sacra loca communia faciunt*, τοὺς ἱεροὺς τόπους κοινοποιοῦντας, *qui loca sacra profanant*.
Can. 78. *Episcopo & presbyteris*) ἢ τοῖς πρεσβυτέροις, *vel presbyteris*.
Can. 87. *Sacer divinus Basilius*) Excusus & Tiliani κατὰ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Βασίλειον: at in regio codice lego, τὸν ἱερὸν καὶ μέγαν, *sacer & magnus*. Theodorus Balsamon citat 9. & 21. can. Basilii in epistola ad Amphilochium.
Tertio anno substernantur) τριετίαν ὑποπίπτειν, *triennio substernantur*, *& septimo cum fidelibus consistant*. Non igitur tertium annum vult eos agere in ea classe poenitentiam, sed tres annos integros, quibus absolutis, post unum annum inter lugentes actum, & post bien nium inter audientes, septimus in quarta classe transigetur, cui nomen σύστασις.
Can. 89. *Usque ad mediam magni*) περὶ μέσας τῆς περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζεσθαι, sic uterque liber excusus: in manuscripto vero Tilianae bibliothecae, quo videtur tanquam autographo ceteroquin usus interpres, scriptum reperi, ut & in regio, ἀπονηστίζεσθαι, quod interpretor, *fideles circa mediam noctis magni sabbati horam jejunium solvere*: sic enim intellexit & explicuit Zonaras, περὶ δὲ τὸ μέσον τῆς νυκτὸς τοῦ σαββάτου ἐπιφαινούσης τῆς κυριακῆς προτρέπει ἀπονηστίζεσθαι (forte scribendum ἀπονηστίζεσθαι) ἀντὶ τοῦ, βρώσεως ἅπτεσθαι. Itaque scripsisse puto Balsamonem, *post sex horas noctis jejunare fideles, eo quod resurrexit Christus*: sed interpres ejus τὸ ἀπονηστίζεσθαι vertit *jejunare*, cum potius hoc illi sit *jejunium solvere*; non enim est idonea causa cur oporteat jejunare, quod addit Christum resurrexisse, imo potius festa convivia celebrandi, & jejunii luctum & la-

A borem intermittendi. Hesychius certe non aliter exponit τὸ ἀπονηστίζεσθαι, quam ἀπὸ νηστείας ἐπὶ τροφὴν ἐλθεῖν.
Can. 90. *Noctem quae fuit ante*) τὴν μετὰ τὸ σάββατον νύκτα, quod aeque vitiose in Germanica editione redditur, *sub batum noctis resurrectionis salvatoris*: scribe igitur, me auctore, *nocte quae sabbatum sequitur accipientes*.
Can. 95. *Qui ex haereticis servantur*) τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων, ἀπὸ αἱρετικῶν δεχόμεθα. In regio codice legi, τοὺς προσερχομένους. *Eos qui ab haereticis ad rectam de fide sententiam & ad partem eorum qui salvi fiunt accedunt, secundum morem & ordinem subjectum recipientes*. Ita quoque reddendus Latine canon 7. Constantinopolitani II. concilii, ex quo iste decerptus est: ubi non omisit interpres, τοὺς ἀριστεροὺς *sinistros*, quos Graecis uterque textus inserit inter τοὺς καθαρούς. *Catharos sive Puros, & Tessaresca decatitas*.
Et aures imprimentes dicimus) Dimisit hic etiam καὶ σφραγίζοντες, quod alibi reiterat, *& signantes eos dicimus*.
B *Deinde tertio adjuramus*) ἐξορκίζομεν αὐτοὺς, quod Germanica editio minus etiam proprie vertit, *ipsos auctoramus*. Ecclesiasticum verbum est: *deinde ter eo exorcizamus*, unde exorcistae, non adjutores. Porro illud, *secundo autem catechumenos*; a Graeco abest: addendum tamen ex canone Constantinopolitano τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους.
Can. 94. *Perversitatis*) τοὺς τοῦ ἐναντίου σκαιότητος. Germanica editio, *reliquias adversa stoliditatis*; sed profecto hic, ὁ τῆς ἐναντίας, qui 1. Petri 5. v. 8. appellatur ἀντίδικος, *adversarius noster diabolus*, ut ὁ τῆς ἐναντίας, *qui ex adverso est*, ad Titum 2. v. 8. scribe igitur, *ferant reliquias nequitiae adversarii*.
Can. 100. *Picturas ergo, quae oculos*) καταγοητευούσας γραφὰς ἐν πίναξιν. Germanica edit. *Picturas igitur oculorum praestigiatrices, sive in tabulis, sive alias propositas, mentis corruptrices*.
Aggressus fuerit, deponatur) Atqui clericorum haec solet esse tantum poena, non quorumvis, aut laicorum. C *Graece erat*, ἀφοριζέσθω, *excommunicetur*.
Can. 101. *Antequam ejus fiut*) καὶ ἐμπροσθεν αὐτοῦ τῇ μετουσίᾳ γενέσθαι. Germanica edit. *& coram ipso participationem esse*.
Can. 102. *Sequi locum traditum*) *Videtur interpres legisse* τῷ παραδοθέντι τόπῳ: sed in excuso tamen & in manuscripto Tiliano scriptum occurrit, τὸν παραδοθέντα τύπον; codex regius τῷ παραδοθέντι τύπῳ. Et ita plane legitur can. 3. apud Basilium in epistola ad Amphilochium, ubi noster vertit interpres; *sequi autem in iis quae summum jus non admittunt, formam traditam*.

ADNOTATIO P. ANTONII PAGI

ad An. Chr. 692. n. 2. & seqq.

Habita Synodus *Trullana* in Trullo magni Palatii ut habet Balsamon, non vero in Trullo magnae Ecclesiae, ut quibusdam perperam visum. Ejus Epocha in controversiam vocata, praesertim ob verba, quae in tertio ejus D Canone leguntur: *Matura*, inquiunt hujus Synodi Episcopi, *Concilii discussione praehabita, eos qui duobus conjugiis implicati fuere, & ad praeteriti mensis Januarii diem decimum quintum, praeteritae quartae Indictionis, anni sexies millesimi centesimi noni peccati servituti obnoxios se voluere, nec ullo pacto resipiscere, canonicae depositioni subjicere decrevimus*. Adhaec Tarasius laudatus in VII. Synodo dixit: *quidam ignoratione languentes scandalizantur in hos Canones, asserentes: Putas Sextae Synodi sunt? Cognoscunt autem qui hujusmodi sunt, quod Sancta & Magna Sexta Synodus sub Constantino fuerit celebrata contra illos, qui unam voluntatem & unam operationem dicebant in Christo, in qua haereticis anathematizatis, & explanata fide, domum reversi sunt, decimo quarto anno Constantini. Ergo post quatuor, sive quinque annos, iidem ipsi Patres convenientes sub Justiniano filio Constantini, praesignatos Canones exposuerunt, & nemo dubitat de illis. Illi enim, qui subscripserunt sub Constantino, ipsi & sub Justiniano praesenti* E *Chartae subscripserunt; ita ut hoc manifestum sit ex eorum propriae manus scripturae immutabili similitudine*. Ita Tarasius.

Natae inde de anno celebrationis hujus Synodi opiniones tres. Aliqui existimant, standum esse *Tarasio*, qui non multum ab eo distitus fuit, & quem quae de ea in suae Ecclesiae Constantinopolitanae Monumentis habebantur, legisse verisimile dicunt. Quare hi existimant, mendum in Canonem III. citatum irre sisse, & *quartae Indictionis* loco, *decimam quartam* reponendam, ideoque hanc Synodum figendam anno sexcentesimo octogesimo sexto, quinque circiter annis post Sextam Synodum Generalem. Secunda & tertia sententia uno eodemque fundamento innititur, anno scilicet mundi sexies millesimo centesimo nono in tertio Canone laudato, diserte expresso. Fatetur utraque pars eum annorum numerum, licet a Balsamone & Zonara agnitum, mendose tamen in Actis hujus Synodi descriptum esse, & Theophane ad

 ann.

ANNO CHRISTI 692.

ann. incarnationis ſecundum Alex. DCLXXVII. corrigendum: loco enim *anni ſexies milleſimi centeſimi noni*, legendum, *anni ſexies milleſimi centeſimi nonageſimi noni*, quia ſcilicet Librarii numerum XC. omiſerunt.

Porro annus ille mundanus referri poteſt, vel ad Eram Alexandrinam; ſicque inchoatur Kalendis Septemb. anni Chriſti ſeptingenteſimi ſexti: vel ad Eram Conſtantinop. eoque pacto auſpicatur Kalendis Septembr. anni Dionyſiani ſexcenteſimi nonageſimi: indeque Hiſtorici in eo interpretando diviſi. Theophanes loco laudato contendit, Patres Synodi Trullanæ uſos eſſe Era mundana Alexandrina, ideoque hunc annum mundi congruere cum anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos DCXCIX, qui uterque Alexandrinus annus tam mundi, quam Incarnationis inchoatur Kalendis Septemb. anni Eræ noſtræ Chriſtianæ ſeptingenteſimi ſexti: indeque conſequens eſt, Synodum iſtam juxta Theophanem pertinere ad annum Eræ Dionyſianæ DCCVI. a Kalendis Septembris & inſra. Addit Theophanes, eam habitam anno Juſtiniani iterum imperantis ſecundo; a Sexta Synodo ad Trullanam fluxiſſe annos viginti ſeptem, & eos nugari *qui Scriptis ſuis celebratos Sexti Concilii Capitularet typos, exactis poſtmodum annis quatuor, editos affirmant*, ubi Taraſium indicat. Communis tamen opinio annum illum mundi 6199. de Era mundana Conſtantinopolitana interpretatur, quam & Baronius ſequitur, & hic magis explicabimus.

Primam opinionem jure merito rejicit Baronius, quia in III. Canone hujus Synodi mox recitato, dicitur, annum qui eam anteceſſit, fuiſſe mundi 6199. qui per quindecim diviſus reddit Indictionem quartam, quæ anno quarto aut quinto a celebratione Sextæ Synodi non conſentit; & ridiculum eſt affirmare errorem eſſe in Indictione, & loco *Indict. IV.* legendum eſſe, *Indict. XIV.* cum annus ille mundi cum Indictione XIV. componi non poſſit. Præterea verum non eſt quod aſſerit *Taraſius*; qui ſubſcripſere ſub Conſtantino, eoſdem & ſub Juſtiniano præſenti Synodo ſubſcripſiſſe, ut mox oſtendam. Quare memoria lapſus eſt S. Præſul. Dicit neminem de hujus Synodi Canonibus dubitare, cum tamen Latini eiſdem non præberent aſſenſum, imo, ut ipſe ait, ſcandalizarentur; quia ſcil. *Taraſius* volens veritatem certiſſimam, quæ in illis continetur de Imaginibus, valido ſubſidio conſtabilire, eos quoquo modo defendebat.

Longe improbabilior Theophanis ſententia; cum *Paulus*, qui huic Synodo præfuit, anno ſequenti Sedem vacuam reliquerit *Callinico*, ipſo etiam Theophane teſte, qui ad id animum non adverterat. Secundo, Auctor Libelli Synodici, poſtquam locutus eſt de Synodo Trullana, ait: *cum autem Leontius Imperium invaſiſſet, & Juſtinianum abſciſſis naribus Cherſonem relegaſſet, Artemius, qui & Anaſtaſius dicitur, Leontio ſucceſſit.* Quare non anno Chriſti DCCVII. ſed ante ann. DCXCV. quo Juſtinianus depoſitus eſt a Leontio, Synodus Trullana congregata. Tertio, Anaſtaſius Bibliothecarius diſertis verbis aſſerens hanc Synodum coactam Sergio Primo Eccleſiam Romanam adminiſtrante, evidenter oſtendit, Patres in ea adhibuiſſe Eram mundi Conſtantinopolitanam juxta quam annus 6199. reſpondet Pontificatui *Sergii* Primi, qui juxta Anaſtaſium anno Chriſti ſeptingenteſimo primo vitam cum morte commutavit. Profecto Anaſtaſius in Vita Sergii Papæ ita accurrate narrat, quæ *Juſtiniano Auguſto* primo imperante Romæ geſta ſunt; quo Quini-ſextæ Synodi Decretis *Sergius* ſubſcribere compelleretur, ut eum de hujus Synodi tempore probe edoctum fuiſſe certum videatur. Hinc Beda, qui hac ætate vivebat, lib. de Sex Ætatibus, Paulus Diaconus, qui ſæculo ſequenti floruit, lib 6. de Geſtis Langobard. cap. 11. aliique idem quod Anaſtaſius docent: Beda autem & Paulus Theophane antiquiores fuere. Petavius in parte 2. Rationarii Temp. lib. 4. cap. 14. *Theophanis* ſententiæ adhæret, quod *Joannes* VII. Romæ anno Chriſti DCCVII. ſederet; quem & de Canonibus iſtis approbandis interpellatum a *Juſtiniano*, in Joanne VII. ſcribit Anaſtaſius. Verum perperam Petavius pro hac ſententia citat Anaſtaſium, qui eam penitus evertit. Nihil vero *Juſtinianus* a Joanne poſtulavit, quod a Conſtantino Papa etiam non poſtularit, quo tamen Eccleſiam adminiſtrante nullus dicet, Synodum Trullanam coactam eſſe.

ANNO CHRISTI 691.

Certum itaque eſſe debet, annum illum mundi 6199. de Era mundana Conſtantinopolitana interpretandum. Verum quidem eſt hanc Eram, quam imperante *Heraclio* Seniori inſtitutam fuiſſe alibi diximus, in Actis publicis, quæ ad nos pervenere, ante hoc tempus non occurrere, ſed cum hactenus nullum hujus Synodi exemplar MS. prodierit, in quo is annorum numerus non legatur, & Theophanis Auctoris antiqui tempore idem numerus in ea haberetur, & quidem correctior, quam in exemplaribus hujus concilii, quæ ſuperſunt, dici non poteſt illum in hanc Synodum inſertum eſſe. Porro non inde ſequitur, ut paſſim omnes inde colligere video, *Synodum Trullanam* uſque in hunc Chriſti annum differendam. Annus enim ille mundanus 6199. definit cum menſe Auguſto ſuperioris Chriſti anni, ac Kalendis Septembris ejuſdem anni inchoatur annus mundi 6200. & cum eo Indictio quinta, quibus obtinentibus Synodus illa congregata, & laudatus tertius Canon ſupra recitatus ante initium menſis Februarii currentis Chriſti anni conditus. Hoc enim Patres manifeſte innuunt, cum in eo Cannone III. menſem Januarium quartæ Indictionis præteritæ, ſeu anni Dionyſiani ſexcenteſimi nonageſimi primi vocent *præteritum menſem Januarium*. Quod ſi Decretum illud factum fuiſſet poſt menſem Januarium currentis Chriſti anni, non dixiſſent Patres, *decernimus, ut uſque ad XV. præteriti menſis Januarii præteritæ quartæ Indictionis*, ſed *decernimus, ut uſque ad XV. præteriti menſis Januarii* PRÆSENTIS QUINTÆ INDICTIONIS, quia eo caſu menſis Januarius quintæ Indictionis currentis fuiſſet præteritus menſis Januarius. Concilia vero Generalia quale Græci contendunt fuiſſe Trullanum, quod & *Taraſius* loco laudato dicit Synodum univerſalem repræſentaſſe, ſemper vere, aut autumno, ſaltem exeunte celebrata. Quare cum Trullanum verno tempore habitum non fuerit, conſequens eſt, illud autumno ſuperioris Chriſti anni indictum fuiſſe: cumque Concilia ad eos pertineant annos, quibus inchoata ſunt, non vero quibus continuata aut abſoluta, incertumque ſit, an ſuperiori anno finiente, vel currenti Trullanum abſolutum fuerit, non dubium, quin illud affigendum ſit anno ſexcenteſimo nonageſimo primo.

CIRCA ANNUM CHRISTI 692.

CONCILIUM ANGLOSAXONICUM

CIRCA ANNUM CHRISTI 692.

Ab Ina Rege coactum.

Ex P. Pagi ad an. Ch. 692. n. 21.

INa Occidentalium Saxonum Rex coegit Synodum, in qua ea ſtabilirentur quæ eccleſiæ, totique provinciæ commoda, & utilia forent. Leges, quæ eccleſiam ſpectant, referunt Spelmannus pag. 182. *& Labbeus hic, ſed nulla Synodi mentione facta; licet Beda lib.* 5. *cap.* 9. Synodum *appellet; & ſanctus Aldelmus in epiſtola ad Geruntium Regem*, Concilium Epiſcoporum ex tota pene Britannia *nominet. Ina Rex, Heda Vvintonienſis, & Erconvaldus Londinienſis, Epiſcopi in Actis nominantur; ideoque poſt an.* 692. *hæc ſynodus differri non poteſt; cum inſequenti Valdberus Londinenſem Epiſcopatum geſſerit. Acta Synodi in Legibus Inæ Regis, & in Epiſtola Aldelmi ad Geruntium regem, & ad Sacerdotes qui per Danmoniam conſiſtunt; & ex illis patet hoc ſibi propoſuiſſe Epiſcopos, Abbates, & Proceres, qui eidem interfuere, ut non ſolum Saxones intergre pieque viverent; ſed & ut Britanni, qui in Danmoniis, & ultimo Occidentis angulo, rem ſuam publicam, ex antiqua Cerdicii Occidentalium Saxonum regis gentilis conceſſione adhuc retinebant, ad unum Chriſtianæ profeſſionis ritum & eccleſiæ morem concederent. Summo enim odio, & infinitis, quæ Adelmus fere enumerat, inimicitiarum augumentis, Saxones profecuti ſunt, licet hi fidem Chriſtianam accepiſſent. Quare cum nonniſi coacti commercium cum Saxonibus, tam in re civili, quam eccleſiaſtica habere vellent, legibus in hac Synodo ſtatutis eorum mores corrigendi fuere. Britannicæ eccleſiæ cauſa Adelmo commiſſa fuit, quam ille ſtrenue egit, ſcripta ad Geruntium epiſtola, quam refert Alfordus hoc anno* 692. *n.* 20. *& ſeqq. qui non animadverterat eam eſſe inter Bonifacianas XLIV. Quis iſte Geruntius fuerit, non ſatis conſtat. De iſta epiſtola his verbis*

loqui-

ANNO CHRISTI 692

loquitur Beda l. 5. cap. 19. Adhelm, cum eſset adhuc presbyter, & abbas Monaſterii, quod Maidulfi urbem nuncupant, ſcripſit, jubente Synodo ſuæ gentis, librum egregium adverſus errorem Brittonum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt, multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Brittones, ad Catholicam Dominici Paſchæ celebrationem, hujus lectione perduxit.

LEGES ECCLESIASTICÆ

Inæ regis occiduorum Saxonum ſeu Gerviſorum in re eccleſiæ latæ, ex aliis ſuis legibus Saxonicis decerptæ.

TITULI LEGUM ECCLESIASTICARUM INÆ REGIS.

I. *De regula vivendi miniſtrorum Dei. Et de nuptiis & judiciis conſervandis.* II. cap. 1.
II. *De infantibus baptizandis.* II. cap. 2.
III. *De opere in die ſolis.* II. cap. 3.
IV. *De cenſu eccleſiæ quando ſit reddendus.* II. cap. 4.
V. *De immunitate eccleſiarum.* II. cap. 5.
VI. *De pugna in eccleſia (inter alia.)* II. cap. 6.
VII. *De eis qui falſum teſtimonium ferunt coram epiſcopo.* II. cap. 12.
VIII. *De alienigena occiſo, (re ad abbatem vel abbatiſſam ſpectante)* II. cap. 22.
IX. *De pace violata in oppido epiſcopi (inter alia)* II. cap. 62.
X. *De cenſu eccleſiæ unde ſit reddendus.* II. cap. 6.
XI. *De cæde ſuſceptoris vel ſuſcepti ad ſacrum fontem.* II. cap. 75.

INÆ REGIS STATUTA.

EGo Ina Dei gratia occiduorum Saxonum rex, cum conſilio & cum doctrina Centedæ patris mei, & Heddæ epiſcopi mei, & cum omnibus meis ſenatoribus & ſenioribus ſapientibus populi mei, & multa etiam ſocietate miniſtrorum Dei, conſultabam de ſalute animæ noſtræ, & de fundamento regni noſtri, ut juſtæ leges, & juſta ſtatuta per ditionem noſtram ſtabilita, & conſtituta eſſent, ut nullus ſenator, nec ſubditus noſter poſt hæc has noſtras leges infringeret.

De miniſtrorum Dei regula. Cap. 1.

I. Primo præcipimus, ut Dei miniſtri juſtas ſuas regulas obſervent, & recte teneant, poſt hæc injungimus, ut totius populi leges, & jura ita teneantur.

De infantibus. Cap. 2.

II. Inſans intra triginta dies batizetur, ſi hoc non ita fiat, triginta ſolidis compenſet (parens) ſi tunc mortuus ſit abſque baptiſmate, compenſet illud omnibus quæ habet.

De operibus diei dominicæ. Cap. 3.

III. Si ſervus homo die Dominica operetur juſſu domini ſui, liber ſit, & dominus debeat XXX. ſolidos pro pœna. Si autem ſervus abſque ejus ſcitu operetur, verberibus cædatur, vel cutis pretium ſolvat. Si autem libere eo die operetur abſque domini juſſu, perdat libertatem ſuam, vel ſexaginta ſolidos: & ſacerdos duplum debeat.

De eccleſiæ cenſibus. Cap. 4.

IV. Eccleſiæ cenſus ſolvantur ad S. Martini feſtum. Si quis hoc non præſtet, ſolvat quadraginta ſolidos, & duodecim vicibus ſolvat tunc eccleſiæ cenſum.

ANNO CHRISTI

De eccleſiæ immunitatibus. Cap. 5.

V. Si quis mortis ſit reus, & ad eccleſiam confugiat, habeat vitam ſuam, & compenſet prout jus eum doceat. Si quis verbera promeritus ſit; & ad templum confugerit, verbera ipſi condonentur.

De pugnis. Cap. 6.

VI. Si quis in regis domo pugnet, perdat omnem ſuam hæreditatem, & in regis ſit arbitrio, poſſideat vitam an non poſſideat. Si quis in templo pugnet, centum viginti ſolidis mulctetur. Si quis in ſenatoris domo pugnet, vel in alterius illuſtris ſapientis, ſexaginta ſolidis mulctetur, & alios ſexaginta ſolidos ſolvat pœnæ loco. Si autem in tributarii domo, vel coloni pugnet, triginta ſolidos pœnæ loco ſolvat, & colono ſex ſolidos. Et licet in medio campi pugnatum ſit, centum viginti ſolidi loco pœnæ ſolvantur. Si autem in convivio rixati ſint, & unus horum patienter id ſuſtineat, ſolvat alius triginta ſolidos pœnæ loco.

De iis quorum teſtes coram epiſcopo mentiti ſunt. Cap. 13.

VII. Si alicujus teſtis vel vas coram epiſcopo mentiatur, compenſet centum viginti ſolidis.

De primitiis ſeminum. Cap. 61.

VIII. Primitiæ ſeminum dari debeant a culmine illo, & a manſione illa, in qua quis fuerit in natali Domini.

De eo qui filium luſtricum, vel ſuſceptorem ſuum occidit. Cap. 76.

IX. Si quis alterius filium in baptiſmate ſuſceptum occidat, vel ſuſceptorem ejus, cognati occiſio homicidio æqualis ſit. Emendatio creſcat juxta æſtimationem capitis, ſimiliter ac homicidium quod pro domino ſolvendum. Si autem regis filius luſtricus ſit, æſtimationem capitis compenſet regi eodem modo ac cognatis ejus. Si autem ſe illi oppoſuerit, qui eum interfecerit, tunc excidat compenſatione patrinus eodem modo ac mulcta dominus. Si ſit epiſcopi filius; dimidium hujus ſit mulcta.

ALIUD EXEMPLAR.

LEGES ECCLESIASTICÆ

INÆ REGIS OCCIDUORUM SAXONUM,

Ad rem eccleſiæ pertinentes, e civilibus ſuis aliis decerptæ.

Juxta regii codicis & Jornalenſis exemplaria.

EGo Ine Dei gratia Veſtſaxonum rex, exhortatione & doctrina Cenredes patris mei, & Heddes epiſcopi mei, & Erchen Vvoldes epiſcopi mei, & omnium aldermannorum meorum & ſeniorum, & ſapientum regni mei, multaque congregatione ſervorum Dei, ſolicitus de ſalute animarum noſtrarum, & ſtatu regni mei, conſtitui rectum conjugium, & juſta judicia pro ſtabilitate & confirmatione populi mei, benigna ſedulitate celebrari: & nulli aldermanno, vel alicui de toto regimine noſtro conſcripta liceat abolere judicia

I.

In primis præcipimus ut miniſtri domini rectam diſciplinæ ſanctæ regulam juſte cuſtodiant.

Po-

ANNO CHRISTI 692.

Poſtea volumus ut totius populi conjugia ſint & judicia devote conſervata.

II.

Puer infra triginta noctes baptizetur: ſi non ſit, triginta ſolidis emendetur. Si moriatur ſine baptiſmo, emendetur tota pecunia.

III.

Si ſervus operetur * die dominica per præceptum domini ſui, ſit liber: & dominus emendet triginta ſolidis ad Vvitam. Si ſervus ſine teſtimonio domini ſui operetur, corium perdat (*id eſt vapulet.*) Si liber operetur ipſa die ſine juſſu domini ſui perdat libertatem ſuam.

Cyriſceatta (*id eſt cenſus eccleſiæ*) reddita ſint in fecto ſancti Martini. Si quis hos non compleat, reus ſit ſexaginta ſolidorum, & duo decuplo reddat ipſum Cyriſceattum.

V.

Si quis ſit mortis reus, & ad eccleſiam confugiat, vitam habeat, & emendet ſicut * conſulet. Si quis corium ſuum forisfaciat, & ad eccleſiam incurrat, ſit ei verberatio condonata.

VI.

Si quis pugnet in domo regis, totius pecuniæ ſuæ reus ſit, & ſit in arbitrio regis, utrum vitam habeat, vel non habeat. Si quis in eccleſia pugnet, centum viginti ſolidis * emendet, &c.

* *juxta Saxon in die ſolis,*

* *alius codex manuſcriptus, ſicut ſectum conſulucrit.*

* *al. 60. emendet pro vita.*

VII.

Si coram epiſcopo teſtimonium ſuum & vadium mentiatur, centum viginti ſolidos emendet. *Sic codex regius Jornalenſis triginta ſolidos.*

VIII.

Si homo alienigena occidatur, habeat rex duas partes vveræ ſuæ, tertiam partem habeant filii vel parentes ſui. Si parentes non habeat, dimidiam rex; dimidiam * conſocii. Si autem abbas, vel abbatiſſa interſit, dividant eodem modo cum rege.

* Jornal. *conſocii regis.*

IX.

Burgi fractura debet emendari centum viginti ſolidis. Regis & epiſcopi ubi * ſedes ejus eſt. Aldermani (*id eſt comitis*) octoginta ſolidos. Taini regis (*id eſt baronis*) ſexaginta ſolidos, *&c.*

* *alius manuſcriptus, ubi ſuum riche eſt, id eſt, ſedes cathedralis vel diœceſis.*

X.

Cyriſceatum debet homo reddere a culmine & manſione ubi reſidens erit in natali.

XI.

Si quis alterius filiolum occidat vel patrinum, ſit ſimile cognationi, & creſcat emendatio ſecundum * vveram, ſicut mambota facit erga dominum. Si ſit filiolus regis emendet ſecundum vveram ejus regi ſicut cognationi. Si de parentela ipſius qui occidit eum, tunc excedat emendatio patrini ſicut mambota domini. Si epiſcopi ſit filius, ſit dimidium hoc.

* Jornal. *vveram ejus regi, &c.*

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Plerique viri docti Rothomagenſem ſynodum ſub ſancto Ansberto præſule convocatam cum Binio, Sirmondo, aliſque hactenus anno 682. illigarunt. Verum ut Tom. VII. p. 1450. E. cum R. P. Godefrido Henſchenio in diſſertatione de tribus Dagobertis Galliæ regibus docuimus, ſatius eſt illam ad hunc annum 592. revocare. Conſule Obſervationem loco indicato a nobis excuſam, ne actum agamus.

ANNO CHRISTI 693.

CONCILIUM TOLETANUM XVI.

ANNO CHRISTI 693.

EPISCOPORUM LIX.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De Judæorum perfidia.*
II. *De idolorum cultoribus.*
III. *De* * *ſtupris.* (* al. *de fœditatis.*)
IV. *De deſperantibus.*
V. *De reparatione* * *eccleſiarum.* (* *eccleſiarum, vel dirutis aliis cauſis.*)
VI. *De integra oblata, & ex ſtudio præparata, in ſacrificio offerenda.*
VII. *De publicatione concilii.*
VIII. *De muniminе prolis regiæ.*
IX. *De Sisberto epiſcopo.*
X. *De his qui juramenti ſui profanatores extitiſſe noſcuntur.*
XI. *De gratiarum actione.*
XII. *Decretum judicii ab univerſis editum.*
XII. *Lex edita in confirmatione concilii.*

IN NOMINE DOMINI.

Incipit ſynodus Toletana ſextadecima, LIX. *epiſcoporum.*

DUm anno ſexto inclyti & orthodoxi domini & principis noſtri Egicanis, ſub die ſexto Nonarum Majarum, æra DCCXXXI. unanimitatis noſtræ conventus in prætorienſi baſilica, ſanctorum videlicet Petri & Pauli, aggregatus conſiſteret, atque uniuſquiſque noſtrorum ex more ſecundum ordinationis ſuæ tempus in locis debitis reſideret, rerum prius omnium domino devotiſſima gratiarum jura perſolvimus, pro eo quod nos & alterutræ viſionis contuitu ſolari permiſit, & alternæ pacis oſculo confovendos ſtatuit, diffuſis cordibus, ſimulque & vocibus ei precum murmura effundentes: ut ſicut nos alternorum oſculorum impenſione lætificos effecit, ita ſereniſſimum ac religioſiſſimum prædictum Egicanem principem, cujus juſſu fraternitatis noſtræ cœtus eſt adunatus, fidei ſuæ converſatione ſtabiliat, prorogatione juſtitiæ muniat, pacem locupletem reddat, impenſione miſericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret: quo longævitatis munus D fruens, commiſſa ſibi regni gubernacula diſcreto moderamine teneat, & commiſſos ſibi populos benigne regat, æque diſponat, & juſſu pietatis modificet. His devotione promptiſſima actis, cœpit unionis noſtræ numeroſitas de rebus ſpiritualibus mutua collationis inter ſe orſa diffundere, atque eventum rei expectatione manſuetiſſima præſtolare. Igitur cum ea attentius agerentur, ſic idem excellentiſſimus princeps ſanctæ intentionis munimine fretus, religione pleniſſimus, & elucubrationis ſummæ titulo inclytus, noſtro ſeſe cœtui intulit, ac glorioſi capitis verticem cernuo voto reclinans, noſtris ſeſe domino precatibus commen-

ANNO CHRISTI 693.

mendari percenſuit ; propriis manibus tomum nobis deferens reſerandum , in quo ſuæ devotionis vota , & deliberationis piæ deſideria ſiſtebant , ſtylo graviſſimo exarata , omnes in communi ſui oris dulciſluis exhortans oraculis ait .

En divini cultus, reverendiſſimi ſacerdotes , quidquid proprii oris effamine veſtris ſacris ſenſibus debui intimare, quidquid innormis poterat diffuſæ elocutionis affatus exprimere , ſicut hic breviter ſummatimque calamo currenti digeſſi. Unde vos ea ſolicitius prælibantes , gliſcentibus animis pertractate: & tamen ea quæ hic ſunt inſita, quam etiam alia quæque ſe reverendiſſimo veſtro cœtui ingeſſerint audienda, æquiſſimis judiciorum veſtrorum definitionibus terminate, & firmiſſimo ſententiarum veſtrarum ſtylo eſſe permanſura decernite,

Quem tomum ab eo unanimitas noſtra ſuſcipiens , eidem principi benediximus: eoque e noſtri medio diſcedente, ejuſdem tomi ſeriem reſeravimus , cujus dictorum textus ſubter annexa ſerie declaratur.

IN NOMINE DOMINI.

Flavius Egica rex ſanctiſſimis patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.

NOvit, beatiſſimi patres, ſerenitatis noſtræ glorioſa ſublimitas, ſynodicæ advocationis ſtudia nutantis ſæculi obſtare ruinæ , & fidelibus populis congruam ſalutaris vitæ impendere diſciplinam . Quapropter orthodoxæ fidei religione permotus, veſtrique cœtus optabili conventu jucundior redditus, cœlorum regi grates laudumque vota perſolvo , quoniam præſtolata aggregationis veſtræ concurſio præceptionis noſtræ oraculis devotiſſime paruit, & alternæ viſionis exoptata gaudia commodavit. Igitur vobis coram poſitus , veſtris precibus ſupernam mihi clementiam ſuffragari efflagitans , univerſitatem ſanctitudinis veſtræ Chriſtiana mentis devotione convenio ; ut quia eccleſiæ ſanctæ catholicæ digna ſpeculatione præſtatis , votis meis fautores ſitis, veſtrique pontificatus meritis, in regendis populis præſtantiora mihi ſubſidia præparetis, & conſiliorum nutrimenta ſalubria afferatis, quo valeam ſanctimoniæ veſtræ adminiculo fultus, & regnandi greſſus in pace perficere, & gentem mihi ſubditam pio ac diſcreto moderamine regere . Nam & tales vos in hoc ſancto concilio adeſſe præopto , quo gratia Spiritus ſancti corda veſtra irradians, in medio ſit veſtrorum, ut ipſo docente , id teneatis atque ſervetis, unde & mihi , qui præ omnibus multis ſum criminibus deditus , & cuncto populo regiminis mei reſpectio divina ſemper opituletur. Quantis denique malis indignante Deo terra quotidie vapulet, quantiſque plagis, vel perfidorum ſceleribus contabeſcat , paternitati veſtræ non reor eſſe incognita. Sed quia indubie credimus, quod traſgreſſione mandatorum Dei digna factis recipimus , dicente domino per prophetam: *Propter hoc lugebit terra , & infirmabitur omnis qui habitat in ea* , opportunum ſatis eſt, ut per vos , qui divinæ vocis præconio ſal terræ eſtis , ſalvationis obtineat opem . Unde venerabilem ſanctitati veſtræ * univerſitatem exhortor, ut imprimis almæ fidei rectitudo , quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffuſa expanditur, veſtræ collationis eloquiis præconetur , prædicata veraciter teneatur , retenta in arcano veſtri pectoris illibata ſervetur Deinde quia comperimus quod multæ Dei baſilicæ in diſperſis locis veſtrarum parochiarum conſtitutæ , dum ad unius reſpiciunt ordinationem presbyteri , nec aſſidua in eis ſacrificia domino delibantur, & deſtitutæ remanent , atque ſine tectis, vel ſemirutæ fore noſcuntur, ſpecialiter in canonibus annotetis , unaquæque eccleſia , quamvis pauperrima, quæ vel decem mancipia habere poteſt, ſui debeat cura gubernari cultoris: ceterum, ſi minus habuerit , ad alterius eccleſiæ presbyterum pertinebit. Nam dum ex omnibus plurimæ baſilicæ , ut præmiſimus , unius ſolicitudine rediguntur, ſolum eſt, quia & viduatæ perſiſtunt, & difficile ſacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum ſacerdotibus Dei in culpa eſt , verum etiam & infidelibus Judæis ridiculum affert, qui dicunt nihil præſtitiſſe interdictas ſibi ac deſtructas fuiſſe ſynagogas, cum cernant pejores Chriſtianorum effectas eſſe baſilicas. Pro quarum etiam reparatione a veſtra univerſitate cenſendum eſt, ut eas unuſquiſque epiſcopus de tertiis parochialium baſilicarum canonice reſtaurandas invigilet. * Qui ſi tertias ipſas conſequi noluerit , cura ſui gerendum eſt , ut presbyter deſtructæ eccleſiæ exinde commiſſam ſibi baſilicam reparet; evidentem cenſuræ modum apponentes in canone , qualiter debet incurioſus quiſque epiſcopus condemnari , ſi præſcriptum pro renovandis Dei templis ordinem neglexerit adimplere . Nam & hoc honorificentia veſtra promulgare curabit, ut nemo epiſcoporum, pro regiis inquiſitionibus exhibendis parochialium eccleſiarum jura contingat , nec quaſcumque exinde inquiſitiones aut evectiones exigere audeat , ſed de prædiis ſuarum ſedium , regio culmini ſolita perquiſitionum obſequia deferat, nihilque de rebus earumdem parochiarum eccleſiarum cauſa ſtipendii cujuſpiam dare præſumat. Quod ſi fecerit, duorum menſium ſpatio excommunicari ſe noverit. Interea id præcipue a vobis procurandum eſt, ut ubicumque idololatriam, vel diverſos diabolicæ ſuperſtitionis errores repereritis ; aut qualibet relatione cognoveritis, ad deſtruendum tale facinus , ut vere Chriſti cultores, cum judicibus quantocius inſurgatis: & quæque ad eadem idola a ruſticis, vel quibuſcumque perſonis deferri * perveneritis, tota vicinis conferenda inibi eccleſiis conferatis. Pro quo etiam extirpando ſcelere edictum tale in regulis apponatis , ut quicumque antiſtes hujuſmodi nefas agi permiſerit , vel peractum in ſua diœceſi protinus abolere diſtulerit, a loci ſui officio pulſus, unius anni excurſu ſub pœnitentiæ maneat religatus lamento: alio tamen principali electione ibidem conſtituto, qui poſſit hujus inſtitutionis ordinem ſervare, & populo Chriſtiano bonæ converſationis pandere tramitem, poſtmodum ad ſedis ſuæ ordinem reverſurus. Sed & , quod his potius eſt, zelo Dei zelantes abrogandam Judæorum utriuſque ſexus perfidiam radicitus demite , ut & legum noſtrarum ſententias , quæ ob perfidiam eorum & in præteritis editæ , & hodierno ſunt tempore conditæ, omni valeant robore ſubnixæ, & acceſſus nequitiæ ipſorum earumdem legum diſpereant ſanctione. Sic quoque , ut juxta novellæ legis noſtræ edictum , nemo ex eiſdem Judæis in perfidiam durantibus ad * catablum , pro quibuslibet negotiis peragendis accedat, nec quodcumque cum Chriſtia-

ANNO CHRISTI 693.

* Cui ſi tertias ipſas conſequi voluerit, cura ſui gerenda eſt .

De evectionibus ſupra dictum . Vide leges Gothicas. De ſtipendiis clericorum ſupra .

* *pro* invenerit, *ſic conc. XIII. initio , & XIV. Tolet.*

A regibus Gothis epiſcopos nominari ſolitos oſtendimus in concilio Toletano XII. cap. 6.

Id conſtat ex concil Tolet. XII. cap 8 & legum Wiſigoth. libr. 12. tit. 3.

* Prætorum ubi cauſæ aguntur, ſic ſupra .

Oſee 4. Matth. 5.

[c] unitatem

ANNO CHRISTI 693.

ſtianis commercium agere audeat : quod merito cum propheta dicatis : *Nonne qui te oderunt, domine, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam* ? Ex quibus igitur Hebræis, vel uxoribus, ac filiis eorum, ſi quis deinceps ad catholicæ fidei regulam integerrima devotione converſus extiterit, abnegans ex toto genuinæ prævaricationis errores, vel ceremonias, omneſque parentalium rituum ſectas, ab omni exutus jugo maneat functionis, quam pridem in errore præſtitutus publicis utilitatibus exolvere conſuevit. Sic quoque & in ceteris incredulis ejus redundetur functio penſionis, quos adhuc nefanda retinuerit obſtinatio parentalis. Inter cetera tamen, obſcœnum crimen illud de concubitoribus maſculorum extirpandum decernite: quorum horrenda actio, & honeſtæ vitæ gratiam maculat, & iram cœlitus ſuperni judicis provocat. Et quia plerique perfidorum cothurno ſuperbiæ dediti, non ex Deo regale faſtigium, ſed ſolo jactantiæ tumore appetere dignoſcuntur; quicumque amodo ex palatinis, cujuslibet ſit ordinis vel honoris perſona, in necem regiam, vel excidium gentis ac patriæ Gothorum fuerit conatus intendere, aut quodcumque conturbium intra fines Hiſpaniæ tentaverit excitare; tam ipſe, quam ejus omnis poſteritas ab omni palatino expulſa officio, ſub tributali impenſione fiſco debeant perpetim inſervire : amiſſis inſuper cunctis facultatibus propriis, quas, cui voluerint, licenter conferat clementia principalis. Cuncta vero, quæ in canonibus, vel legum edictis depravata conſiſtunt, aut ex ſuperfluo, vel indebito conjecta fore pateſcunt, accommodante ſerenitatis noſtræ conſenſu, in meridiem lucidæ veritatis reducite; illis procul dubio legum ſententiis reſervatis, quæ ex tempore divæ memoriæ prædeceſſoris noſtri domini Cindaſvinthi regis uſque in tempus domini Vvambanis principis, ex ratione depromptæ, ad ſinceram juſtitiam, vel negotiorum ſufficientiam, pertinere noſcuntur. Varia quoque populorum negotia, ceteraque ſceleratorum hominum geſta, fidei ſanctæ contraria, ita veſtri exàminatione judicii canonice ac legaliter finiantur, ut nec juſtitia prætereat, nec ſeveritas legum ex omnibus intercurrat : qualiter, dum in his omnibus vos amor Chriſti reddiderit fervidos, & æquitatis catena conſtrinxerit nexos, non ſolum in hoc ſæculo ſanctitatis dono perſpicui maneatis, ſed & æternis præmiis in perpetuum floreatis, quia tunc me a domino cum plebe mihi credita a peccatis elui credo, cum diſcuſſio judicii veſtri in examinandis cauſis talis præceſſerit, quæ in nullo tramite veritatis aberret. Hoc ſolum vos honorabiles Dei ſacerdotes, cunctoſque illuſtres aulæ regiæ ſeniores, quos in hoc concilio noſtræ ſerenitatis præceptio, vel opportuna ineſſe fecit occaſio, per inſeparabilem omnipotentis Dei potentiam adjuramus, quia in privatis dirimendis negotiis, quæ ſe veſtro cœtui audienda emerſerunt, nulla perſonarum vel muneris acceptio intercurrat, nullus ſe favor interſerat, nulliuſque tepiditatis incuria promulgare juſtitiam, quæ Deus eſt, obſtrepat, ſed puro examinationis libramine cauſarum jurgia terminantes, & juſta Dei judicia vobis præ oculis apponentes, unicuique parti æquitatem pandere procuretis: quatenus ex hoc noſtræ manſuetudini præſtolatæ a Deo mercedis præmia conquiratis, & rectitudine veſtri judicii coram nobis honorabiles ſitis, atque ante Deum ſemper bonorum operum gratia polleatis. Datum ſub die ſeptimo Kalendarum Majarum, anno feliciter ſexto regni manſuetudinis noſtræ, Toleto.

Pſalm. 138.

De his vide conc. Tolet. IV. cap. 85. & VI. cap. 17. & 18. concil. Tolet. X. cap. 2.

ANNO CHRISTI 693.

Reſerato tomo igitur, & quæquæ ejus ſeries retentabat, diligenti indagatione perluſtrantes, immenſi mole gaudii cordium noſtrorum arcana exæſtuant. Proinde ferventioribus animis in laudem Dei noſtri hymnorum libet cantica reboare quod religioſiſſimi & orthodoxi principis noſtri intimo igne ſui amoris ita reddiderit fervidum, ut totius noſtræ adunationis collegium prudentiſſimis ac ſalutaribus ſui oris affatibus crediderit exhortandum, perbenigne nos admonens, ut dignorum ſpeculatorum more eccleſiæ Dei navem, quam diſpenſatione ſuperna in vaſti hujus ſalis gurgitibus gubernandam ſuſcepimus, ſalutarium remigiorum gubernaculis, ad conſummatæ ſalutis portum incolumem perducamus, & in defenſione ejus quotidianis lucubrationibus operam demus, vigilantes & coſtodientes vigilias noctis ſuper nobis creditos greges : ita nempe ut verborum ſpiritualium concrepantibus tubis, & ſanis membrorum compagibus, nec ſecuritatis torpore depreſſa diverſorum lapſuum incurrant decipula, ſalutaria ſine intermiſſione miniſtremus munimina, & infirmis artubus, diverſis utpote ægrimoniorum vulneribus fauciatis, congrua medicamina apponamus, quo facilius queant & veternoſa ulcera radicitus evelli, & remedia exoptatæ ſalutis nanciſci. At nunc quoniam ad hæc implenda nullum noſtrorum ſine adjumento omnipotentiſſimæ Trinitatis cernimus eſſe idoneum, ideo conſpicuum ſatis & neceſſarium perpendimus, ut, quia *corde creditur ad juſtitiam, oris autem confeſſio fit ad ſalutem*, ipſius ſanctæ Trinitatis myſterium, qui eſt unus Deus a quos nos expetere convenit ut digni eccleſiæ ſuæ paſtores exiſtere mereamur, proprii oris confeſſione promamus; &, utpote mortali ore, quantum ipſe juſſerit prælargiri, laudum inſignia præcinamus: quatenus univerſæ definitiones, quæ noſtro effectu extiterint editæ, ſuperpoſitæ fundamento firmiſſimo, inconvulſæ perſiſtant, & juſtitiæ robore ſubnixæ ſæculis infinitis perdurent.

Rom.

Credimus & confitemur omnium creaturarum quæ trinis rerum machinis continentur, auctricem, atque conſervatricem individuam Trinitatem (id eſt) Patrem, qui eſt totius fons & origo divininatis; Filium, qui eſt plena imago Dei, propter expreſſam in ſe paternæ claritudinis unionem ante omnium ſæculorum eventum ex Patris intimo ineffabiliter genitus; Spiritum vero ſanctum ex Patre Filioque abſque aliquo initio procedentem. Qui tres, quamquam perſonarum ſecernuntur diſtinctione, nunquam tamen ſeparantur potentiæ majeſtate, inſeparabilis nempe æqualitatis eorum inſinuatur divinitas. Et tamen quamvis Pater genuerit Filium; nec ideo Filius ſit idem qui Pater, neque Pater ſit ipſe qui Filius; ſed nec Spiritus ſanctus Pater ſit, Filiuſque, ſed tantum Patris Filiique ſpiritus, & idem Patri & Filio, etiam ipſe coæqualis; nequaquam in hac ſancta Trinitate quidquam creatum, ſervum, famulumque convenit credi, neque adventitium, vel ſubintroductum, tamquam ei aliquando acciderit, quod conſtet eam aliquando minime habuiſſe, condecet autumari. Unde catholice confitemur, Patrem Deum eſſe omnipotentem, filium ſimiliter Deum omnipotentem, nec non & Spiritum ſanctum Deum omnipo-

ANNO CHRISTI 693.

nipotentem : non tamen tres deos credimus, aut tres omnipotentes ; ſed unum tantummodo Deum ſumus inconcuſſa fidei veritate credentes ; unius naturæ, unius eſſentiæ, unius omnipotentiæ, unius majeſtatis, uniuſque virtutis. Quarum tamen perſonarum quamvis in hoc, quod ad ſe ſunt, nulla poſſit ſeparabilitas inveniri ; in hoc vero, quod ad diſtinctionem attinet, ſunt quædam quæ ſpecialius unicuique poſſint pertinere perſonæ ; ſcilicet quod Pater a nullo originem ſumpſit, Filius Patre generante exiſtit, Spiritus quoque ſanctus ex Patris Filiique unione procedit. Sed numquid quia Filius ex Patris eſt omnipotentia generatus, aut Spiritus ſanctus ex Patre Filioque procedens, putandus eſt aliquando pater fuiſſe ſine Filio, aut genitor genituſque ſine ſancti Spiritus extitiſſe ſubſtantia ? Abſit. Sed ſicut Pater ſine initio creditur, ita Filius veneratur, ita etiam ſanctus Spiritus veridice profitetur. Nec tamen ſicut Pater creditur a quolibet nequaquam exiſtendi originem ducere, ita Filius, aut Spiritus ſanctus autumandi ſunt ex ſemetipſis exiſtere : ſed Filius Deus de Patre Deo, non Deus Pater a Filio Deo, neque Pater aut Filius ab Spiritu ſancto, abſque noxa, ſumpſiſſe putabuntur originem ; cum ipſe a Patre & Filio ſine cujuſquam infidelitatis nævo credatur ſine initio proceſſiſſe. Et ideo in hujus ſanctæ Trinitatis ſacramento nihil anterius poſteriuſve credendum eſt : quia numquam fuit tempus, quando Pater ſine Filio aut Spiritu ſancto ſubſiſteret, neque Filius ſine Spiritu ſancto ſubſiſteret, neque Filius ſine ſancto Spiritu cum Patre aliquando regnaret. Et iſta dicentes, non perſonarum confundimus proprietates, nec unionem ſubſtantiæ ſeparamus. Nihil etiam in eadem ſancta Trinitate majus aut minus credere oportet, nihilque etiam imperfectum atque mutabile : nam perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus ſanctus : immutabilis Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus ſanctus. Nam de immutabili & perfecto Patre immutabilem imperfectumque Filium nec decuit naſci, nec convenit credere. Idcirco ſunt quædam quæ in hac ſancta Trinitate indiſcrete oporteat confiteri : in hoc etenim, quod ad ſe eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, indiſcrete unus Deus credendus eſt Pater cum Filio & Spiritu ſancto : quod vero ad relativum attinet, diſcrete perſonarum trium eſt prædicanda proprietas, evangeliſta prædicante : *Ite, docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti :* relativum etenim dicitur, quod una ad aliam perſonam referatur. Nam quando dicitur Pater, Filii nihilo minus perſona ſignatur ; & cum dicitur Filius, Pater ei ſine dubio ineſſe monſtratur. At nunc quoniam Spiritus ſancti vocabulum, quo non tota Trinitas ſignificatur, ſed tertia quæ eſt in Trinitate perſona, quomodo ſecundum relativum ad patris filiique referatur perſonam, nequaquam apertiſſime pateat ; pro eo ſcilicet, quia ſicut dicimus Spiritum ſanctum Patris, non conſequenter dicimus Patrem Spiritus, ne Filius Spiritus ſanctus intelligatur : in aliis tamen vocabulis ; quibus ejuſdem Spiritus ſancti ſignatur perſona, ad relativum pertinere digneſcitur. Igitur donum ſpecialiter Spiritum ſanctum accepimus, qui in ſancta prænoſcitur Trinitate tertia eſſe perſona ; pro eo quod a Patre Filioque, cum quibus unius eſſentiæ per omnia creditur, fidelibus conA donetur. Quapropter cum dicitur donum donatoris, & donator doni, relativum haud dubie declaratur : quod etiam de ipſo vocabulo Spiritus ſancti inculpabiliter eſt credendum. Denique quia ſanctæ Trinitatis (etſi non ut debuit) tamen quantum ipſe donavit, hucuſque myſterium continendo digeſſimus, exinde quæ de ipſa Trinitate perſona ſuſceperit carnem, pie & orthodoxe ſubſequiva ſerie pandimus. Unde licet inſeparabilia ſint opera Trinitatis, tamen fideliter profitemur, non tantum fide cordis, ſed oris profeſſione, quod non tota Trinitas ſuſceperit carnem, ſed ſolus filius Dei, qui eſt ante ſæcula ex Dei patris ſubſtantia genitus, in fine ſæculorum de virgine
B Maria evangelio teſte enixus, cui ait : *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Joan. 1. Nam Gabriel archangelus ad Mariam virginem cœlitus miſſus ait : *Ave Maria gratia plena, dominus tecum : benedicta tu inter mulieres. Ecce in utero concipies, & paries Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Luc. 1. Cui cum Maria (ut ait ſanctus Ambroſius) non fidem * renuens, non officium recuſans, ſed potius accommodans * effectum, ſpondens obſequium, neque de effectu dubitans, ſed qualitatem ipſius quærens effectus, dixiſſet : *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognovi ?* ab angelo illi reſpontum eſt : *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi : Propterea quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Cujus nempe angeli oraculum,
C dum Spiritum ſanctum ſuperventurum in ea dicit, & virtutem altiſſimi, qui eſt Dei Patris Filius, obumbraturum eam præmonuit, ejuſdem Filii carni totam Trinitatem cooperatricem eſſe monſtravit. Quæ ſcilicet virgo ſicut ante conceptionem obtinuit virginitatis pudorem, ita iſta poſt partum nullam ſenſit integritatis corruptionem : nam virgo concepit, virgo peperit, & poſt partum incorruptelæ pudorem ſine interceptione obtinuit. Cujus videlicet conceptionis aut partus myſterium, quia ſecundum prophetale vaticinium, *Novum creatum eſt ſuper terram*, ut fœmina illa ſingulariter, abſque virili coitu, circumdaret virum, Jerem. 31.
D nulla poteſt ratione comprehendi, nullius oris affatu valet enunciari. Ob hoc etenim Joannes Baptiſta cernue profitetur : *Ecce poſt me venturus eſt qui ante me factus eſt, cujus non ſum dignus ut ſolvam corrigiam calceamenti* : ac ſi diceret, corrigiam calceamenti divinitatis calceatæ, quæ eſt ligatura myſterii, nequeo ſolvere : quia quomodo in virginali utero corporatum eſt verbum, quomodo etiam idem verbum caro factum animatum exiſtat, nequaquam inveſtigare ſufficio. Pro qua re præcellentiſſimus faſſus eſt Auguſtinus : Hic ſi ratio quæritur, non eſt mirabile : ſi exemplum poſcitur, non eſt ſingulare. Ipſe vero Dei Fi-
E lius ab ingenito Patre genitus : a vero verus, a perfecto perfectus, ab uno unus, a toto totus, Deus ſine initio, perfectum hominem de ſancta & inviolata Maria ſemper virgine aſſumpſiſſe eſt manifeſtus. Cui etiam homini ſicut perfectionem adſcribimus, ita duas ei voluntates ineſſe ; unam divinitatis ſuæ, aliam humanitatis noſtræ, nihilo minus credimus. Quod etiam per quatuor evangeliſtarum oracula, ejuſdem redemptoris noſtri affatu evidentiſſime declaratur : ſic enim faſſus eſt, dicens. *Mi pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte : verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.* Et ite- Matth. 26.

rum :

* refutans

* affectum

Matth. 28.

rum: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus qui misit me*, & reliqua: quæ si de omnibus sanctarum scripturarum codicibus maluerimus colligere, enormis voluminis telam nostri oris videbimur compaginare textrinio. Quibus etiam allocutionibus demonstrat suam voluntatem ad hominem retulisse se assumptum; Patris ad divinitatem, in qua est idem, unus & æqualis cum patre: quippe quantum ad divinitatis attinet unitatem, non est alia voluntas Patris, alia Filii; una enim est voluntas, ubi una persistit divinitas, quantum autem ad hominis naturam assumpti, alia est voluntas deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. Proinde in hoc quod ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu*; patule ostendit, non velle id fieri quod voluntatis humanæ loquebatur affectus, sed propter quod ad terras paterna voluntate * descenderet. Cujus tamen patris voluntas nequaquam contraria filii voluntati existit: quia quibus est divinitas una, non potest esse voluntas diversa: & ubi in natura nihil potest diversitatis accidere, ibi nihilo minus enumerantur generaliter aliqua numerosa. Igitur hujus voluntatis sanctæ vocabulum, quamvis per comparativam similitudinem Trinitatis, qua dicitur memoria, intelligentia, & voluntas, ad personam sancti referatur Spiritus: secundum hoc autem quod ad se dicitur, substantialiter prædicatur. Nam voluntas Pater, voluntas Filius, voluntas Spiritus sanctus: quemadmodum Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus: & multa alia similia quæ secundum substantiam dici ab his qui catholicæ fidei cultores existunt nulla ratione ambigitur. Et sicut est catholicum dici, Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce, ita veræ fidei est proba assertio voluntatem dici de voluntate, sicut sapientiam de sapientia, essentiam de essentia: & veluti Deus Pater genuit Filium Deum, ita Pater voluntas genuit Filium voluntatem. Itaque quamquam secundum essentiam, Pater voluntas, Filius voluntas, & Spiritus sanctus voluntas, non tamen secundum relativum unus esse credendus est, quoniam alius est Pater, qui refertur ad Filium, alius Filius, qui refertur ad Patrem, alius Spiritus sanctus, qui pro eo quod de Patre Filioque procedit ad Patrem Filiumque refertur, non aliud, sed alius: quia quibus est unum esse in deitatis natura, his est in personarum distinctione specialis proprietas. Quocirca idem Dei Filius, qui, dum esset dives, *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, in impassibilitate deitatis consistente natura, spontanee in hominis suscepti est passus substantia, & pro nobis primæ mortis sustinuit dura exitia: & qui nullius peccati noxæ obnoxius mansit, pro nostris peccatis crucis patibulum sponte moriturus ascendit: quique carnis & sanguinis nullum contagium habuit, in carne sua flagra pro nobis, colaphos, sputamenta, coronamque spineam sustulit, & effusione sui cruoris totum mundum a pædoribus abluit, ac ne potestatem mors secunda in Dei haberet electis, eam usquequaque impassibilis divinitatis suæ jaculo perculit ac peremit, dicente propheta: *O mors, ero mors tua*: tartara penetravit in anima, & sanctorum animas, quas illic hostis vinctas tenebat, morsu potentiæ suæ exemit, ut prophetale vaticinium inquit: *O inferne, ero morsus tuus*: qui etiam tertii diei diluculo ejusdem carnis, qua occubuerat, veritate resumpta, discipulorum obtutibus claruit, eorumque corda nimio pavore concussa præsentiæ suæ exhibitione * solavit, & coram angelorum credentiumque frequentia * sedem patriam repetivit: in qua nunc sicut in veritate surrexit a mortuis, ad ejus dexteram sedens, sic exinde in fine sæculi venturus est, judiciariæ potestatis diremptione a peccatoribus justos secernere, sanctis restituens pro bene gestis coronam, iniquis vero infinitæ damnationis * ignivomam pœnam: exemplum nobis suæ resurrectione impendens * sicut ille vivificans nos post duos dies die tertia vivus resurrexit a mortuis, sic nos etiam in hujus sæculi fine resurrecturos usquequaque credamus, non in aerea vel in phantasticæ visionis umbra, ut quorumdam improbanda opinio perstruit, sed in veridicæ carnis substantia, in qua nunc sumus, & vivimus. Ac tempore judicii coram Christo & sanctis angelis suis unusquisque refert corporis sui propria, prout gessit, sive bonum, sive malum; recepturus ab eo aut propriis actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro suis sceleribus perpetuæ damnationis interitum. Hujus etenim fidei ecclesia sancta catholica baptismatis aqua abluta, Christi sanguine pretioso redempta, quæ neque in fide habet rugam neque maculosi perfert operis notam, insignibus pollet, virtutibus claret, sanctique Spiritus donis referta coruscat: quæ etiam cum Jesu Christo domino nostro capite suo, cujus corpus esse nequaquam ambigitur, est perenniter regnatura. Atque omnes, qui nunc in ea minime consistunt, sive constiterint, aut ab ea recesserunt, seu recesserint, aut peccata in ea relaxari diffidentiæ malo negaverint, nisi pœnitudinis ope ad eam redierint, & quæque Nicæna synodus servanda decrevit, Constantinopolitanus conventus venerari instituit, Ephesini primi concilii amplecti auctoritas sanxit, atque Chalcedone sanctorum unanimitas, vel reliquorum conciliorum, sive etiam omnium venerabilium patrum in fide sana recte viventium edicta custodire præcipiunt, absque aliquo dubietatis nævo non crediderit, perpetuæ damnationis sententia ulciscetur, atque in fine sæculi cum diabolo ejusque sociis ignivomis rogis cremabitur.

Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quæ ob disciplinam ecclesiasticam, moresque male errantium componendos necessaria sunt, unanimitatis nostræ articulum flectamus, & quæ opportuna sunt, decretis capitulis definiamus.

CAPITULA.

I.

Licet in condemnatione perfidiæ Judæorum numerosæ [a] antiquorum patrum sententiæ ac leges promulgatæ niteſcant, tamen quia, ut prophetale vaticinium propter eorum duritiam narrat, peccatum Judæ scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, super petram duriores effecti, in obstinationis suæ cæcitate perdurant, satis est conspicuum ut catholicæ ecclesiæ machinis murus infidelitatis eorum crebrius proteratur: quo aut tandem corrigantur inviti, aut * valde in stylo atterantur, ex domini in æter-

ANNO CHRISTI 633. Joan 6. Matth. 26. * F. descenderat. Hard. Supra in Conc. XV. Tolet. Philipp. 2. Osee 13. Ibidem. ANNO CHRISTI 633. * solidavit. * Ignominiosam. F. ut sicut ille Hard. Tolet. III c. 13. Tolet. IV. ca. 57. 66. & Tolet. XII. c. 8. Jerem. 32. * valide sic atterantur.

ANNO CHRISTI 693.

æternum judicio perituri. Nam peritorum medicorum est consuetudo laudabilis, ut ægris diversarum ægrimoniarum incommodis laborantibus studiosius medendi arte occurrant. Quinimo quoniam glorioſissimi & amatoris Christi Egicani principis nostri fervens intentio & prompta devotio hujus admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut convertantur ad fidem, aut in perfidia perdurantes, acrioribus sedule mulctentur stimulis; proinde * exhortante pariter & jubente delegit nostræ unanimitatis conventus, ut quidquid eorum sententiæ vel leges, qui nos in fide catholica præcesserunt, ab obterendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus sacerdotibus, cunctisque judiciariam curam habentibus, studiosius in eis nihilo minus compleantur, & ea, quæ nunc a nobis instituuntur, votis ferventioribus conserventur. Ita nempe, ut quique eorum ad Christum plena mentis intentione se converterint, & fidem catholicam absque aliquo infidelitatis fuco servaverint, ab omni exactione, quam sacratissimo fisco persolvere consueti sunt, cum his quæ habere poterint securi * extorresque persistant. Eamdem impensionem hi qui in infidelitate sua perstiterint publicis utilitatibus in integritate persolvant. Ipsi vero, qui ab errore suo conversi extiterint, suis tantum utilitatibus, ut ceteri ingenui vacent, & negotia sua agentes, quidquid pro publicis indictionibus a principe eis fuerit imperatum, ut veri Christicolæ expediant: nam id æquitatis ordo deposcit, ut qui fide Christi decorantur, coram * hominibus nobiles atque honorabiles habeantur. Legem sane illam, quæ præfatis capitulis ad eorumdem proterendam duritiam a domino nostro Egicane principe nuper est edita, firmamus, & per hujus constitutionis nostræ decretum inconvulsibile robur eam obtinere censemus.

eo orante

exorteſque

omnibus

II.

Petr. 5.

Manifestissime liquet, quod hostis humani generis, ut apostolus narrat, per mundum rugiens currat, quærens quem devoret: nam diverso tergiversationis suæ astu quamplurimos insipientium decipiens, suis eos decipulis irretire non cessat: & cum dominus præcipiat: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum*: & reliqua. E iterum: *Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum*: rursumque: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*; illi diversis suadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur, * veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium vel arborum, auguratores quoque, seu præcantores, multaque alia, quæ longum est narrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec dominus ac redemptor, summopere rectoribus ecclesiarum Dei convenit studere, ut quos maligna persuasione per diversa sacrilegia sibi hostis idem subjecerat, de ejus jure tollentes, suo eos restituant creatori. De quibus videlicet sacrilegiis extirpandis, quoniam multimoda sanctorum patrum [b] in diversis conciliis clarent edicta, * vigilaci sensuum indagatione perlustravimus, ac discreto gravitatis pondere horum instituta perpendimus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum consensu ac ferventissimo jussu religiosissimi domini nostri Egicani regis, instituentes decernimus, ut omnes episcopi, seu presbyteri, vel hi qui judicandis causarum negotiis præsunt, solerti cura invigilent, & in cujuscumque loca præmissa sacrilegia, vel quælibet alia, quæ divina lege prohibentur, vel sanctorum patrum cohibent instituta, venerantes quoque, aut facientes reperierint, cujuscumque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum seriem emendare & extirpare non differant: & insuper ea quæ in eodem loco * sacrilego oblata fuerint in convicinis ecclesiis coram ipsis, qui hoc voto sacrilego dedicanda crediderant, habenda perpetim * auferantur. Quod si forsitan episcopus, aut presbyter, seu etiam judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus prænoscens, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus, anni unius spatio erit sub pœnitentia constitutus, loco suo postmodum redditurus: scilicet, ut in eodem tempore, quo ille a loci sui propulsus fuerit officio, specialiter a principe eligatur, qui timore domini plenus, & ut Phinees speciali zelo accensus, cum judicibus sibimet, ut diximus, injunctis, & sacrilegium, quod invenerit, omnimode extirpent, & ab omni populo iram Dei arceant. Si qui vero pro talium defensione obstiterint sacerdotibus, aut judicibus, ut ea nec emendent ut debent, nec extirpent ut condecet, & non potius cum eis exquisitores, ultores, seu extirpatores tanti criminis extiterint, sint anathema in conspectu individuæ Trinitatis: & insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco exolvat: si inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decalvabitur

Exod. 20.

Levit. 26.

Deut. 6.

ANNO CHRISTI 693. Concilio Tolet. XII. cap. 11. veneratores lapidum, accensores facularum & excolentes sacra fontium, vel arborum.

Conc. Elib. c. 3. & 40. Nicænum can. 20. Tolet. XII. cap. 11 ea vigil.

* sacrilegii al. sacrilegio

* offerantur

& medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.

ANNO CHRISTI 693.

III.

Sicut cordis corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentivæ pollutionis actio a Deo alienos statuit: & sicut sodomiticos populos horrenda nimiumque detestanda patratio igni cælitus confluenti exurendos in * peccatis tradidit, ita talibus immunditiis homines deditos æternæ damnationis rogus consumet, loquente domino per propheram: *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* At nunc quoniam hæc funesta actio, & sodomiticæ operationis malum multos sauciasse perpenditur, adeo nos ob hujus fœdissimæ causæ exstirpandam consuetudinem, zelo domini ardentes, omnes in commune sancimus, ut quicumque hujus nefariæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint, si quidem episcopus, presbyter, aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, perpetui exilii manebit damnatione perculsus. Sin vero cujuslibet ordinis, gradus, vel personæ, & talibus colluvionis noxiis reperti fuerint implicati, illius legis, quæ de talibus est edita, nihilominus feriantur sententia, atque ab omni Christianorum sint alieni caterva: & insuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decalvati, exilio mancipentur perpetuo. Ita nisi tam eos qui religionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam alios (ut diximus) cujuscumque ordinis homines digna satisfactio pœnitentiæ accipere corpus & sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem, secundum canonum instituta, communionis perceptione se noverint relevari, nec catholicorum cœtui aggregari.

præteritis

Isa. 9.

In legibus Visegoth. lib. 4.

IV.

Ad hoc sacerdotalis institutio debet sine dubio promulgari, & ut vitia inolita austerissima falce pœnitentiæ desecet, & ulcus, quod dudum in membrorum compagibus exortum sauciat ac serpit, rigidæ * inventionis conatu usquequaque detruncet. Quorumdam etenim hominum tam grave inolevit desperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligentia aut disciplinæ censura multati, aut pro sui purgatione sceleris sub pœnitentiæ satisfactione custodia mancipati, incumbente [c] desperationis incommodo, seipsos malunt aut laqueo suspendio enecare, aut ferro vel aliis mortiferis casibus interimere: & nisi prævenienti cujuslibet rei occasione, suam nihilo minus diabolus in eis perficit voluntatem. Proinde huic nequissimæ suadelæ cupientes ponere finem, & malagmam congruam tali ægrimoniæ providere, cætus nostri decernit sacratissima unio, ut quicumque talibus decipulis irretitus, interemptionis evaserit casus, duorum mensium spatio, & a catholicorum collegio, & a corpore ac Christi sanguine sacro manebit omnimodo alienus: quia oportet ut per pœnitentiæ censuram pristinæ reddatur spei atque saluti, qui animam suam per desperationem conabatur diabolo sociare.

Conc. Brac. I. cap. 16.

innexionis

ANNO CHRIST 693.

Sap. 16. Neque herba neque malagma sanavit eos.

V.

Quamquam in præteritis sanctorum patrum de diversis causis sententiæ enitescant, sed & nunc quæ tempori ordinique congruant ordinato jure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de causis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita nunc nostri temporis ætas de his quæ occurrunt ut faciat convenit. Quapropter in medio cœtus nostri deducta est quorumdam consuetudo inordiata sacerdotum, qui parochias suas ultra modum diversis exactionibus vel angariis comprimunt, vel quod quamplures ecclesiæ destitutæ persistunt. Idcirco unio nostræ adunationis decernit atque instituit, ut [d] tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis diruptæ ecclesiæ reparentur: si vero eas maluerint reddere, ab earumdem ecclesiarum cultoribus, sub cura & solicitudine sui pontificis reparatio eisdem adhibenda est basilicis. Quod si omnes ecclesiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ diruptæ erant reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, tertias sibi debitas unusquisque episcopus assequi, si voluerit, facultas illi omnimoda erit: ita videlicet, ut circa ipsas tertias, nullus episcoporum quidpiam pro regis inquisitionibus a parochitanis ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiarum cuiquam aliquid causa stipendii dare præsumat. Sed & hoc necessario instituendum delegimus, ut plures ecclesiæ uni nequaquam committantur presbytero: quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere: ea scilicet ratione, ut ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem, quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur ecclesiis. Si quis sane episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, & quidpiam exinde

Concilium Tarrac cap. 8. Brac. II cap. 2. Emerit. cap. 16

20. quæst. 3. Unio congregationis

de

ANNO CHRISTI 691. Omnia hæc usque ad calcem capitis desunt in Gratiano, ut nota Gregoriana animadvertit.

de temerandum crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excommunicatione multari: * ita nempe, ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere.

VI.

Licet multæ [e] sanctorum patrum, in side sancta nobis præcedentium, de rebus necessariis sententiæ promanaverint, tamen quia & nunc usque numerosæ ultra quam oportet fieri prænoscuntur, ideo necessarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conventus etenim nostri agnitionem delatum est, eo quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam sacerdotum, partim nescientia impliciti, partim temerario ausu provocati, non panes mundos, & studio præparatos supra mensam domini in sacrificio offerant, sed passim, quomodo unumquemque aut necessitas impulerit, aut voluntas coegerit, de panibus suis usibus præparatis crustulam in rotunditatem auferant, eamque super altare cum vino & aqua pro sacro libamine offerant. Quod factum nequaquam in sacræ auctoritatis historia uspiam gestum perpenditur. Nempe etenim per Matthæum evangelica veritas inquit: *Cænantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit.* Item per Marcum: *Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedicens fregit & dedit eis.* Rursumque per Lucam: *Accepto pane, gratias egit & fregit, & dedit eis.* Item apostolus: *Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum.* Denique quid aliud innuitur, nisi quia panem integrum accipiens, & benedicendo confringens, particulatim unicuique discipulorum sumendum contradidit. Quod & nos in postmodum facturos edocuit, haud dubie significans, quod omnis buccella panis, non omnis panis buccella. Unde & in sequentibus ait, dum suum traditorem mallet significari: *Cui [f] buccellam panis porrexero, ipse est.* Ac proinde, quia & redemptoris verba testantur, quod panem integrum * accipiens, non buccellam, quem post benedictionem confrangens suis particulatim discipulis dederit, & Paulus apostolus similiter nihilo minus narrat, quod panem acceperit, & gratias agens confregerit: nec non & illud, quod Christus de quinque panibus confractis turbam refecerit, quid aliud instituit nos, nisi ut panem integrum sumentes, super altaris ejus mensam benedicendum ponamus, non particulam panis, quod caput nostrum nequaquam fecisse perpendimus? Nam si homo suæ vitæ diligentiam studiosius adhibere procurat, quanto magis sacris Dei * cultibus nitorem debitum exhibere summopere debet? Unde temeritatis hujus, aut nescientiæ cupientes terminum ponere, id unanimitatis nostræ delegit conventus, ut non aliter panis in altari domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus, neque grande aliquid, sed modica tantum oblata, secundum quod ecclesiastica consuetudo retentat: cujus reliquiæ, aut ad conservandum modico loculo, absque aliqua injuria facilius conserventur, aut si ad consumendum fuerit necessarium, non ventrem illius qui sumpserit gravis farciminis onere premat, nec quod in digestionem vadat, sed animam alimonia spirituali reficiat: ita nempe, ut ab his qui ea sumpserint priscorum canonum instituta ferventur. Igitur quicumque hoc decretum nostrum temerandum crediderit, animadversioni divini judicii subjacebit, & anni unius spatio a communione alienus manebit.

ANNO CHRISTI 691.

* cultoribus

VII.

Grandis populo datur emendationis correctio, si gesta synodalia, dum quandoque peraguntur, relatione pontificum in suis parochiis publicantur, & ideo plena decernimus unanimitate connexi, ut dum in qualibet provincia concilium *, agitur, unusquisque episcoporum admonitionibus suis infra sex mensium spatium, omnes abbates, presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conventum civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, nec non & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus coram eis * publice omnia referata, de his quæ eodem anno in concilio acta vel definita extiterint pleniſſime notiores efficiantur. Profecto etenim pravorum severitas extirpatur, dum canonica instituta ad agnitionem eorum observanda modis omnibus deducuntur. Ita scilicet, ut quæ sunt, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, nullus ea reverberare præsumat, nullus non implere contendat. Quod si quispiam ea aut parvipendenda crediderit, aut contemnenda delegerit, aut contra hæc inobedientia tumidus, susurratione plenus, invidia incensus, & laceratione perfunctus, nec non potius earumdem * definitionum extiteritfautor benevolus, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistet usquequaque multatus.

Dist. 18 c. Decernimus

* pleniſſime omnia referet quæ eodem anno in concilio acta vel definita esse noscuntur

* institutio num

VIII.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Joan. 13. * acceperit,

VIII.

ANNO CHRISTI 693 Supra conc. VIII. c. 2. & VI. c. 18.

Dum ſanctæ actionis ſtudia, ac fervidæ intentionis vota longe lateque diffuſa, principali exhibitione cunctis patule liquent, eccleſiæ ſanctæ catholicæ obtutibus luce clarius enitescunt, cogunt adunationis noſtræ conventum quidpiam ſalutari promiſſione depromere, & cauſa retributionis proli ejus aliquid congruum aut expedibile promulgare: quod & parentali exhibitione pro bene geſtis videamur aliquantulum opem beneficentiæ reddere, & ſobolem ejus piæ defenſionis, ac tuitionis neceſſario munimine præmunire. Glorioſiſſimus etenim ac ſereniſſimus dominus noſter Egica rex, ſerventiſſimi amatoris Chriſti igne ſuccenſus, ſanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Chriſti perfidiam, illud prophetale vaticinium ſequens: * *Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* utpote verus Chriſticola obnoxios proterere decernit, eccleſiæ Dei ſtatum vigilaci inſtantia roborare diſponit, ſanctis Dei baſilicis ſe munificum exhibet, tributorum impenſiones populis moderamine diſcreto remittit, maligna contra ſe obſtinatione agentibus, animi liberalitate gratiſſima, ac piæ miſerationis inſtantia, ignoſcere conſuevit: multos quoque qui confracti ſunt, liberos, ſecundum prophetam, omne onus diſrumpendo, in ingenuitatis ſtatu reformat, atque in diverſis ſanctæ vitæ ſtudiis ſeſe exercendo præpollet. Quocirca, quoniam pro tot tantiſque beneficiis, quæ multimoda devotio eccleſiæ Dei, vel gentis ſuæ populis prorogare ſtudet quid aliud illi unanimitas noſtra condigne reſpondeat, invenire non prævalet, id ſalutari providentia, quæ ſemper eſt utilis (imo ſemper eſt utile, quod veram pertinet ad ſalutem) decernit, atque inſtituit, ut ejus filiis, ut præmiſimus, fortia tuitionis ad futurum adminicula promulgemus, conteſtantes per nomen illud, cui cuncta cœleſtia & terreſtria genuflectunt omnes præſentes & abſentes, ſeu etiam futuris temporibus ſubſequentes ſacerdotes, vel principes, ſeu cujuſcumque honoris, aut ordinis homines: ut nullus ad futurum poſteritati ejus, atque his qui gloriæ ſuæ filiis vel * filiabus conjuncti non ſunt, ſed forte ſunt conjungendi, injuſtas lædendi occaſiones exquirat, nullus occulte vel publice, per quæ abdicentur, contra eos malitiæ vota extendat, non eos gladio, vel qualibet pernicioſa factione interimat, nullus conſilium vel opus quibus injuſte dejiciantur, vel nudentur rebus, exhibeat, nullus his injuſtæ violentum tonſuræ ſignaculum imprimat, nullus veſtem contra ordinem filiabus ſuis atque nuris mutare præſumat, nullus etiam extra evidentis culpæ indicium, aut ex illis eos relegandos, inducat, aut eorum corporibus quarumlibet truncationum vel flagellorum inferat detrimentum. Denique licet hæc quæ præmiſſa ſunt æquiſſime digeſta exiſtant, tamen quia ejuſdem glorioſi noſtri domini tantum emicat devotio prompta, ut ea ipſa nequeant ei ad complementum & vicem patientiæ reddere debitam, ob hoc noſtram univerſitatem adjicere ſaluberrime convenit, ut tam per omnes civitates, vel loca, in quibus ſedes epiſcoporum eſſe noſcuntur, ad regni ejus editionem pertinentes, quam etiam per eorumdem epiſcoporum diœceſes, excepto [h] paſſionis dominicæ die, quando altaria denudata perſiſtunt, nec cuiquam in eodem die miſſarum licet ſolennia celebrare, cunctis aliis diebus, quibus iſdem dominus noſter in hac vita ſuperſtes extiterit, pro eo, vel pro cunctis ejus filiis, vel filiabus, aut pro his qui jam matrimoniali ſunt jure conjuncti, adhucque ſunt conjungendi, ſeu pro nepotibus, vel ſuis omnibus, ſacrificiorum domino libamina dedicentur, piæ orationis vota ſolvantur, ac cum gratiarum actione ſuperno numini commendentur, quia ſi deſideria in eis bona quotidie multiplicentur, adverſantium eorum conamina [i] virtute ſuæ dexteræ confringantur, indulgentia, & gratia eis a ſua miſericordia conferatur: ut ſuæ potentiæ defenſione protecti, antiqui hoſtis decipula evadant, & caritate ac vitæ longævitate pollentes, adire mereantur poſt tranſitum ſidereas manſiones.

IX.

Sicut ſummum bonum eſt, valdeque conſpicuum, ſuperno numini amantes fideliterque inhærere, ejuſque præreptioni patientiam votis gliſcentibus exhibere, ita conſequens bonum eſt, poſt Deum regibus, utpote jure vicario ab eo præelectis, fidem promiſſam quemque inviolabili cordis intentione ſervare, & nulla contra eum occaſione quidquam nocibilitatis excogitare, nihilque nequius definire, dicente domino: *Nolite tangere Chriſtos meos:* & iterum David: *Quis enim extendit manum ſuam in Chriſtum domini, & innocens erit.* Item ipſe cuidam comminans: *Quare non timuiſti manum tuam mittere, ut occideres Chriſtum domini?* Unde opportunum ſatis eſt, ut ſponſio principibus compromiſſa abſque aliquo fraudis nævo cuſtodiatur, & fides eis reddita nullis factionibus nulliſque etiam nequitiæ machinationibus temeretur. Nam ſi nuda tantum verbi pollicitatio qualibet occaſione violetur, criminis denotatio-

* *Nonne, qui oderunt te, domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* Pſal. 134.

Iſa. 58.

* filiae obut ſunt conjuncti eſſe noſcuntur. ſeu qui ad huc conjuncti non ſunt.

Pſal. 104. 1. Reg. 26. 2. Reg. 1.

ANNO CHRISTI 693.

tione cenſetur; quanto magis ſi fides regibus ſub jurisjurandi atteſtatione promiſſa nequaquam profanare pertimeſcatur. Eſt enim quorumdam ſæcularium, & (quod pejus eſt) ſacerdotum improbanda ſatis obſtinatio animorum: * & fidem ſuis principibus ſub juramento promiſſam obſervare contemnunt, & verborum fuco juramenti obnubilant promiſſionem, dum in arcano pectoris retentent infidelitatis perverſitatem. Et dum ſcriptum ſit: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit inſontem dominus eum, qui aſſumpſerit nomen domini Dei ſui fruſtra*: & iterum: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui: ego dominus*: rurſumque: *Maledictus omnis qui jurat in nomine domini ſui mendaciter*; illi jurantes fidem promiſſam temerare non metuunt, & juramenti ſui pollicitationem prævaricare nullatenus pertimeſcunt. Unde Sisbertus Toletanæ ſedis epiſcopus talibus machinationibus denotatus repertus eſt, pro eo quod ſereniſſimum dominum noſtrum Egicanem regem non tantum regno privare, ſed & morte cum Flogello, Theodomiro, Liubilane, Liubigithone quoque, Tecla, & ceteris interimere definivit, atque genti ejus vel patriæ inferre conturbium & excidium cogitavit: qui etiam per decreti noſtri definitionem jam & loco & honore privatus exiſtit. Ideo noſtrum in commune per hujus canonicæ ſanctionis decernit collegium, ut hoc ipſum unionis noſtræ decretum, quod etiam his ſynodicis definitionibus innectendum decrevimus, omni ſubſiſtat valore ſubnixum, atque in perpetuum obtineat inconvulſibile robur. Ipſe vero Sisbertus pro ſui juramenti tranſgreſſione, facinoriſque tanti machinatione, ſecundum antiquorum canonum inſtitutionem, qua præcipitur, ut quiſquis inventus fuerit talia feciſſe, & vivente principe in alium attendiſſe pro futura regni ſpe, a conventu catholicorum excommunicationis ſententia repellatur, honore ſimul & loco depulſus, omnibuſque rebus exutus, quibuſque in poteſtate prædicti principis redactis, perpetui exilii ergaſtulo maneat relegatus: ita nempe ut ſecundum eorumdem antiquorum canonum decreta, in fine vitæ tuæ tantum communionem accipiat: excepto ſi regia eum pietas ante abſolvendum crediderit. Simili quoque & ceteri de religioſis, cujuslibet ſint ordinis aut honoris, qui deinceps talia contra principem egiſſe vel definiſſe reperti extiterint, cenſura multandi ſunt.

* ſ. qui & fidem Hard

Exodus.

Levit. 19

De eo vide Rodricum Toletanum

Conc. Tol. IV. c. 75. & conc. Tol. V. 4. & conc Tol. VI. c. 17. & conc Tol. X. cap. 2.

X.

Sicut ulcus, quod * graviter ſerpit in corpore, non niſi gravioribus medicaminibus, aut ferro curatur, ita perfidorum obſtinatio, quæ nullatenus cohibetur, durioribus ſententiis neceſſe eſt ut multetur. Nam quamquam dominica ſanctio proteſtetur: *Non morietur pater pro filiis, nec filii pro parentibus, ſed unuſquiſque pro peccato ſuo morietur*: & iterum: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii*; tamen, quia & jurisjurandi tranſgreſſio valide inolevit, & machinandi contra principes noſtros conſuetudo ſæva percrebuit, quo aut nece diverſa princeps interimatur, aut regni dignitate privetur, (quod nequaquam cohiberi poteſt, niſi ſeveriori cenſura) ideo per hujus inſtitutionis noſtræ decretum ſancimus, ut quicumque deinceps, cujuslibet ſit honoris perſona vel ordinis, in necem vel dejectionem regiam quidpiam machinaverit, eumque qualibet nocibilitate impendendum crediderit, aut gentem ejus, vel patriam quibuslibet factionibus vel machinationibus diſturbare contenderit, tam ipſe, quam omnis ejus poſteritas, ab omni palatini ordinis dignitate privati, fiſci viribus ſub perpetua ſervitute maneant religati, poteſtate tantum glorioſo principi noſtro Egicani ſervata, ut ſi aut eos qui jam pro ſuæ infidelitatis perfidia canonice legaliterque dijudicati ſunt, aut eos qui deinceps a fidei ſuæ juramento aborbitaverint, & adverſus prædictum principem noſtrum aliquid nocibilitatis agere aut machinare ſtuduerint, ſi eos, ut diximus, piæ indulgentiæ voto quandoque relevare maluerit, licentia illi uſquequaque manebit. Et quia res eorum juſto ac legali modo in ejuſdem domini noſtri dominio pervenerunt, ex quibus etiam quædam ejuſdem principis collatione, tam eccleſiæ Dei, quam prolis ejuſdem domini noſtri, ſeu etiam alii plures, pro ſui ſervitii merito accipere meruerunt, provide inſtituentes decernimus, ut nullo unquam tempore eorum filii, qui juramenti ſui profanatores extitiſſe noſcuntur, ſeu extiterint, vel ſubſequens eorum poſteritas, in nocibilitate eorum intendere audeant, nec ipſas res eis auferre quoquo pacto ſtudeant. Ideo denique, ut præmiſimus, ſeveriſſimam hanc decreti noſtri curabimus promulgare ſententiam, ut qui ſuum non formidat exitium, ſaltim filiorum cunctæque ſuæ poſteritatis pertimeſcat interitum. Si quis ſane regum ſuccedentium cunctas hujus conſtitutionis noſtræ definitiones cuſtodire aut implere diſtulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, & inſuper divino judicio rebus omnibus & honore præſenti in fæcu-

Deut. 24. & Paralip. 25 ubi legitur Non occidentur patres pro filiis

ANNO CHRISTI 693.

culo careat, atque Chriſto judicante, cum diabolo ejuſque ſociis ad interitum gehennæ perveniat. Cui noſtræ definitioni, ex antiquo canone quædam neceſſaria innectimus, & omnes in commune ipſis verbis, quibus (ut diximus) hoc deprompſit antiquitas, proclamamus, dicentes: Quicumque igitur a nobis, vel totius eccleſiæ populis, qualibet conjuratione vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ gentiſque Gothorum ſtatu, vel pro conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, temeraverit, aut glorioſum principem noſtrum Egicanem, vel ſubſequentes principes nece attrectare voluerit, aut poteſtate regni exuere tentaverit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpare delegerit, anathema ſit in conſpectu Dei Patris & angelorum, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chriſtianorum alienus, cum omnibus impietatis ſuæ ſociis: quia & oportet ut una pœna teneat obnoxios, quos ſimilis error invenerit implicatos.

Conc. Tol. I. c. 75.

Quod iterum ſecundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hiſpaniæ populis quolibet tractatu vel ſtudio, ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ gentiſque Gothorum ſtatu, vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, violaverit, aut prædictum principem noſtrum, vel ſubſequentes principes nec attrectare voluerit, aut poteſtate regni exuere tentaverit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpare delegerit, anathema ſit in Chriſti conſpectu, & apoſtolorum ejus, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni conſortio Chriſtianorum alienus, & damnatus in futuro judicio habeatur, cum participibus ſuis: quia dignum eſt, ut qui talibus ſociantur, ipſi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur.

Hoc etiam tertio clamamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hiſpaniæ populis, qualibet meditatione vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ ſalute, gentiſque Gothorum ſtatu, vel incolumitate regiæ poteſtatis pollicitus eſt, violaverit, aut totiens dictum principem noſtrum, vel ſubſequentes principes nece attrectare voluerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpare delegerit, anathema ſit in conſpectu Spiritus ſancti, & martyrum Chriſti, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni communione Chriſtianorum alienus: neque partem juſtorum habeat, ſed cum diabolo & angelis ejus æternis ſuppliciis condemnetur, una cum eis qui eadem conjuratione nituntur: ut par pœna conſtringat, quos in pernicie prava ſocietas copulat. Et ideo ſi placet omnibus qui adeſtis hæc tertio reiterata ſententia, veſtræ vocis eam conſenſu firmate. Ab univerſis Dei ſacerdotibus, palatii ſenioribus, clero, vel omni populo dictum eſt: Qui contra hanc veſtram definitionem venire præſumpſerit, ſit anathema, maranatha, hoc eſt, perditio in adventu domini, & cum Juda Iſcarioth partem habeant & ipſi & ſocii eorum.

ANNO CHRISTI 693.

XI.

Finitis conſummatiſque omnibus quæ ob diſciplinam eccleſiaſticam neceſſaria fuere definienda, vel reliqua quæ noſtro cœtui ob directionem extitere delata, omnipotentiſſimæ & indiviſibili Trinitati ineffabilium gratiarum jura dependimus, laudum vota perſolvimus, ac tota mentis intentione gloriæ ejus inſignia prædicamus, pro eo quod nos ejus diſpoſitione mirabili non ſolum ad hunc ſanctæ congregationis cœtum meruimus adunari, atque alternæ viſionis intuitu confoveri, ſed ex ſe nobis dicere contulit, & in ſe dicta complevit, obnixius ejus imprecantes clementiam, ut ſicuti nos alterutræ pacis oſculo dulciſluos reddidit, & diffinitionum noſtrarum primordia lineavit, * ac conſummatione ſublimi perficiendo concluſit, ita ſereniſſimum ac piiſſimum dominum noſtrum Egicanum regem, cujus juſſu atque hortatu, ſicut hic adunati ſumus, ſalutiferæ defenſionis clypeo protegat, vexillo fidei muniat, atque cum gente & patria ſibi credita per viam voluntatis ſuæ deducat; quatenus protelatis præſentis ævi curriculis feliciter polleat, & poſt hujus vitæ excurſus numeroſitate piæ actionis opimus, cum his quibus nunc principatur, ad Chriſtum perveniat laureandus.

* hanc conſummationem ſublimi perficiendo concludit.

XII.

Actuum apoſtolorum probata ſatis & veneranda narrat hiſtoria, quod Juda crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus ſanctus ſuper reliquos undecim illapſu cœlico eſt defuſus, quoaduſque Matthias ab omnibus eſt præelectus in loco ejuſdem apoſtolus: inde ſcilicet, quia undenarius numerus tranſgreſſionem ſignificat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanæ ſedis epiſcopus ſuo facinore denotatus, noſtro ex corpore conſtat abſciſſus, ob id ſummopere numeroſitatem noſtram convenit ſtudere, ut in loco ejus alio ſubrogato, perfectioni debitæ corpus noſtrum reddatur,

ſicut

ANNO CHRISTI 693.

ficut per Matthiam perfectus numerus noscitur fuisse completus. Et quia idem, legationem superni numinis fungentes, apostoli sunt protestati, dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis, aliis autem odor vitæ in vitam:* illis videlicet odor vitæ in vitam qui præceptis eorum exhibere patientiam curaverunt, illis vero odor mortis in mortem, qui eorum nihilo minus monita contempserunt: proinde quia prædictus Sisbertus, Toletanæ sedis episcopus, eorum salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequelam, quo ecclesiam Dei ordine debito regeret, humilitate instrueret, & exemplis salutaribus ad regna siderea provocaret, sed bicipiti se percellens mucrone, superbiæ videlicet atque perjurii, gloriosum dominum nostrum Egicanem regem, non solum [k] regno voluit privare, sed & mortis impensione perimere: ideo non congruit nos prius concilium inchoare, nisi, illo prius canonica ac legali censura multato, in loco ejus alius fuerit subrogatus, Toletanæ sedis cathedram retenturus. Idcirco nobis omnibus in unum collectis, isdem Sisbertus episcopus nostro cœtui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Unde nos pet hujus decreti nostri formulam sæpedictum Sisbertum, secundum edictum priscum synodicæ sanctionis, ac decretum de talibus promulgatæ legis, ab episcopali ordine & honore dejicimus, a perceptione corporis & sanguinis Christi excommunicatum in exilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturum: excepto si eum principalis pietas cum sacerdotali conniventia delegerit absolvendum. Igitur quoniam favente domino concilium est quocitius inchoandum, secundum prælectionem atque auctoritatem totiens dicti nostri domini, per quam in præteritis jussit venerabilem fratrem nostrum Felicem, Hispalensis sedis episcopum, de prædicta sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem decreto firmandum, ob id nos cum consensu cleri ac populi, ad sæpe dictam Toletanam sedem pertinentis, prædictum venerabilem fratrem nostrum Felicem episcopum de Hispalensi sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam sedem canonice transducimus, & in eadem Hispalensi cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracarensis sedis episcopum, nec non & Felicem Portucalensis ecclesiæ antistitem in præfata Bracarensi sede, similiter pontifices subrogamus, ac perpetua sanctione unumquemque eorum in privatis sedibus confirmamus, quatenus uterque easdem, quas suscipiunt ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent: ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum corpus effecti, eis nobiscum in synodali conventu pariter residentibus, illapsum sancti Spiritus, ut duodecim apostoli, mereamur: quo ejus igne succensi, & doctrina imbuti, quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertinent, & ad compescendos pravorum hominum mores, æquissime promulgemus, & laudes altissimo devotis mentibus præcinamus. Quod videlicet collegii nostri decretum gestis synodalibus, a nobis in concilio forte definiendis, sociandum decernimus, & locum illic debitum ut obtineat definimus.

2. Cor. 2.

XIII.

Synodalis conventus, & numerosa adunatio sacerdotum, eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilo minus terribilis cernitur, quod in medio cœtus eorum præsentia individuæ Trinitatis adesse nequaquam ambigitur, sancto protestante evangelio, *Ubicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi sum & ego in medio eorum.* Quocirca, quia se in eorum medio superna omnipotentia numinis adesse innotuit, quid aliud nisi quidquid eorum ore depromitur, inspiramine est ejus affectum, qui se inter eos est fassus habitaturum? Unde glorioſa serenitas nostra ea quæ unanimitas eorum deprompsit, imo quæ per ora illorum Spiritus sanctus promulgavit, venerabiliter suscipit, amanter amplectitur, & per hujus legis nostræ decretum firma in perpetuum manere decernit, inconvulsibili consistere auctoritate instituit, & omnimodum robur obtinere decernit: scilicet, ut a præsentis diei temporisque articulo, omni vigilantia, omni solicitudine; omni etiam cura, quæque sunt pro disciplina vel utilitate ecclesiastica in hac synodo definita, quæque pro corrigendis pravorum moribus edita, per cunctas regni nostri provincias ab omnibus custodiantur, & absque aliqua scrupulositate vel controversiæ oppositione serventur. Et quia ingruente inguinalis plagæ vastatione, qui ad Narbonensem sedem pertinent episcopi, nequaquam sunt in hac sancta synodo aggregati, ideo per hanc nostræ mansuetudinis legem instituentes jubemus, ut omnes ad ejusdem cathedræ diœcesim pertinentes episcopi, in eadem urbe Narbona cum suo metropolitano adunentur, & cunctis hujus concilii capitulis vigilaci ab eis indagatione perlectis, accedant ordini-

Matth. 18

bus debicis subscriptores. Si quis igitur earumdem definitionum constitutiones remerare præsumpserit, detrahere visus fuerit, & miserabili ausu eis contraire tentaverit, excommunicationis sententia ferietur, & rerum suarum * quinta parte multabitur.

ANNO CHRISTI 693.

* quaita.

In nomine domini Flavius Egica rex omnibus sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Est hæc epistola in codice Lucensi & in utroque Toletano; in aliis deest: existimo reddita ante depositionem Sisberti

ECce, sanctissimi patres in Christo, & apostolico dogmate fideles populi ductores, synodicæ aggregationis vestræ unionem illo ducialiter hortatu convenio, quo religiosum nobis vestræ sanctitudinis præbeatis suffragium, vestræque promulgationis consultum porrigatis omnimode præstolatum. Promptissime etenim sæpe gloriosæ nostræ serenitatis fervet devotio, ac puræ voluntatis flagrat devotissima plenitudo, illis cum plebe mihi credita affectibus vivere, pietatibus inhærere, ac misericordiæ incremento studium regendi servare, quibus tempora nostra nullis adversitatum stimulis commota, nullis civilibus vel externis excitationibus præpedita, pacis munere floreant: ac miserationis nostræ beneficio cumulata persistant: & quos forsitan pravæ infidelitatis implicat actio, respectu clementiæ nostræ, si fas est, pietatis releventur ex brachio; ut parcendo illis supernam mihi clementiam sautorem efficiam, & status gentis meæ ac patriæ nullis amplius, quod absit, ruinæ lapsibus concidat. Sed quantum culparum noxam remittere procuramus, tantum profanatorum transgressio molitur, & crebris perfidiæ ausibus præpedita subruitur, Unde si culpis indulgentiam, si condigna factis restituam, anceps nostræ tranquillitatis animus æstuat, in eo quod plerumque ipsa culparum remissio increbescenti nequitia in contrarium vertitur; cum nec tandem vitia reprimuntur, quæ facili emendationis conamine perduci ad terminum debuerunt. Ipsi autem in hoc sancto concilio liquide perpendatis, jam jamque antea plurimorum casus relatu opinabili didicistis, quibus perfidorum, quantisque æmulorum nefandis conatibus deceptionis meæ quotidie excidium sentiam, vel quanta patriæ fuerint insolenter conturbia excitata. Quorum denique sceleratorum, qui & in præteritis, & nunc perfidasse detecti sunt, prævaricatione compellimur cœtus vestri in universitatem consulere: ut quod de talium excessibus, qui in præteritis, vel nunc usque mihimet deliquisse noscuntur, agere serenitatem nostram conveniat, utrum condignis sententiis canonice ac legaliter feriantur, an parcendo illis, noxarum debita impunita serventur, saluberrima unanimitatis vestræ promulgatione attentius decernatur: illa nostræ gloriæ, vel successorum nostrorum principum licentia modis omnibus servata, ut si deinceps quisquam contra regiam potestatem, gentem ac patriam nostram agere conatus extiterit, juxta canonicam sententiam tempore prædecessoris nostri domini Sisenandi principis de talibus personis in concilio editam, vel legis sententiam, ejus debeat pravitas acriter coerceri. Tantum est, ut sicut præmisimus, quo emendationis studio errantium mihi transgressio emendetur, salutaris vestra responsio nostris clarescat in sensibus: nam & hoc decreti vestri condecet stylo censendum. Et quia præcessor noster dignæ memoriæ dominus Vvamba rex in ipsis regnandi primordiis Theudemundum spatharium nostrum contra generis vel ordinis sui usum, Festi quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius tantum regiæ potestatis impulsu, in eadem Emeritensi urbe [b] numerariæ officium agere instituit, (quod etiam unius anni excursu contra rationem noscitur peregisse) imo quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto concilii ab eodem Theodemundo, suaque omni posteritate, talis actionis officium suspendatis: quo nullo ulterius tempore, tam ipse, quam omnis ejus progenies, usque in finem sæculi, ob hanc causam videantur aliquatenus molestari. Datum sub die Kalendas Majas, anno feliciter sexto regni nostri, in Dei nomine, sedis nostræ Toleto.

Concil. IV. Tol. cap. 75.

ANNO CHRISTI 693.

SUBSRIPTIONES.

Episcopi.

Ego Felix indignus urbis regiæ episcopus, hæc decreta synodica a nobis edita subscr.

Ego Faustinus indignus Hispalensis sedis episcopus hæc decreta synodica a nobis edita subscr.

Maximus indignus sanctæ ecclesiæ Emeritensis episcopus hæc decreta synodica a nobis edita subscr.

Ego Vera indignus Tarraconensis sedis episcopus hæc decreta synodalia a nobis edita subscr.

Ego Felix in Dei nomine Bracarensis atque Portucalensis sedium episcopus hæc decreta synodalia a nobis edita subscr.

Gaudentius Valerienſis ecclesiæ episc. subscr.
Florus Mentesanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Ervigius Beterrensis ecclesiæ episcopus subscr.
Guadila Empuritanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Bonifacius Caurienſis ecclesiæ episcopus subscr.
* Arcontius Elborensis ecclesiæ episcopus subscr. * Ardontius.
Auredus Ilerdensis ecclesiæ episcopus subscr.
Gondericus Segontinæ ecclesiæ episc. subscr.
Spaffandus Complutensis ecclesiæ episc. subscr.
Baroaldus Palentinæ ecclesiæ episcopus subscr.
Marianus Oretanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Vitisclus Valentinæ ecclesiæ episcopus subscr.
Sonna Oxomensis ecclesiæ episcopus subscr.
Gabinus Arcabricæ ecclesiæ episcopus subscr.
Zacceus * Cordubensis ecclesiæ episc. subscr. * Zacchæus.
. . . . . .
Anterius Segobrienſis ecclesiæ episcopus subscr.
Honorius Malacitanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Arvidius Astigitanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Pappulus Eliplensis ecclesiæ episcopus subscr.
Decentius Segobiensis ecclesiæ episc. subscr.
Habitus Urcitanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Felix * Calagurritanæ ecclesiæ episcopus subscr. * Calahorritanæ.
Constantinus Aucensis ecclesiæ episc. subscr.
Audebertus Oscensis ecclesiæ episcopus subscr.
Adelsius Tudensis ecclesiæ episcopus subscr.
Nepotianus Tyrassonensis ecclesiæ episc. subscr.
Suniaguisidus Laniobrensis ecclesiæ episc. subscr.
Potentius Lucensis ecclesiæ episcopus subscr.
Eppa Illicitanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Joannes Egarensis ecclesiæ episcopus subscr.
Holemundus Salmanticensis ecclesiæ episcopus subscr.

Valdefredus Cæsarauguſtanæ ecclesiæ episcopus subscr.

Involatus Dertosanæ ecclesiæ episcopus subscr.
Arcesindus Egabrienſis ecclesiæ episc. subscr.
Isidorus Setabitanæ ecclesiæ episcopus subscr.

Joan-

ANNO CHRISTI 633.

Joannes Abelenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Theudiſclus Beatienſis eccleſiæ epiſc. ſubſcr.
Cuniuldus Italicenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Vviſefredus Auſonenſis eccleſiæ epiſc. ſubſcr.
Lauiſus Barcinonenſis eccleſiæ epiſc. ſubſcr.
Emilla Conimbrenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Leubericus Urgelitanæ eccleſiæ epiſc. ſubſcr.
* Siſebado Tuccitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
* Gerontius Aſſidonenſis eccleſiæ epiſc. ſubſcr.
Baſilius Baſtitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
* Fioniſus Lamecenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Mirus Gerundenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Landericus Olyſipponenſis eccleſiæ epiſc. ſubſcr.
Joannes Pacenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Centurius Eliberitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.
Theudefredus Viſenſis ſedis eccleſiæ epiſcopus B ſubſcr.
Aurelius Aſturicenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcr.

* F. *Siſebaldus* ut in Tolet XIII. & XV. *Hard.*
* Hierontius.
* Fionitus, *al.* fiontius

Abbates.

Gabriel miſericordia Dei abbas hæc decreta ſynodalia a nobis edita ſubſcripſi.
Eulalius abbas ſubſcripſi.
Nervatius abbas ſubſcripſi.
Braulio abbas ſubſcripſi.
Eugenius abbas ſubſcripſi.

Vicarii epiſcoporum.

Vitulus diaconus, agens vicem domini mei Marciani * Danienſis eccleſiæ epiſcopi, ſubſcr.
Vincomalus diaconus agens vicem domini mei C Marciani Pampilonenſis ſedis epiſcopi, ſubſcr.
Chriſtes presbyter, agens vicem Agripii Oſſonobenſis ſedis epiſcopi.

* Al. *Dianienſis* Hard.

Comites viri illuſtres.

Vitulus vir illuſtris comes patrimonii & dux hæc decreta ſynodalia edita ſubſcripſi,
Vvimar comes ſubſcripſi.
Theudulfus comes ſubſcripſi.
Paulus comes ſubſcripſi.
Theudefredus comes ſubſcripſi.
David comes ſubſcripſi.
Requiſindus comes ſubſcripſi.
Siſemundus comes ſubſcripſi.
Ella comes ſubſcripſi.
Theodehitus comes ſubſcripſi.
Regeſuindus comes ſubſcripſi.
Ega comes ſubſcripſi.
Afrila comes ſubſcripſi.
Danila comes ſubſcripſi.
Audemundus ſubſcripſi.
Theudemundus ſubſcripſi.

Notæ Garsiæ Loaisæ.

Cap. 1. a *Antiquorum patrum ſententia.*) Concilio Toletano XII. cap. 8. concilio Toletano IV. a cap. 57. uſque ad 66. & legibus Wiſegoth. lib. 12. toto pene ſecundo titulo concilio Toletano III. cap. 14. concilio Toletano XVIII. c. 8.

Cap. 2 b *In diverſis conciliis.*) Concilio Eliberitano cap. 3. & 40. In concilio Nicæno c. 11. Aurelianenſi II. c. 19. Toletano XII. cap. 11. multiſque aliis conciliis idem contra idolorum cultores decretum eſt.

Cap. 4 c *Deſperationis.*) De his habes concilium Antiſſiodorenſe cap. 17. Et Bracarenſi I. cap. 16. dicitur: *Nulla pro his in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur.*

Cap. 5. Reditus eccleſiæ in quatuor partes dividendi. d *Tertias quas antiqui canones.*) De diviſione redituum eccleſiaſticorum diximus in concilio Tarraconenſi, in more fuiſſe de reditibus eccleſiæ vel oblatione fidelium quatuor fieri partes, quarum una cedebat pontifici ſeu epiſcopo, alia presbyteris & diaconibus & omni clero; tertia templorum & eccleſiarum reparationi, quarta pauperibus, infirmis & peregrinis. Sic ſtatutum eſt concilio Romano a Silveſtro papa cap. 4. & a Gelaſio papa epiſtola ad epiſcopos per Lucaniam cap. 29. & a Simplicio papa epiſtola 3. ad Florentinum, & a Gregorio papa II. in epiſtola 1. ad plebem Thuringiæ. De quarta autem parte, pauperum & peregrinorum uſibus attributa, epiſcopo cura incumbebat. Unde concil. Bracarenſi I. cap. 25. dicitur; *De quarta parte, ſive archipresbyter, ſive archidiaconus illam adminiſtrans, epiſcopo faciat rationem.* Tertia eccleſiarum regibus Hiſpania conceſſa ſub eorumdem poteſtate ac fiſco eſt: idem in Gallia obſervatur. Unde Moguntiaco conc. c. 42. & Arelatenſi ſub Carolo magno c. 25. ſtatuitur, ut quicumque beneficium eccleſiaſticum habent, ad tecta eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas eccleſias emendandas vel ædificandas omnino adjuvent. Quod ita intelligentum exiſtimo, cum tertia pars tributa eccleſiis non ſufficit, aut in reparatione eccleſiæ penitus conſumpta eſt. Concilio II. Bracarenſi cap. 2. ſtatuitur tertiam partem pro luminariis eccleſiæ eſſe relinquendam, & reparatione baſilicarum, rationemque ejus epiſcopo reddendam. Unde & reditus fabricæ epiſcopo ſubduntur.

e *Sanctorum patrum.*) Materia ſacramenti euchariſtiæ eſt panis, ſeu azymus, ſeu fermentatus, & vinum aqua mixtum, de qua re ſuperius. Concilium Florentinum in deciſione ad Armenos, & Alexander papa I. epiſt. 1. ad univerſos: & Julius pontifex I. de conſec. diſt. 2. cap. Cum omne. Concilium II. Carthaginenſe cap. 24. & Africanum ſub Bonifacio cap. 4. Concilium Bracarenſe III. cap. 1. Cyprianus epiſtola 3. lib. 2. Ab ipſo domino vinum aqua mixtum fuiſſe conſecratum tradit Innocentius III. lib. 4. myſter. miſſæ cap. 29. & plenius in cap. cum Marthæ S. Quæſiviſti, de celebratione miſſarum. Algerus lib. 2 de ſacramento euchariſtiæ cap. 10. adverſus temporis impios hæreticos annotat, in more ſanctis patribus fuiſſe ex antiqua eccleſiæ traditione, hoſtiam euchariſtiæ offerre in miſſarum ſolennibus rotundam, integram, nitidam, ex ſtudio præparatam, non grande fruſtum panis, ſed modica quantitate formatam, ne gravaret ſumentem, neque in digeſti nem ſpecies moleſte irent, poſſeque poſt conſecrationem in partes & fragmenta dividi, ut fideles alimonia ſpirituali reficiantur, recondique etiam in modico foculo ſine iujuria, neque ſub utraque ſpecie, ſed una tantum ſervari, & laicis tradi, & ad adorandam populis proponi poſſe. Ego vero addo, in hoc ſacramento ſancte colendo ſitam eſſe vitæ ſpiritualis & temporalis omnem honeſtatem, & cunctam in negligendo turpitudinem; populumque ſine hac ſalutari hoſtia & ſacrificio, eſſe veluti mundum ſine ſole, in tenebris Ægypti a Deo derelictum. Cap. 6 Materia euchariſtiæ quæ ſit?

f *Cui buccellam.*) Locus eſt Joannis 13. apud quem ita legitur: *Ille eſt, cui intinctum panem porrexero.* In Græco pro intinctum panem eſt ψώμιον, quod in vulgata editione buccella interpretatur, ſequitur enim: *Et poſt buccellam introivit in eum ſatanas.* Caput 13. Joannis expenitur.

g *Vitem parientia.*) Parientiæ vox etiam infra pro obedientia accipitur cap. ſequenti. *Ejuſque præceptioni parientiam votis gliſcentibus exhibere:* & *cap.* 12. *Qui præceptis eorum exhibere parientiam curaverint.* Caput 8. Parientia quid.

h *Paſſionis dominicæ die.*) Hæc eſt ſexta feria hebdomadæ ſanctæ. Sic de eo die concilio Toletano IV. c. 6. ſcriptum eſt. Ex quo patet olim eo die clauſis baſilicarum foribus officium eccleſiaſticum celebrari ſolitum, & paſſionem domini annunciari: pœnitentiæ quoque remedio populum peccatorum ſordibus expiari, ut pœnitentiæ compunctione mundatus, venerabile feſtum dominicæ reſurrectionis, remiſſis iniquitatibus, ſuſcipere mereretur, corporiſque ejus & ſanguinis ſacramentum mundus a peccato ſumeret. In ſexta vero feria non celebrari miſſarum ſolennia, cautum eſt ab Innocentio papa cap. Sabbato de conſecrat. diſtinct. 5. ubi amplius dicitur; Nec ſabbato ſancto ulla penitus ſacramenta celebrari: & concilio Tolerano XVI. cap. 8. *Miſſa per totam Hiſpaniam pro rege ejuſque filiis quotidie celebrentur, niſi in die paſſionis domini.* Verum nunc uſus obtinuit, ut Miſſa ſolennis in ſabbato ſancto celebretur. Quamquam illa potius refertur ad noctem reſurrectionis, ut tradunt viri docti ad caput illud. Viſum præterea, de conſecrat. diſtinct. 1. & in collecta dicitur: *Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem glória dominicæ reſurrectionis illuminat.* De die paraſceves iſidorus lib 1. de offic. eccleſ. cap. de paraſceve, & de miſſa, & orationibus: *Tertia oratio miſſæ,* inquit, *effunditur pro offerentibus, ſive pro defunctis fidelibus, ut per ideam ſacrificium veniam conſequantur,* ex Paulo ad Timoth. 1. cap. 2. *Obſecro,* inquit, *primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, ut quietam & tranquillam vitam agant, in omni pietate & caſtitate. Eſt enim viri potentis ſingulare ornamentum pietas, & caſtitas.* Paraſceves cultus qualis?

i *Vivunt ſua dextera confringantur.*) Sic nunc etiam collecta orationis miſſarum concluditur: *Et gentes paganorum, & hæreticorum, qui in ſua feritate confidunt, dextra tua potentia conteranturi.*

k *Regno voluit privare.*) Sic legum Wiſegoth. lib. 2 tit. 5. lib. 18. Eſt lex Egicæ, in qua dicitur: *Quod & temporibus noſtris deſectum facinus, manifeſtis eorum confeſſionibus retinetur, qui noſtrum gloriam conati* Caput 11.

sunt aut, gladio interimere, aut mortifera venena potione deripere.

ANNO CHRISTI 693.

Numerarii qui?

(*Numerariæ.*) Sunt vero numerarii, ut Iſidorus lib. 9 etymolog. docet, qui publicum numerum ærariis inferunt. Mentio eſt in leg. final. codice de privil. ſch. L. fin. de fabricenſ. De numerariis dixi in opere de officiis palatinis.

Acta concilii quæ?

m Subſcriptiones.) In eo, licet fuerit nationale, nullus epiſcopus interfuit provinciæ Narbonenſis, eo quod ingrueret inguinalis plagæ vaſtatio in illa regione, ut dicitur cap. 13. Ejectus eſt a ſede Toletana Sisbertus, ob conjurationem adverſus Egicam regem, & ejus loco ſuffectus eſt Felix Hiſpalenſis. Hiſpali vero Fauſtinus Bracarenſis. Bracaræ vero Felix Portucalenſis: de qua ſede nihil eſt actum: unde Felix ſubſcribit epiſcopus Bracarenſis, & Portucalenſis. Multi ex his epiſcopi qui huic ſynodo ſubſcribunt, interfuerunt aliis; ut Anterius Segobrienſis, in XIII. & XV. Toletano, Adelfius Tudenſis, in XV. Toletano. Aurelius Aſturicenſis, in XIII. & XV. Toletano. Agripius Oſſonobenſis, in XV. Toletano. Baſilius Baſtitanæ, in XV. qui dicitur Baſtenſis. Baldefredus Cæſarauguſtæ, in XIII. & XV. Toletano. Guniuldus Italicenſis, in XIII. & XV. Toletano. Fioniſus Lamecenſis, in XV. Toletano, & dicitur Fiontius. Fructuoſus Aureſianæ, in XV. Toletano, & dicitur Aurienſis. Florus Menteſanæ, in XIII. & XV. Toletano. Gaudentius Valerienſis, in XII. & XIII. & XIV. & XV. Toletano. Gudila Empuritanæ, in XIII. & XV. Toletano, qui & Gudilanus dicitur. Gundericus Segontinæ, in XV. Toletano, Segontienſis. Gabinus Arcavicæ, in XV. Toletano, Arcavicenſis. Habitus Urcitanæ, in XV. Toletano, Urcenſis. Joannes Egarenſis, in XV. Toletano. Iſidorus Setabitanæ, in XV. Toletano. Joannes Abelenſis, in XV. Toletano. Joannes Pacenſis, in XV. Toletano. Landericus Olyſiponenſis, in XV. Toletano. Leubericus Urgelitanæ, in XIII. & XV. Toletano, Urgelletanenſis dicitur. Maximus Emeritenſis, in XIII. Toletano. Marcianus Dianienſis in XIV. & XV. Toletano. Nepotianus Tyraſſonenſis, in XV. Toletano. Holemundus Salmanticenſis, in XIII. & XV. Toletano. Siſibado Tuccitanæ, in XII. & XIII. & XV. Toletano. Sonna Oxomenſis, in XIII. XIV. & XV. Toletano. Spaſſandus Complutenſis, in XV. Toletano. Wiſifredus Auſonenſis, in XIII. & XV. Toletano. Alii vero ſubſcribunt, qui ſuccedunt aliis epiſcopis, ut Arcontius Elaborenſis, qui Tructemundo, in XV. Toletano. Aureus Ilerdenſis, qui Eufredo, in XV Toletano Arvidius Aſtigitanæ, qui Naſidardo, in XV. Toletano. Audebertus Oſcenſis, qui Guiſcaldo, in XIII. Toletano. Arceſimbus Egabrenſis, qui Conſtantio, in XV. Toletano, Baroaldus Palentinæ, qui Concordio, in XV. Toletano. Bonifacius Caurienſis, qui Atulæ, in XV. Toletano. Conſtantinus Aucenſis, qui Stercorio, in XV. Toletano. Centurius Eliberitanæ, qui Joanni, in XV. Toletano, Decentius Segobienſis, qui Deodato, in XV. Toletano. Ervigius Beterrenſis, qui Creſcitaro, in XIII. Toletano. Eppa Illicitanæ, qui Emille, in XV. Toletano. Emilla Conimbrenſis, qui Mironi, in XV. Toletano. Felix Calagurritanus, qui Villiedo, in XV. Toletano. Felix Bracarenſis, & Portucalenſis, qui Fauſtino, in XV. Toletano. Fauſtinus Hiſpalenſis, qui Felici, qui fuit electus ad regiam urbem. Felix regiæ urbis, qui Sisberto depoſito in hoc concilio. Gerontius Aſſidonenſis, qui Theuderacio, in XV. Toletano. Honorius Malacitanæ qui Samueli, in XV. Toletano. Involatus Dertoſanæ qui Cicilio, in XV. Toletano, Laulfus, Barcinonenſis, qui Idalio, in XV. Toletano. Marianus Oretanæ, qui Gregorio, in XV. Toletano. Mirus Gerundenſis, qui Sabarico, in XV. Toletano. Martianus Pampilonenſis, qui Atilano, in XIV. Toletano Potentius Lucenſis, qui Euphraſio, in XV. Toletano. Pappulus Eliplenſis, qui Getæ, in XV. Toletano. Suniaguifidus Laniobrenſis, qui Brandilæ, in XIII. Toletano. Theudiſclus Beatienſis, qui Rogato, in XV. Toletano. Theudefredus Viſenſis, qui Viliefonſo, in XV. Toletano. Vitiſclus Valentinæ, qui Sarmatæ, in XV. Toletano. Vera Tarraconenſis, qui Cypriano, in XV. Toletano. Zacceus Cordubenſis, qui Mumulo, in XV. Toletano. Subſcribunt abbates quinque, vicarii epiſcoporum tres, comites & viri illuſtres officii palatini decem & ſex. De Siſiberto hæc accipe: Juliano ſucceſſit, fuit homo audax, temerarius, dignitatis acceſſione ingenii pravitatem auxit. Veſtem albam Illifonſo præſuli ſanctiſſimo de cœlo ad peragenda ſacra allatam; & venerationi potius quam uſui a præſulibus Toletanis habitam, ipſe profane contrectavit, & temere induit. Verum continuo divina ultio conſecuta eſt, nam in caput regis, cujus beneficio ad primum Hiſpaniæ ſacerdotium evectus fuerat, rebellavit. Qua de cauſa patrum decreto merito a gradu dejectus. Ejus loco Felix ſuffectus eſt.

Qui epiſcopi anterioribus conciliis interfuerint?

Siſibertus ſucceſſor Juliani qualis

ANNO CHRISTI 693.

CONCILIUM BECCANCELDENSE

Pro reparatione eccleſiarum Cantii

Sub Wihtredo Cantiorum rege, & Brithvvaldo Cantuarienſi archiepiſcopo anno 694. celebratum

Ex Suppl. Manſi pag. 519.

Ex Chron. Saxon. p. 48. affert Willeins & Latine reddit to. I. pag. 56.

VVihtredus capeſſit Cantvvarorum regnum, ac illud tenuit XXXIII. annis. Ubi primum rex eſſet, juſſit cogi magnum concilium in locum qui dictus eſt Bacancelde. Ei interfuit VVihtredus Cantvvarorum rex, & archiepiſcopus Cantvvarenſis Brihtvvaldus, & Tobias epiſcopus de Hroveceaſter, & cum iis abbates & abbatiſſæ, multique viri prudentes ibi erant congregati, ut omnes conſilium caperent de Dei eccleſiarum reparatione, quæ ſunt in Cantio. Tunc incepit rex proloqui, ac dicebat: *volo ut omnia monaſteria & eccleſiæ, quæ fuerint datæ & legatæ in Dei gloriam, regum fidelium meorum prædeceſſorum diebus, ac meorum propinquorum diebus, Ægelberti nempe regis, & eorum qui ei ſucceſſerint; ita ſuperſint Dei in honorem & firmiter remaneant in ſæcula ſeculorum: Quum ego, Vvihtredus terreſtris rex, a cæleſti rege incitatus, & ſpiritu juſtitiæ accenſus, a noſtris avis illud didicerim, quod nullus laicus jure debet ſeipſum immittere in quamvis eccleſiam, aut aliquid earum rerum, quæ ad eccleſiam ſpectant: idcirco nos firmiter & fideliter conſtituimus ac decernimus, & Dei omnipotentis nomine omniumque ſanctorum, interdicimus omnibus noſtris ſucceſſoribus, regibus & præfectis, omnibuſque laicis in perpetuum dominatione omni in eccleſias & in omnes earum poſſeſſiones, quas ipſe aut mei deceſſores antiquitus dederint, ad Chriſti gloriam in ſempiternam hæreditatem, ac (gloriam) Dominæ noſtræ ſanctæ Mariæ & ſanctorum Apoſtolorum. Ubi vero contigerit epiſcopum, aut abbatem, aut abbatiſſam hac vita cedere, nuncietur archiepiſcopo, atque ejus concilio & præ cæteris eligatur qui dignus fuerit. Ejus porro vitam qui ad munus tam ſacrum eligetur, exploratam habeat archiepiſcopus, ejuſque caſtitatem; neque ullo modo electus ſit aliquis, aut ad munus tam ſacrum conſecratus, abſque archiepiſcopi conſilio. Regum eſt conſtituere comites, duces, vicecomites, & judices; & archiepiſcopi eſt Dei eccleſiam gubernare, eique conſulere, epiſcopos item & abbates & abbatiſſas & presbyteros & diaconos eligere, & conſtituere, conſecrare etiam & confirmare bonis præceptis, ac exemplo, ne ullus de Dei grege aberret & pereat.*

ANNO CHRISTI 694.

ALIUD EXEMPLAR BECCANCELDENSIS ISTIUS CONCILII

E MS. CANT. ECCL. A. P. 88. A. B. SUMPTUM

In quo ecclesiæ liberæ fiunt ab omni tributo & exactione sæculari, earumque res a laicorum jure & injuria eximuntur.

Prœmium & confessores. Ex manuscripto Cantuariensi.

IN nomine domini Dei nostri & salvatoris Jesu Christi congregatum est magnum concilium in loco qui nominatur Becancelde. Præsidente autem in eodem concilio * Vvithredo clementissimo rege Cantuariorum, nec non * Bertuvaldo reverendissimo archiepiscopo Britaniæ, simulque * Tobia episcopo Roffensis ecclesiæ, ceterisque abbatibus, abbatissis, presbyteris, diaconibus, ducibus, satrapis, in unum glomeratis: pariter tractantes, anxie examinantes de statu ecclesiarum Dei vel monasteriorum intra Cantiam, quæ a fidelibus regibus prædecessoribus meis & propinquis Deo omnipotenti in propriam hæreditatem condonata fuerunt, quomodo vel qualiter secundum normam æquitatis stare, quidve servare amodo & usque finem sæculi, constituimus.

* Muhtredo al. Withred
* Brentuvaldo
* Tobie

Laici non abstrahant nec possideant Deo concessa

Ideo ego * Vvithredus rex terrenus a rege regum compunctus, zelo rectitudinis accensus, ex antiqua traditione sanctorum patrum, & mandatis didici non esse licitum alicui ex laico habitu sibi ipsi usurpare, vel ad se trahere (quasi suam propriam possessionem) quod antea fuerat domino concessum, & cruce Christi firmatum atque dedicatum: quia scimus & veraciter extat, ut si quid semel acceperit homo de manu alterius in propriam potestatem, nullatenus sine ira & ultione illud dimiserit impunitus.

* Muthredus.

Horrendum est. Locus parum integer. Vide aliud exemplar.

Ideo horrendum est hominibus exspoliare Deum vivum, & scindere tunicam ejus, & hæreditatem ejus, quotquot ex aliquo concessum ei fuerat de terrenis substantiis ad id, ut eo facilius promereri valeant æternam retributionem percipere in cœlis: quia manifeste declaratur quanto incautius applicaverit se homo sæcularis in hæreditatem regis æterni quæ ad ejus imperium trahere desiderat, tanto districtius ab eodem Deo in igne inextinguibili puniatur.

Nec ecclesiæ vel monasterii alicujus habeant dominium.

Pro hac re firmiter statuimus atque decrevimus, & in nomine omnipotentis Dei omniumque sanctorum præcipimus omnibus successoribus nostris, regibus, principibus, vel omnibus qui in habitu laico constituti sunt, ut nullus unquam habeat licentiam accipere alicujus ecclesiæ vel familiæ * monasterii dominium, quæ a meipso vel antecessoribus meis priscis temporibus tradita erant in perpetuam hæreditatem Jesu Christo & sanctis apostolis, etiamque Mariæ virgini matri domini nostri sacrata. Sed magis (sicut decet, & in canonibus præcipitur) servandum est, quando quis evenerit ex numero * dominorum * obire de sæculo abbas vel abbatissa: propterea immutatur propriæ parochiæ episcopus, & cum ejus consilio vel consensu, quisquis dignus inveniatur, & * ejus vita atque munditia ab episcopo examinatur, talis eligatur, & ab episcopo benedicatur, & sanctificetur dominus spirituali gradui, Dei * servitio & tonsuræ, seu sacro * velamini mancipatus: & nullo modo sine consultu & licentia archiepiscopi in diœcesi sua abbas vel abbatissa eligatur.

* monasteriis.

Sed eligatur abbas juxta canones.

* *scil.* monasteriis prælectorum
* obigere
* *for.* cujus
* servitute
* seu velamine.

Si quis per insipientium aliter faciet, pro nihilo habeatur, citiusque * abjiciatur, neque de hac re aliquid pertineat ad regis sæcularis imperium: quia illius * personæ est, principes præfectos, seu duces sæculares statuere: metropolitani episcopi est ecclesias Dei regere, gubernare, atque abbates, abbatissas, presbyteros diaconos eligere, statuere & sanctificare, firmare & amovere, ne quis ovis de ovibus æterni pastoris erret.

Non ad regem sed episcopos attinet ecclesiasticos constituere.

* abjiciatur.
* personæ.

Hoc præceptum statuimus his monasteriis quorum nomina hæc sunt annotata. * Primum, primi apostolorum principis Petri, id est, Upmynster, Raculf, Sudmynster, Dofras, Folcanstan, Hymming, Stepeis & Hor. Hæc omnia interdicimus (sicut ante diximus) ut nullus habitus ex numero laicorum ad se pertrahat vel suscipiat nullum monasterium de his prænominatis.

Ecclesiæ liberæ fiunt ab omnibus servitute, gravitate & pulsione regum.

* Primus

Hæc lex supradicta per eum completa permaneat. Adhuc addimus majorem libertatem.

In primis Christi * ecclesia cum omnibus agris ad eam pertinentibus, similiter Roffensis * ecclesia cum suis ceterisque prædictis omnibus ecclesiis, Dei juri subjiciantur pro salute animæ meæ, meorumque prædecessorum, & pro spe cœlestis regni ex hac die & deinceps concedimus & donamus ab omnibus difficultatibus sæcularis servitutis, a pastu regis, principum, comitum, nec non ab operibus, majoribus minoribusque gravitatibus: & ab omni debito vel pulsione regum censuris liberos esse perpetua libertate statuimus: nisi sua spontanea voluntate, ex largitate beneficiorum quid facere velint: tamen hoc in posterum non servetur, nec habeatur in malam consuetudinem, sed magis securi possint pro nobis Deo omnipotenti hostias dignas offerre, & immaculatis muneribus nostra abluere peccata, ut per eorum intercessiones mereamur audire felicem sententiam: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.*

* *id est*, in civitate Dorobernia.
* ecclesiæ.

Matth. 25

Si quis autem rex unquam post nos elevatus in regnum, aut episcopus, aut abbas, vel comes, vel ulla potestas hominum contradicat huic chartulæ, aut infringere tentaverit, sciat se sequestratum a corpore & sanguine domini nostri Jesu Christi, seu etiam sic excommunicatum, sicut qui non habet remissionem neque in hoc sæculo, neque in futuro, nisi ante pleniter emendaverit judicio episcopi: manente tum * hæc chartula, irrefragabilis sua firmitate muniatur, servetur, & habeatur semper ad ecclesiam salvatoris quæ sita est in civitate Dorobernia, (ubi metropolitanum caput habetur) ad exemplum atque defensionem omnibus ecclesiis Dei quæ in hac Cantia morantur.

Anathema in istorum violatores.

* hac

Hæc charta servanda est in ecclesia Christi Cantuariæ

Hæc lex inviolabilis usque ad consummationem sæculi permaneat, quia nulli homini terreno data sunt, sed hæc omnia in manus Dei omnipotentis sanctisque ejus concedimus & donamus.

SUB-

ANNO CHRISTI 694.

SUBSCRIPTIONES.

* Muthredus. Ego * Vvithredus auxilio Chriſti his legibus conſtitutis pro me Vverburga regina, itemque pro filio noſtro Alirico ſubſcripſi.

Ego Berthuvald gratia Dei archiepiſcopus his legibus a nobis * conſtitutis ſubſcripſi. * ſanctis.

Signum manus Ethelbarti pro ſe & fratre ſuo Eadberto.

Signum manus Tobiæ epiſcopi.
Signum manus Mildredæ abbatiſſæ.
Signum manus Etheldridæ abbatiſſæ.
Signum manus Ætæ abbatiſſæ.
Signus manus Vvilnodæ abbatiſſæ.
Signum manus Herelvvidæ abbatiſſæ.
Signum manus Redempti presbyteri.
Signum manus Eaſtvvaldi presbyteri.
Signum manus Botredi epiſcopi.
Signum manus Byſſan presbyteri.
Signum manus Kynheri preshyteri.
Signum manus Aldulfi presbyteri.
Signum manus Vvalh presbyteri.
Signum manus Bonnæ presbyteri.

ALIUD EXEMPLAR BECCANCELDENSIS ISTIUS

CONCILII E TRIBUS ALIIS MANUSCRIPTIS codicibus ſumptum.

Proœmium & confeſſores. ANNO dominicæ incarnationis DCXCIV. Vvithredus glorioſus rex Cantiæ, cum reverendiſſimo archiepiſcopo Brithvvald, præcepit congregari concilium in loco qui nominatur Bacanceld, præſidente eidem concilio jam nominato clementiſſimo rege Cantuariorum Vithredo, & eodem venerando patre & primate totius Britanniæ, ſimulque Tobia epiſcopo Roffenſis eccleſiæ cum abbatibus, abbatiſſis, presbyteris, diaconibus, ducibus, ſatrapis, pariter tractatites de ſtatu eccleſiarum Dei in Anglia, & de his qui a fidelibus regibus, prædeceſſoribus ejus & propinquis, * Athelberto videlicet poſterisque ejus Deo omnipotenti in propriam hæreditatem data fuerunt, qualiter ſecundum veram juſtitiam ſtare & permanere valeant vel quomodo ea ſervare oporteat a modo, & uſque in finem ſæculi conſtituentes. * Ethelberto.

Ego, inquit, Vvithredus rex terrenus, arege regum compunctus, zelo rectitudinis accenſus, ex antiqua traditione ſanctorum patrum didici non licitum eſſe alicui homini in laico habitu conſtituto uſurpate ſibi quaſi proptiam poſſeſſionem quæ ante fuerat domino conceſſam ..... & cruce Chriſti * confirmatum..... Scimus etenim & veraciter conſtat, quia quod ſemel acceperit homo donatione alterius in proptiam poteſtatem, nullatenus ſine injuria illud iterum demittet. Laici non abſtrahaut nec poſſideant Deo conceſſa. * firmatum

Horrendum eſt. Horrendum eſt itaque hominibus Deum vivum expoliare, tunicamque ejus & hæreditatem ſcindere. Cum ergo Deo aliquid oblatum fuerit de terrenis ſubſtantiis, ad hoc ut facilius promoveri valeant offerentes æternam retributionem percipere in cœlis, manifeſte declaratut, quod quanto incantius homo ſæcularis applicuerit ſe in * hæreditate regis æterni, tanto diſtrictius a Deo punitur. * hæreditatem.

Nec eccleſiæ vel monaſterii alicujus habeant dominium. Pro qua re firmiter decernimus, & in nomine omnipotentis Dei omniumque ſanctotum præcipimus omnibus ſucceſſoribus noſtris regibus, principibus, & omnibus in laico habitu A conſtitutis, ut nulli unquam liceat alicujus eccleſiæ vel monaſterii dominium habere, quæ a me vel anteceſſoribus meis, priſcis temporibus * tradita ſunt Deo in perpetuam hæreditatem & ſanctis ejus. * Deo tradita ſunt.

Magis autem ſicur in canonibus præcipitur ſervandum eſt, ut quando aliquis de prælatis defungitur, epiſcopus, abbas, vel abbatiſſa, intimetur archiepiſcopo propriæ parochiæ, & cum ejus conſilio & conſenſu, vita & munditia ejus examinata, qui dignus invenitur eligatur, & nullo modo ſine conſenſu & * conſulio archiepiſcopi promoveatur. Neque enim de hac re aliquid pertinet ad decretum vel imperium regis. Illius autem eſt comites, duces, optimaB tes, principes, præfectos judices, ſæculareſque ſtatuere. Metropolitani vero archiepiſcopi eſt, eccleſias Dei regere, gubernare, epiſcopos, abbates, abbatiſſas, cæteroſque prælatos eligere, ſtatuere, firmare, admonere, ne quis de * civibus Chriſti, ſcilicet æterni paſtoris, aberret. ** obſervandum Sed eligetur abbas juxta canones. * conſultu. Non ad regem ſed epiſcopos attinet eccleſiaſticos conſtituere. * ovibus.

Hæc lex per eum in regno noſtro in perpetuum permaneat omnibus ecclefiis Dei noſtri pro ſalute animæ meæ, meorumque prædeceſſorum, proque ſpe cœleſtis regni.

Igitur ex hac die & deinceps concedimus & donamus eccleſiis regni noſtri liberas eſſe perpetua libertate ab omnibus difficultatibus ſæcularis ſervitutis, ab omni debito vel puiſione regalium tributorum, ut poſſint pro nobis Deo C omnipotenti hoſtias dignas offerre, noſtraque peccata abluere immaculatis muneribus. Eccleſiæ liberæ fiunt ab omni ſervitute, & a puiſione regalium.

Si quis autem rex poſt nos levatus in regnum, aut epiſcopus, aut abbas, ſeu aliqua alia perſona contradixerit huic concilio, vel ſcripto judicio concilii facto, ſciat ſe a corpote & ſanguine domini ſequeſtratum, & ſic excommunicatum, ſicut ille qui non habebit remiſſionem, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, niſi ante mortem ſecundum judicium archiepiſcopi emendaverit. Anathema in iſtorum violatores.

Hoc ſcriptum irrefragabile ſua firmitate muniatur, ſervetur, & ſemper habeatur in eccleſia ſalvatoris, quæ ſita eſt in civitate Doro- Dbernia, ubi primas habetur, ad exemplum omnium eccleſiarum atque defenſionem quæ in Anglia habentur. Hoc ſcriptum ſervandum eſt in eccleſia Chriſti Camuariæ.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Vvithredus auxilio Chriſti rex his legibus conſtitutus pro me & Vvarburga regina, itemque filio noſtro Alrico ſubſcripſi.

Ego Brithvvaldus gratia Dei archiepiſcopus legibus conſtitutis ſubſcripſi.

ADNOTATIO P. ANTONII PAGI.

Ad annum Chriſti 694. n. 4.

Hoc anno 694. in Cantio celebratum eſt Concilium Becanceldæ, præſidente Withredo Cantii Rege. Hujus nec Beda, nec Malmesburienſis, nec aliquis Antiquorum meminit; illud tamen Spelmannus e quinque MSS. E etuit, quorum tria præſentem incarnationis annum indicant, Nec dubium, quin hoc anno 694. celebratum fuerit: in libro enim vetuſto Evidentiarum Eccleſiæ Cantuarienſis edito in collectione nova ſcriptorum Anglicanorum tom. 2. col. 2208. legitur: *Anno ab Incarnatione Domini 694. Witbredus glorioſus Rex Cantiæ cum reverentiſſimo Archiepiſcopo Pritbvvaldo præcepit congregari concilium in loco, qui nominatur Baceancelde, præſidente eidem concilio, jam nominato clomentiſſimo rege Cant. Witbredo, & eodem venerando patre & Primate totius Britanniæ; ſimulque Tobia Epiſcopo Roffenſis Eccleſiæ cum Abbatibus, Abbatiſſis, Presbyteris, Diaconibus, Ducibus, Satrapis, pariter tractantes, & de ſtatu Eccleſiarum Dei in Anglia, & de iis, quæ a fidelibus regibus prædeceſſoribus ejus, & propinquis, Etbelberto videlicet, poſterisque ejus, Deo omnipotenti, in propriam bæreditatem data fuerunt &c.*

CON-

ANNO CHRISTI 694

CONCILIUM TOLETANUM

TEMPORE SERGII PAPÆ I.

Anno domini DCXCIV. celebratum.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De tribus diebus, quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubemus, niſi tantum de fide ac de aliis rebus ſpiritualibus, nullo ſæcularium interpoſito.*
II. *De ſervandis (obſerandis) oſtiis baptiſterii in initio quadrageſimæ.*
III. *De ablutione pedum in cœna domini facienda.*
IV. *De ſacris miniſteriis vel ornamentis eccleſiarum.*
V. *De his qui miſſam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.*
VI. *De diebus litaniarum per totos duodecim menſes celebrandis.*
VII. *De nutritione conjugis atque prolis regiæ.*
VIII. *De Judæorum damnatione.*

IN NOMINE DOMINI.

Incipit ſynodus Toletana XVII. *regula ſanctæ fidei, decurrente imperii anno religioſiſſimi ac ſereniſſimi domini noſtri Egicani regis* VII. *ſub die quinto Idus Novembris, æra* DCCXXXII.

DUM in eccleſia glorioſæ virginis & confeſſoris Chriſti [a] ſanctæ Leocadiæ, quæ eſt in ſuburbio Tolerano, ubi ſanctum ejus corpus requieſcit, plerique Hiſpaniarum & Galliarum pontifices conveniſſemus, debitis nobis in locis reſidentibus, adfuit idem glorioſiſſimus princeps fervore ſanctæ devotionis accenſus, ſanctique Spiritus munere plenus, & in medio noſtri conſiſtens, inclytum caput reclinans, ſeſe a nobis benedici popoſcit, & orationum noſtrarum effuſione domino commendari optavit. His itaque (ut moris eſt) actis, tomum manu propria nobis obtulit, inquiens: Ecce, ſanctiſſimum ac reverendiſſimum eccleſiæ catholicæ ſacerdotale collegium, & divini cultus honorabile ſacerdotium, ſeu etiam vos illuſtre aulæ regiæ decus, ac magnificorum virorum numeroſus conventus, quos huic venerabili cœtui noſtra intereſſe ceſſitudo præcepit, quia ſatis longum eſt, ea quæ regni noſtri utilitatibus, ſeu genti, & patriæ noſtræ neceſſaria ſunt, vobis proprii oris noſtri alloquio enarrare, ideo hunc tomum, quia univerſa, quæ noſtra manſuetudo ad peragendum veſtris ſenſibus debuit intimare, dignoſcitur continere, contrado; præcipiens pariter & exhortans vos per eum qui dixit: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, & ego ero in medio eorum:* quia ea quæ tomus iſte continet, vel alia quæ ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, ſeu diverſarum cauſarum negotia, quæ ſe venerabili cœtui noſtro ingeſſerint audienda, gravi ac maturato conſilio pertracteris, atque judiciorum veſtrorum edictis juſtiſſime ac firmiſſime terminetis. Qua ſacri oris ſui oratione finita, e medio noſtri, benedictione percepta, abſceſſit. Tunc unuſquiſque noſtrorum reſidens ſuo in loco tomum ipſum referari præcepimus, & quæ neceſſaria erant, alterna collatione pertractare curavimus.

Matth. 18.

IN NOMINE DOMINI.

Flavius Egica rex ſanctiſſimis patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.

QUo mentis ardore, quantiſque facibus ſerenitatis noſtræ ſublimitas religionis ſancto amore ſuccenſa æſtuet, nec verborum prolixa poteſt ratione depromi, nec litterarum apicibus annotari. Quia inquantum fides Chriſtiana ſpiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruſcat, tantum ſenſus noſtri brevitas necdum valet ejus enarrare myſteria. At nunc quamquam profunditatis ipſius abyſſum nequeamus pertingere, magna tamen devotione clementiæ noſtræ animos ad exhortandam veſtram ſanctitudinem cognoſcat: qualiter vos in hac ſancta ſynodo reſidentes, in primis de ejus myſterio edictis ſpiritualibus diſputetis, & apoſtolici veſtri ordinis dogma promulgetis, quo fidelium corda incomparabili ſidere perluſtrata, infidelium quoque pectora mentis greſſibus a tenebris ad lumen converſa pertranſeant. Pro nefandis denique Judæis infra fines regni noſtri degentibus, ita præmittimus; quod etiam abſque non minimo mœrore proferimus; quia ab initio propriorum rituum errore decepti, Chriſti nomen incredibili pravitate negaverunt, nefariiſque hactenus argumentis eamdem almæ fidei ſectam deluſerunt. Certum namque eſt verumque præconium, in cuncto pene terrarum orbe relatione perſpicua extitiſſe vulgatum, quod fidei plenitudine fines ſemper Hiſpaniæ floruerunt: unde noſtram gloriam ſumma ratio cogit valida illis intentione reſiſtere, cum in aliquibus mundi partibus, alios dicatur contra ſuos Chriſtianos principes reſultaſſe: pleroſque vero juſto Dei judicio a Chriſticolis regibus interemptos fuiſſe; præſertim quia nuper manifeſtis confeſſionibus indubie pervenimus, hos in tranſmarinis partibus Hebræos alios conſuluiſſe, ut unanimiter contra genus Chriſtianum agerent, præſtolantes perditionis ſuæ tempus, qualiter ipſius Chriſtianæ fidei regulam depravarent. Quod & per eaſdem profeſſiones, quæ veſtris anribus ſunt reſerandæ, patebit. Nam & a primordio noſtri regiminis, tanta fuit pro eorum converſione manſuetudinis noſtræ intentio, ut non ſolum diverſis ſuaſionibus eos ad fidem Chriſti pertrahere conaremur, verum etiam & mancipia Chriſtiana, quæ pridem ob ſuam perfidiam per legis ordinem caruerant, ex tranquillitatis noſtræ decreto reciperent; ſolummodo, ut per veræ converſionis propoſitum, expulſa procul cordis perfidia, eos matris ſinus eccleſiæ adoptivos exciperet. Sed & per cautionis ſeriem jurisjurandi atteſtatione ſubnixa ſpondentes, nec tandem promiſſa compleverunt, ſed ritus & ceremonias ſolitas procul dubio egiſſe perventi ſunt. Et quia divinæ voluntatis imperio reſervati ſunt

Fides Hiſpaniæ, cuncto terrarum orbe perſpicua.

Vide leges Wiſegoth. lib. 12. & concilium Tolet. XII.

regni

regni noſtri tempore corrigendi, neceſſarium
ANNO CHRISTI 694. fore noſtra perpendit tranquillitas, ut veſtro noſtrorumque optimatum generali conventu eorum nequitia quantocius refrænetur: quo, cooperante Chriſto, extirpata ipſorum confeſtim nequitia, Chriſtianum nomen polleat, & Chriſti fides infinite clareſcat: ne tunc videatur tantæ perfidiæ obviari, quando eccleſiam catholicam eorum dignoſcatur adverſitas impugnare. Ut ergo tam dira incredulitatis perverſitas victa diſpereat, aut ſynodali emendatione a parentali refrœnentur errore, aut, ſi placet, uniformi veſtra ſententia falce maneant juſtitiæ deſecati; ſic quoque, ut quid de illis cunctiſque rebus ipſorum agere conveniat, canonica veſtri cœtus ſententia patenti ſtylo conſtituat: quod noſtræ legis cenſura perpetim ſtabile manere decernat: illis tantumdem Hæbræis ad præſens reſervatis, qui Galliæ provinciæ videlicet intra clauſuras noſcuntur habitatores exiſtere, vel ad ducatum regionis ipſius pertinere; ut quia delictis ingruentibus, & externæ gentis incurſu, & plagæ inguinalis interitu pars ipſa ab hominibus deſolata dignoſcitur, cum omnibus rebus ſuis in ſuffragio ducis terræ ipſius exiſtant, & publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant: ita ut ſecundum ſanctæ fidei regulam, ut vere Chriſticolæ, vitam ſuam corrigant, & omnem genuinæ incredulitatis errorem a ſuis cordibus pellant. Quod ſi amodo vel in modico detecti fuerint ſanctæ fidei depravatores exiſtere, illico de terra ipſa promoti, eadem, qua & prædicti parentes eorum, cenſura erunt modis omnibus feriendi. Nam & quorumdam ſacerdotum non ſinit veritas ſilere inſaniam, qui ante ſacroſanctum altare Dei pro ſuperſtitibus hominibus miſſas audeant dicere de defunctis: & cum aliis nocere intendunt, ipſi ſibimet potius interfectores exiſtunt, & ſuarum incurrunt excidium animarum, in eo quod ſcriptum eſt: *Os quod mentitur occidit animam*: & dum quodam invidiæ vel malitiæ livore tam nefaria gerunt, unum eſt, quia & Deo mentiuntur, & in arcum perverſum ſacerdotalem ordinem vertunt. Quod ſi domino mendacium hujuſmodi ſacrificio offerre non metuunt, quid de cetero falſitatis loqui paveſcunt? Petrum denique apoſtolum dixiſſe legimus Ananiæ: * *Mentiris, ut quid ſatanas* [b] *implevit cor tuum mentiri te Spiritui ſancto? quia non es hominibus mentitus, ſed Deo.* Tanti quippe facinoris admiſſum veſtro concilio committimus extirpandum, quo & illos qui talia egiſſe detecti ſunt, & eos a quibus ob hoc nefas perpetrandum ſciſcitati ſunt, ac deinceps in tali errore quoſque delapſos regula decernatis canonica feriendos, ut illatam in ſemetipſos ſententes correptionem, & male actorum pœniteat, & ne ab aliis ulterius fiant, ſententia veſtra ſpeciale prohibitionis exemplum oſtendat. His igitur præmiſſis cauſis populorum negotia veſtris auribus intimata cum Dei timore prudentiæ veſtræ committimus dirimenda; ut, quia multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum nulla ſit occaſio quæ veſtræ mentis aciem ad promulgandam juſtitiam poſſit obtundere: nullus favoris ſe locus interſerat lumen veritatis abſcondere, quatenus ipſa veſtrorum judiciorum emiſſio luce clareat æquitatis, juſtitiam proroget debitam populis, & ad cumulum nobis pertineat copioſæ mercedis. Sed & illud veſtris precibus ſedari obnixius a domino præoptamus, ut quia hoſtis humani generis quoſdam noſtrorum inhians non deſinit ad perditionem ſubripere, ex quo proprio culpæ cernuntur facinore, non (quod abſit) noſtræ poteſtatis gravedine corrui; tribus diebus, hoc peracto concilio, ſpeciales obinde litanias contrito cordis arcano celebrare curetis, ita ut uſque hujus anni ſpatium per ſingulos menſes, eodemque modo triduana jejunia peragatis: ut quia neminem de his quos ditioni noſtræ ſuperna pietas ſubdidit uſquam perire volumus, nec amplius quempiam perdere quærimus, ſed de gentis noſtræ, vel patriæ ſtatu lætari affatim delectamur, precatu ſaltim veſtræ beatitudinis inſidiantium ſtimula, quæ contra noſtram gloriam præparant, a ſuis cordibus auferant, & erga noſtram ſervitutem pura fidei ſinceritate perſiſtant: ut a priorum lapſu ſe erectos eſſe congaudeant, & noſtra gloria ex hoc cum eis pacis & caritatis munere cumulata, Chriſto domino indefeſſa gratiarum vota perſolvat:

ANNO CHRISTI 694.

DE REGULA SANCTÆ FIDEI.

NECESSARIUS ordo depoſcit, ut ſecundum Pauli vaſis electionis edictum, ante initium quarumcumque cauſarum, regnum Dei quæratur, quatenus ea quæ ſequenter agenda ſunt, juſtiſſime opitulante domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perſpeximus, fidei ſanctæ myſterium, quod eſt ſalutis noſtræ inconvulſibile fundamentum, ore proprio pandere, & ructatione cordis patule enarrare. Idcirco credentes & confitentes ea quæ in omnibus ſanctis conciliis ſanctorumque patrum oraculis glorioſa confeſſio protulit, ſymboli etiam ſeriem, quæ totius ſanctæ fidei continet ſacramenta, oris noſtri confeſſione proferimus.

Matth. 6. Quærite ergo primum regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium conditorem: & in unum dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum; homouſion Patri, hoc eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: Per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine homo factus eſt: paſſus ſub Pontio Pilato, & ſepultus, tertia die reſurrexit: aſcendit * in cœlos, ſedet ad dexteram Patris. inde venturus in gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum ſanctum dominum & vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum & glorificandum: qui locutus eſt per prophetas: in unam catholicam atque apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum: expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen.

Sic ad verbum in VIII. & XII. Toletano.

*MSS. ad Aguirre.

Qua noſtra credulitate, ut ſanctorum patrum adunatio edidit, reſervata atque finita, ad ea quæ ſunt ſubſequenter agenda definitionis noſtræ articulum vertimus.

Sap. 1.

Act. 5.

CAPITULA.

I.

Ternarius numerus, in eo quod initium mediumque finemque ſortitur, Trinitatis ſpeciem ſignare videtur: ac proinde

quia

quia numerositas sacerdotum in nomine sanctæ Trinitatis, pro synodo agenda solet congregari, opportune instituendum credimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis percurrente jejunio, de mysterio sanctæ Trinitatis, aliisque spiritualibus, sive pro moribus sacerdotum corrigendis, nullo sæcularium assistente, inter eos habeatur collatio: ita nempe, ut dum scriptis causis, sub nominis divini timore, per triduum habita fuerit altercatio, ejusdem sanctæ Trinitatis juvamine ceterarum causarum negotia inoffensibili peragantur instantia.

ANNO CHRISTI 694.

II.

[c] Licet in initio quadragesimæ baptizandi generaliter claudatur mysterium, tamen ecclesiasticæ consuetudinis ordo deposcit, & necesse est ut ostia baptisterii in eodem die pontificali manu annulo assignata claudantur, & usque in cœnæ domini solennitatem nullatenus reserentur: ob id videlicet, ut & per signaculum Pontificum (excepto gravissimæ necessitatis obventu) in his diebus monstretur, per totum orbem non licere fieri baptismum, & sanctificationem: iterum episcopali ad eam observatione reserata, signetur dominicæ patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini: ut quia per baptismum consepultus est in mortem Christi, resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus ecclesiis minime hæc sancta consuetudo ab episcopis custoditur atque peragitur, ideo per hanc nostram sententiam sancimus atque decernimus, ut ita a totius Hispaniæ & Galliarum pontificibus custostiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet quadragesimæ, & ostia sancti baptisterii cum laudum consummatione claudantur, & ab episcopis suorum signaculo obsignentur, ita ut nisi in cœnæ domini celebritate, quando more solito altaria debent devestiri, eadem debeant ostia reserari. Inconveniens etenim res est, ut illic in prælatis quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, ubi non licet debitum mysterium exerceri.

III.

[d] Cælibe satis ratumque Deo cernitur mysterium, si ejus exempla sequentes, imitatores ipsius esse studeant Christicolæ mentes, dicente domino: *Qui mihi ministrat me sequatur*. Quocirca si dominus redemptorque noster discipulorum non dedignatus est ablutione aquæ ablui pedes, protestante evangelista: *Surgens Jesus a cœna, & ponens vestimenta sua, cæpit lavare pedes discipulorum, dicens: Si ego lavi pedes vestros dominus & magister vester, & vos debetis alter alterius lavare pedes*; cur non piæ actionis exhibitione imbuti, exemplorum ejus non simus devotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine, in quibusdam ecclesiis in cœna domini ablutione pedes fratrum a sacerdotibus non lavantur, nihil aliud * obtendentes, nisi solam traditionis consuetudinem, cum veritas objurgans dicat: *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram*. Itemque præcellentissimus martyr Cyprianus prosequens ait: Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt: quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a sancto Spiritu revelatum. Ideoque dum veritatis exemplum luce clarius clarescat, & objurgationis ejus terribilia edicta præfulgeant, nosque etiam doctoris præcipui sententia instituat, majorem esse veritate consuetudinem, incassum nobis consuetudinem sine ratione objiciunt. Nam licet eadem ablutio pedum omni tempore ut fiat *expedibile habeatur, necesse est ut specialius in eodem die, quo a Christo gestum est, omnimode observetur. Proinde hæc sancta synodus decernit atque instituit, ut deinceps non aliter per totius Hispaniæ & Galliarum ecclesias eadem solennitas celebretur, nisi pedes unusquisque pontificum, seu sacerdotum, secundum hoc sacrosanctum exemplum, suorum lavare studeat subditorum. Quod si quisquam sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatiis sese noverit a sanctæ communionis præceptione frustratum.

ANNO CHRISTI 694.

F. *obtendendo*. Aguir

Matth. 15.

F. *expetibile*: Hard.

IV.

Sacerdotum quorumdam improbanda voluntas, & infausta temeritas, sacrosancta sibi commissa altaris ministeria, atque cetera ecclesiæ ornamenta, non solum quia aliis tradunt pro suis nequissimis actibus abutenda, sed (quod pejus est) suis ea non pertimescunt usibus adjungere insumenda. Unde licet antiquorum patrum sententia de talibus personis, quæ vasa solummodo sacra dispergunt voluntate sacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata; tamen in commune deinceps statuit coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam & de universis ecclesiæ ornamentis, nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus, vel voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet. Si quis vero sacerdotum hoc nostrum violare tentaverit statutum, secundum prisca canonum instituta, honoris proprii ordinem amittat, ut sacrilegus perenni infamia denotatus, a sacræ communionis

Vid. concil Bracar. III. c. 2. & Constant. VI. c. 3.

Cyprianus de unctione Chrismatis.

Joan. 12.

Joan. 13.

ANNO CHRISTI 694

perceptione (excepto in ſupremo tempo-
ris curſu) omnibus diebus vitæ ſuæ ma-
neat alienus. Atque inſuper ſi ejuſdem
temeratoris extiterit propriæ rei ambi-
tio, quidquid de eiſdem ſacris miniſteriis
vel ornamentis eccleſiæ viſus eſt naufra-
gaſſe, aut ipſe, aut pars ejus, compel-
latur parti ejuſdem eccleſiæ ex integro
reformare.

V.

Dum ſanctus Spiritus per os ſancto-
rum ſuorum humano generi ſtatuit om-
nibus modis mendacium præcavere, di-
cente Salomone: [e] *Noli narrare mendacium*
adverſus fratrem tuum; neque amico ſimiliter
facias: & iterum: *Os quod mentitur, occidit*
animam, plerique ſacerdotum, qui
prædicatores veritatis exiſtere debuerunt,
& ex quorum ore univerſitas plebium
legem veritatis debet exquirere, ſecun-
dum * Salomonem, qui dicit: *Labia ſacer-*
dotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt
*de ore ejus; quia angelus domini * eſt*, ita
præpendiente delicto, atque ſauciati ini-
micitiæ dolo, non ſolum hominibus fal-
laciter loqui minime pertimeſcunt, ſed
& in ſanctis baſilicis ſupra altare domi-
ni, coram Deo idem nequaquam perpe-
trare horreſcunt. Nam miſſam pro re-
quie defunctorum promulgatam fallaci
voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud, niſi ut is, pro quo
idipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacro-
ſancti libaminis interventu, mortis ac
perditionis incurrat periculum: & quod
cunctis datum eſt in ſalutis remedium,
illi hoc perverſo inſtinctu quibuſdam eſ-
ſe expetunt in interitum. Obinde noſtræ
elegit unanimitatis conventus, ut ſi quis
ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fue-
rit detectus, a proprio deponatur gradu:
& tam ipſe ſacerdos, quam etiam ille
qui ad talia peragenda incitaſſe perpen-
ditur, exilii perpetui ergaſtulo * relega-
ti, excepto in ſupremo vitæ curriculo,
cunctis vitæ ſuæ diebus ſacræ communionis ei denegetur perceptio, quam Deo
ſe crediderunt fraudulento delibaſſe ſtu-
dio.

V.

Quamquam priſcorum patrum inſtitu-
tio, per totum annum, per ſingulorum
menſium curſum, [f] litaniarum vota de-
creverit perſolvendum, nec tamen ſpe-
cialiter pro quibus cauſis idipſum ſit per-
agendum, tamen, quia cooperante hu-
mani generis adverſario, multa inolevit
obtrandi conſuetudo, & jurisjurandi
tranſgreſſio, ideo ſecundum evangeliſtam,
qui ait: *Vigilate & orate, ne intretis in*
tentationem, in commune ſtatuentes de-
cernimus, ut deinceps per totum annum,
in cunctis duodecim menſibus, per uni-
verſas Hiſpaniæ & Galliarum provincias,
pro ſtatu eccleſiæ Dei, pro incolumita-
te principis noſtri, atque ſalvatione po-
puli, & indulgentia totius peccati, & a
cunctorum fidelium cordibus expulſione
diaboli, [g] exomologeſes votis gliſcenti-
bus celebrentur: quatenus dum genera-
lem omnipotens dominus afflictionem per-
ſpexerit, & delictis omnibus miſeratus
indulgeat, & ſævientis diaboli incita-
menta ab animis omnium procul efficiat.

VII.

Præeminentium exercitium, ac devo-
tionis ſanctæ ſtudium dum ſeſe per di-
verſa operationis geſta diffundit, & emo-
lumentum ſibimet conquirit virtutis, &
bene operandi adhibet incentivum ſub-
jectis; ita nempe & pro eo quod bene
geſſit recipiat a Deo mercedem, * &
pro eo quod ad bonum alios incitavit,
ſtatim recepiſſe gaudeat retributionis vi-
cem. Quapropter dum principalis ſub-
limitas talia agit, perſpicuum eſt ut a
ſancta eccleſia prorogetur ei neceſſitudo
mercedis, cur eumdem eccleſia ſtudeat
exornare operibus juſtis; quatenus &
ille ad bene agendum promptior magis
magiſque efficiatur, & ſubditorum ani-
mus gratuita invitatione amplius robo-
retur. Ac proinde quia religioſus ac glo-
rioſiſſimus princeps noſter Egica rex,
zelo zelans pro domino Deo exercituum,
inimicos veræ fidei, qui diverſa actione
maluerunt catholicæ credulitatis ſtatum
evertere, & jurisjurandi profanationem
(dum ceremoniarum ſuarum ritus con-
tra ſuam pollicitationem maluerunt ſer-
vare) viſi ſunt incurriſſe, ita recto judi-
cii tramite, digna cernitur ultione per-
cutere, quatenus & injuriam crucis Chri-
ſti vindicaret, & ſtatum totius ſanctæ
eccleſiæ conſervaret, atque genti ac pa-
triæ ſuæ defenſionis munimina neceſſa-
ria provideret. Ideo nos pro tot & tan-
tis beneficiis, quibus tam ſanctæ eccle-
ſiæ, quam genti ac patriæ ſuæ proroga-
re intendit, cupientes in aliquo eidem
principi retributionem rependere, per
hujus definitionis noſtræ ſanctionem de-
promimus, & per individuæ Trinitatis
inviolabile ſacramentum, cunctos tam
nunc conſiſtentes, quam futuris tempo-
ribus cujuslibet ordinis vel generis ho-
mines ſuccedentes, convenimus & con-
teſtamur, ut ſi quandoque contigerit qua
glorioſa domina Cixilo [h] regina, diuti-
nis & felicioribus ſereniſſimi noſtri prin-
cipis Egicani annis tranſactis, religioſe
exiſtat in viduitate ſuperſtes, atque ex
eo habuerit dulciſſimas proles, nulla mor-
dacitate invidiæ pulſi, nullo odii ſtimu-
lo acti, nullo diabolicæ fraudis inſtinctu
permoti, contra eos quiſquam conetur

aſſur-

ANNO CHRISTI 694

[e] Eccl. 7.

In vulg. Noli arare. Sap. 1.

* Malachiam. eſt enim locus Malach. 2.

* κυριον παντοκρατορα in Gr. exercituum in vulgata

De eodem habes apud Gr. 26. q. 2. Quicumque ſacerdotum circa medium.

* religatis

* Lege, ut c. proxo Hæc

ANNO CHRISTI 694.

assurgere; nullus, citra evidentium culparum indicium, per quascumque subtilissimas indagationes nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones; nullis eorum vita cujuslibet instantia obteratur injustissimis tædiis, nullis maceretur inediis, nullus quoque filiis ac filiabus contra eorum voluntatem, religionis habitum imponat, aut exilii ergastulis mancipandos statuat, neque flagellorum verberibus cruciet, per quod & dignitate priventur, & extra debitum justitiæ ordinem, rerum suarum eis ambitio auferatur: sed [a] quietis ac tranquillitatis ope fulciti, tam quod ei de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis juste conquisita extiterint, imperturbato jure possideant, & de rebus ipsis judicare quod voluerint incunctatam licentiam habeant. Necessarium enim unicuique debet videri, ut sacerdotalibus præmuniantur oraculis, & eorum edictis reddantur per omnia liberales. Quod si quandoque extiterint destituti, secundum canonici vigorem edicti sacerdotum manebunt defensionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandum crediderit, aut quoquo pacto temerare intenderit, sit perpetui anathematis ultione damnatus, a pagina cœlesti abràsus, atque cum diabolo ejusque sociis acrioribus suppliciis alligatus.

VIII.

De Judæorum perfidia multa sunt decreta, potissimum autem in concil. XVI Tolet. c. 1. ubi fere eadem quæ hic.

Sicut fidelium probitas magno debet donationis præmio munerari, ita infidelium pravitas fortissimo congruit judicantium mucrone percelli. Æquum etenim est, ut & domestici fidei copiosius sublimentur, & adversarii ejus durius condemnentur; quatenus & illi magisque domino suffragante proficiant, & isti Deo obtinente deficiant. Et ideo quia plebs Judæorum nequissima sacrilegii nota respersa, & effusione sanguinis Christi cruenta, ac multotiens jurisjurandi profanatione noscitur maculosa, ut copiosa sunt eorum scelera, sic necesse est ut gravem sese incurisse lugeant animadversionis jacturam, qui per alia sua scelera non solum statum ecclesiæ perturbare maluerunt, verum ausu tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ ac populo universo: ita nempe ut suum quasi tempus invenisse gaudentes, diversas in catholicis exercerent strages: unde crudelis & stupenda præsumptio crudeliori debet exstirpari supplicio: & ita in eis ordinatum debet sævire judicium, quatenus usquequaque puniatur quod nequiter definitum prænoscitur. Qua de causa dum in hac sancta synodo per aliarum causarum semitas dirigeremus cautissime gressus, extemplo eorumdem infidorum conspiratio ad unionis nostræ pervenit auditus, eo quod non solum contra suam pollicitationem, suorum rituum observatione, tunicam fidei, qua eos per undam sacri baptismatis induit sancta mater ecclesia, maculaverint, sed & regni fastigium, sibi (ut præmissum est) per conspirationem usurpare maluerint: Quod infaustum facinus dum ex ipsorum professionibus noster plenissime nosset conventus, hujus decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili feriri censura: scilicet ut ex jussione piissimi & religiosissimi principis nostris Egicani (qui zelo domini accensus, & sanctæ fidei ardore compulsus, non solum injuriam crucis Christi vindicare vult, sed & gentis suæ ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum * sævius decrevere, acrius extirpare intendit) suis omnibus rebus nudati, & ipsæ resculæ fisci viribus sociatæ, tam eorumdem perfidorum, vel reliquæ posteritatis, a locis propriis exolutæ, [i] per cunctas Hispaniæ provincias perpetuæ subjectæ servituti, his quibus eos jusserit servituros largitæ, maneant usquequaque dispersæ. Nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus, ad genuitatis statum detur quandoque occasio revertendi, quos numerosa examussim facinorum suorum macula denotavit. Sic tamen decernimus, ut secundum electionem principis nostri, aliqui ex servis Christianis eorumdem Judæorum eligantur, qui de proprietatis eorum peculio, quantum illis sæpefatus dominus noster per auctoritatum seriem, aut scripturas libertatis conferri elegerit, accipiant. Et quidquid functionis in rationem publicam ipsi Judæi visi sunt hactenus persolvisse, prædicti illorum servi, quos idem princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione, in omni debeant integritate persolvere. Illi denique qui eosdem Judæos ex largitione sæpefati domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ gloriæ conscribant; quatenus in nullo eos permittant rituum suorum ceremonias celebrare, aut colere, vel quascumque parentalis perfidiæ semitas imitari. [k] Sed & filios eorum utriusque sexus decernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habentes, ipsi eorum domini, qui eos acceperint, per fidelissimos Christianos eos nutriendos contradant, ea scilicet ratione, ut & masculos Christianis fœminis in conjugio copulent, & fœminas Christianis similiter viris maritali socie-

* sæpius.

ANNO CHRISTI 594.

societate adjungant. Et neque parentibus, sicut diximus, neque filiis sit penitus licentia quoquo pacto Judaicæ superstitionis ceremonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare.

DE GRATIARUM ACTIONE.

CUnctis denique ad sacræ institutionis, vel aliorum negotiorum ordinem pertinentibus, Deo favente, consummatis atque finitis, eidem regi omnium domino, & inæstimabiliter glorioso grates ineffabiles pandimus, concentus melodicos insonamus, & hymnorum vota continua jubilatione præcinimus, pro eo quod universitatem nostram, sub sui nominis timore in unum collegit, & vicissim nos nobis visione alterutra præsentaneos reddidit; hujus obnixius omnipotentiam precibus indefessis orantes, ut orthodoxo ac religiosissimo principi nostro Egicano longævitatem felicium temporum largiatur; per suæ voluntatis itinera ejus dirigat gressus; tribuens ei sibi creditarum plebium phalangas pie regere, moderamine discreto disponere, ac miserationis ore fulcire: quo postinnormes temporum cursus, de temporali regno ad regnum æternum gestis piissimis opulentum eum transferre dignetur, usquequaque cœlicolis sociandum, cujus jussu atque imperio ad hunc pacis conventum congregati fuisse dignoscimur.

LEX IN CONFIRMATIONE CONCILII EDITA.

COngruum satis genti ac patriæ nostræ, atque expedibile perpenditur omni ecclesiæ, si ea quæ synodali definiuntur conventu, principali confirmentur stylo. Idcirco per hujus legis decretum serenitatis nostræ mansuetudo decernit, ut omnium capitulorum sententiæ, quæ in hac sancta synodo promulgata noscuntur, firmissimæ stabilitatis obtineant robur; id est:

Tituli capitulorum precedentium.

I. De tribus diebus, quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de fide, ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito.

II. De observandis ostiis baptisterii in initio quadragesimæ.

III. De ablutione pedum in cœna domini facienda.

IV. De sacris ministeriis, vel ornamentis ecclesiarum.

V. De his qui missas defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.

VI. De diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.

VII. De munitione conjugis ac prolis regiæ

VIII. De Judæorum damnatione.

Quarum omnium constitutionum decreta quicumque temeranda crediderint, observare noluerint, venerari neglexerint, cujuslibet sint generis personæ, vel ordinis, secundum præcedentium conciliorum leges, quæ in confirmatione eorum sunt promulgatæ, sive excommunicatione, seu etiam damno maneant usquequaque damnati.

TITULI SENTENTIARUM QUÆ in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur, sed a quibusdam in ipsis inserta sunt. (a)

ANNO CHRISTI 594

Contuli hos titulos cum MS. Cod. Vatic. Palat. 575. Manss.

I. *De rebus episcopi propriis acquisitis.*
II. *De non alienandis ab episcopo rebus.* (b)
III. *De clericis qui crimen capitale commiserint.*
IV. *De episcopis qui per testamentum de rebus ecclesiæ aliquibus contulerunt.*
V. *De clericis qui sine epistolis sui pontificis proficiscuntur.*
VI. *De presbyteris* (c) *parœcitanis res ecclesiæ distrahentibus.*
VII. *De iisdem, ut quidquid emerint in nomine ecclesiæ comparent.*
VIII. *Ut Sacerdotes & Levitæ canes ad venandum & accipitres non utantur.*
IX. *De venditionibus quas abbates facere præsumunt.*
X. *Ne unus abbas duobus cœnobiis præferatur.*
XI. *Ne monasterium sine notitia episcopi construatur.*
XII. *De rebus ecclesiæ usu collatis, ut præscriptione temporis non defendantur.*
XIII. *De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt.*
XIV. *De incestis conjugiis.*
XV. *De his qui servos suos extra judicem necant.*
XVI. *De laicis qui in solennitatibus majoribus ad civitatem non concurrunt.*
XVII. *De clericis qui ab ecclesiæ officio diebus solennibus desunt.*
XVIII. *De Levitis, ne sine jussu presbyteri sedeant.*
XIX. *De ministris, ne in secretario ingrediantur.*
XX. *De catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur.*
XXI. *De Levitis & clericis, ne magi vel incantatores sint.*
XXII. *De seditionariis clericis.*
XXIII. *De scurrilibus vel jocularibus clericis.*

SENTENTIÆ. (d)

I.

QUidquid episcopus de suo proprio habet, ad hæredes suos relinquat*: quidquid de provisione ecclesiæ, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure ecclesiæ servare censuimus.

* Agathense 48.

II.

Diacones, * presbyteri in parochia constituti, de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare; quia res sacratæ Dei esse noscuntur. Similiter & sacerdotes de rebus ecclesiæ sibi commissis nihil, ut superius comprehensum est, immutilare præsumant. Quod si facere voluerint, convicti in concilio, ab honore depositi, nec in fine communionem accipiant, & de suo proprio aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse.

* Idem

Sane si quis pro qualibet conditione, de rebus ecclesiæ aliquid alienare voluerit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse, tum demum illud stare licebit. Ita tamen libertos quosquos sacerdotes, presbyteri, vel diacones de ecclesia sibi commissa

(a) In Codice collocantur post Concilium Emeritense. (b) addit: *ecclesiæ, & libertis.*
(c) Parochianis. (d) Canonum variantes dedi ad Concilium Agathense ubi eadem totidem verbis leguntu

missa facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi jubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium. ANNO CHRISTI 694.

III.

* Idem 51. Si episcopus *, presbyter, aut diaconus crimen capitale commiserint, aut chartam falsaverint, aut testimonium falsum dixerint, ab officii honore depositi, in monasterium retrudantur, & ibi tantummodo quamdiu vixerint laicam communionem accipiant.

IV.

* Idem 52. & Epaunense 17. Si episcopus condito * testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi vel tantum de juris proprii facultate suppleverit.

V.

* Idem 53. & Epaun. 61. Presbytero, aut diacono *, vel clerico sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

VI.

* Idem 53. & Epaun. 7. Quidquid parœciarum * presbyter de ecclesiastici juris possessione distraxerit, inane habeatur, & vacuum, venditorem comparantis actione vertentem.

VII.

* Idem 54. & Epaun. 8. Presbyter dum diœcesim * tenet, de his quæ emerit ab ecclesiæ nomine scripturam faciat, ut ab ejus quam tenuit ecclesiæ ordinatione discedat.

VIII.

* Idem 55. & Epaun. 4. Episcopus, presbyter, & diaconus, * canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur, presbyter duobus mensibus abstineatur, uno diaconus ab omni officio vel communione cessabit.

IX.

* Agath. 56. & Epaun. 8. Venditiones *, quas abbates facere præsumpserint, forma servetur, ut quidquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus servi eorum libertatibus otium potiantur.

X.

* Idem 57. & Epaun. 9. Unum * abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

XI.

* Idem 58. & Ep. 10. Cellulas * novas, aut congregatiunculas monachorum, absque episcopi notitia prohibemus institui.

XII.

* Idem 15. & Ep. 18 Clerici *, quod etiam sine præceptoris qualibet diuturnitate temporis, de ecclesiæ remuneratione possederint, cum auctoritate domini gloriosissimi principis nostri, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur: dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse; ne videatur etiam episcopi administrationis prolixæ, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tentas facultates proprietatis suæ posse transcribere.

XIII.

* Idem 60. & Ep. 29. Lapsis *, id est, qui in catholica baptizati, prævaricatione damnabili post in hæresim transiere grandem, redeundi difficultatem sanxit antiquitas: quibus nos annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus: ut præscripto biennii tertia die, sine relaxatione jejunent, & ecclesiam studeant frequentare: in penitentiæ loco standi & orandi humilitatem noverint observandam, etiam cum catechumenis procedere cum monentur, abscedant. Hoc si observare voluerint constituto tempore, admittendis ad altarium observatio relaxetur: quam si arduam vel duram forte putaverint, statuta præteritorum canonum implere debebunt. ANNO CHRISTI 653.

XIV.

De incestis * conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero neque ullo conjugii nomine prævalendos, præter illos, quos nominare funestum est, hos esse censemus. * Idem 61 & Ep. 30.

Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis frater germanam uxoris accipit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ sobrinæve se societ. Quod ita præsenti tempore prohibemus: ira ea quæ sunt ante nos instituta non solvimus. Si quis relictæ avunculi misceatur aut patrui, vel prævignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

XV.

Si quis servum * proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii sanguinis se mundabit. * Idem 62 & Ep. 34.

XVI.

* Ut cives * superiorum natalium noti paschæ, ac nativitatis domini solennitatem episcopis, nec interest in quibus civitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio; noverint, qui hoc facere neglexerint, triennio priventur ecclesiæ. * Idem c. 63. & Ep. 35.

XVII.

Si quis in clero * constitutus ab ecclesia sua diebus solennibus defuit, id est, nativitate domini, sancta epiphania, pascha vel pentecoste; dum potius sæcularibus lucris studet, quam servitio suo parere convenit, triennio a communione suspendatur. Similiter diaconus, vel presbyter, si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. * Idem 64

XVIII.

Quoniam non * oportet diaconum sedere præsente presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis. * Idem 65.

XIX.

Quoniam * non oportet ministros licentiam habere in secretario, quod Græci diaconœcon appellant, ingredi, & contingere vasa dominica. * Idem 66

XX.

Quoniam * non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere: si tamen se profitentur Christianos futuros esse catholicos. * Idem 67.

XXI.

Quoniam non oportet * ministros altaris, aut clericos, magos aut incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus utuntur, projici ab ecclesia jussimus. * Idem 68

XXII.

Seditionarios nunquam * ordinandos clericos, sicut nec usurarios, vel injuriarum suarum ultores. * Idem 69.

XXIII.

* Clericum * servilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio retrahendum. * Idem Agathense conc. c. 70. * scurrilem habet editio Garsiæ & titulus id docet.

NOTÆ

ANNO CHRISTI 694.

Notæ Severini Binii ex Garsia.

a *Sanctæ Leocadiæ.*) Vitam D. Leocadiæ, ejusque mortem scripsam invenies in festis propriis sanctorum Toletanæ diœcesis, a sanctissimo papa Gregorio XIII. approbatis.

b *Implevit cor tuum.*) Actuum apostolorum 5. ubi in vulgata editione pro *implevit*, legitur, *tentavit*. In Græca tamen ἐπλήρωσεν est: quamquam unus apud me manuscriptus liber ἐπείρασεν habet, ut Latina versio.

Cap. 2. Quo tempore baptismum administrare liceat.

c *Licet in initio quadragesimæ.*) Baptizare non oportet quemquam ex antiqua institutione post duas hebdomadas quadragesimæ; ut Siricius papa ad Himerium Tarraconensem episcopum cap. 2. Et in multis aliis Epistolis & conciliis decernitur, præter quam paschatis & pentecostes tempore, nisi maxima necessitate urgente. Unde baptisteria aliis temporibus clauduntur.

Cap. 3. Qualis celebritas in cœna domini observata.

d *Calibe satis.*) Cyprianus de unctione chrismatis hunc morem innuit. *Hac die*, inquit, *primum commendata est nobis fractio panis: hodie Christus pedes lavit apostolis: & hoc solenni devotione omni tempore agendum instituit.* Et idem de ablutione pedum: *Mandatum*, inquit, *simul & exemplum complexus est, ut hoc exemplo instructi non dedignentur in alterutrum agere quod actum est a magistro, ut mandato posteris religionis auctoritas firmaretur.* Isidorus lib. 1. offic. ecclesiast. cap. de cœna domini: *Eo etiam tempore & die salvator surgens a cœna pedes discipulorum lavit, propter humilitatis formam commendandam; ad quam docendam venerat, sicut & ipse consequenter exposuit. Quod etiam docebat potissimum, ut facto doceret quod observare discipulos præmoneret. Inde etiam in ecclesia usu receptum fuit, ut pedes lavarentur ante sumptionem eucharistiæ:* quod tamen abrogatum esse testatur D. Augustinus epist. 119. c. 8. *Sane* (inquit) *etsi ecclesia, quod externum erat, remiserit, lotionem scilicet pedum, finem & rem hujus signi retinet, probationem scilicet & internam præparationem*: hæc Augustinus.

Cap. 5.

e *Noli narrare.*) In vulgata editione est. Noli amare. Nisi ex Græco legas: noli arare: sic enim verba habent: μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἀδελφῷ σου, &c.

Cap. 6. Litaniarum usus.

f *Litaniarum.*) De litaniarum usu & nomine vide Isidorum lib. 6. etymol. capite ultimo sub finem: Albinum Flaccum de divinis officiis cap. De litania majore: Amalarium Fortunatum de eccles. offic. cap. 28. Rabanum Maurum cap. 19. Walafridum libro de rebus ecclesiast. c. 28. Toletanum concilium V. c. 1. novas litanias instituit, a die Iduum Septembrium per triduum: & confirmantur concilio VI. Toletano c. 2. & concilio Bracarensi II. cap. 9. De hac re superius diximus.

Exomologesis quid

g *Exomologeses celebrentur.*) Isidorus lib. 6. etymolog. capite ultimo: *Exomologesis*, inquit, *Græco vocabulo dicitur, quod Latine confessio interpretatur; cujus nominis duplex significatio est: aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi, Pater cœli & terræ: aut dum quisque confitetur sua peccata, ab eo in augenda, minuendo sacerdotis cujus indeficiens est misericordia.* Vide etiam Rabanum de institutione clericorum cap. 14.

Cap. 7.

h *Regina diutinis & felicioribus*, &c.) De prolis regiæ incolumitate procuranda, fideque regi, filiis uxorique ejus observanda, multa invenies decreta, præsertim concilio Toletano IV. cap. 74. & Toletano V. cap. 4. & Toletano VI. cap. 17. concilio Toletano X. cap. 2. & Toletano XIII. c. 4. Toletano XVI. cap. 10. ubi severissime contra eos qui regum vitæ, liberis, uxoribus, fortunisque insidiantur, decernitur.

Cap. 8. Infideles a Philippo II. in servitutem redacti quare.

i *Per cunctas Hispaniæ provincias.*) Id exemplum secutus Philipus II. Hispaniarum rex dominus noster, anno MDLXX. omnes Arabes in Granatensi regno degentes, ob perfidiam & immanem conspirationem, per universas Hispaniæ urbes dispersit, & bello captos servituti tradidit.

k *Sed & filios eorum.*) Hinc recte Gregorius novus Argentinensi rescripsit episcopo, & habetur in cap. ex literis, de conversione infidelium: *Cum filius in patris potestate consistat, cujus sequitur familiam, & non matris; & in ætate tali quis non debeat apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio quod salu-*

A *ti vel vitæ insidientur illius; & pueri post triennium apud patrem non suspectum ali debeant & morari, materque pueri, si eum remanere contigerit apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem, in favorem maxime fidei Christianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum.* Hæc Gregorius. Ceterum sunt qui dubitant, an liceat antequam filii sunt rationis compotes, eos a parentibus suspectis in fide separare, magistrisque, vel aliis Christianis tradere; ut sine suspicione in Christiana religione eruditantur, existimo hoc licitum & expediens esse. Nam primo licet eos, invitis & renuentibus parentibus Christianis, in fide suspectis, baptizare pari ratione æquum erit contra voluntatem parentum eos in fide informare, atque cogere, ut eam quam in baptismo professi sunt fidem observent. Secundo parentes possunt impelli, ut observent omnia nostræ religionis præcepta, etiam inviti, jure baptismatis: inter cetera vero fidei præcepta, hoc unum est, ut in fide & religione catholica filios alant. Tertio licitum est, & renuente marito mulierem fidelem a viro infideli separare, propter periculum apostatandi: & vinculum matrimonii ita strictum est in hac re, sicuti vinculum parentum & filiorum. Ex quo colligo nullum efficacius remedium posse adhiberi Sarracenorum in Hispania infidelitati, quam ut ab eorum domibus & doctrina filii abducantur, tradanturque Christianis vitæ & religionis probatæ, in doctrina Christiana erudiendi. Nam experientia compertum est filios Sarracenorum, post tot generationes, a patribus in infidelitate clam nutriri, & in antiqua secta Agarenorum eruditi. Unde principes sæculares, & ecclesiastici tenentur existimare, probabili conjectura ducti, idem in aliis temporibus fore. Præterea quia licet in principio nascentis ecclesiæ erat licitum, post susceptam fidem, virum fidelem ab uxore infideli non discedere, vel contra, sed eadem in domo & commercio manere, ut constat ex Paulo 1. ad Cor. 7. propter spem conversionis alterius, tamen ab hinc octingentos annos ecclesia contrarium præcepit: sicque lege, consuetudine & usu introductum est, ut fidelis non maneat cum infideli, ex concilio Toletano IV. c. Judæi, & habetur 28. quæst. 1. & cap. Sæpe: nam jam ecclesia non habet spem conversionis infidelis. Idem principes tenentur hisce temporibus de Sarracenis sentire, quorum cor induratum esse præcepsque ad infidelitatem, usu rerum & testimoniis virorum comprobatum est: ita ut in filiorum tenera indole virus perfidiæ suæ quotidie videamus distillare altius, quam mariti in cordibus fœminarum, vel fœminæ in cordibus virorum. Sed dicet aliquis: Quibus sunt alendi stipendiis filii a parentibus abducti? Id facile erit animadvertere, parentum stipendiis: siquidem lege naturæ indictum est, teneri parentes suis stipendiis in virtute & regula rationis alere filios: nam sicuti educatio naturalis parentum est opus, ita educatio libera, & rationalis. Et quia Sarraceni deficiunt in his quæ sunt justa naturali lege, & in his quæ supernaturali, quæ spectant ad eruditionem: ideo propriis sumptibus alendi sunt eorum filii, ut in fide & religione Christiana informentur, separandique a parentum victu & aliorum Sarracenorum, ut educatio sit utilis. Undè licitum esset principi certum vectigal super omnes Sarracenos imponere, eorumque sumptibus scholas erigere, magistros doctos conducere, quorum opera filii in fide & religione nutrirentur. Et audeo dicere hoc, si non efficax, saltem utile remedium esse ad eorum infidelitatem & apostasiam coercendam extinguendamque. Alterum esset, quod hoc concilio cautum est, ut parentibus in puerili ætate remoti, inter Christianos fideles educarentur, non cognitis parentibus ignoratoque genere, sed remoti a patria, Christianis fœminis probatæ fidei matrimonio locarentur. Adde quod etiam justum esset Sarracenis lege gravibus pœnis interdicere matrimonia inter se contrahere; nam id experientia constat eos abuti sacro conjugio, & esse copulatos in perniciem sanctæ & regiæ majestatis, seminariumque perfidiæ & apostasiæ. Neque pigebit ultimo scribere quæ Francis. Ximenius vir doctus & sanctus literis mandavit, libros 5. de natura angelica capite 38. *Hispania propter commercium Sarracenorum multa mala patietur*, (inquit) *& innumeris calamitatibus afficietur*: quæ ab archangelo Michaele prædicta esse affirmat.

An filios infidelium invitis parentibus baptizare liceat.

ANNO CHRISTI 695.

CONCILIUM AUTISSIODORENSE

a Tetrico Episcopo celebratum Anno Christi DCXCV.

Ex Labbei tom. 1. Novæ Biblioth. MSS.

IN Historia episcoporum Autissiodorensium a Labbeo nostro tom. 1. Novæ Biblioth. MSS. edita cap. 24. pag. 427. hæc de Concilio a Tetrico episcopo celebrato habentur. Hic Beatus vir primo anno ordinationis suæ habito Concilio constituit, qualiter Abbates, vel Archipresbyteri in Eccle-

ANNO CHRISTI 695.

Ecclesia S. Stephani divinum persolverent officium. Taliter vero ordinavit, ut deserviret.

Kalend. Januarii 1. Hebdomada, Basilica S. Germani.
2 Hebdomada, Basilica S. Amatoris.
3 Hebdomada, Basilica S. Petri.
4 Hebdomada, Basilica Monasterii S. Juliani.

Kalend. Februarii 1. Hebdomada, Basilica S. Mariani.
2 Hebdomada, Basilica S. Eusebii.
3 Hebdomada, Basilica S. Martini.
4 Hebdomada, Basilica S. Mariæ.

Kalendis Martii 1. Hebdomada, Basilica S. Nazarii.
2 Hebdomada, Monasterium Longoretense.
3 Hebdomada, Monasterium Sessiacense.
4 Hebdomada, scolius Vicus.

Kalendis Aprilis 1. Hebdomada, Bacernæ Vicus.
2 Hebdomada, Vendosa, & Gaugiacus.
3 Hebdomada, Nauteriacus, & Licajacus.
4 Hebdomada, Tauriacus.

Kalendis Maji. Prima Hebdomada, Choræ Vicus.
2 Hebdomada, Corcedomus, & Oratorium S. Memmii.
3 Hebdomada, Troja, Cornacus, & Auciacus.
4 Hebdomada, Varciacus.

Kalendis Junii. Prima Hebdomada, Bargiacus & Nantoniacus.
2 Hebdomada, Massua.
3 Hebdomada, Condida.
4 Hebdomada, Daitriacus, & Soliacus.

Kalendis Julii. Prima Hebdomada, Novus Vicus.
2 Hebdomada, Brioderus.
3 Hebdomada, Giemus & Laoderus.
4 Hebdomada, Blanoilus.

Kalendis Augusti. Prima Hebdomada, Clerici Dominici.
A 2 Hebdomada, Eliniacus.
3 Hebdomada, Baugiacus.
4 Hebdomada, Tauriacus.

ANNO CHRISTI 695

Kalendis Octobris. Prima Hebdomada, Clerici Dominici.
2 Hebdomada, Basilica S. Germani.
3 Hebdomada, Basilica S. Amatoris.
4 Hebdomada, Basilica S. Petri.

Kalendis Novembris. Prima Hebdomada, Domiciacus.
2 Hebdomada, Monasterium S. Juliani.
3 Hebdomada, Basilica S. Mariani.
4 Hebdomada, Basilica S. Eusebii.

Kalendis Decembris. Prima Hebdomada, Basilica sanctæ Mariæ.
B 2 Hebdomada, Basilica S. Martini.
3 Hebdomada, Basilica sanctorum Gervasii, & Protasii.
4 Hebdomada, Monasterium Longoreti, & Sesciaci.

Hac itaque constitutione roborata, constituit, ut Abbates Presbyteri cum clero ad suprascriptum officium peragendum convenientes ex Dominico Cellario ab œconomo Ecclesiæ stipendium sufficiens accipiant, si vero tardi occurrerint, aut negligenter apparuerint, XL. dies a vino abstineant. Vicedominus autem, aut Cellarius, si quod jure ministrare debent, in aliquo substraxerint, retrusi in Monasterium per annum dimidium pane, & aqua contenti
C debitam pœnitentiam persolvant. Is itaque B. Episcopus Villam, quæ ei ex successione Parentum advenerat, Mascimiacum nomine, sitam in Pago Senonico, cum ædificiis, Mancipiis, Vineis, Sylvis, & universis appendiciis suis Basilicæ S. Stephani, cui Deo auctore prefuit, habendam delegavit. De cetero consumato feliciter Vitæ suæ cursu, &c.

☞ SYNODUS forte IN COENOBIO JONÆ, NESTORIANORUM

Pro rei judicialis directione, ab Ananjesu I. Nestorianorum patriarcha, circa annum Christi 694. celebrata.

Ex Supplem. Mansi pag. 223.

De hac synodo ita Assemanus Biblioth. Orient. tom. III. par. III. pag. CLXXXVII. Synodus Ananjesu I. in cœnobio Jonæ, ut videtur, habita circa annum Christi 694. quum Joannes ipsius æmulus interiisset. Canones XX. editi, de quibus Amrus. *Hos canones* de judiciis *disposuisse se idem Amrus apud Assemanum tom. III. par. I. pag. 154. testatur.*

ANNO CHRISTI 692.

[a] CONCILIUM [1] TRAJECTENSE

AUCTORITATE SANCTI WILLEBRORDI

Congregatum, anno redemptoris nostri DCXCVII. tempore Sergii papæ.

[a] Concilium.) Hoc concilium habitum est in civitate inferioris Germaniæ, quæ Ultrajectum vulgo nominatur. Cujus auctoritate indictum, quidve in eo constitutum fuerit, refert Marcellinus in vita Svviberti apud Surium die 1. Martii cap. 14. hisce verbis: *Cui sanctæ synodo præfuerunt sanctus Vvillebrordus & Svvibertus antistites constantiores. In qua conclusum & definitum fuit, ut omnes primi prædicatores in exteras provincias prædicarent verbum Dei*, &c. De loco habitæ synodi ista habet: *Deinde animadvertentes præfati sancti pontifices Vvillebrordus scilicet & Svvibertus, & eg·egii prædicatores, qui cum eis ex Anglia venerunt Trajectum, quod multus populus, Deo prosperante, ab infidelitatis errore ad Christum conversus esset,*

Verbum Dei exteris gentibus esse prædicandum.

1 Synodus Ultrajectina a Baronio & collectoribus Conciliorum ex uno Pseudo-Marcellino commemorata, ejusdem farinæ est, ac cetera, quæ idem fabulator de Vvilbrordo & Svidberto narrat, ut certis argumentis demonstrat Henschenius ad diem primam Martii in Commentario Histor. ad Vitam S. Svidberti. *Pagius ad ann. Chr 697. num. 2.*

ANNO CHRISTI 697

set, convocata synodo in novella ecclesia Trajectensi, decreverunt more apostolorum & discipulorum Christi in diversas circumjacentes barbaricas nationes præstantiores prædicatores dimittere ad prædicandum ipsis fidem, &c. Qui vero eidem synodo interfuerint, idem auctor prædicto loco enarrat his verbis: *Erant autem eo tempore in eadem primitiva ecclesia Trajectensi apostolici pontifices, & canonici egregii prædicatores, qui sanctum Svvibertum episcopum cum sanctis Evvaldis sequentes, constanter Christum gentibus prædicaverunt: ut pote sanctus Vvinfridus sacerdos, qui postquam tredecim annos in ecclesia Trajectensi ut canonicus degisset, archiepiscopus Moguntinensis consecratur, & Bonifacius appellatur, qui post obitum sancti Vvillebrordi Trajectensis episcopi rediens, secundus archiepiscopus Trajectensis ordinatur. Qui postquam decem & sex annis per Frisiam prædicasset, martyrio in Frisia coronatur cum suis; similiter sanctus Vviro episcopus Deirorum: sanctus Plechelmus episcopus de Massa candida: vel secundum Bedam Candida casa: sanctus Othgerus Levita cum plerisque aliis gloriosis sacerdotibus & prædicatoribus.* Hæc Marcellinus de synodo Trajectensi prædicto loco.

ANNO CHRISTI 697

CONCILIUM BERGHAMSTEDÆ

ANNO QUINTO WITHEREDI REGIS CANTII,

Id est Christi DCXCVII. sub Bertvaldo Cantuariensi archiepiscopo celebratum, præsentibus Gybmundo episcopo Roffense, & omnibus ordinibus illius gentis, cum viris quibusdam militaribus, in quo de moribus cavetur ad ecclesiæ cognitionem plerumque pertinentibus.

Appellantur autem istæ constitutiones in Saxonico codice manuscripto, judicia Vvithredi, & sunt ut sequuntur.

HÆC SUNT JUDICIA VITHREDI REGIS CANTUARIORUM.

PRÆFATIO.

Ex Saxonico Roffensi textu vertit Wilkins Concil. Britanico I. pag. 60.

MItissimi Cantuariæ regis Withraedi regnantis anno quinto regni, indictione nona, sexto die Augusti, in loco, qui vocatur Berghamstede, congregatum fuit optimorum procerum concilium. Ibi erant Birhtvvaldus Britanniæ Archiepiscopus, & ante nominatus rex, Roffensis etiam episcopus, idem Gybmundus vocabatur. Et ibi erant præsentes omnes ecclesiastici ordinis dignitates unanimiter cum populo sibi subjecto. Ibi optimates illi omnium assensu hæc fecerunt judicia, & justis Cantuariorum institutis adjunxerunt, prout hic infra sequitur, atque dicitur.

I.

Ecclesia fruatur immunitate & tributis; & pro rege preces fiant, & ille non coacte sed sponte honoretur.

II.

Patrocinium ecclesiasticum L solidi, uti & regis.

III.

Adulteri ad vitam probam per pœnitentiam ducantur, vel a cœtu ecclesiastico separentur.

IV.

Alienigenæ, si fornicationem, suam emendare noluerint, ex terra cum possessionibus & peccatis suis exterminentur, sicuti, qui indigenæ sunt, ecclesiasticam communionem cum scandalo perdant.

V.

Si accideret ut præpositus paganus, post concilium hoc, illicito concubitu sperneret præceptum regis & episcopi & libri judicialis, domino suo compenset centum solidos, juxta jus vetus.

VI.

Si sit colonus, quinquaginta solidos compenset, & nihilominus fornicationem cum pœnitentia deserat.

VII.

Si Sacerdos injustum concubitum permiserit, vel baptisma infirmi distulerit, vel adeo ebrius sit, ut nequeat munus obire, ministerium ejus cesset ad arbitrium episcopi.

VIII.

Si tonsuratus irregulariter vagetur, semel ei hospitium concedatur, & hoc non fiat, nisi licentiam habeat, ut diutius sustentetur.

IX.

Si quis mancipium suum ad altare manumiserit, liber esto apud plebem; manumissor possideat hæreditatem ipsius, & æstimationem capitis, & pacem talis mancipii, ubicumque fuerit, extra fines regni.

X.

Si servus ex mandato domini opus servile præstiterit a vespera diei solis, post occasum ejus usque ad occasum vesperæ diei lunæ, octoginta solidis illud dominus compenset.

XI.

Si servus hoc faciat proprio motu eo die sex (solidos ipse domino pendat aut cutem suam.

XII.

XII.

ANNO CHRISTI 697. Si liber homo autem id fecerit tempore vetito, ſit reus colliſtrigii; & qui eum detulit, habeat mulctæ & æſtimationis capitis dimidium.

XIII.

Si maritus abſque uxoris ſcitu diabolis immolet, omnibus fortunis ſuis plectitor, & colliſtrigio; ſi ambo diabolis immolent, ſint colliſtrigii & omnium poſſeſſionum rei.

XIV.

Si ſervus diabolis offerat, ſex ſolidos compenſet vel cutem ſuam.

XV.

Si quis ſervus ſuis in jejunio carnem det tam liberis quam ſervis, colliſtrigium redimat.

XVI.

Si ſervus ederit " carnem " ſua ſponte, eligat ſex ſolidos, vel cutem ſuam " pœna loco ".

XVII.

Epiſcopi & regis verbum ſit inviolabile abſque juramento.

XVIII.

Monaſterii præfectus profeſſionem faciat in presbyteri profeſſione. Presbyter ſe purget, ſui ipſius aſſertionem, in ſacro ſuo veſtitu coram altari, ita inquiens: " veritatem dico in Chriſto non mentior; " eodem modo diaconus ſe purget.

XIX.

Clericus quatuor compurgatoribus ſui ſimilibus ſe purget, & una manu ad altare, altera ad juramentum præſtandum applicata.

XX.

Comes ſeipſum purget juramento in altari, uti regis thanus.

XXI.

Colonus quatuor ſociis ſuis ſe purget ad altare, & hæc omnia juramenta ſunt inviolabilia.

XXII.

Eccleſiaſticum cognoſcendi jus autem eſt, cum quis epiſcopi vel regis ſervum accuſat, ad manum præpoſiti eum ducat; præpoſitus illum aut purget, aut tradat ad cædendum.

XXIII.

Si Dei ſervitio ſerviens in conventu accuſetur, dominus ipſius eum uno juramento purget, ſi ſacra euchariſtia utatur, habeat in juramento alium fidejuſſorem bonum, vel ſolvat, vel tradat ſe flagellandum.

XXIV.

Si plebeii ſervus ſervum clerici accuſet, vel ſervus clerici ſervum plebeii accuſet, dominus ipſius " eum " proprio ſuo juramento purget.

XXV.

ANNO CHRISTI 697. Si quis laicum occidat in furto, jaceat abſque ſolutionis æſtimationis capitis.

XXVI.

Si quis hominem liberum manu furtum tenentem comprehenderit, tunc rex ex tribus unum eligat, vel illum interficiat, vel trans mare vendat, vel ſolutionem " æſtimationis capitis " habeat. Qui eum ceperit, & comprehenderit, dimidium " æſtimationis capitis " habeat; ſi illum quis occiderit, ſeptuaginta ſolidis ipſum compenſet.

XXVII.

Si ſervus furatus ſit (&) redimatur LXX. ſolidis, vel trans mare vendatur, utrum " horum " regi placuerit. Si quis illum occiderit, domino ejus dimidium ſolvat.

XXVIII.

Si peregrinus, vel advena devius vagetur, & tunc nec vociferaverit, nec cornu inſonuerit, pro fure comprobandus eſt, " & " vel occidendus vel redimendus.

Poſt Withredi regis ſuperiores conſtitutiones quæ proxima pagina editæ ſunt in eodem codice manuſcripto pluribus ſequuntur interpoſitis, nulli auctori deſignatæ vel tempori.

QUOMODO DAMNA ET INJURIÆ SACRIS ORDINIBUS ILLATA.

ſunt compenſanda.

I.

SEtuplicia ſunt dona Spiritus ſancti, & ſeptem gradus ſunt eccleſiaſticorum ordinum & ſacrarum functionum. Septem etiam vicibus Dei miniſtri Deum quotidie laudare debent in eccleſiis, & pro univerſo populo chriſtiano diligenter intercedere. Et ad omnes Dei amicos quam maxime pertinet, ut eccleſiam Dei diligant, & honorent, & Dei miniſtros pace ac concordia tueantur. Et ſi quis illis damnum intulerit verbo vel facto, ſeptuplici compenſatione diligenter compenſet pro ratione facti, & pro ratione ordinis, ſi Dei miſericordiam promereri velit. Ex nova verſione Sax Wilkins. to. I. pag. 60. Et textu Roſenſi.

II.

Sanctuarium etenim & ordines " ſacri ", & ſancta Dei domus ex timore Dei ſedulo honorari debent. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi vita damnum patiatur, præter juſtam capitis æſtimamationem primus gradus compenſetur una libra, & cum pia ſatisfactione veniam ille exoret ſedulo.

III.

Et ad compenſationem ordinis violati, ſi vita damnum patiatur, præter juſtam

capitis æſtimationem, ſecundus gradus duabus libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione. ANNO CHRISTI 697

IV.

Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, præter juſtam capitis æſtimationem tribus libris tertius gradus compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

V.

Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, præter juſtam capitis æſtimationem quarto gradui quatuor libræ " ſolvantur ".

VI.

Et ad compenſationem ordinis violati. ſi plena pacis violatio fieret, præter juſtam capitis æſtimationem quintus gradus quinque libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

VII.

Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, præter juſtam capitis æſtimationem ſextus gradus ſex libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione. ANNO CHRISTI 697

VIII.

Et ad compenſationem ordinis violati ſi plena pacis violatio fieret, præter juſtam capitis æſtimationem, ſeptimus ſeptem libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

IX.

Et ad compenſationem ordinis violati ſi pax remiſſa fuerit, compenſatio fiat ſedulo pro ratione ejus, quod factum eſt. Jure judicandum eſt juxta, & moderandum juxta dignitatem coram Deo & coram ſeculo.

X.

Et compenſationis violati ordinis pars una epiſcopo, ſecunda altari, & tertia ſocietati tradatur.

ANNO CHRISTI 695.

CONCILIABULUM AQUILEJENSE

CONTRA QUINTAM SYNODUM HABITUM

Tempore Sergii papæ I. anno Chriſti redemptoris DCXCVIII.

Quinta ſynodus a ſchiſmaticis Aquilejenſibus ſecundo per errorem damnatur

Conciliabulum.) Auctoritate venerabilis Bedæ libro de ſex ætatibus, Pauli diaconi lib. 5. cap. 14. & Sigeberti in chronico, conſtat hoc tempore Aquilejæ contra quintam ſynodum habitum fuiſſe concilium, quo ipſam quintam ſynodum œcumenicam reſpuendam eſſe decreverunt, ſeque ab unione eccleſiæ catholicæ præſciderunt ea de cauſa, quod damnationem trium capitulorum in quinta ſynodo factam, in odium & præjudicium Chalcedonenſis concilii contigiſſe interpretarentur. Verba Pauli diaconi hæc ſunt: *Hoc tempore ſynodus Aquilejæ facta, ob imperitiam fidei, quintum univerſale concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus beati Sergii papæ monitis inſtructa, & ipſa cum ceteris Chriſti eccleſiis annuere conſenſit.* Eadem de cauſa habita eſt ſynodus Aquilejæ tempore Vigilii papæ, anno domini 553. ut videre eſt tomi VI. pag. 420. ſupra ſub pontificatu Vigilii. Eoſdem ab antiquo ſchiſmate opera S. Gregorii reſipuiſſe, conſtat ex actis ſynodalibus concilii Romani ſub Agathone, ubi quidam Aquilejenſis epiſcopus Agatho nominatus eidem concilio interfuiſſe & ſubſcripſiſſe reperitur. Quamobrem neceſſum eſt dicere. eamdem eccleſiam bis in eumdem errorem relapſam, duabus vicibus opera ſanctorum Gregorii & Sergii pontificum ab eodem errore reſipuiſſe.

Adnotatio P. Antonii Pagi.

Ad annum Ch. 698. n. 13. & 14.

Beda in lib. de VI. Ætatibus teſtatur, Tiberio Apſimaro imperante, Sergioque Papa ſedente Concilium Aquilejæ celebratum eſſe adverſus eos, qui Tria Capitula tuebantur: *Synodus*, inquit, *Aquilejæ facta, ob imperitiam fidei, Quintum Univerſale Concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus B. Papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa huic cum ceteri Chriſti Eccleſiis adnuere conſentit.* Baronius an. DCLIII. num. CCXXII. aſſerit, Bedam his verbis deſignare Synodum Aquilejenſem tunc adverſus Trium Capitulorum defenſores congregatam: hic tamen Bedam de diverſa Synodo ſub Sergio habita interpretatur. Priorem Baronii ſententiam exponit, & ſequitur Eminenr. Card. Noriſius in Diſſert. de Quinta Synodo cap. 9. §. I. aitque *Bedam* Concilium a Paulino Aquilejenſi contra V. Synodum ſeculo ſuperiori coactam ſignificaſſe, ex illo adverbio *donec*, non obſcure colligi, eo quod ille error ac pravum de Synodo V. judicium diu ante Sergium apud Aquilejenſes invaluerat, & Epiſcopi Veneti atque Iſtri cum Metropolita Aquilejenſi Synodum V. receperant, qui ideo contra eamdem, ſuam Synodum poſtea celebraſſe dicendi ſunt. At *Bedam* de alia Synodo hoc tempore habita verba facere, docet Paulus Diaconus lib. 6. Hiſt. Longabard. cap. 14. poſtquam enim Tiberium Imperium invaſiſſe narravit, ſcribit: *Hoc tempore Synodus Aquilejæ facta, ob imperitiam fidei, Quintum Univerſale Concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus B. Papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa cum ceteris Chriſti Eccleſiis annuere conſentit.* Verba eadem habet Auctor Libri Pontificalis in Sergio; *Hujus temporibus Aquilejenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & Synodus quæ ſub eo congregata eſt, qui Sanctum V. Univerſale Concilium, utpote errantes, ſuſcipere diffidebant, ejuſdem Beatiſſimi Papæ monitis atque doctrinis inſtructi, converſi ſunt, iidemque Venerabile Concilium, cum ſatisfactione ſuſceperunt: & qui prius ſub erroris vitio tenebantur, Doctrina Apoſtolica Apoſtolicæ Sedis illuminati, cum pace conſonantes veritati ad propria relaxati ſunt.* Veroſimile autem non eſt, Paulum, qui non multo poſt Bedam floruit, in hujus ſenſum non penetraſſe. Auctor vero Libri Pontificalis errore vulgari Anaſtaſio attributi hoc ipſo tempore, ſicuti Beda, vivebat.

Certe anno DCXXX. quidam *Fortunatus* Sedem Gradenſem invaſit, homo Schiſmaticus, qui poſtea ſibi timens ad Langobardos fugit; de quo Chronicon Aquilejenſe apud Ughellum Tomo I. Italiæ Sacræ: *Fortunatus quidam hæreticus Pontificatum arripuit, qui Quintam Synodum minime recipiens, ob ſui erroris piaculum,* &c. *fugit cum ſacra ſupellectile in Longobardiam.* Verum quidem eſt, Antiſtites Aquilejenſes, quod recte obſervavit Card. Noriſius ibidem §. 6. Synodum V. damnato Schiſmate recepiſſe. Nam *Maximus* Archiepiſcopus Aquilejenſis in Synodo Lateranenſi anno DCXLIX. Secretario Primo hæc pronunciavit *Contra Theodorum autem, & Origenem in Sancta Quinta Synodo accuſatos quidem nullus, ſed tantummodo eorum Conſcripta ad accuſationem ipſorum, & reprehenſionem ſuſſeciſſe noſcuntur.* Verum eſt etiam, quod ſcribit Baronius, *Agathonem* Epiſcopum Aquilejenſem ſubſcripſiſſe Synodo factæ ab Agathone Papa, ideoque ante Sergium Eccleſiam

Aqui-

ANNO CHRISTI 698.

Aquilejensem ad Romanam accessisse. Sed inde non sequitur, aliquos in illo Patriarchatu in eum errorem non recidisse, ad quem tadicitus evellendum novo Concilio opus fuerit. Sed quidquid hac de re sit, sub *Sergio* finem accepit controversia illa, sedente Vigilio Papa exorta.

A 932. tomi V. nec vero operæ pretium sit id modo oneris suscipere, cum ante aliquot annos opera VV. CC. Guillelmi Voelli theologi & Henrici Justelli Christophori F. Cresconiana illa collectio prodierit in publicam lucem ex MS. codice bibliothecæ collegii hujusce nostri Claromontani Parisiensis ad calcem tomi I. bibliothecæ juris Canonici, una cum epistola ad Liberium seu Liberinum pontificem missa & breviario eorumdem canonum a Petro Pithœo V. C. primum vulgato præfixa. Quis vero fuerit, aut quo vixerit tempore Cresconius, sive ut quidam scribere malunt, Crisconius, ex Baronianis annalibus discet tomo VII. ad annum Jesu Christi 527. Ibi enim refert in scripto codice cujus est titulus Concordia canonum, se legisse hæc verba: *Concordia canonum a Cresconio Africano episcopo digesta sub capitibus trecentis. Iste bella & victorias, quas Joannes Patricius apud Africum de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit.* Hæc autem gesta fuisse hoc exeunte sæculo circa annum æræ Christianæ 698. eruditis viris compertum est. (*a*)

ANNO CHRISTI 698.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Cresconianam collectionem veterum canonum ex Dionisii Exigui versione hocce exeunte Christianæ epochæ sæculo non infeliciter concinnatam non est quod quis a nobis hoc loco requirat; cum nec instituti nostri patiatur ratio, ut ex conciliis decretalibusque pontificum Romanorum excerptos ceteraque methodo illigatos digestosque in arbitrarias compilationes antiquos canones passim ac sine delectu excudamus, quod jam occasione Ferrandi diaconi Carthaginensis ecclesiæ supra monuimus, pag.

JOANNIS DOMINICI MANSI

PRÆMONITIO

IN SEQUENTEM CANONUM HIBERNENSIUM COLLECTIONEM.

HOS Canones Dacherius offendens in duplici MS. Codice cum aliis pluribus admixtos selegit, vulgavitque in libro IX. Spicilegii sui, nunc vero in nova editione in tomo I. pag. 491. *apparent. P. Martene eosdem Codices nactus animadvertit minus diligenter a Dacherio eam provinciam administratam fuisse; quare supplementum adjiciendum censuit, quod extat Anecdot. tom. IV. Ego, ex utroque proficiens, collectionem hanc primus omnium in novam istam Conciliorum collectionem invexi, ex Dacherio acceptam; additamenta P. Martene per sua singula loca distribui, ut lectorum commodo magis servirent. Nec indiligenter adnotavi quæ Dacherio, quæ Martene deberentur. Æqui bonique faciant lectores, diligentiam meam; sciantque ideo me hic complexionem Hibernicam collocasse quod Dacherii judicio in exitu sæculi VII. confecta creditur.*

COLLECTIO CANONUM HIBERNICORUM.

PROLOGUS VETERIS COLLECTORIS.

„ SYnodorum exemplariorum innumerositatem conspiciens, ac plurimorum ex ipsis „ obscuritate rudibus minus utilem providens, „ nec non cæterorum diversitatem inconsonam, „ destruentem magis quam ædificantem prospiciens, brevem planamque ac consonam de „ ingenti sylva scriptorum in unius voluminis textum expositionem digessi; plura addens, plura minuens, plura eodem tramite „ degens, plura sensu ad sensum, neglecto verborum tramite, asserens. Hoc ergo solum in „ omnibus contendens, ne meo judicio quæ „ videbantur velut commendatitia describerentur, singulorum nomina, singulis testimoniis „ præscripta posui; ne velut incertum quis „ quodque dicat, minus luceat: sed hoc Lectorem non fallat, ut cum ad generales titulos „ quos necessario præposuimus recurrat, numeros diligenter observet: e quibus observatis: „ quæstionem quam voluerit sine ulla cunctatione reperiet.

Verba hæc sunt Dacherii.

„ *Collectoris vero illius nomen haud obscure indicare videtur amanuensis in fine codicis, ad hunc modum.* Arbedoch Clericus ipse has „ Collectiones conscripsi lacinioſæ conscriptionis. Hælucar Abbate dispensante, quæ de „ sanctis Scripturis, vel divinis fontibus hic in „ hoc codice glomeratæ sunt: sive etiam Decreta, quæ Sancti Patres, & Synodi in diversis gentibus vel linguis construxerunt.

CAPITULA EX LIBRO PRIMO

DE EPISCOPO.

Caput Quintum.

De eo quod non unus unum ordinet.

SYnodus ait: Cum consensu clericorum, & laicorum & totius provinciæ Episcoporum, maximeque Metropolitani, vel epistola, vel auctoritate, vel præsentia ordinetur Episcopus.

Cap. VII. *De eo qui ordinandus est.*

Synodus dicit: qui Episcopus ordinandus est, ante examinetur, si natura prudens, si docilis, si moribus temperatus, sobrius, si castus, si humilibus affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si scripturarum sensibus cautus.

Cap. VIII. *De moribus Episcoporum.*

Synodus dicit: Episcopus non invadat alienam Parochiam; non ordinet alium clericum alicujus Ecclesiæ, non præsumat pretium ordinationis; non præsumat dona iniquorum; quæ reprobat Altissimus; non ambulet sine Præsbytero.

Cap.

(*a*) Ita olim Labbeus sensit; nunc vero Ballerini quibus Cresconianæ Collectionis MSS. Codices Veronensem, Vaticanos, Vallicellanum diligenter versare per otium licuit, plurimam lucem huic operi canonico illustrando affuderunt. Ex his discimus Collectiones duas Cresconio deberi; alteram quæ velut summa capitulorum fusioris Collectionis haberi potest ac sub titulo *Concordia Canonum* innotuit; aliam vero quæ canones illos in Concordia tantummodo indicatos integros refert. Vide eorum Dissertationem in exordio Vol. III. Operum S. Leonis Magni par. IV. cap. III. *Mansi.*

CAP. IX. *De ætatibus quibus provehitur quis ad Episcopatum.*

Synodus. Puer vero ab infantia ecclesiasticis ministeriis deditus usque ad vigesimum ætatis suæ annum Lector sive Exorcista stet: Ostiarius & Subdiaconus quatuor annis: Diaconus, quinque: Presbyter trigesimo: Episcopus vel trigesimo, vel quadragesimo, vel quinquagesimo: Sacerdos efficiatur, quia in ea ætate Christus prædicare orsus est.

Secundo de unius uxoris viro juvene. Synodus *eadem.* Qui vero accessu adolescentiæ usque ad trigesimum annum ætatis suæ probabiliter vixerit, una tantum uxore virgine sumpta contemptus, quinque annis Subdiaconus, & quinque annis Diaconus, quadragesimo anno Presbyter, quinquagesimo Episcopus stet.

Tertio de grandævo Laico. Synodus *eadem.* Si vero grandis ætatis sit laicus, & necesse sit ut Episcopus fiat; biennio sit Lector, quinque subdiaconus; post duodecim annos Presbyter sive Episcopus subrogetur.

CAP. XVI. *De eo quod nullus debet judicare Episcopos.*

Gildas ait: Habent quippe Sacerdotes, & Episcopi terribilem judicem, cui pertinet, & non nobis de illis utroque sæculo judicare. Item Coepiscopus, & Coabbates, nec non consubjectos non judicare melius est.

CAP. XVII. *De eo quod debet electio bonorum post obitum observari, & exitus vitæ decessoris Episcopi.*

Synodus ait: Nullus Episcopus successorem in vita sua faciat, sed post obitum ejus boni bonum eligant. Item Synodus definivit Episcopum ordinare successorem in exitu vitæ consensu Synodi, & regionis ipsius sententia, nec irritum fiat.

CAP. XXII. *De Episcopo excommunicando qui aliena rapit.*

Synodus: Episcopus qui alterius Episcopi parrochiam rapit excommunicandus est (nisi legitimo ordine pœniteat) a pace, & Missa, & mensa.

Addit P. Marene. Episcopus non exeat ad aliam parrochiam, & suam relinquat, nisi multorum Episcoporum judicio, & maxime supplicatione perficiat.

EX LIBRO II.

De Presbytero, vel Sacerdote.

CAP. IX. *De modis quibus nunc Ecclesia immolat.*

SYnodus: Nunc Ecclesia multis modis offert Domino: pro primo seipsa: secundo pro commemoratione Jesu-Christi qui dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*: tertio pro animabus defunctorum.

CAP. XIV. *De eo quod donanda pars substantiæ omnis mortui Sacerdotibus.*

Synodus Hibernensis decrevit, ut unoquoque mortuo, de substantia ejus pars detur Sacerdotibus, quia Aaron sumebat partem uniuscujusque oblationis, sive principis sive famuli; & sedatium commune de substantia omnes mortui dandum.

CAP. XV. *De sedatione communi.*

Synodus Kartaginiensis ait: Sedatium commune, si modicum fuerit, respui non debet; si magnum accipiendum usque præcie vaccæ. Hoc sedatium aufugit Regem, & Episcopum qui Monachus est, & fratres. Synodus Hibernensis in hoc sedatium ovem, aut precium ejus statuta demensione censuit.

CAP. XVI. *De Communione.*

Synodus eadem: Communionis nomen hoc est, viaticum habet, id est, viæ Custodiam; custodit enim animam usquedum steterit ante tribunal, cui refert sua prout gesserit propria. Nec Archangelus potest ducere ad vitam, usquedum judicaverit eam Deus: Nec zabulus ad pœnam traducere, nisi Dominus damnaverit eam.

CAP. XXI. *De superfluis sacerdotum ad Ecclesias dandis.*

Synodus decrevit ut sacerdos omne quod superfluum habet det in Ecclesia, & aut quantum Ecclesiæ dimiserit, tantum Ecclesia demat de superfluis ejus.

CAP. XXII. *De sacerdotibus ut non accipiant munera iniquorum.*

Synodus definivit, ut sacerdos non accipiat munera ejus, cujus conscientiam non noverit: quantum enim illi hostia non prodest, tantum huic dona iniqui nocent.

Synodus Fervensis. Dona iniquorum, quæ reprobantur a Deo, reprobantur a Sanctis.

Item Synodus. Eorum qui pauperes premunt dona a sacerdote refutanda sunt. Addit P. Marene

CAP. XXV. *De tempore, quo debent sacerdotes ab ecclesia deesse, & de pœnitentia eorum, si ultra defuerint.*

Synodus Hibernensis decrevit, ut Sacerdos una tantum die ab Ecclesia defuerit. Si duobus, pœniteat septem diebus cum pane & aqua. Si vero mortuus ad ecclesiam allatus fuerit, & ille absens; pœniteri debet, quia pœnæ reus illius est. Item si uno Dominico ab ecclesia defuerit agat pœnitentiam xx. dierum cum pane & aqua, si vero duobus aut tribus, submovendus honore gradus sui.

CAP. XXVI. *De eo quod non debet Sacerdos existimare dona oblata sua esse, sed ecclesiæ.*

Synodus dicit: Sacerdotes, quibus ab aliis aliquid sive cum ecclesia sive sequestratim donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione animæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ computabunt: quia justum est, ut sicut Sacerdos habet Ecclesiæ dimissum, ita ecclesia habeat quod Sacerdoti relinquitur.

EX LIBRO III.

De Diacono.

CAP. III. *De ordinatione Diaconi.*

SYnodus. Cum Diaconus ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit manum super caput ejus ponat, quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur.

CAP. VII. *De subjectione diaconi.*

Synodus: Diaconi ita se presbyteri ministrum, ut episcopi presbyteros honorent.

CAP. VIII. *De distributione Eucharistiæ a diacono.*

Synodus: Diaconus præstante presbytero eucharistiam populo, si necessitas cogit, eroget

CAP. IX. *De predicatione diaconi coram presbyteris:*

Synodus: Diaconus in conspectu presbyterorum interrogatus loquatur.

CAP.

CAP. X. *De ordinatione Subdiaconi.*

Synodus: Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuam & calicem vacuum, de manu vero archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanile, idest scyphum cum aqua & manutergium.

De multimodis causis Clericorum.

Additio P. Martene.

CLericus professionem suam etiam habitu & accessu probet, nec calcibus, nec calceamentis lectorem quærat.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

Clericus per plateas & andronas, certa & maxima sine officii sui necessitate non ambulet.

Clericus victum & vestimentum sibi artificio sive agricultura absque officii sui dumtaxat detrimento præparet.

Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

Clericus invidens fratrum profectibus, donec in hoc vitio est degradetur.

Clericus scurrilis & verbis turpibus jocularis degradetur.

Clericus inter tentationes officio suo incumbens gradibus sublimandus.

Clericus inter epulas cantans, fidem non ædificans, sed auribus tantum pruriens, excommunis sit.

Clericus qui indictum jejunium rumpit absque inevitabili necessitate, vilior habendus est.

Clericus hæreticorum & schismaticorum tam convivia quam solemnitates æqualiter vitet.

Clericus quamvis eruditus verbo Dei, victum sibi ex artificio suo quærat.

Clericus qui Episcopi districtionem circa se injustam putat, recurrat ad synodum.

Clericus non conceditur mortem alicujus poscere, & concessas a Deo potestates ad vindictam malorum, etiam post baptismatis n. debemus reprehendere, ne Domini aut disciplinam avertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. His autem potestatibus omnia gesta in ratione reddenda servabuntur. Dum autem legum in improbos auctoritas exercetur, dictor mortis eorum erit immunis.

Clerici energumeni degradentur.

Clerici frequentandi extraneas mulieres non habeant potestatem, sed cum matre vel thia filia sorore, nepte tantum vivant, de quibus omnibus nefas est aliquid quam natura constituit suspicari.

Clericus maledictus, maxime in sacerdotibus cogatur ad postulandam veniam, si noluerit degradetur.

Clericus inter tentationes ab officio suo declinans, vel negligentius agens, ab officio suo removendus est.

Clericus jurans excommunicandus est.

Clericus non comam nutriat, nec barbam, sed radat.

Clericus propriam ecclesiam non relinquat.

Clericus usuras non accipiat, & turpiloquia non sectetur. Si quis inventus fuerit aliquid tale excogitans abjiciatur a clero.

Clericus qui convenerit per discordiam aliquam vel adprobatum fuit uni ex his vocasse hostem ad interficiendum, vel injuriam faciendam, homicidam magis congruum nuncupari, a quam clericum, & ab omnibus rectis habeatur alienus.

Clericus non oportet usuras accipere, quia mansionem cœlestem non possidebit qui pecuniam suam dedit ad usuram.

EX LIBRO XI.

De peccantibus sub gradu.

CAP. III. *De consultu Synodi de Lapsis gradibus.*

SYnodus Hibernensis decrevit, ut in peregrinationem exierint, & ibi ministrare sub manu abbatis. Humanius vero Hibernenses interpretantur causa paucitatis sacerdotum, ut post pœnitentiam consecrentur per manus impositionem, & in silentio ministrent sub signo pœnitentiæ usque ad mortem, nihil sua voluntate facientes.

EX LIBRO XII.

De jejunio.

CAP. V. *De jejunio inutili sine charitate.*

GIldas ait: abstinentia corporalium ciborum sine charitate inutilis est. Meliores ergo sunt qui non magnopere jejunant, nec supra modum a creatura Dei se abstinent, cor intrinsecus nitidum coram Domino solicite servantes, a quo sciunt exitum vitæ; quam illi qui carnem non edunt, nec prandiis sæcularibus delectantur, neque vehiculis & equis vehuntur, pro his quasi superiores ceteris se putantes; quibus mors intravit per fenestras elationis.

CAP. XIV. *De solvendo jejunio.*

Synodus dicit: Humanitatis causa melius est advenientibus fratribus, dilectionis offerre virtutem, & abstinentiæ districtionem & quotidiani propositi rigorem dissolvere: etenim tunc Domino gratum jejunium est, cum hoc fructibus charitatis fuerit consumptum. Eadem dicit: De abstinentia insolubili a cibis statuunt Romani, ut Christi adventus sponsi nullas nostri jejunii leges inveniat. Quid est inter Christianum & Novatianum? nisi quia Novatianus indesinenter abstineat, Christianus vero per tempora jejunat, ut locus, & tempus, & persona per omnia observetur.

EX LIBRO XIII.

De eleemosyna.

CAP. VII. *De eleemosyna, de furto aut rapina.*

SYnodus: eleemosynæ a spoliis aut a pretio mendacii non tam prosunt, quam si non essent; sed tunc melius est dari, quam inter propria his uti, ne & propria illicita.

EX LIBRO XV.

De cura pro mortuis.

CAP. II. *De his pro quibus offerri debet.*

SYnodus ait: Quatuor modis offert ecclesia pro animabus defunctorum. Pro valde bonis

nis gratiarum actiones sunt, in quibus nihil oblatio habet quod delcat, pro valde malis, consolationes vivorum: pro non valde bonis ut plena remissio fiat: pro non valde malis ut tolerabilior fiat damnatio ista.

EX LIBRO XVI.

De testimonio.

Cap. III. *De his qui ad testimonium non admittendi sunt.*

Synodus Hibernensis: Testimonium peccatorum non recipitur, qui quotidie super se testimonium testetur, si non impleverit quæ in baptismo confessus est, quomodo aliis testis verus habebitur? Quomodo mundialis mundum istum contendentis erga mundiales res testimonium credibile erit, qui se mortuum mundo non effecerit? Testimonium feminæ non accipitur, sicut apostoli testimonium feminarum non acceperunt de resurrectione Christi.

Cap. IV. *De eo quod conspiciendæ sunt personæ testantium.*

Synodus ait: Quærendum est cujus sit conversationis is qui accusat, & is qui accusatur: vir namque sanctus valde excellentior est horum juramento.

Cap. VI. *De catholicis temere testantibus.*

Synodus Hibernensis: Si vero ceteri jurare ausi fuerint quod ignorant, & quod dubitatur a multis, utrum sit verum an non, sequentes eos qui mundiales sunt; pœniteant jejunium eorum, qui perjurium jurant, qui audaciter animas suas in manus reproborum tradiderunt.

Cap. IX. *De testimonio timendo etiam a pluribus.*

Synodus: Timendum est etiam testimonium plurimorum, si amici, aut audaces, aut pretio præveniantur. Inde dicitur, *munera* exerceant oculos sapientum, hinc & testes resurrectionis pretio corrupti, falsum testimonium dixerunt.

Cap. XIII. *De duobus viris contradicentibus.*

Synodus qui falso accusant fratres, usque ad exitum vitæ non communicent.

Cap. XIV. *De testimonio vivi super mortuum.*

Addit. P. Martene. Sancta Synodus ait. Quod testificaverunt vivi super mortuum, ab hæredibus detur, ne in peccatum fiat mortuo.

Cap. XIX. *De eo quod cum pluribus juramentum sit.*

Synodus Consulenensis ait: De his qui contentionem faciunt quacumque ex causa, si alter cum teste uno aut pluribus testibus, & alter sine teste, juramentum cum pluribus esse debet.

EX LIBRO XVII.

De oblationibus.

Cap. III. *De his tribus causis qui retrahunt sanctificata Deo.*

Synodus: Qui subtrahit hostias catholicas sanctificatas, excommunicetur. Item quodcumque datum fuerit in ecclesia Dei, quocumque modo non patimur ab ecclesia alienari.

Cap. V. *De ecclesia humanius agente cum his qui retrahunt oblationes.*

Synodus: Omnis qui audet oblationes Deo sanctificatas auferre, confirmet Domino quod retraxit, aut satisfactionem per pœnitentiam recipiat.

Cap. VI. *De his qui submutant oblationem defunctorum.*

Addit. P. Martene. Synodus Valensis ait qui oblationes defunctorum fidelium detinent, aut tardius reddunt, ut infideles ab ecclesia abiiciendi sunt. Tales enim quasi egentium mortuorum necatores, nec credentes judicium Dei habendi sunt, una patrum sententia in hoc congruente, quæ ait: ab amico quippiam trahere furtum est, ecclesiam Dei fraudare sacrilegium est.

EX LIBRO XVIII.

De jure sepulturæ.

Cap. II. *De eo quod in sepulcro paterno sepeliendum est.*

Synodus decrevit: Vir sive mulier in suo sepulcro paterno sepeliatur. Dicitur enim: *Maledictus omnis homo qui non sepelitur in sepulcro patrum suorum.*

Cap. III. *De eo quod debet homo sepeliri in ecclesia cui monachus est.*

Synodus statuit: Si quis in ecclesia conjunctus fuerit, in ea sepelietur.

Synodus Hibernensis: Monachus cum in vita sua libertatem propter jussionem abbatis non habuerit, quanto magis in morte?

Cap. VI. *De sepultura ejus qui se duobus abbatibus conjunxit.*

Synodus Hibernensis: Si quis commendavèrit animam suam & corpus, & omnia quæ habet Deo & principi, idest abbati sancto, & si postea exierit ad alterum abbatem, & commendaverit illi animam suam, & omnia quæ possidet; cujus erunt hæc omnia? prioris utique abbatis omnia sua, si tamen votum ejus illo vivente non tacuit. Novissimo vero abbati relinquitur & corpus ejus, & vestimentum, & equus, & vacca; vel si tanti honoris fuerit, duo equi cum curru, & ornamentum sui lectuli, & vas de quo biberat; tamen prior abbas offerre pro anima monachi sui discedentis ab eo debet.

Eadem Synodus: Omne corpus sepultum habet in jure suo vaccam, & equum & vestimentum, & ornamentum lecti sui; nec quidquam horum redditur in alia debita: quia corpori ejus tanquam vernacula debentur.

Cap. VII. *De mortuo retinendo.*

Synodus eadem: Quicumque discesserit de sua ecclesia, & in alia ecclesia sepultus fuerit, cujus propinquus veniens corpus mortui mutare volens dabit pretium sepulcri prioris, hoc est vaccam, & vestimentum ejus commune; & rogabit principem loci, ut basilicam ejus foderit. Si vero eadem familia miserationem animæ ejus in die VII. fecerit, reddet amicus pretium ejus, & sedatium commune. Si sacerdos postulaverit, sic erit etsi monachus fuerit: si vero peregrinus, vestimentum dimittet. In vita monachorum. Quidam clericus in aliena ecclesia moriens illic sepultus est, propinquis vero ejus corpus petentibus non est dimissum, sed obnixe retentum est. Inde ad ovium episcopum euntibus dixit: nec retinendus nec dimittendus vacuus.

EX LIBRO XX

De Provincia.

CAP. V. *De alienis provinciis adeundis ad judicandum.*

PAtricius ait: Si quæstiones in hac insula oriantur, ad sedem apostolicam referantur.

I. IBRO XXI.

CAP. X. *De eo quod una sententia habenda.*

Addit P. Marene

SYnodus dicit: Si quis autem audet scindere unitatem, quia nemo hominum solvere vel reprehendere potest, anathema sit.

CAP. XII. *De judicibus ecclesiæ quales fieri debent.*

Patricius ait: Non oportet judices ecclesiæ habere timorem hominum, sed timorem Dei, quia *timor Dei principium sapientiæ est*. Non oportet judices ecclesiæ Dei habere sapientiam mundi, quia *sapientia mundi stultitia est apud Deum*, sed sapientiam Dei habere. Non oportet judices ecclesiæ munera suscipere; quia *munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba justorum*. Non oportet judices ecclesiæ habere personam in judicio; quia *non est acceptio personarum apud Deum*. Non oportet judices ecclesiæ cautelam habere, sed exempla divina, quoniam non oportet servum Dei cautum esse vel astutum. Non oportet judices ecclesiæ tam veloces esse in judicio donec sciant quod probum fiat; quia scriptum est: noli judex esse cito. Non oportet judices ecclesiæ mendacium dicere, quia magnum crimen est mendacii, sed oportet judices ecclesiæ rectum judicium judicare, quia in quocumque judicio judicaverint, judicabitur de eis.

CAP XIII. *De quatuor principalibus modis reprehendendi judicium.*

Addit P. Marteue.

Synodus dicit: Quatuor modis judicium humanum pervertitur, timore, cupiditate, odio, & amore. Timore autem cum metu cujusdam potestatis veritatem loqui pavescimus. Cupiditate, dum præmio muneris alicujus corrumpimur. Sæpe enim dives cito muneribus corrumpit judices: pauper autem dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed contra veritatem opprimitur. Odio, dum contra quemlibet adversaria molimur. Amore, dum amico vel propinquis beneficium præstare contenti sumus. His autem quatuor causis sæpe æquitas violatur, & sæpe innocentia læditur. Addunt quidam alium modum adulationem. *Augustinus*: melius est pro veritate supplicium, quam pro adulatione beneficium.

CAP. XX. *De judicio bonorum judicum non movendo.*

Addit P. Marteue.

Synodus Laudatiæ: Judicibus autem quos communis consensus elegerit, non liceat aliquem iritum provocasse, nullus ei episcoporum communicet, donec obtemperet judicibus.

CAP. XXVI. *De judicio clericorum, utrum fiat apud iniquos aut apud infideles.*

Patricius ait: Omnis mundialis sapiens, si sapiens sit, non judicet judicia ecclesiæ.

Synodus dicit: Clericus qui causam suam sive justam sive injustam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur.

ACAP. XXVII. *De eo quod licet clerico appetere causam suam sine lite.*

Synodus: Ne quisquam præsumat clericum apud sæcularem judicem episcopo non permittente pulsare: sed si pulsatus fuerit, non respondeat: non proponat, nec adeat criminale negotium in judicio sæculari.

CAP. XXXI. *De synodo Brenensi.*

Nemini clericorum auferri debet locus quem anni circulo inhabitaverit, super quem ecclesiam, id domum suam ædificaverat. Sed ut possessio levitica dedica sibi procul dubio habeatur sempiterna. Addit P. Marteue

In hac synodo judicatum est. In quocumque loco sacerdos ædificaverit ecclesiam suam, Bid domum suam in uno anno hæreditas ejus erit sempiternum.

EX LIBRO XXII

De veritate.

CAP. I. *De veritate judicanda quocumque ore prolata sit.*

GIldas: Veritas sapienti nitet, cujuscumque ore prolata fuerit.

EX LIBRO XXIV.

De Regno.

CAP. III. *De eo quod malorum regum opera destruant.*

PAtricius: Nonus abusionis gradus est rex iniquus. Cum rector esse vult in semetipso, nominis sui dignitatem non custodit, nomen enim regis hoc retinet, ut subjectis omnibus rectoris officium procuret: sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, ne iniqui sint, non corrigit? Terrarum fructus demit, servitia populi impedit, carorum mortes præparat, hostium incursus in provincias concitat, undique bestias quadrupedum dilaceratione inquietat, potestates aerias suscitat, terrarum fœcunditatem, marisque ministeria prohibet, fulmina succendit, arborum exurit flores, fructus immaturos dejicit; non solum præsentis imperii faciem suffuscat, sed etiam filios & nepotes, ne regni hæreditatem obtineant obscurat. Propter piacula regum, Saul, & Jeroboam, & Chab & cæterorum, semina eorum ne regnarent exstinxit Deus.

CAP. III. *De eo quod bonorum regum opera ædificent.*

Patricius: Justitia vero regis justi hæc est: neminem injuste judicare, advenis & viduis, & pupillis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, impudicos & histriones non nutrire, iniquos non exaltare, impios de terra perdere, parricidas, & perjurantes vivere non sinere, defendere pauperes, eleemosinis alere, justos super regni negotia constituere, senes sapientes & sobrios consiliarios habere, magorum & pythonissarum & auguriorum superstitionibus non intendere, patriam fortiter, & juste contra adversarios defendere, per omnia in Deo confidere.

CAP. VII. *De rege non habente uxores plurimas*

Synodus: Quantam dignitatem acceperit rex, tantum timorem habere debet; multæ enim mulieres animam ejus depravant, & animus

ejus

ejus multitudine uxorum diviſus maxime in pec- A catum labitur.

EX LIBRO XXV.

De ſorte.

CAP. V. *De eo quod inter dubia ſors mitti debet.*

SYnodus Hibernenſis: Sors aut inter duo dubia, aut inter duo æqualia, aut inter duo concatholica mitti debet.

EX LIBRO XXVII.

De civitatibus refugii.

CAP. XI. *De diverſa pœnitentia homicidarum ſponte occidentium.*

HIbernenſis ſynodus dicit: Omnes homicidæ ſi toto corde converſi fuerint, VII. annorum pœnitentiam diſtricte ſub regula monaſterii pœniteant.

Patricius: Qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium aruſpicem interrogat; per ſingula crimina annum pœnitentiæ agat, & illo impleto cum teſtibus poſtea reſolvetur a ſacerdote.

EX LIBRO XXVIII.

De furto.

CAP. VI. *De furto in Eccleſia peracto.*

PAtricius ait: Qui furatus fuerit pecuniam, aut in ſancta eccleſia, aut in civitate intus ubi martyres & corpora ſanctorum dormiunt, ſors mittatur ſuper tribus, aut illius manus, vel pes circumcidatur, aut in carcerem mittatur, jejunans tempus, quod judicaverint ſeniores, & reddat integrum quod abſtulit, aut in peregrinationem ejiciatur, & reſtituat duplum, & jurabit, quod non revertetur donec impleverit pœnitentiam & poſt pœnitentiam erit mo- D nachus.

CAP. VI. ita incipit

CAP. VI. *De furto in Eccleſia peracto.*

Addit. P. Martene.

Synodus Hybernenſis decrevit primum furtum in eccleſia peractum vice tantum reddi & pœniteri ad judicium ſacerdotis. Et hoc pro indulgentia eccleſia facit. Et ſi ſecundo factum fuerit, duplo vel quadruplo reddi. Quod ſi mundialis hominis pecunia ablata ſit ab eccleſia, & eccleſia ſit catholica, & ab omni cenſu libera, damnum domino reſtituetur, & uſura ejus erit eccleſiæ. Si vero eccleſia ſub cenſu fuerit regali, damnum idem domini reſtituetur, & uſura regi & eccleſiæ erit.

CAP. VII. *De pœnitentia furantis ſi non de eccleſia.*

Patricius: Qui furtum fecerit, dimidium annum pœniteat, xx. diebus cum pane & aqua vivat, & rapta reſtituat, ſi fieri poteſt, & ſic in eccleſia recipiatur. Vinniavus dicit: Clericus ſi furtum fecerit, quadruplum reddat, & annum integrum pœniteat.

EX LIBRO XXIX.

De commendatis.

CAP. V. *De commendatis ad eccleſiam non reddendis.*

SYnodus Hibernenſis: Omne depoſitum reddatur, niſi depoſitum eccleſiæ matris omnium baptizatorum; ſicut enim omnis mater vicem depoſiti perditi filio ſuo non reddit; ita omnis eccleſia filiorum ſuorum depoſita, quamvis ſint perdita, reddere non debet.

Item eadem ſynodus: Si quis cuſtodierit B clavim domus, & fur ſuffoderit eam, & furatus fuerit depoſitum alicujus, non reddet is qui accepit, ſed jurabit omnis domus illius: quanto magis ſi cum pecunia ſua furatum eſt?

EX LIBRO XXX.

De patribus & filiis.

CAP. XV. *De eo quod non negligendi ſunt parentes etiam cultus divini gratia.*

SYnodus: Quicumque filii a parentibus cauſa divini cultus abſcedunt, nec debitum reverentiæ dependunt, anathema ſint.

C Item qui patrem & matrem in neceſſitate relinquit, eum excommunicandum eſſe cenſuimus.

CAP. XIX. *De his qui deſpiciunt filios ſuos cauſa religionis.*

Synodus ſancta dicit: Si quis filios reliquerit, & eos non enutrierit, & non facit quod pertinet eis cauſa divini cultus, ſine contentione anathema ſit.

Item: Quicumque filios ſuos procreaverit cauſa poſteritatis, nutrire debet, ne ſuæ carnis homicida ſive diſperſor exiſtat; dicit enim ſcriptura: *Carnem tuam ne deſpexeris.*

CAP. XX. *De eo quod præponendus Deus ſit filiis.*

Synodus: Definimus ut omnis pœnitens non D omnia ſua reliquerit filiis ſuis, & liber exſpectet Chriſtum, qui omnia dabit neceſſaria.

EX LIBRO XXXI.

De parentibus & eorum hæredibus & filiis.

CAP. X. *De hæreditate ſervanda filiis legitimis.*

SYnodus dicit: Non debet fraudare pater filium ſuum, ſed largiri dona, & hæreditatem dare debet.

CAP. XIV. *De eo quod debet eccleſia partem ſuam dare cognatis defuncti.*

Synodus definivit: Cum quis moritur, om- E nia quæ habet commendet Deo, & partem Cæſari tribuat, & Deus per manus hominum tribuat filiis ejus aut propinquis.

CAP. XX *De his qui addunt auctores eccleſiæ in feminis heredibus.*

Synodus Hibernenſis: Auctores eccleſiæ hic multa addunt ut feminæ heredes dent ratas & ſtipulationes, ne transferatur vera hereditas ad alienos. Dominus etiam: *Tranſibit hæreditas earum fratribus patris ſui, inde propinquis.* Sciendum utrum dabunt partem Domino; ſi tacuerint propinqui earum, Domini erit quod dabunt, ſi non vero irritum erit. Sciendum eſt quid dabunt

bunt in teſtamentum; hoc eſt vaccas, veſtes & vaſa. Sciendum eſt quid dabunt miniſtris; hoc eſt partem de ovibus & lanam. Si vero de propinquis fuerint miniſtri, dabunt eis aliquid de hæreditate; & ſi eccleſiæ habuerint paternam, dabunt ei de ſua hæreditate; & ſi genuerint filios, viris ſuæ cogitationis dabunt hæreditatem.

CAP. XXII. *De teſtamento infirmi.*

Synodus Hibernenſis: Teſtamentum infirmi ut ſuo miniſtro de mobili partem ſubſtantiæ, & aliam partem hæredibus, aliamque eccleſiæ tribuat in pretium ſepulchri. Hæreditas vero dividitur inter regnum & eccleſiam & hæredes. Si vero non habuerit regnum, tertia pars miniſtrorum erit; ſi autem non habuerit, dividunt propinqui & miniſtri.

CAP. XXIII. *De duobus cohæredibus duorum mortuorum patrum contradicentibus.*

Synodus: Cohæredes duorum patrum contradicentes, ubi invenitur ætas & prudentia, ac dignitas morum, & bona conſcientia, eligatur & credatur quod dicat, aut ſorte, quod diſcernit omnem dubietatem, a judicibus idoneis interpretentur. Item: Hæredes mortuorum ſic judicentur: ſi alter habuerit, teſtes adhibeat; ſi non habuerit, ætas videnda, & nobilitas, & ordinatio, & ratio: ſi vero titubaverint, a ſorte aut veritate quæ ſuperat omnia, aut judicibus veris in alteram partem non declinantibus interpretentur.

Addit. P. Mar. tene.

Synodus Ancoritana definivit: Si duo in abſentia mortuorum contradixerint, quatuor judicent, aut ſorte, quæ diſcernit omne inviſum, aut dividant quod contendunt, aut alter abſcedat pretio, aut ſacerdotibus dent.

EX LIBRO XXXII.

De debitis & pignoribus & uſuris.

CAP. VI. *De mercede mercenariorum cito reddenda.*

SYnodus: Conſiderandum eſt opus mercenariorum, & tunc merces reddenda eſt.

Item omnis mercenarius opus ſuum cito conſumit, ut cito accipiat.

Item omnis mercenarius ad oculum ſervit, ideo exactor præponendus ei.

Item mercenarius deſerit oves in quantum mercenarius, & non congregat diſperſum, & quod fractum non fovet.

CAP. IX. *De quantitate pignoris.*

Synodus Hibernenſis ſtatuit quintam partem debiti in pignus tribui, ut in lege dicitur: *Reddet quintam partem, & ſi non ſolverit pignus ſuum*, uſque ad certum tempus, non ſolvet in æternum, & reddet totum debitum niſi miſerearis illius.

EX LIBRO XXXIII.

De fidejuſſoribus & ratis & ſtipulatoribus.

CAP. II. *De eo quod non debet clericus eſſe fidejuſſor.*

SYnodus: Clericus fidejuſſoribus ſerviens deponatur.

Patricius: Clericus ſi pro gentili homine fidejuſſor fuerit in quacumque quantitate, ſi contigerit, quod mirum non eſt, ut per aſtutiam aliquam gentilis ille fallat, de rebus ſuis ſolvat debitum; nam ſi armis compugnaverit, computetur extra eccleſiam.

CAP. III. *De perſonis indignis ad fidejuſſionem.*

Synodus Hibernenſis: Non eſt dignus fidejuſſor fieri nec peregrinus, nec robuſtus, nec monachus, niſi imperante abbate, nec filius, niſi imperante patre, nec femina, niſi domina, virgo & ſancta.

CAP. IV. *De tempore quo debet rata ſolvere.*

Synodus Hibernenſis dicit, ut rata reddat debita pro quibus fixerat manus, ita ut prima vice XV. diebus exſpectet debitor, ſecunda vice XX. diebus, tertia vice XXX. diebus, quarta vice XL. diebus. Poſtea ſine reputatione reddat debitum.

Item alii aliter dicunt, ut ſi pro vivo, prima vice X. diebus exſpectet, ſecunda vice V. Si vero pro mortuo XXX. diebus.

CAP. V. *De modo quo reddet debitor ſalutem ratæ.*

In definitione ejuſdem Synodi, debitor reddat quantum rata ſolvit, & quantum fatigatus fuerit; ſi vero humanus fuerit, ratæ non quærat uſuram, niſi quod tantum ſolvit, & quantum fatigatus fuerit; ſi vero inhumanus fuerit, uno anno creſcet uſura, & omne debitum reddat, & quintam partem debiti in omni menſe.

CAP. VI. *De eo quod aliquis non debet emere aut vendere ſine ratis & ſtipulationibus.*

Synodus ſancta decrevit ut omnis venditio tribus confirmetur; ideſt ratis & ſtipulationibus, & teſtibus, & ſcriptione in qua fiunt.

CAP. VII. *De ratione ſtipulationum & teſtium.*

Synodus Hibernenſis: Si una ſtipulatio fuerit, ſortientur creditor & debitor, & jurabit alter ſuper alterum. Si vero alter duos, vel tres menſes habuerit, aut pluribus erit juramentum, & debitor reddet. Si vero ſtipulationes inter ſe diſſentiant, ſortientur, niſi fuerint teſtes; & ſi mendax ſit altera pars, aut ſolvet debitum, aut pœnitebit, quantum valet debitum.

CAP. VIII. *De debitore reſiſtente.*

Eadem Synodus: Omnis debitor qui reſiſtit teſtibus, & ſtipulationibus, ejiciantur donec ſecundum judices pœniteat.

Patricius dicit; Nam ſi armis compugnaverit, extra eccleſiam ejiciatur.

EX LIBRO XXXIV.

De juramento.

CAP. V. *De juramento ſolvendo.*

SYnodus: Definitio incauta ſolvenda, nec prævaricatio ſed temeritatis emendatio. In regum libro, Saul juravit Jonathan occidere, nec occiſus eſt, nec in hoc juramento culpatur; quia juxta voluntatem ſuam non Dei voluntatem juravit.

Synodus Hibernenſis: Juramentum filii aut filiæ neſciente patre, juramentum monachi neſciente abbate, juramentum pueri, irrita ſunt.

CAP. XIII. *De eo quod ſit juramentum cum pluribus.*

Synodus Conſulenſis: Hi qui contendunt quacumque ex cauſa, ſi alter cum teſte uno, aut cum pluribus, & alius ſine teſte, juramentum cum pluribus erit.

Addit. P. Mar. tene.

EX LIBRO XXXIV.

De jubileo.

CAP. VII. *De tempore quo neglecta cadunt in jus antiquum.*

SYnodus Hibernenſis : Quidquid per L. annos remanſerit, hoc eſt annum jubileum, in unius jure tranſgrediens, ſine murmuratione, aut excommunicatione in perpetuo non revertetur.

CAP. VIII. *De eo quod obſervandæ ſunt leges jubilei etiam in novo.*

Synodus ait : De vendentis, adſuetis licet, verum nunquam veteratur ; obſervandæ ſunt tamen leges jubilei, ideſt anni quinquageſimi, ut non affirmentur incerta tempore veterato, & ideo omnis negotiatio ſubſcriptione affirmanda eſt.

CAP. X. *De iis quos non concludit jubileus.*

Synodus Hibernenſis : Aliis tibi opponentibus jubileum, reſpondebis : Annus jubileus de rebus venditis & commutatis ex cohæredibus propriis ad homines catholicos eſt. Non de antiquis commendatio ; non de his quæ per vim raptæ ſunt ; non de his quæ ſine pretio fiunt ; non de his quæ venduntur ex alienis hæreditatibus ; non de his quæ inter regem & eccleſiam fiunt ; quia rex proprium eccleſiæ quanto tempore non ſubtrahet ; ita eccleſia jus regis non ſubtrahet ; non de his quæ fiunt inter fratres, quia frater fratrem fraudat.

EX LIBRO XXXVI.

De principatu.

CAP. III. *De bonis principibus.*

SYnodus Hibernenſis : Oportet omnem principem, ut terra ſit ad ſuſtinendum, gubernator ſit ad corrigendum, anchora ſit ad ſuſtentandum, malleus ſit ad percutiendum, forceps ſit ad tenendum, ſol ſit ad illuminandum, ros ſit ad madefaciendum, pugillarius ad ſcribendum, liber ſit ad legendum, ſpeculum ſit ad conſpiciendum, terror ſit ad terrendum, imago ſit in omnibus bonis, ut ſit *omnia in omnibus*.

CAP. V. *De eo quod principes non culpandi ſunt parvo crimine.*

Gilolas : Aaron in culpando Moyſe propter uxorem Æthiopiſſam lepra Maria damnatur : quod nobis timendum, qui noſtris principibus detrahimus propter mediocres culpas.

CAP. VI. *De ſubjectione populi principi.*

Addit. P. Martenè. Patricius : Miniſtri vos eſtis, & unuſquiſque veſtrum principem ſuum, cui adſiſtat ac miniſtrat, timeat.

CAP. VII. *De eo quod non petitur principatus, niſi quis prius ſubjectus.*

Synodus : Oportet eum qui vult principari, prius monachum eſſe, & eum qui vult hæreditare, prius pium eſſe, qui vult docere, prius diſcipulum eſſe.

CAP. XIV. *De eo quod debet princeps habere miniſtrum.*

Synodus : Oportet principem omnia penſare per manus miniſtrorum in uſus parochiæ, & ſubjectorum, & pauperum.

A CAP. XV. *De eo quod non debet princeps niſi parva donare ſine conſilio ſubjectorum.*

Synodus dicit : Non debet facere quidquam ſine conſilio ſubjectorum, niſi pauca in liberationem vinctorum & in conſolationem pauperum & viduarum, & ſi clerici abſentes ſint, tunc faciet.

CAP. XVIII. *De contradicente principi ordinanti hæredem.*

Synodus : Qui contradixerit decreto principis in hæredem ordinando, non eſt chriſtianus ſed hæreticus. Addit. P. Martenè.

CAP. XX. *De conſenſu populi cum principe in ordinando ſucceſſore.*

Synodus dicit : Definimus omnes principem B non ordinandum, niſi vocatis clericis, & parochia in unum conſentientibus.

CAP. XXIII. *De aliis deſiderantibus principatum indigne, hoc eſt incipientibus, aut nuper a mundo converſis.*

Synodus : Decernimus ut diſcat quod doceat, reformetur quod tencat, & ſicut lucerna ſuper candelabrum poſita luceat, ut adverſa vis ventorum irruens conceptam eruditionis flammam non exſtinguat, ſed augeat.

CAP. XXVII. *De pœnitentia blaſphemantis principem bonum.*

Patricius ait : Qui murmurat verba blaſphemiæ contra principem bonum per odium, vel invidiam, cum pane & aqua pœniteat VII. dieC bus exemplo Mariæ contra Moyſen murmurantis.

CAP. XXIX. *De eo quod incipientes præeſſe debent.*

Synodus totius mundi & patricius decrevit : Qui incipiens eſt, nullo modo præeſſe liceat, ſed ſub manu abbatis catholici opus ſuum exerceat.

CAP. XXXI. *De manendo in omni vocatione.*

Gildas : Unuſquiſque in quo vocatus eſt, in eo permaneat ; ut nec primarius niſi voluntate mutetur ſubjectorum, nec ſubjectus niſi ſenioris conſilio locum prioris obtineat.

CAP. XXXIII. *De peſſimis principibus ejiciendis.*

Superbus angelus de cælo ejectus eſt ; Adam D poſt peccatum de paradiſo in terra ejectus eſt ; Hieroboam rex iniquus a decem tribubus deſeritur. Omnes hæretici quamvis magnarum urbium principes ſint, denudata eorum hæreſi, a cathedris ſuis conſenſu Synodi ejecti ſint.

CAP. XXXV. *De eo quod non diſperſa eſſe debet eccleſia per contumaciam, ſed congreganda eſt, ut oves in ovile.*

Synodus Hibernenſis : Si qua contumacia inter principem & nomon ejus per diſcordiam aliquam orta ſit, non rejiciat paſtor gregem ſuum in diſperſionem, nec oves paſtorem fugiant, ſed invicem pacificentur, dicentes : *Introibo ad altare Dei mei*. Gregorius Nazianzenus tractat hoc dicens : Ab altario non quislibet poteſtaE tem habet me repellere. Nec fraudetis unquam ovile veſtrum : non inſurgant pedes adverſum caput, neque caput a ſe eſſe alienos deputet pedes.

CAP. XXXVII. *De eo quod non debet princeps putare proprium quod ſibi deponitur ſed eccleſiæ.*

Synodus : Pontifices vero quibus aut cum eccleſia aut ſequeſtratim donatur aliquid, hoc non quaſi proprium, ſed inter facultates eccleſiæ computabunt.

EX LIBRO XXXVII.

De doctoribus.

CAP. XVI. *De emendatione doctorum, quod ab ipsis hæresis orta est.*

SYnodus: Notandum quod a sapientibus hæresis per mundum delata est.

EX LIBRO XXXVIII.

De monachis.

CAP. I. *De nomine monachorum.*

SYnodus Hibernensis: Monachus græce, latine unalis, sive quod solus in eremo vitam solitariam ducit; sive quod sine impedimento mundiali mundum habitet; sive quod in hac vita solus, etsi inter multos habitet, versetur.

CAP. IV. *De eo quod non oportet monachum fieri sine abbate.*

Synodus: Non oportet monachos fieri sine gubernatione, nisi tantum una hora, ne ventus discordiæ, & dissensionis disperdeat ecclesiam.

CAP. V. *De eo quod non oportet monachum habere proprium.*

Gildas dicit: Quidquid monacho de rebus B sæcularibus superabundaverit, ad luxurias & divitias debet referri, & quod necessitate non voluntate habere compellitur, ut non penuria cadat, non illi ad malum reputabitur.

CAP. VI. *De monacho non retinendo ab abbate suo.*

Gildas dicit: Abbas remissus non retineat monachum suum ad districtiora se tendentem.

CAP. VII. *De monachis fugientibus susceptis, vel non susceptis.*

Gildas ait: Qui veniunt ad vos de viliore loco ad perfectionem, quorum abbas ita degeneravit ab opere Dei, ut mercatur ad mensam non recipi sanctorum, & fornicationis crimine non suspectionis, sed male videntis one- C rari, suscipite etiam sine ullo scrupulo monachos tales ad vos de flamma inferni confugientes, nequaquam illorum consulto abbate; illos vero quorum abbatem de mensa sanctorum propter infamiam non arcemus, non debemus illo nolente suscipere; quanto magis venientes de sanctis abbatibus & nullo alio modo suspectis, nisi quod habet pecora & vehicula, vel pro consuetudine patriæ, vel sua infirmitate, quæ minus lædunt habentes, si cum humilitate & patientia, quam aratra trahentes & sofosoria figentes terræ cum præsumptione & superbia. Item navi fracta qui potest natare, natet.

CAP. VIII. *De eo quod debet monachus dare abbati acquisita.*

Synodus dicit: Monachus, qui per contumaciam per deserta loca vagari cœperit ut habere aliquid præsumpserit proprium, omnia quæ acquisiverit abbati deferantur secundum monasterii regulam: ipse vero tamquam fugax sub custodia revocetur.

CAP. X. *De eo quod ambo excommunicandi sunt, monachus fugitivus & susceptor illius.*

Patricius: Quicumque excommunicatus fuerit a quolibet clericus, & ab alio susceptus fuerit, coæquali pœnitentia corripiantur.

CAP. XI. *De vago monacho excommunicando.* A

Patricius ait: Monachus inconsulto abbate vagus ambulans in plebe, debet excommunicari.

CAP. XV. *De eo quod non oportet monachos a congregatione secedere.*

Synodus Agathensis: Monachis ad solitarias cellulas non liceat a congregatione recedere, nisi forte proba iis post meritos labores ab abbatibus permittatur; ita tamen, ut intra eadem monasterii septa manentes, separatas habeant cellulas.

CAP. XVI. *De eo quod non oportet monachos cellam construere sine abbatis permissu.*

Synodus Aurelianensis: Nullus monachus ambitionis & vanitatis impulsu cellam sine abbatis B sui permissione construere præsumat.

EX LIBRO XXXIX.

De excommunicatione.

CAP. I. *De ordinatione excommunicationis.*

SYnodus Hibernensis VI. modos dicit, a celebratione, a communicatione missæ, a cohabitatione, a benedictione, a colloquio pacifico, a commeatu.

CAP. IX. *De eo quod non cito quis excommunicandus sit.*

Gildas: Ait non Noe Cham filium suum magicæ artis scribam ab arca, aut mensæ communione voluit arcere. Non Abraham Aner & Heschol in debellatione v. regum exhorruit. Non Loth Sodomorum convivia execratus est, Non Isaac participationem mensæ Abimelech. & Ochaz, & Phicol ducis militum negat; sed post cibum & potum juraverunt sibi mutuo. Non Jacob extimuit communicare filiis, quos novit venerari idola. Non Joseph renuit Pharaonis mensæ & scypho participari. Non Aaron sacerdotis idolorum Madian mensam repulit. Nec non Moyses simul cum Jethro hospitium & convivium pacificum inivit. Non Christus convivia paganorum devitabat, u om- D nes peccatores & meretrices salvaret.

CAP. VII. *De eo quod suscipienda non sit eleemosyna excommunicati.*

Patricius: Quicumque clericus excommunicatus fuerit, nec ejus eleemosyna in ecclesia recipiatur.

CAP. VIII. *De eo quod non debet excommunicatus offerre vel baptizare, sed solum orare.*

Patricius: Si quis excommunicatus fuerit, solus ex eadem hora orationem faciat, nec offerre nec baptizare liceat ei, donec se faciat emendatum.

CAP. XI. *De eo quod non tam esca & potus, quam cogitatio & opus pravum hominem maculant.*

Synodus: Non tam esca & potus nocent, E quam mala cogitatio & opus pravum hominem maculant; sine alio enim potes esse, sine vero teipso nunquam.

CAP. XIV. *De eo quod melius est secedere a malis, ne simul quis cum illis pereat.*

Synodus: Omnis clericus qui ludum spectare desiderat, degradetur.

Item: Quicumque clericus in bello aut in rixa mortalium & gentium ludis mortuus fuerit, neque oblatione, neque oratione postuletur pro eo, sed in manus incidat judicis; sepultura tamen non privetur.

EX LIBRO XL.

De commendationibus mortuorum.

CAP. II. *De principe aut episcopo sua propria commendante.*

SYnodus: Omnis princeps potest commendare sua propria post mortem.

CAP. III. *De eo quod non liceat principi commendare res ecclesiæ.*

Synodus: Omnis princeps Christianus ut invenerit ecclesiam, sic derelinquat, nisi consensu clericorum nihil in morte commendet, ne maledictionibus post mortem gravetur.

CAP. IV. *De eo quod potest princeps commendare aliqua de rebus ecclesiæ.*

Synodus Hibernensis: Princeps in sua morte etiam de rebus ecclesiæ commendare potest, hoc est pretium ancillæ, sive de mobili substantia, sive de agro.

Item testamentum episcopi, sive principis est x. scripturi sacerdoti danti sibi sacrificium, sagum pauperi, viaticum cibi viduæ, commune vestimentum ministro, & hæc tamen firmentur a clericis.

CAP. VIII. *De degente sub censu nihil commendante.*

Synodus Hibernensis: Sicut sine permissu abbatis monachus nihil commendare audebit; ita degens sub censu potestatem non habebit donare aliquid in morte sua, nisi jubente domino suo.

CAP. IX. *De degente sub censu sua commendante.*

Synodus Hibernensis: Si quis fuerit sub censu regali, abbate, & commendaverit aliquid; si audierit & tacuerit dominus diebus, non potest retrahere; sin vero, irritum erit.

CAP. *De commendatione mulieris degentis in conjugio.*

Synodus Hibernensis: Si vir ejus tacuerit diebus, non retrahet quodcumque dedit; si vero non tacuerit, irritum erit ejus testamentum præter corporis sui rationem, & sagum & vaccam cum corpore suo si habuerit: ecclesiæ, cui servierit, quamdiu cum viro suo fuerit, ex consensu viri tertiam partem substantiæ suæ dabit, sed vir ejus distribuet: cætera vero viri sui & filiorum ejus erunt.

EX LIBRO XLI.

De ecclesia & mundo.

CAP. III. *De ecclesia non denudanda a mundo.*

SYnodus: Fures & latrones & raptores de ecclesia ejiciendi sunt.

Item: Si fraudaveris amicum, furtum est; ecclesiam vero fraudare, sacrilegium.

CAP. VI. *De ecclesia, ut totum non rapiat.*

Synodus: Nullum oportet fraudare filios aut fratres aut propinquos.

Item: Ecclesia nonnisi partem Dei accipiat: cum enim hæres mundi venerit, retrahet ea quæ mundi sunt.

CAP. VII. *De duabus ecclesiis contendentibus agrum unum.*

Synodus: Ager inquiratur in scriptione duarum ecclesiarum: si in scriptione non inveniatur, requiratur a senioribus & propinquis quantum temporis fuit cum altera, & si sub jubileo certo mansit, sine vituperatione maneat in æternum. Si vero senes non inventi fuerint, inter se dividant, & altera cui propinquior det pretium quantum judices judicaverint.

CAP. VIII. *De jure ecclesiæ non pereunte, licet multa tempora transierint.*

Synodus: Si episcopus humanitatis obtentu villulas clericis, vel monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamsi longa temporum spatia transire comprobantur, ad ecclesiam revertentur.

CAP. X. *De eo quod liqueat ecclesiæ sumere danda hostium omnia.*

Synodus: Non-ecclesia quærere, & data respuere. Addit. P. Marlene.

CAP. XV. *De ecclesia non retinente aliquem per vim.*

Synodus: Si quis sua voluntate discesserit, notetur coram testibus & relinquatur Deo.

CAP. XVI. *De eo quod non comedendum neque dormiendum in ecclesia.*

Synodus: Non oportet intra domum Dei cibum carnalem comedere, nec accubitos ad dormitationem sternere. Inde Christus vendentes & ementes extorquebat dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Addit. P. Marlene.

CAP. XIX. *De eo quod melior divisio quam discordia.*

Synodus: Melius est dividere, quam semper discordare; divisio enim præstat pacem, discordia vero destruit.

CAP. XXI. *De quanto malo merentur projectores infantum in ecclesia Dei.*

Synodus Hibernensis: Quicumque infantes in ecclesia Dei projiciunt ignorante abbate, si in ea episcopi sunt sepulti, aut præsentes sint, III. annis & dimidio pœniteant. Si vero homicidium in ea fecerint, VII. annis pœniteant. Unde hoc sumptum est, quod episcopus VII. gradus habet, & ecclesia septiformis est. Si vero non habuerint episcopos, sed parva sit ecclesia, anno & dimidio pœniteant.

CAP. XXII. *De infantibus in ecclesia projectis.*

Eadem ait: Filius allatus servus est ejusdem, nisi depretiatur, nec noxa ejus maculabit ecclesiam, si protervus sit; si tamen in quantum valet corripuerit filius allatus ecclesiæ: si intra c. dies ab ea discesserit, nullam potestatem habebit, sed ad nutrientium jus pertinebit: si ecclesia pecuniam sumserit a parentibus in quantumcumque nutrientium more parentum erit filius: si infans mortuus fuerit per negligentiam, VII. annis pœniteant, quia Christum necaverunt. Hinc alii judicant, ut VII. annis pœniteant qui infantes projiciunt, ut quantum malum infixerint in ecclesia Dei, tantum accipiant.

CAP. XXIII. *De quærentibus pecunias vituperandis.*

Synodus: Qui facultates ecclesiasticas subsidio vitæ congregant sub nomine misericordiæ, tollat ab eis auctoritas, si neminem captivorum redemisse comperiuntur: & quod acquisierint, in redemptionem captivorum distribuatur, & alieni a christianis fiant, donec pœnitentiam trium annorum agant.

Patricius: Si quis redemptionem captivi inquisiverit in plebe, suo jure, sine permissione abbatis, meruit excommunicari.

CAP. XXIV. *De collecta pecunia non vituperanda, necessitate cogente.*

Patricius: Si quis acceperit permissionem pontificis, & collectum sit pretium captivi, non plus exi-

exigens quam neceſſitas poſcit, ſi quid ſupra remanſerit, ponat ſuper altare, & indigentibus detur & captivis.

Item: Si quis colligit pecuniam ſub nomine miſericordiæ, non audeat ſpoliare eccleſiam Dei, ſed reges & plebes, quibus melius eſt dare, quam recondere.

CAP. XXV. *De eccleſia ligatum ſolvente.*

Synodus Hibernenſis: Si eccleſia ſolverit vinctum de vinculo, det vincula pretii pœnitentiæ ſuper eum; ſi vero ille non impleverit pœnitentiam, & fecerit aliquod malum, non veniet maledictum ſuper eccleſiam Dei: eccleſia enim habet poteſtatem ligandi & ſolvendi & libera eſt, & unuſquiſque in eam debitor eſt.

CAP. XXVI. *De eccleſia degente ſub cenſu non ſolvente vinctum.*

Eadem Synodus: Si eccleſia ſub cenſu regis deguerit, & mundialibus quibuſdam funibus conſtricta ſit, non eſt digna ſolvere vinctum, nam ſi ſolverit, reddet debita delictorum ejus.

CAP. XXVII. *De libertate eccleſiæ catholicæ non reddente debita malorum.*

Eadem Synodus: Non reddet eccleſia in tribulatione delicta aliorum. Sicut non venient delicta dæmonum ſuper Deum aut angelos ejus; ſic non venient delicta membrorum diaboli ſuper membra Chriſti, ideſt ſuper ſanctos, nec monachorum fugientium ab eccleſia; neque peregrinorum peſſim rum, neque eorum qui jaciuntur ſuper eccleſia, ideſt collectorum malorum, nec cognationum mundialium; ſed mundiales delicta aliorum mundialium, quæ commiſerunt in eccleſia, eccleſiæ reddent; ſimiliter mali fratris delictum non maculabit fratrem religioſum ſive ſpiritualiter, ſive mundialiter in delicto ejus reddendo.

CAP. XXVIII. *De ordine delicti fratris peccantis.*

Eadem Synodus: Primum delictum uniuſcujuſque mali hominis veniet ſuper ſubſtantiam ſuam & pecora ſua: ſecundum ſi non habuerit ſubſtantiam aut pecora, veniet ſuper regiones ſuas; ſi non habuerit regionem, veniet ſuper regem ſuum; ſi non habuerit regem, veniet ſuper eum qui arma dedit, & veſtimenta illius qui delictum fecit: ſin vero, poſtremo veniet ſuper illum qui cibavit illum, & lectum dedit. Si vero nihil de his omnibus inveniatur, & delinquat in eccleſia, quæratur a regno maximo provinciæ in qua eſt eccleſia iſta.

CAP. XXIX. *De culpa peccatorum non veniente ſuper eccleſiam, etiamſi paſcat eos.*

Synodus eadem: Si eccleſia dederit cibum illi qui delictum fecerit, non veniet delictum mali hominis ſuper eccleſiam propter cibum datum ab eccleſia malo homini, quia columba vera eſt; columba autem non ſuis tantum pullis miniſtrat, ſed omnibus avibus aperientibus os ſuum: ita omnibus ſervit eccleſia, Domino dicente: *Eſtote perfecti ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos; ſuper juſtos & injuſtos.*

CAP. XXX. *De mundialibus non jurantibus ſuper diſceſſorem eccleſiæ.*

Synodus eadem: Defendit ſe eccleſia etiam poſt obitum principum ſuorum, & non juratur ſuper illam, ideſt ſuper diſceſſores, quia viva ſunt verba illorum. Hoc exemplo ſanctæ ſcripturæ: *Et patres noſtri narraverunt nobis; non ſunt occultata* a filiis eorum. Et illa jurat ſuper mortuos mundiales, & ideo non juratur ſuper illam, quia libera eſt, & non ergaſtulum.

EX LIBRO XLII.

De locis.

CAP. I. *De eccleſia ab infidelibus non fundanda.*

SYnodus: Si quis ingreſſus fuerit locum, non ab infidelibus aut a laicis, ſed ab eccleſia fundatur eccleſia.

CAP. III. *De fundamento eccleſiæ ab infidelibus accepto.*

Synodus ait: Quicumque ædificat eccleſiam, ſi ab infidelibus accipiat fundamentum, convocet epiſcopum & ſeniores, & firmetur epiſcopo, & firmet epiſcopus in oblationem Deo & advenis.

CAP. IV. *De converſatione advenæ accipientis locum.*

Synodus patricii dicit: Si quis advena ingreſſus fuerit in plebem, non ante baptizet, nec offerat, nec conſecret, nec ædificet eccleſiam, donec permiſſionem accipit ab epiſcopo illius provinciæ, quod exemplum humilitatis eſt; nam qui ſperat ab infidelibus, a laicis & non ab epiſcopo permiſſionem accipit, alienus eſt.

CAP. V. *De advena non valente tenere locum ſuum.*

Synodus Hibernenſis ait: Placuit ut advena accipiat locum inter monaſteria; cum vero datum ei locum obtinere non potuerit, ad ſuum monaſterium revertetur unde venerat. Si ab infidelibus accipit & non potuit obtinere, accipiat pretium ejus ab hæredibus, aliis vero vendi non poterit. Si in eo plantaverit reliquias ſanctorum, poteſt dare aliis clericis, ſed tantum perfectis.

CAP. VI. *De eo qui dat locum alicui, ſi ſeparati fuerint, hoc modo ſeparabuntur.*

Hibernenſis Synodus: Oportet ut princeps qui ſeipſum non dedit, aut ſua, ſed tantum ſervabit eccleſiæ, ſi ejectus fuerit, aut voluerit abſcedere, dimittat dimidium ſeminis in pecoribus eccleſiæ, & quod ei datum relinquat intactum, niſi quod neceſſitas loci illius exegerit ab eo, & quod ſecum intulit, tollat. Si ipſe dominatricem aut miniſtros conduxit, in ſua parte erunt: ſi vero cauſa loci conduxit, cum parte loci exibunt, & omnes oblationes alienorum inter principem & eccleſiam dividentur in ſeparatione; ſed ſi princeps ſacerdos catholicus ſit, omnes hos labores quos ille fecit, & omnia loci ornamenta, loci erunt; & quidquid ipſe laborantibus impenderit de ſubſtantia loci non reddet, exceptis rebus maximis & propriis, id eſt ſpecialibus eccleſiæ vaſis. Aliis vero placuit, quod in primo anno ſparſit, in ſeparatione non reddet, quia egenus fuit.

CAP. XI. *De termino ſancti loci ignoto, terminatoque tribus perſonis.*

Synodus Hibernenſis: Terminus ſancti loci habeat ſigna circa ſe.

Synodus dicit: Ubicumque inveneritis ſignum crucis Chriſti, ne læſeritis.

Item: Tres perſonæ conſecrant terminum loci ſancti, rex, epiſcopus, populus.

CAP. XII. *De numero terminorum ſancti loci.*

Synodus eadem quatuor terminos circa locum ſanctum poſuit: Primum, in quem laici & mulieres intrant: alterum in quem clerici tantum veniunt. Primus vocatur ſanctus; ſecundus ſanctior; tertius ſanctiſſimus. Nota nomen quarto defeciſſe.

CAP.

Cap. XV. *De decreto Hibernenſium in violandis reliquiis.*

Synodus Hibernenſis; Quicumque reliquias epiſcoporum vel martyrum homicidio violaverit, VII. annis peregrinus pœniteat: ſi vero furto III. annis. Si autem in termino loci ſancti occiderit, in quo laici hoſpitantur, anno uno: indulgemus vero poſteriora tempora L. dies: quia non locus ſanctus dicendus eſt in quem homicidæ cum ſpoliis, fures cum furtis, adulteri & perjuri & præcones & magi intrant. Et non ſolum omnis locus ſanctus debet intus mundari, ſed & ejus termini qui conſecrati ſunt, mundi eſſe debent.

Cap. XV. *De tanto graviore pollutione ſancti loci, quanto plures in eo ſancti.*

Patricius ait: Quicumque Diis, hoc eſt martyribus detrahit, Deo detrahit; quanti enim cumque martyres in eo humati ſunt loco, tantum Deo detrahit.

Cap. XXV. *De prophanatione, cur charior ſanctus ſanguis quam ſanctus locus?*

Synodus: Sanguis martyrum conſecrat locum, non locus ſanguinem. Si aliquis dixerit, mea eſt eccleſia, dices ei quod in cantico legitur: *Una eſt columba mea, & unus eſt dilectus meus.* Et dices illi: aptum eſt, filium occidi in ſinu matris & nutricis ſuæ, tamen ſcias nutricem tantum pollutam, & pro hac pollutione conſecratur, filium vero mortuum eſſe. Item Ouvius epiſcopus dicit: Reliquias nemo poteſt pollue- C re, quorum animæ viſione Dei ſatiatæ mundialia oblivioni tradunt, animæ vero martyrum ſub ara Dei clamant dicentes: *Vindica ſanguinem noſtrum.*

Cap. XXV. *De nomine baſilicæ & ejus ſciſſuræ.*

Synodus Hibernenſis: Baſilion græce, rex latine: hinc & baſilica, regalis, quia in primis temporibus reges tantum ſepeliebantur in ea, nomen ſortita eſt: nam cæteri homines ſive igni, ſive acervo lapidum conditi ſunt.

Item: nemo alienus fuerit qui libertatem ſcindendi baſilicam ſine principis permiſſione habet; & ſi hoc auſus fuerit, reddet ſecundum dignitatem ejuſdem loci.

EX LIBRO XLIII.

De quæſtionibus mulierum.

Cap. II. *De eo quod cavenda ſit elatio in continentia.*

Synodus: Si quis ex his, qui virginitatem propter Dominum ſervant, extollitur adverſus conjugatos, anathema ſit.

Item: Unuſquiſque qui virginitatem cuſtodit, propter Dominum faciat, non propter execrationem conjugii; qui enim virum fidelem & religioſam feminam deteſtatur, aut culpabiles æſtimat, anathema ſit.

Cap. VII. *De veris viduis.*

Synodus: Viduæ quæ eccleſiæ ſtipendio ſuſtentantur, tam aſſidue in opere Dei eſſe debent, ut orationibus & meritis eccleſiam adjuvent.

Cap. VIII. *De eo quod debet eccleſia viduas ſuas debiles alere.*

Synodus dicit: Viduæ adoleſcentes quæ corpore debiles ſunt, ſumptu eccleſiæ, cujus Viduæ ſunt, ſuſtententur.

Cap. X. *De palliatarum nomine.*

Synodus Hibernenſis: Palljum a palliditate A dictum; hinc & palliata ſive Pallas Dea, quæ & Minerva, cujus templum pallidum eſt, cujus ſacerdotes virgines erant palliatæ, hoc eſt velatæ; hinc in novo transfertur ad palliatas, hoc eſt velatas.

Cap. XI. *De ætate qua debent virgines velari.*

Synodus: Sanctimoniales, quælibet, vita earum & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ duodecimum non velentur.

EX LIBRO XLIV.

De ratione matrimonii.

Cap. XI. *De temporibus in quibus continere* B *ſe debent conjugati.*

Synodus Hibernenſis: In tribus quadrageſimis anni, & in Dominica die, & in feriis quartis, & in ſextis feriis conjuges continere ſe debent.

Item: In omnibus ſolemnitatibus, & in illis diebus quibus uxor prægnans, hoc eſt, a die quo filius in utero ejus motum fecerit, uſque ad partus ſui diem.

Item: a partu per XXXVI. dies ſi maſculus; ſi vero filia XLVI. dies.

Item: Habitantibus illis in habitu religioſo copulari non permittitur.

Cap. XXXI. *De editis filiis de vivorum virorum* C *uxoribus adulterantibus.*

Synodus Hibernenſis: Si quis legitimam conjugem alicujus corrumpit, & ſuperſeminaverit ſemen, ut prægnans ſit mulier, filius ille erit corporis a quo genitus eſt. Sed tamen pretium filii dabit, quantum judices judicaverint. Si vero adulterium ſuperſeminaverit, nihil reddet corruptor, nec adulter dabit aliquid adultero, niſi forte confeſſo filio pretium educandi.

Cap. XXXII. *De omni adultero excommunicando.*

Synodus Hibernenſis: Omnis adulter ſive a concelebratione, ſive a communicatione menſæ, ſive a cohabitatione, ſive a benedictione, ſive a colloquio, ſive a commeatione, donec pœniteat, excludendus eſt:

D Cap. XXXIII. *De recipienda adultera poſt pœnitentiam, & de quantitate pœnitentiæ.*

Synodus: Ut mulier juncta alii viro cauſa adulterii, excommunicata fiat definimus, donec pœnitentiam agat; & poſt pœnitentiam reconcilietur viro ſuo.

Patricius: Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non ducat aliam uxorem quamdiu viva fuerit in vicem ancillæ; & annum integrum in pane & aqua per menſuram pœniteat, nec in uno lecto permaneant.

Synodus: Septem annis pœniteat; tribus quidem diſtricte, quatuor vero remiſſe. Similiter de viro intelligenda, ſi & ipſe adulteraverit.

Cap. XXXVII. *De deſponſatis puellis, & ab* E *aliis corruptis.*

Synodus: Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis corruptas, placuit erui, & aliis reddi, quibus ante fuerant deſponſatæ.

Cap. XXXIX. *De eo quod non poteſt mulier accuſare virum ſuum de incerto adulterio.*

Synodus ait: Latente commiſſo virorum non facile aliquis ex ſuſpicionibus ſeparandus, qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur.

EX LIBRO XLV.

De pœnitentia.

CAP. XI. *De pœnitentia agenda etiam in ultimo ſpiritu.*

PAtricius: Si quis infirmatur, agat pœnitentiam etiam ex neceſſitate, quia miſericors eſt Deus.

CAP. XIII. *De loco pœnitentiæ.*

Synodus dicit: Corrigendi & pœnitendi locus conſiderandus eſt.

EX LIBRO XLVI.

De regionibus cenſus.

CAP. I. *De diviſione regionis cenſus in tres partes.*

SYnodus: Omnis hæreditas ſub cenſu regis & eccleſiæ illigata in tres partes dividatur. Prima pars hæredibus ſine ſorte datur. Secunda regibus. Chriſtus enim dicit: *pro me & te*, Petro. Tertia vero Deo, ut *Domini eſt terra & plenitudo ejus &c.* Tertiam partem Deo dant; tertiam partem regi, qui regit, & fulcit eccleſiam cum Deo & hominibus. Et tres ordines columnarum in templo leguntur; primus lignorum ſine tegmine, hoc eſt ſubjecti; ſecundus cum argento, ſignificans reges; tertius cum auro, ſignificans principes catholicos.

CAP. V. *De eo quod regis & epiſcopi æqualis ſit cenſus.*

Synodus Hibernenſis ait: Omnis qui auſus fuerit ea quæ ſunt regis aut epiſcopi furari, aut rapere, aut aliquid in eos committere, parvipendens diſplicere, VII. anciſlarum pretium reddat, aut VII. annos pœniteat cum epiſcopis.

EX LIBRO L.

De Tonſura.

CAP. VI. *De tonſura Britonum.*

GIldas ait: Britones toto mundo contrarii moribus Romanis inimici, non ſolum in miſſa, ſed etiam in tonſura cum Judæis umbræ futurorum ſervientes, quæ veritati Romani dicunt, quorum tonſura aure ad aurem tantum contingebat, pro excellentia ipſa magorum tonſura, qua ſola frons anterior tegi ſolebat priorum. Auctorem vero hujus tonſuræ in Hibernia ſubulcum regis Loigairi filii, illis extitiſſe patricii ſermo teſtatur, ex quo Hibernenſes pene omnes hanc tonſuram ſumpſerunt.

De excommunicandis clericis qui non tonſurantur Romano more.

Addit. P. Martene. Patricius ait: Quicumque clericus ab oſtiario uſque ad ſacerdotem ſine tunica femorali viſus fuerit, quæ turpitudinem ventris non tegat & nuditatem; & ſi non more Romano tonſus fuerit, & uxor ſi non velato capite ambulaverit, pariter condemnabuntur, & ab eccleſia ſeparabuntur.

CAP. VII. *De excommunicandis clericis qui non tondentur tonſura Romana.*

Patricius: Si quis clericus, cujus capilli non ſunt tonſi Romano more, debet excommunicari.

EX LIBRO LI.

De beſtiis mitibus.

CAP. V. *De canibus.*

HIbernenſes dicunt: Canis catenatus quidquid mali fecerit in nocte, non reddetur a domino ſuo; ſi vero in die violaverit aliquem, reddet dominus ejus. Canis vero pecorum quidquid mali fecerit in ovello aut in paſcuis ſuorum pecorum, non reddetur a domino ſuo, ſi vero extra fines exierit, reddetur pro eo quidquid mali fecerit.

CAP. VIII. *De pilacibus.*

Hibernenſes dicunt: Pilax ſi quid mali fecerit nocte, non reddet dominus ejus: in die vero nocens, reddet.

CAP. IX. *De gallinis.*

Hibernenſes dicunt: Gallinæ ſi devaſtaverint meſſem aut vineam aut hortulum in civitate ſepe circumdatum, quæ altitudinem habet uſque ad mentum viri, & corona ſpinarum habuerit, reddet dominus earum; ſin vero, non reddet. Si vero foras exierint ultra ſiccatorium, dominus reddet, ſi aliquid mali fecerint.

EX LIBRO LII.

De carnibus.

CAP. X. *De eſu ferarum maxime cervorum licito.*

HIbernenſes dicunt: Caro ferarum, ut multi putant, ad eſum licita: quia magis æruginem vitalium, quam ſaturitatem gignit. Quidam eam ſimilem carni reliquæ dicunt; quia ſaturitatem ventris, ut alia caro præſtat: tamen eccleſia has III. carnes eſui conſecravit.

CAP. XII. *De ſuibus manducantibus homines.*

Theodorus ait: Porci qui ſanguinem guſtantes tetigerint, manducentur; ſed ſi cadavera mortuorum lacerantes manducent, carnes eorum non licet comedi, uſquequo macerentur.

Item: ſi porcus ſanguinem biberit, licet; ſi tantum guſtaverit, nihil eſt.

CAP. XIV. *De morticinis ſuibus, & de animalibus ſanguinem humanum ſumentibus, & de carnibus comeſtis a lupis, de piſcibus, & ſtrangulatis animalibus, de comeſtis ab accipitre, & de equo.*

Theodorus epiſcopus dicit: Græci carnem morticinam non dant porcis ſuis. Pelles vero morticinorum ad calciamenta, & lanam & cornua licent accipi; ſed non in ſanctum aliquid: tamen ſi caſu porci comedant carnem morticinorum aut ſanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec gallinas æquali modo. Animalia quæ a lupis ſive canibus conſumuntur, non comedenda niſi porcis projiciantur & canibus; nec cervus nec aper, ſi mortui inventi fuerint. Piſces autem licent, quia alterius naturæ ſunt. Aves & animalia cætera, ſi in rebus ſtrangulentur, non ſunt comedenda: Paulus enim ait: *Abſtinete vos a ſuffocato ſanguine & ab idololatria.* Similiter ab accipitre mortua. Equum non prohibent, tamen conſuetudo non eſt comedere.

EX

A

EX LIBRO LVI.

De ſubſtantiis hominum.

CAP. III. *De tribus liberis a peccato alieno.*

SYnodus Hibernenſis: Tria ſunt quæ peccata aliena non ſuſtinent. Largus homo, ſi domum ſuam cum omnibus communem habet: pecora, quorum fructus & labor communia ſunt omnium, nihil quærentia niſi victum, & victus quo vivunt non hominis, ſed Dei; ſervus domino ſuo fideliter ſerviens. Inde Hieronymus dicit: *Peccatum domini in ſervum non cadet, peccatum vero ſervi in dominum tranſit.* Inde Balaam occiſioni paratus fuit, niſi per aſinam emendatus eſſet, & aſina libera fuit.

CAP. IV. *De pecore non ſumendo ob alicujus peccatum niſi ſuum.*

Synodus Hibernenſis dicit: Ut nihil aliud pecus damnetur, niſi in ſuum peccatum, ſive hominem occidendo, ſive infirmando, ſive aliud pecus occidendo, ſive fœnum ſive meſſem devaſtando.

EX LIBRO LVII.

De ducatu barbarorum.

CAP. II. *De pœnitentia ducentium barbaros.*

SYnodus Hibernenſis ait: Qui præbet ducatum barbaris, XIV. annis pœniteat. Barbarus; ideſt alienus: quis eſt alienus, niſi qui more crudeli & immani cunctos proſternit.

CAP. III. *De jure quo judicant ſenatores* XIV. *annos pœnitentiæ ductorum.*

Synodus Hibernenſis ait: XIV. annos hac de cauſa nancti ſunt ſenatores, ſi baſilicas epiſcoporum incenderint, vel ſi hominem religioſum ſive ſanctimonialem occiderint, vel proſtraverint, ſive innocentes de eccleſia ſubtraxerint: ductor VI. annos ſui cauſa, VII. annos alios cauſa ductorum pœniteat.

CAP. IV. *De ductore qui non implet animi effectum.*

Synodus: Judas reatum trium accepit, qui dolum elegit, & induxit alienos, & pretium doli aſſumpſit. Pſalmus dicit: *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.*

EX LIBRO LXI.

De artificio artificum.

CAPUT I.

HIbernenſes dicunt: Si quis artifex opus inertis faciat, & ferramenta uſque ad dimidium quæſiverit, dimidium pretium habebit; ſin vero, tertiam partem ædificii ſui accipiet, ut ſit tertia pars operariis, tertia cibo & ferramentis unde judices habebunt; hoc eſt judex ab artificibus, & judex a præſidentibus eccleſiæ vel caſtuli, & quantumcumque voluerit pro operatione judicabunt, non ſecundum utilitatem; poſtea artifex habebit pretium benedictionis. Sic judicabuntur & alia dona. Qui vero noluerit ſecundum hoc concilium facere, ſiat excommunicatus, & nemo eum accipiat, & in morte carebit communione.

EX LIBRO LXIV.

De variis cauſſis.

CAP. III. *De III. petitionibus patricii.*

HIbernenſes dicunt: Tres petitiones patricii ſunt; quarum prima eſt, ut bipartitæ vel tripartitæ regionis pars eccleſiæ propinquorum detur ei. Secunda, ut non per juramentum ab aliquo firmetur ſuper eccleſiam infirmam. Tertia, ut clericus ſimilis quæratur a laico.

De quatuor petitionibus patricii.

Hibernenſes dicunt: Sed Deo tuo gratulare nunc, quia tuæ datæ ſunt tibi quatuor petitiones quas petiſti. Prima petitio eſt, ut in Ardmachi ordinatio tuæ fiat gratiæ. Secunda petitio eſt, ut quicumque hymnum qui tibi compoſitus eſt, in die exitus de corpore cantaverit, tu ejus pœnitentiam judicaveris. Tertia petitio eſt, ut nepotes Divini, qui te benigne ſuſceperunt, miſericordiam conſequantur hic, & in futuro, & non pereant. Quarta petitio eſt, ut Hibernenſes omnes in die judicii a te judicentur, ſicut dicitur ad apoſtolos: *& vos ſedentes judicabitis duodecim tribus Iſrael*: ut eos, quibus apoſtolus fuiſti, judices.

P. Martene hoc caput ita legit.

CAP. VIII. *De his qui ſe putant eſſe juſtos, & non ſunt.*

Gildas in epiſtolis ſuis: Hi dum pane in menſura veſcuntur, pro hoc ipſo ſine menſura gloriantur; dum aqua utuntur, ſimul odii poculo potantur; dum ſanctis ferculis veſcuntur, detractionibus utuntur; dum vigiliis expendunt, aliquos ſomno preſſos vituperant. Jejunium charitati, vigilias juſtitiæ, propriam adinventionem concordiæ, clauſulam eccleſiæ, ſeveritatem humilitati, poſtremo hominem Deo anteponunt. Hi jejunant, quod niſi per aliquas virtutes aſſeratur, nihil prodeſt. Qui vero charitatem perficiunt, cum cithara Spiritus ſancti dicunt: *Quaſi pannus menſtruatæ omnes juſtitiæ noſtræ.*

CAP. XVII. *De eo quod monere melius eſt.*

Patricius dicit: Satius eſt nobis negligentes præmonere ne delicta abundent, quam culpare quæ ſunt facta: Salomone dicente: *melius eſt arguere, quam iraſci.*

EX LIBRO LXV.

De contrariis.

CAP. II. *De tarditate conductionum & ejus brevitate.*

PAtricius: Non oportet judices tam veloces eſſe in judicio, donec ſciant quod probum fiat: quia dictum eſt: *Noli judex eſſe cito*: Iſajas e contra: *Væ mihi qui tacui:*

FRAGMENTUM SYNODI HIBERNENSIS.

Synodus Hibernenſis decrevit.

SAnguis epiſcopi vel excelſi principis vel ſcribæ, qui ad terram effunditur, ſi collirio indiguerit, eum qui effuderit ſapientes crucifugi judicant, vel VII. ancillas reddat. Si in ſpecie tertiam partem de argento, & comparem verticis de auro, latitudinem nec non & ſimilem oculi de gemma pretioſa magnitudinem

Hæc & ſequentia adjecta ſunt ex P. Martene.

nem reddat. Et pro ejus livoris vel vulneris admiratione in conventu, vel in qualibet multitudine usque ad tertium annum, aut eo amplius, si non indulgeat, pretium ancillæ is qui commisit reddat. Si vero sanguis episcopi ad terram non perveniat, nec collyrio indigeat, manus percutientis abscindatur, aut dimidium VII. ancillarum reddat, si de industria: si autem non de industria, pretium ancillæ tribuat. Qui vero episcopum sine effusione sanguinis percusserit, vel commotaverit, dimidium VII. ancillarum pretium reddat. Si autem aliquid de capillis ejus carptum fuerit, sedatium uniuscujusque capilli, ideſt XII. discipuli usque ad XX. de utroque reddatur. Licet enim majus evulsum fuerit, quasi proprium reddi non dicitur. Sanguis presbyteri qui ad terram effunditur donec collyrium suffert, manus interfectoris abscindatur, vel dimidium VII. ancillarum reddat, si de industria; si autem non de industria, ancillæ pretio sanetur. Si ad terram non perveniat, percussor ancillam reddat; si in specie ejus tertiam partem de argento retribuat, percussio ejus ancillæ pretio restituatur, motatio ejus, ut prædiximus, sanetur.

Patricius dicit.

Omnis qui ausus fuerit ea quæ sunt regis, vel episcopi aut scribæ furari, aut rapere, aut aliquid in eos committere, parvipendens despicere, VII. ancillarum pretium reddat, aut VII. annis pœniteat cum episcopo vel scriba.

Incipit præfatio Gildæ de pœnitentia.

I.

PResbyter aut diaconus faciens fornicationem naturalem, sive sodomitam, prolato ante monachi voto, III. annis pœniteat, veniam omni hora roget, superpositionem faciat in unaquaque hebdomada, exceptis L. diebus post passionem; pane sine mensura, & ferculo aliquatenus butyro impinguato die dominico; cæteris vero diebus paximati panis mensura, & misoclo parvum impinguato. Horti oleribus, ovis paucis, Britannico formello utatur. Himina Romana lactis pro fragilitate corporis istius ævi. Tenuclæ vero vel Balthutæ lactis sextario Romano. Sitis gratia & aquæ talimpulo, si operarius est. Lectum non multo fœno instructum habeat. Per III. quadragesimas superaddat aliquid prout virtus admiserit, semper ex intimo corde defleat culpam suam. Obedientiam pro omnibus libentissime excipiat. Post annum & dimidium eucharistiam sumat, & ad pacem veniat, psalmos cum fratribus canat, ne penitus anima tanto tempore cælestis medicinæ intereat.

II.

Si quis inferiore gradu positus monachus III. annis pœniteat, sed mensura gravetur panis. Si operarius, sextarium de lacte Romanum, & alium de tenucla, & aquam quantum sufficiat pro sitis ardore sumat.

III.

Si vero sine monachi voto presbyter aut diaconus peccaverit, sicut monachus sine gradu sic pœniteat. Si autem peccatum voluerit monachus facere, anno & dimidio. Habet tamen abbas hujus rei moderandæ facultatem, si obedientia ejus placita fuerit Deo & abbati suo.

IV.

Antiqui patres XII. presbytero, & VII. diacono pœnitentiæ statuerunt.

V.

Monachus furatus vestem vel aliquam rem, II. annis, ut supra pœniteat, si junior est; si senior, anno integro. Si vero monachus non fuerit, æque anno & maxime in quadragesimis.

VI.

Si monachus exundante ventre evomuerit sacrificium in die, cœnam suam non præsumat. Et si non infirmitatis causa, VII. superpositionibus: si infirmitatis & non voracitatis causa, IV. superpositionibus deleat culpam. Si autem non sacrificium, diei superpositione, & multa increpatione plectatur. Si casu negligens quis sacrificium aliquod perdat, per III. quadragesimas pœniteat, relinquens illud feris & alitibus devorandum.

VII.

Si quis autem ebrietatis causa psallere non potest stupens, elinguis; cœna privatur.

VIII.

Peccans cum pecode, anno: si ipse solus III. quadragesimas diluat culpam.

IX.

Qui communicaverit a suo abbate excommunicato, XL.

X.

Manducans morticinam insçius, XL. Sciendum tamen est quod quanto quis tempore moratur in peccato, tanto ei augenda pœnitentia est.

XI.

Si cui imponitur opus aliquod, & contemptus gratia illud non fecerit. Si vero oblivione, dimidium quotidiani victus. Si autem sumat alterius opus, illud notum faciat abbati cum verecundia, excepto eo nullo audiente; & sic pergat, si jubetur.

XII.

Nam qui iram corde multo tempore retinet, in morte est.

XIII.

Si autem confitetur peccatum, XL. jejunet, & si ultra in peccato persistat, duas XL. Et si idem fecerit, abscidatur a corpore sicut membrum putridum; quia furor homicidium nutrit.

XIV.

Offensus quis ab aliquo, debet hoc indicare abbati, non tamen accusantis, sed medentis affectu, & abbas decernat.

XV.

Qui non occurrerit ad consummationem, canat VIII. in ordine psalmos. Si excitatus veniat post missam; quidquid cantaverunt, replicet ex ordine, fratres. Si vero ad secundam venerit, cœna careat. Si quis errans commotaverit aliquid de verbis sacris ubi periculum adnotatur, triduanum aut III. superstitiones faciat. Si sacrum terra tenus negligendo cecideriť, cœna careat. Qui voluntate obscœno liquore maculatus fuerit dormiendo, si cervisa & carne abundat cœnubium est, III. noctis horis stando vigilet, si sanæ virtutis est. Si vero pauperem victum habet, XXVIII. aut XXX. psalmos canet stando supplex, cum opere extraordinario perdat.

XVI.

Pro bonis regibus sacra debemus offerre, pro malis nequaquam.

XVII.

Presbyteri vero pro episcopis non prohibentur offerre.

XVIII.

Qui arguitur pro aliquo delicto, & quasi inconsultans refrænatur, cœna careat.

XIX.

Qui ſarculum perfrangit & ante fracturam non habuit, aut illo extraordinario opere reſtituat, aut ſuperponat.

XX.

Qui viderit aliquem ex fratribus abbatis tranſgredi præcepta, debet abbatem non celare; ſed ante admoneat peccantem; ut ſolus quod male agit confiteatur abbati, non tam delator, quam veritatis regulæ executor inveniatur.

HUC USQUE GILDAS.

Incipit nunc Synodus Aquilonalis Britanniæ.

I.

CUM muliere vel cum viro peccans quis expellatur, ut alterius patriæ cœnubio vivat & pœniteat confeſſus III. annis clauſus. Et poſtea frater illius altari ſubjectus. Anno uno diaconus, III. presbyter, IV. epiſcopus, & abbas ſuo quiſque ordine privatus doctoris judicio pœniteat.

II.

Qui ſeipſum coinquinaverit, annum clauſus pœniteat, puer XII. annorum XL. aut III. quadrageſimis. I. diaconus anno clauſus, & cum fratribus pœniteat de medio. Sacerdos uno clauſus, & cum fratribus altero.

III.

Monachus conſecrata furatus exilio anno uno, & altero cum fratribus pœniteat. Si autem intraverit, exilium patietur. Furatus cibum, quadrageſima; ſi iterato, tres quadrageſimas; ſi tertio, anno; ſi quarto, jugi exilio ſub alio abbate pœniteat.

IV.

Dilatus & dilator conſimili perſona judicentur. Si dilatus negaverit, anno ſimili pœniteat, in ſeptimana II. diebus pane aquaque, & biduano in fine cujuſque menſis omnibus fratribus ſubponentibus, & Deum eis judicem conteſtantibus. Permanentes autem in obſtinatione, anno emenſo, alterius communioni ſub judice flamma ſociantur, & Dei judicio relinquantur. Si quando alter fuerit confeſſus quantum laboris alteri intulerit, tantum ſibi multiplicetur.

Incipit altera Synodus Luci Victoriæ.

Faciens furtum ſemel, anno uno, ſi plura duobus annis. Qui occidit fratrem ſuum non ex odii meditatione, ſi iracundia ſubita, triennio pœniteat. Adulter quoque & ipſe triennio. Qui præbent ducatum barbaris, XIV. annis, tamen ſi non acciderit ſtragis chriſtianorum, & ſanguinis effuſio, & dira captivitas. Si autem evenerit, agant reſiduo vitæ pœnitentiam, relictis armis. Si autem voluerit, & non ad vota ſibi barbaros ad chriſtianos educere, reſiduo vitæ ſuæ pœniteat. Qui perjurium jurat, IV. annis. Qui deducit alium in perjurium ignorantem, VII. annis. Qui deductus eſt ignorans, & poſtea ſcit, uno anno. Qui vero ſuſpicatur quod in perjurium deducitur, tamen jurat, pro conſenſu II. annis. Qui mœcator matris eſt, III. annis cum peregrinatione perenni. Qui cum cane vel cum quocumque peccaverit animali, II. annis & dimidio. Qui facit ſcelus virile ut ſodomitæ, IV. annis. Manu autem ſive alterius ſive ſua, II. annis. Totum hoc quod diximus, ſi poſt votum perfectionis fecerit homo, ſi autem ante votum annus diminuitur de omnibus his tribus: de reliquis vero, ut debet, minuitur dum non vovit.

Incipiunt excerpta quædam de libro Davidis.

I.

SAcerdotes in templo Dei miniſtraturi gulæ gratia vinum & ſiceram per negligentiam, & non per ignorantiam bibentes, IV. diebus pœniteant. Si autem per contemptum arguentium, XL. Inebriati autem per ignorantiam, XV. diebus; ſi per negligentiam XL. ſi per contemptum, tribus quadrageſimis. Qui cogit aliquem humanitatis gratia ut inebrietur, ſimiliter ut ebrius pœniteat. Qui vero effectu odii ſeu luxuriæ, ut turpiter confundat, vel irrideat, ad ebrietatem alios cogit, ſi non ſatis pœnituerit, ſic pœniteat, ut homicida animarum.

II.

Cum muliere deſponſata Chriſto maritove, ſive cum jumento vel cum maſculo fornicantes, de reliquo mortui mundo Deo vivant. Qui autem cum virgine, vel vidua necdum deſponſata peccaverit; dotem det parentibus ejus, & anno uno pœniteat. Si non habuerit dotem, III. annos pœniteat.

III.

Epiſcopus homicidium voluntate faciens, vel quamlibet fornicationem, dolumve, XIII. annos pœniteat. Presbyter autem VII. cum pane & aqua, & ferculo in die Dominico vel ſabbathi. Diaconus VI. ſine gradu. Monachus IIII. niſi infirmitas impediat illos.

IV.

Qui in ſomnis voluntate pollutus eſt; ſurgat, canatque VII. pſalmos, & in die illo in pane, & aqua vivat. Sin autem XXX. pſalmos canat. Volens autem in ſomnis peccare, ſed non potuit, XV. pſalmos. Si autem peccaverit, ſed non pollutus eſt, XXIV. ſi ſine voluntate pollutus, XV.

V.

Antiqui decrevere ſancti, ut epiſcopus pro capitalibus peccatis XXIV. annis pœniteat, preſbyter XII. diaconus VII. ſic virgo lectorque & religioſus. Ebibatus autem IV. nunc autem presbyteri ruentis pœnitentia eſt, diaconique & ſubdiaconi, virginiſque & cujuslibet hominis, hominem ad mortem tradentis, & cum pecodibus, vel cum ſua ſorore, vel cum mariti uxore fornicantis, & venenis hominem occidere volentis, triennium. Primo anno ſuper terram, ſecundo lapidi caput imponendum, tertio ſuper axem jaceat, ſoloque pane & aqua & ſale & leguminis talimpulo veſcatur. Cæterique malint XXX. triduanos vel cum ſuperpoſitionibus, cum cibo lectoque ſupradicto a nona ad nonam uſque ad alterum. Alia eſt pœnitentia III. annis, ſed himina de cerviſia vel lacte cum pane ſaleque: altera e duabus noctibus cum prandii ratione, & ordine XII. horis noctium dierumque Deum ſupplicare debent. Hinc autem presbytero offerre ſacrificium, vel diacono tenere calicem non licet, aut in ſublimiorem gradum aſcendere.

VI.

Uſuram accipiens perdat ea quæ accipit. Præda vel fraude veſcit, ſemiannus. Virgini oſculum in ſecreto præbens, triduanum pœniteat. In eccleſia mendacium jurans, quadruplum pro quo juraverat reddat.

Item Theodorus: Animalia quæ a lupis ſeu canibus comeſſa, niſi porcis & canibus, nec cer-

cervus, nec cerva, vel capræ, si mortui inventi fuerint, non comedendi.

Item Adompnanus medullas ossium cervorum non licet manducari, quos lupi comederunt. Similiter & cervos, quorum sanguinem quamvis parvulum fluxisse cernimus. Perfracta in pedicis crura vetat manducari, morticina esse confirmans carnem, eo quod non fluxerit sanguis superior, qui custos & sedes animæ erat, sed coagulatus est intra carnem quamlibet, extremitas sanguinis effusa sit per extremum quodlibet membrum, sanguis tamen crassior & solidior in quo anima sederat intra carnem coagulatus manet. Itaque quod si non causa vulneris inlisi sedem animæ turbaverit non est sanguinis effusio, sed extremæ partis offensio. Itaque & qui eam carnem comederit, sciat carnem cum sanguine comedisse. Cum enim prohibuit non carnis coctio deerat, sed sanguinis effusio. Et hoc prædictum intelligi debet & de pecoribus, quæ post abscissam, vel tamen sciſſam aurem, in extrema infirmitate mortua sunt; adipem tamen & pelles in usus varios habebimus.

Item Theodorus: Pisces autem licent quia alterius naturæ sunt, si mortui inveniantur, vel in retibus strangulati. Aves & animalia etiamsi in retibus strangulentur, non sunt comedenda. Paulus enim ait: *Abstinete vos a suffocatu, sanguine, & ab idolatria.* Similiter ab accipitre mortificanda sunt.

Apes si occidant hominem, festinanter occidendi sunt. Mel tamen manducetur.

Animalia coitu hominum polluta, occidantur, carnesque canibus projicientur. Sed quod generantur, ubi autem dubium est, non occidentur.

Item Synodus Sapientia sic de decimis disputat.

I.

Dicunt auctores decimas semel pecorum offerendas, & ob id sanctum sanctorum erit. Idest non debetur iterum offerri de illis decimam. Sed alii sana fide affirmant, ut omni anno decimas de vitalibus & mortalibus Deo demus, cum omni anno ipsius munera habeamus.

II.

Item: omnia præter fruges terræ, quibus decima semel offeretur Domino, ut dicitur: Quicquid consecratum fuerit semel Deo, sanctum sanctorum erit Domino. Non iterum debet de illis offerri decimam, ut Columannus doctor docuit. Frugum vero terræ in unoquoque anno nascuntur.

III.

Item: decimæ non solum per animantia sunt, per mortalia fiunt. Ita & primitiæ, ideſt primus fructus omnis rei, & animal quod primum nascitur in anno. Similia quæ sunt ut primitiva, primogenita autem animalium tantum, non solum hominum, sed animalium quæ licita sunt immolari.

IV.

Item: decimæ in pecoribus, primitiæ in fructibus. Primitiæ sunt quicquid de pecoribus nascitur antequam nascerentur alia in hoc anno. Sciendum quantum est pondus primitiarum, hoc est gomor, ut alii, ideſt IX. panes, vel XII. panes. Deinde panes propositionis materia IX. panium vel XII. panium. De oleribus vero quantum pugnus capere potest. Hæres in initio ætatis reddi debent, & semel in anno ad sacerdotes Jerusalem offerebantur. In novo autem unusquisque ad monasterium cui monachus fuerit. Et præterea charitas abundat cum iisdem, & primogenita in masculis tantum, numquam in feminis fiunt.

V.

Item: ut alii si minus decimo substantiam habuerit, non reddet decimas.

VI.

Item: ut alii quomodo convenit offerre decimas aliquis Domino? si non habuerit nisi unam vaccam vel bovem, dividat pretium vaccæ in x. & det decimam partem Domino, sic & reliqua.

VII.

Item victimam voluntariam Dominus præcipit: ideo dicit: *Nemo tollat animam a me*, & reliqua. De eo quod non vindicat Deus, neque homines debent vindicari: & in his qui cito convertunt de culpa ad pœnitentiam in Exodo legitur pro adoratione vituli: *Et stans Moyses in porta castrorum ait, si quis Deo, jungatur mihi; & congregati sunt ad eum omnes filii Levi, quibus ait; hæc dicit Dominus Deus Israel: ponat vir gladium super femur suum*, & reliqua usque dicit: *occidit unusquisque proximum & fratrem & amicum. Et paulo post ait Moyses; consecrastis manus vestras hodie Domino unusquisque in filio & in fratre suo, ut detur vobis benedictio.* Finit. Amen. Populus Israel debuerat constringui x. mandatis legis, dum causa ipsorum percussit Deus Ægyptum x. plagis, ideo decem mandata sunt; ubi sunt in lege præcepta quæ Deus non præcipit, sed dixit Jetro socer Moysi eligere LXX. principes, qui judicarent populum cum Moysi. Et hoc judicium est, quod si inveniremus judicia gentium bona, quæ natura illis docet, & Deo non displicet, servabimus.

INCIPIUNT EXCERPTA

De libris Romanorum & Francorum.

I.

Si quis homicidium ex contentione commiserit, ancillas III. servos III. reddat, securus fiat.

II.

Si quis invidia homicidium fecerit, ancillas IV. totidemque servos reddat, & ipse securitatem habebit.

III.

Si quis fuerit homicida in judicio compulsus, & præstandi rationes diras noluerit, & inficiatus fuerit, ancillas V. servos totidem reddi præcipimus. Manuum & quamlibet membrorum debilitatem faciens, accipiet in judicio.

IV.

Si quis homicidii causa suspicatus, & non est ei titulus comprobandi, XLVIII. homines nominatos congregabit, e quibus XXIV. in ecclesia jurent eum esse veracem. Sic sine culpa excedat, si non juraverit, ancillas V. & VII. servos reddet & securus fiat.

V.

Si quis servus ingenuum occiderit, & plaga ingenuus aut de fuste, aut de securi, bidubioque aut cultello interfectus fuerit, homicida parentibus traditur, & habent libertatem faciendi quod voluerint.

VI.

Si autem Dominus servo arma commiserit por-

portare, & ingenuum hominem occiderit; ipsum & alium servum se noverit redditurum.

VII.

Si quis ingenuus servum alterius sine culpa occiderit, servos duos domino restituat. Si pro qua culpa servi fecerit, servus pro servo.

VIII.

Si quis in rixa manum, vel oculum, pedemque hominis maculaverit, ancillam sive servum redditurum cognoscat.

IX.

Si quis pollicem manus exciderit, medium damni poni præcipimus.

X.

Si quis hominem lancea gladiove ferierit, & interiora inspiciat, argenti libras III. exsolvat.

XI.

Si quis caput alterius percusserit usque ad cerebri (a) pampas, libras argenti III. reddat.

XII.

Si quis alapam alteri impegerit, nec sanguis nec livido appareat, v. solidos argenti exsolvat.

XIII.

Si quis alterius in faciem alapam percusserit, ut sanguis aut livido appareat, se ancillam noverit redditurum.

XIV.

Si quis lancea, aut in brachio, aut in sura alterius foramen fecerit, tamen membro non noceat; argenti libras II. cognoscat reddere.

XV.

Si quis homicidium fecerit & fugam petierit, parentes ipsius jura reddant intra dies paucos: postea parentes patriæ restituuntur aut ipsi de patria vadant, vel pretium dimidium reddant, & sic securi in sedibus sedeant. Post hæc si reus venire voluerit, reddat quod restat pretii; vivat securus. Si interim a cognatis occisi occisus fuerit; mancepia, ancillæ, vel servi, quæ acceperant debitores, parentibus restituantur.

XVI.

Si quis lanceam miserit, & homo inlæsus erit, argenti libram unam exsolvat: si plaga fuerit, legibus se noverit redditurum.

XVII.

Si quis fornicatus fuerit cum alterius uxore, aut sorore, aut filia; morte moriatur. Qui autem occiderit, nullam causam timeat habere.

XVIII.

Si quis caballum aut bovem, aut quamlibet pecodem furti ligatum, vel quod occisum fuerit, invenerit in villam, detis juramento III. idoneos quod nihil habeant damni; si quis non juraverit, solvat.

XIX.

Si quis servus servamque vel quamlibet pecodem, vel rem aliquam comparaverit, & cum ipso fuerit consignatum: si auctorem aut fidejussorem non habuerit, de furto se noverit componendum.

XX.

Si quis de Gallis vel de Saxonibus vel de qualibet gente capallum comparaverit in quamlibet speciem; testibus comprobet. Si autem consignatum fuerit, & invicem testes adæquaverint; si ita æquali dividant. Si testes non habuerit, & mendacium conatur inquirere, triplum se noverit restituturum qui conatur.

XXI.

Si quis animalia vicini sui in herba commiserit intacta, & manserint in ea, propter animalia II. unum scripulum reddat. Si in fastigium herbæ fuerint capta, propter animalia IV. scripulum unum reddat. Si in messe quantum juraverit dominus, de messe cum alio idoneo quicquid damni pertulerit, sine dubio restauratur.

XXII.

Si porcus per annonam noctuam manserit, per majorem noctis partem quatuor sextaria. Si vero per minorem noctis partem, sextarium reddat.

XXIII.

Si quis causa fornicationis adprobatur; si non juraverit, ancillam reddat.

XXIV.

Si quis sustulerit de homine equum aut vaccam, vel quamlibet pecodem, & quodcumque eum repetierit; debitor reddat cum nutrimine suo. Quodcumque probatum fuerit, recipiendum præcipimus.

XXV.

Si porci in glande ingressi quotiens capti, porcator reddat. Si ipse minaverit eos sponte, porcum majorem reddat.

XXVI.

Parvulus usque ad annum XII. pro delicto nihil nisi disciplinam accipiat. Post vero hanc ætatem, quidquid delinquat vel furatur, retribuatur.

XXVII.

Si quis ingenuus furtum fecerit, & captus fuerit, ipse morietur, nullus ab eis accipiat quæstionem, hoc usque ovem vel porcum: quod si minus, triplum restituat. Fur per noctem occidi licet, per diem non licet; qui occiderit in nocte nullam causam habet.

XXVIII.

Si quis causa furti suspicionem habuerit, & non ei titulus rei ipsius, inter dies XX. consignetur, usquequo veritas probetur.

XXIX.

Si quis ad judicium compeditus venire noluerit, hoc ut in testibus probetur argenti libram unam cogatur exsolvere; & quicquid ad eum fuerit repetitum, sine dilatione restituat.

XXX.

Si quis tributum non opportune & ad judicem a tributario compulsus fuerit, si mense ante prædicto neglexerit, pignus det. Et si neglexerit mense secundo, duplum restituet.

XXXI.

Si quis ancillam aut servuum perdiderit & suspicionem habuerit, XXIV. viri nominatim congregentur: ex quibus duodecim jurent, si non reddat qui adprobatur.

XXXII.

Si quis capallum invocandis viris IX. jurent, nihil sequitur.

XXXIII.

Si quis servus servum occiderit, vivus communis dominorum existat.

XXXIV.

Si bos vel vacca alium occiderit, vivus ac mortuus in commune dominorum existant.

XXXV.

(a) id est, squamas.

XXXV.

Si taurus vel vaccam vel bovem occiderit, culpa prima non cauſam habeat: altera cauſam componat.

XXXVI.

Si quis jurandi cauſa fuerit judicio adductus a judice vel majoribus natu, & nihil prodeſſe cognoſcat ſe, ſi voluerit devitare, hoc præcipimus jure permanere.

XXXVII.

Si quis commiſſo delicto ſponte ad confeſſionem venerit ſacerdoti, a nullo condemnari præcipimus, ſi quod aliis abſtulerit reddat. Si ab alio fuerit comprobatus & rebellis fuerit; pretium rei abſtractæ reddat; & triplum ſe noverit componendum. Quod ſi laicus repetierit clericum cauſa, epiſcopi judicant inter illos in judicium. Si clericus laicum competit, ad judicis abſtantiam debent pervenire.

XXXVIII.

Si quis in morte hæreditatem dimiſerit quidquid coram teſtibus commendaverit, omnia permanere præcipimus niſi ſunt iniqua.

XXXIX.

Si quis ſervum vel anciliam vel vernaculum ſua voluntate & libertate donaverit; hoc private præcipimus poſſidere.

XLI.

Si qua cauſa ante judicata nullo permittamus dijudicari.

XLII.

Si qua contentio circa finem territorii fuerit exorta; teſtibus requiratur; & finis quis prius fuerat ipſe permaneat.

XLIII.

Clericus vero ſi qua cauſa competitus fuerit, & nullam jam infamiam antea portaverat, in ipſius juramento cauſa finiatur. Quod ſi antea infamiam portaverit, indictis juratoribus, ſed cauſam laici ordine libret.

XLIV.

Si quis fidejuſſorem invocaverit & contempſerit, judicii conditione damnetur.

XLV.

Si quis agrum aut villam comparaverit, & ipſe capitale furtum fecerit, morte morietur. Terra quam emerat fiſco revertatur. Quod ſi filius aut frater ex dono furtum pariter & fugam fecerit, ancillam & ſervum fiſco reddat, & ex agro exul poſſideat. Quod ſi innocens permanſerit, hæres hæreditati relinquatur.

XLVI.

Si quis ad eccleſiam arma portaverit & litem commiſerit, argenti libram unam eccleſiæ cogatur exſolvere: & hoc egentibus in eleemoſinam meretur, vel ſinatur.

XLVII.

Si quis filiam marito tradiderit, legitimam dotem accipiat. Quod ſi caſu mortis illum emiſerit, & ipſa alteri viro nubere voluerit, filii dotem accipiant. Quod ſi hos non habuerit, patri dari jubetur.

XLVIII.

Si quis ancillam aut ſervum emerit, & ante impletum annum vitium in eo apparuerit, proprio domino ſuo reddi jubemus. Quod ſi annus tranſierit, quidquid in mancipio vitii videtur, nullam habeat rejiciendi cauſam.

XLIX.

Si quis caballum comparaverit & uſque ad menſem vitium non habuerit, nullo modo rejiciantur.

L.

Si quis alterum ferierit & ſanguinem effuderit, vaccam reddat; & ſi majorem plagam fecerit, ſecundum judicium componi præcipimus.

LI.

Si quis caballum a latrone abſtulerit, ſi valuerit argenti libram, accipiat unicam; ſin autem minus, dimidium unciæ accipiat.

LII.

Si quis ancillam alterius apprehenderit fugientem, & a domino ſuo potuerit evadere, ſtagnum, ferrum merito accipiat.

LIII.

Si quis caballum alterius non indicaverit, & ipſe non potuerit capere, unciam dare debuit. Nullus alterius ſilvam leſſam & algam devorat. Quod graviter fecerit, & ipſe effectionem reddere præcipimus.

LIV.

Si quis caballum alterius tulerit, & in pedicam ruerit, ad ſuum proprium reddere præcipimus.

LV.

Si quis villam vendere capitalem vicino minanti aut ſponte voluerit, ſive domum ſive hortum, poteſtatem habeat, & ſepes quæ gignunt meſſes & herbam.

LVI.

Si quis clericus laicum ferierit, ſed plagam laici ordine ſine dubio reddat.

LVII.

Si laicus clericum percuſſerit, & dictis legibus manum ſuam redimat, & pœnitentiam agat.

LVIII.

Si quis interdicendo litem plagatus fuerit, & mendax eum percuſſerit, ſecundum plagam ſe noverit redditurum; quod ſi aut veraci, dimidium verax, & dimidium mendax, jubemus medietatem ſolvere ſimili modo, & de morte ſic ſanximus.

LIX.

Si quis legitimæ legis voluntate patrum nuptam filio junxerit, & juxta hoc concubinam ancillam ſibi habere præſumpſerit, ipſe ab eccleſia Dei & omni chriſtianorum menſa ſit extraneus, niſi ad pœnitentiam revocetur.

LX.

Si quis ancillam ſuam ſibi in matrimonio habere voluerit, & de rebus ſuis habet poteſtatem: ſi voluerit poſtea venumdare eam, non conceditur. Quod ſi eam venumdare voluerit, eum damnari jubemus, & ancillam illam in ſacerdotis ponimus poteſtatem.

LXI.

Si quis catholicus capillos promiſerit more barbarorum, ab eccleſia Dei alienus habeatur, & ab omni chriſtianorum menſa, donec delictum emendat.

LXII.

Si canis quidlibet manducet, prima culpa nihil reddatur pro illo, niſi ſemetipſe. Quod ſi iterum peccaverit, dominus canis quod commederit ille reddat.

Incipiunt canones Adomnani.

I.

MArina animalia ad littora delata, quorum mortes neſcimus, ſumenda ſunt ſana fide, niſi putrida.

II.

II.

Pecora de rupe cadentia, si sanguis eorum effusus sit, recipienda; sin vero, sed fracta sunt ossa eorum & sanguis foras non fluxit, resutanda sunt.

III.

Ut morticina sunt in aquis extincta, quorum sanguis intrinsecus latet, a bestiis capta animalia & semiviva bestialibus hominibus sumenda sunt.

IV.

Animal semivivum subita morte præparatum abscissa aure vel alia parte, morticinum est.

V.

Carnes suillæ si morticinum comedent, crassa vel pinguis ut morticinum quo pingueſcunt sues refundendæ sunt. Cum vero decreverint & ad pristinam maciem reversæ sunt.

VI.

Si vero una vice vel III. morticinum manducaverint, post hujus excessum de ventre eorum sana fide sumendæ sunt.

VII.

Sues carnem vel sanguinem hominis gustantes incliti sunt semper. In lege enim animal cornupetum, si hominem occiderit, inlicitum est.

VIII.

Equus ac pecus si percusserit hominem in agro civitatis suæ, dimidium unciæ reddet pro eo homini cujus sanguis effusus est. Si percusserit homo animal in agro suo, non reddi- C tur pro eo.

Incipiunt judicia compendia

DE LIBRO III.

De duobus fratribus & duabus sororibus.

I.

VIr si nupserit duabus sororibus, vel mulier duobus fratribus, abjiciantur a communione usque ad mortem, verum tamen in exitu vitæ propter misericordiam, si incolumes permiserint hujus conjunctionis vincula dissolvere, pœnitentiam sequantur. Quod si defecerint, in talibus nuptiis, difficilis est pœnitentia permanentibus. D

II.

Si quis rixam fecerit de clericis aut ministris Dei, hebdomadam dierum pœniteat cum pane & aqua per mensuram, & petat a Deo veniam & proximo suo plena confessione & humilitate sic petens a Deo reconciliari & proximo suo.

III.

Si quis ad scandalum surrexerit & deposuit in corde suo proximum suum percutere, aut occidere; si clericus fuerit, dimidium anni cum pane & aqua secundum mensuram pœniteat, & annum totum se abstineat se a vino & carnibus & sic altario reconciliabitur.

IV.

Si autem laicus fuerit, hebdomadam dierum pœniteat; quia homo sæculi hujus est, & culpa ejus levior in hoc mundo, & premium minus in futuro.

V.

Si autem clericus fuerit, & percusserit fratrem suum aut proximum, & sanguinem ejus effuderit, unum est peccatum ut occiderit, sed non eadem pœnitentia. Annum integrum pœniteat cum pane & aqua, & sine ministerio clericatus. Et orare se debet cum fletu & lachrymis, & misericordiam consequentur a Deo, A quia dicit scriptura: *Qui occidit fratrem suum homicida est*; quanto magis qui percusserit?

V'.

Si laicus fuerit XL. dies pœniteat, & det pecuniam quando arbitratus fuerit sacerdos, aut justus quisquam. Clericus autem pecuniam non dare debet, aut illi aut ille. Igitur pœniteat supplicatione necessaria.

VII.

Qui conversus ingemuit, & cum Deo peccatum inivit, in illo die non commemorabuntur ejus delicta, quæ gessit in sæculo.

VIII.

Si quis clericus vel si qua mulier malefica, si aliquem maleficio suo deceperint, VII. annis, B tribus de his cum pane & aqua, & in cæteris abstineat se a vino & a carnibus.

IX.

Si autem non deceperit aliquem, sed pro illecebroso amore dederat alicui, annum integrum cum pane & aqua pœniteat.

X.

Si aliqua mulier maleficio suo partum alicujus feminæ perdiderit, dimidium anni pœniteat cum pane & aqua & duobus abstineat se a vino & a carnibus, & tres quadragesimas jejunet in pane & aqua. Si mulier autem genuerit filium, III. ut diximus de clerico, annos pœniteat.

CANONES SYNODI HIBERNIÆ.

ARreum anni tridui dies & noctes sine sede & somno, nisi paulisper, vel CL. psalmis cum X. canticis stando & orando in omni hora, XII. quoque flectiones genuum flectuntur, in omni hora orandi, & palmæ supernæ ad orationem.

Arreum anni triduum cum mortuo sancto in uno sepulchro, sine cibo potuque ac sine dormitatione præcinctus vestimento suo, & cum cantico psalmorum, & cum adoratione horarum post confessionem sacerdoti & post votum.

Arreum anni triduum in ecclesia sine dormitatione cum vestimento circa se sine sede, & canticum psalmorum cum canticis sine intermissione & missa uniuscujusque horæ, & XII. inflexiones uniuscujusque horæ per confessionem peccatorum coram Sacerdote & plebe & post votum.

Arreum anni XII. triduanas. Arreum anni XII. dies & noctes super XII. buccellas mensuræ de tribus panibus.

Arreum anni mensis in dolore magno, sed de quo non moritur quis iterata postmodum vita ad judicium sacerdotis.

Arreum anni X'. dies & noctes in pane & aqua, & duæ superpositiones unicuique hebdomadæ XL. psalmi, & XL. inflectiones in unaquaque hora orandi.

Arreum anni L. dies & noctes in pane & E aqua in mensura, LX. psalmi, & LX. inflectiones in unaquaque hora orandi.

Arreum anni dies C. in pane & aqua missa in omni hora orandi pœnitentia illorum per longum quoque arreum in his prædictis emittitur sine carne & vino & butyro & lacte dulci agatur.

Qui cum cane vel cum quo animali peccaverit, II. annis & dimidium pœniteat.

Qui facit scelus virile, ut sodomita IV. annis pœniteat; qui vero inferioribus III. annis pœniteat in pane & aqua totum si post votum perfectionis: si autem ante, annus diminuitur de omnibus his tribus.

ANNO CHRISTI 701.

VITA JOANNIS PAPÆ VI.

JOannes [a] VI. natione Græcus, sedit annos tres, menses duos, dies duodecim (*a*). Fuit autem temporibus Tiberii Augusti. Hujus temporibus venit Theophylactus cubicularius, patricius, & exarchus Italiæ de parte Siciliæ in urbem Romam. Cujus adventum * cognoscentes, militia totius Italiæ tumultuose convenit apud hanc Romanam civitatem, volens præfatum exarchum tribulare. * Pro cujus pontifex ne affligeretur persona, sese * medium dedit, portas civitatis clausit, sacerdotes [b] apud fossatum, in quo in unum convenerant, misit, & monitis salutaribus tumultuosam eorum seditionem sedavit. Dum vero infames quædam personæ capitulare adversus quosdam Romanæ urbis habitatores fecissent, & prænominato exarcho, ut a propriis substantiis denudarentur, tribuissent (*b*), hi juxta sui operis * pœnam mulctati sunt. Deinde vero, dum [c] * Gisolphus dux gentis Longobardorum Beneventi cum omni sua virtute in Campaniam veniret, incendia & deprædationes multas exerceret, captivosque non paucos cepisset, & usque in loco, qui Horrea dicitur, fossatum * (*c*) fieret, nullusque extitisset qui ei potuisset resistere, denominatus pontifex missis sacerdotibus cum apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, & illum [d] cum suo hoste ad propria repedare fecit. Hic fecit in basilica beati Andreæ apostoli, quæ ponitur infra ecclesiam beati Petri principis apostolorum, ambonem noviter. Hic super altare ecclesiæ sancti Marci coopertorium fecit, & in basilica beati Pauli apostoli inter columnas altaris, dextera lævaque vela alba. Hic fecit (*d*) ordinationem presbyterorum, seu diaconorum unam, id est presbyteros novem, diaconos duos. Fecit autem & per diversa loca episcopos (*e*) quindecim: (*f*) qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, & cessavit episcopatus mensem unum, dies decem & octo.

ANNO CHRISTI 701

Notæ Severini Binii.

a *Joannes.*) Anno domini 701. Octobris 28. post interregnum unius mensis & 20. dierum, Joannes hujus nominis sextus pontifex creatur. Tiberius a Justiniano occisus.

b *Fuit autem temporibus Tiberii.*) Quem Justianus ab exilio reversus, & per aquæductum clam urbem ingressus, post multa ludibria eidem illata, vita simul & imperio spoliavit: idque justo Dei judicio accidisse videtur, ut qui Romanum pontificem per Theophylactum cubicularium & exarchum suum, ut describit Anastasius supra, insurrexerat, a Justiniano, ob Sergii pontificis persecutionem naribus obtruncato, eademque de causa imperiali dignitate spoliato, eamdem vitæ & imperii spoliationem sustineret. Eodem Dei judicio factum esse apparet, ut Callinicus patriarcha Constantinopolitanus, qui numero episcoporum multum pollens supradicti conciliabuli canonibus orientalem ecclesiam fœdavit, & in Romanam insurrexit, ab eodem imperatore vinctus, oculisque orbatus, in exilium missus fuerit Romam; ut qui adeo superbe in Romanum pontificem caput extulerat, ab eodem vitæ stipem humiliatus acciperet. Hæc ex Theophanis & Cedreni annalibus. Callinici patriarchæ Constantinopolitani pœna quæ

c *Apud Fossatum.*) Id est castra militum. Baronius anno 702. num. 2.

d *Gisolphus dux Longobardorum.*) Eadem Paulus diaconus lib. 6. cap. 26. novæ editionis.

e *Cum suo hoste.*) Baronius prædicto loco legit *cum suo stolo*, id est exercitu.

ANNO CHRISTI 701.

CONCILIUM SUB ALFRIDO

ANNO CHRISTI 701

Rege Nordanhymbrorum,

Et Berthvaldo archiepiscopo Cantuariæ habitum tempore Joannis VI. papæ, anno Christi DCCI. in quo Wilfrido archiepiscopo Eboracensi novæ struuntur machinationes. Ille denuo appellans ad Joannem papam, inimicos opprimit.

JAM Egfridus in bello Pictorum occubuerat, jam Theodorus in mortem vergebat, qui de peccato in Vvilfridum commisso sauciatus conscientiam, ipsum & Erkenvvaldum episcopum evocavit Londoniam: ipsis omnia peccata confessus, illo se potissimum permoveri scrupulo dixit, quod in sanctum commisisset, passus eum contra regulas spoliari, vel aperta instantia, vel occulta patientia. Et quia, inquit, finis mihi futuro anno imminet, sicut Deo prænunciante cognovi, & frequens * ægritudo, rogo te, sanctissime pontifex, ut benignus mihi commissum indulgeas, & sedem archiepiscopatus mei subeas: quippe qui sis omnium Anglorum in Romanis legibus peritissimus; ego Deo donante conabor, ut veteres offensas recenti officiorum sedulitate deleam, reges & auctoritate & precibus amicos facturos. Placide ad hæc, & ut virum sanctum decebat, respondit Vvilfridus: sed ut archiepiscopatum sine majoris definitione concilii susciperet, non * consentit. Totis ergo viribus Theodorus exsurrexit, ut Vvilfridus episcopatum reciperet, missis legatis & scriptis ad Alfridum regem Northumbrorum, qui Egfrido successerat, & sororem ejus Elfledam abbatissam de *Streneshalh*, ut simultatibus retropositis incunctanter charitatem ejus complecterentur. Cujus studii ut fervor pateseat, epistolam, quam regi Merciorum Ethelredo direxit, hic ponam.

* *al.* consensit.

Glo-

(*a*) *Fuit autem temporibus Tiberii Augusti* deest. (*b*) *hi justam sibi operis pœnam* &c.
(*c*) *figerit.* (*d*) *ordinationem unam presbyterorum* IX. *diac.* II. (*e*) *num.* XII.
(*f*) *qui etiam.... Apostolum.* Desunt omnia.

ANNO CHRISTI 701.

Glorioſiſſimo & excellentiſſimo regi Merciorum Theodorus Dei gratia archiepiſcopus in Domino perennem ſalutem.

Epiſtola ejus ad regem Ethelredum.

COgnoſcat (fili dileĉtiſſime) tua miranda ſanĉtitas pacem me habere cum venerando epiſcopo Vvilfrido, & ideo, chariſſime, te admoneo, & in Chriſti charitate præcipio tibi, ut ejus ſanĉtæ devotioni, quantum vires ſuppetunt, patrocinium, ſicut ſemper feciſti, quamdiu vivas indulgeas, quia longo tempore propriis orbatus ſubſtantiis, multum inter paganos in Domino laboravit. Et idcirco ego Theodorus humilis epiſcopus decrepita ætate hoc tuæ beatitudini ſuggero, quia apoſtolica, hoc, ſicut ſcis, commendat auĉtoritas, & vir ille ſanĉtiſſimus in patientia ſua poſſedit animam ſuam, & injuriarum ſibi irrogatarum mitis & humilis, caput ſuum ſequens medicinam expeĉtavit; &, ſi inveni gratiam in conſpeĉtu tuo, licet tibi pro longinquitate itineris grave videatur, oculi mei jucundam faciem tuam videant, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Age ergo (fili mi) taliter de illo præfato ſanĉtiſſimo, ſicut te deprecatus ſum. Quod ſi patri tuo non longe de hoc ſæculo receſſuro obedieris, multum tibi proficiet ad ſalutem. Vale.

Vvilfridus in alio quodam concilio reſtituitur.

Venienti ergo ad reges cum epiſtolis archiepiſcopi Vvilfrido, ſalutatio impertita, indultus favor. Alfridus, qui eum quondam probe noſſet, ad ſe ſponte invitato prius cœnobium *Heugſteldeim*, hinc definitione concilii Eboracenſem epiſcopatum, & Ripis monaſterium liberaliter indulſit. Stetit hæc amicitia inter eos vix annis quinque, quoad viroſa conſilia, in ſinibus quorumdam confota, eruperunt in publicum; quibus præventus rex Alfridus, monaſterium Ripenſe poſſeſſionibus propriis mutilans epiſcopatum ibi conſtituere meditabatur, aſſerens decretis Theodori archiepiſcopi conſentiendum non primo & ultimo tempore prolatis; ſed illis quæ mediis diebus edicta diſcordia agitare noſcuntur. Quibus infenſus Vvilfridus, ad regem Merciorum Ethelredum amicum ſuum diſceſſit. Sub eo plurimo converſatus tempore, Sexvvulfo Licetfeldenſi epiſcopo defuncto, epiſcopatum illum rexit, omnibus provincialibus amandus juxta & reverendus; plurima machinamenta rege Alfrido & Berthvvaldo archiepiſcopo, qui Theodoro ſucceſſerat, in Vvilfridum ſtruentibus & deterentibus.

Acta hujus Concilii.

Hoc tandem ſedit, ut cum ſpe pacis prætenta vocarent ad concilium, ibi vel blandimentis ad libitum ſuum inflecterent, vel, ſi non conſentiret, opprimerent. Ille doli neſcius, & alios ex rectitudine animi ſui metiens, ad concilium perrexit: ſed longe aliud, quam ſperaverat, expertus eſt. Siquidem cum eum conviciis & falſis objectionibus criminum diu fatigaſſent, ad ultimum eum interrogarunt, ſi Theodori archiepiſcopi decretis obedire vellet. Quorum ille nequitiam perſentiens, callido reſponſo fruſtratus eſt, dicens ſe libenter illis Theodori definitionibus obediturum, quæ ſanctis canonibus conſonarent. Deinde longa diſputatione in ipſos invectus, acriter & vere quod jam per viginti duos annos præceptis trium apoſtolorum, Agathonis, Benedicti, Sergii, increduli, Theodori archiepiſcopi decreta per diſſenſionem acta diligerent, quievit, & jam Alfrido ſurgebant criſtæ, adeo ut archiepiſcopo A diceret: Si præcipis, pater, opprimam eum per violentiam. Quod cum etiam inimicis diſplicuiſſet, ut tanti nominis vir, & qui eorum fiducia captus ad concilium veniſſet, ſuſtinere oppreſſionis præjudicium, alio itinere gradiendum putarunt. Itaque quaſi pacifice ſuadere adorſi ſunt, ut quia frequentiſſime diſſenſiones in eccleſia Dei ejus cauſa pullulabant, ipſe voluntate ſua poſſeſſionibus & epiſcopatu cederet, & hanc renunciationem ſcripto firmaret; hoc ejus commendaret famam, hoc accumularet gloriam, ſi privatus mallet ſub quiete degere, quam pro ſuo pontificatu, vel per ſe vel per alios procellas ſeditionum movere. ANNO CHRISTI 701.

Senſit pater in his * minis implicitum negotium, & reſpondit, nihil æque ad cumulum infamiæ homini valere, quam ſi ſe ſua damnaret voce. Se primum fuiſſe, qui verum paſcha in Northanimbria Scotis ejectis docuerit, qui cantus eccleſiaſticos antiphonatim inſtituerit, qui ſanctiſſimi Benedicti regulam a monachis obſervari juſſerit, pro quibus omnibus nunc ſenem & ſeptuaginta fere annorum pontificem hoc in munere recipere, ut cogatur ſeipſum ſcripto damnare. Noſſent ergo ſe illud non facturum, quod eſſet ſibi dedecus, calamitas ſubjectis, incommodum cunctis: quin potius ſedem apoſtolicam appellare: & ſi quis eorum eccleſiaſticum conflictum præſumeret ea revocare. * al. nimis

Jam ergo ſeptuagenarius iterum labores, iterum Romam meditatur, nec diu moratus mare tranſiit, viamque permenſus urbem introiit, ſuſtinuitque aliquantis diebus accuſatores dum venirent: qui, cum veniſſent, illi cauſam ſuam epiſtolis, ipſe quod ad ſe attinebat, hoc allegavit modo.

Domino beatiſſimo univerſali papæ Joanni Vvilfridus ſupplex & humilis ſervus ſervorum Dei epiſcopus.

Appellatio Vvilfridi ad Joannem papam.

COgnoſcat ſanctitas veſtra, quod perturbationibus nuper in Britannia ortis ex parte eorum, qui contra decreta beatiſſimi Agathonis papæ illiuſque ſucceſſorum venerabilium patrum ſibimet epiſcopatum, & monaſteria, terraſque cum omnibus facultatibus meis uſurpabant, compulſus hanc ſacroſanctam apoſtolicam ſedem appellavi, conteſtans eos per omnipotentem dominum, & beatum Petrum apoſtolum, ut ſi quis aliquam accuſationem contra me haberet, ad veſtram præſentiam veniret, ſicut beatiſſimi Sergii prædeceſſoris veſtri ſcripta decernebant: & ideo petitionem humilitatis meæ glorioſæ præſentiæ veſtræ offerendam curavi, ut vos largiflua pietatis benevolentia confirmare dignemini, quæ a beatiſſimis anteceſſoribus veſtris erga meam parvitatem decreta ſunt; & ſi quis contra me accuſator advenerit, per veſtram juſſionem productus in medium, quod voluerit objiciat: & ſi quidlibet vel minimum objectum non probabiliter caſſavero, paratus ſum ſeveritatem canonum experiri. Deinde rogo, ut literas commendatorias de veſtra ceſſitudine ad Ethelredum regem Merciorum adipiſcar, ut omnia monaſteria mea, quæ in ejus ſunt provincia, quietem habeant; ad * Alfridum regem Northanimbrorum epiſtolam habeam, ut omnia mea mihi reddat. Quod ſi forte ſibi grave videbitur, ut epiſcopatum Eboracenſem habeam, prævideat apoſtolica ſedes, quis ibi habeatur epiſcopus: ego tamen monaſteria duo in ea provincia poſita Ripis & Hagu- * al. Alfrithum.

ANNO CHRISTI 701.

Berthvvaldi succumbunt ejus adversarii.

guſtaldejæ, quæ fundavi, non amittam. In fine quoque ſpondeo me omnibus decretis * Brethvvaldi archiepiſcopi pariturum, quæ contra prædeceſſorum veſtrorum fundatiſſima decreta erga meam parvitatem non fuerint. His cum accuſatores a Berthvvaldo archiepiſcopo miſſi reſpondere juſſi eſſent, hoc primum dixerunt: Eſſe crimen capitale, quod in concilio in Britannia congregato decretis Britovvaldi archiepiſcopi ſe non obediturum Vvilfridus contumaciter dixiſſet. De hoc ſtans in medio pontifex ſe expurgavit, ut diceret ſe ſic non indefinite reſpondiſſe, ſed his tantummodo pariturum, quæ contra canonum decreta non eſſent: eſſe autem contra regulas, ut ipſe ſe ſine ullo criminis objectu adjudicaret.

ententia Romanæ curiæ pro Wilfrido.

Hæc tam probabilis & facilis reſponſio cum lætum plauſum Romanis excitaſſet, juſſi ſunt accuſatores domum redire, dicentibus epiſcopis, quod quamvis canonibus cautum eſſet, ut accuſator primo accuſationis capitulo decidens, ulterius ad aliorum tentamentum non aſſurgeret, ſe tamen pro reverentia Brithvvaldi archiepiſcopi non defuturos, quin omnia per ordinem diſcuterent; factumque eſt ut quatuor menſibus ſeptuaginta conciliabula coacta, vel propter hoc ſolum, vel hoc præcipuum, finem glorioſum Vvilfrido, ignominioſum accuſatoribus habuerint, Romanis maxima impenſa mirantibus illorum impudentiam, illius eloquentiam, dum quidquid accuſationum objeciſſent, ille nullo excogitato reſponſo, ſed Dei & veritatis fultus auxilio, quaſi caſſes aranearum primo motu labiorum diſcuteret & ſubrueret; hoc pronius epiſcopi mirabantur cauſidicorum audaciam, quomodo eccleſiaſticorum graduum immunes (niſi quod unus eorum diaconus eſſet) præſumerent accuſare venerandum ſenem ſeptuaginta annorum pontificem, torrentem eloquentiæ: inter ſe ergo multum diuque græcizantes, tandem ad noſtra verba converſi, damnarunt miſſos dignos carcere, miſſorem arguerunt ſtultitiæ, Vvilfridum pronunciarunt exortem ab omni crimine.

XX. concilia in quatuor menſibus.

Hic ſubjicerem quantum emolumenti cauſæ illius attulerit ſynodus Agathonis papæ lecta, ſed & illud, quod in Meldis civitate Franciæ ab oriente Pariſii poſita, cum domum rediret infirmitate preſſus, viſione ſanatus ſit angelica, niſi Beda venerabilis hiſtoricus dignius pro ſe ſermonum ſobrietate credi, narrationem prævertiſſet. Nos ab ipſo omiſſa ſcripturæ perſtricte inferimus. Quamvis igitur antiſtes rem obtinuiſſet, ambiebat tamen Romæ remanere, ſenilem ſpiritum ſub dominorum apoſtolicorum pedibus effuſurus. Reſtitit pio voto pontificis Joannis ratio, qua diceret eum Angliæ neceſſarium, ideoque juſſit, ut quod ſupererat ævi, non in peregrinis auris conſumeret, ſed patriæ commodis impenderet, &c.

Adnotatio P Antonii Pagi

Ad annum Chr. 702. n. 3. & ſeqq.

Sedente Romæ Joanne VI. Papa *Sancti Wilfridi* cauſa ventilari iterum ab Epiſcopis cœpta. Exulaverat ille a Sede ſua Eboracenſi jam ab anno DCXCII. & dudum *Sergius* Papa eum reſtituendum decreverat; ſed Aldfridus Northumbriæ Rex, & Brithualdus Cantuariæ Archiepiſcopus hactenus moras nectendo, Pontificis juſſa ſuſpenderant: nunc vero pietatis ſpeciem prætexentes, Epiſcoporum Concilium cogunt: eo Vvilfridum vocant, conanturque eum, quem vi expulerant, vel blandimentis ad libitum ſuum inflectere, vel ſi non conſentiret, opprimere. Rem geſtam narrat Eddius in ejus Vita cap. 44.

ANNO CHRISTI 701.

A *Alfredo Rege cum Sancto Berthualdo Archiepiſcopo & totius pene Britanniæ Epiſcopis congregata Synodo in campo, qui dicitur Oneſtrefelda*, (hodie Neſtrefeld, qui locus quinque milliaribus diſtat a Ripo verſus boream), *deinde Legatis ad præſentiam Sancti Wilfridi Epiſcopi miſſis, rogantibus humiliter, ut eorum obtutibus dignaretur præſentari, promittentes per Nuncios ſuos ſtatuta Canonica de fraude antiqua rationem ſe reddituros, ſi ad illorum Conventum non negaret pervenire*, &c. *Poſtquam vero in locum ubi Synodalis diſputatio debuerit eſſe, conveniret; deinde non ita contigit, ſicut ei promiſſum fuerat: ſed multa & magna altercationum quæſtiones abeis exortæ emerſerunt, maxime ab illis Pontificibus Eccleſiarum* (quibus ſpoliatus fuerat Vvilfridus): *cum voluntate tamen Alfridi Regis & conſenſu quorumdam Abbatum id feciſſe* (Epiſcopos iſtos) *non dubium habetur, qui pacem Eccleſiarum, avaritia inſtigante, nullatenus habere concupiverunt, & multa falſa objicientes, quæ nulla ratione veritatis comprobare potuerunt; inſuper ſecundum*

B *ſtatuta & juſſiones Theodori Archiepiſcopi cenſendum Pontificem noſtrum confirmaverunt*, &c.

Vvilfridus *deinde multis & duris ſermonibus eorum pertinaciam obſtinationis, quia per viginti & duos annos Apoſtolicam poteſtatem non timuerunt contentioſe reſiſtendo exercere, increpavit*. Hinc habemus tempus, quo celebrata eſt Synodus Oneſtreſeldenſis. Nam ſub finem anni DCLXXIX Epiſcopi Britannici in Synodo ſub Egefrido Northumbriæ Rege congregati cœperunt ſe ſe immorigeros exhibere præceptis Apoſtolicæ Sedis circa cauſam Vvilfridi: *Poſtquam*, inquit Eddius cap. 32. *quædam difficilia ſibi & ſuæ voluntati contraria lecta audiverunt, contumaciter reſpuerunt*, &c. quare hujuſce contentioſæ pertinaciæ annus XXII. completus eſt ſub finem anni DCCI. & hoc anno vere ſaltem habita hæc Synodus. Nec obſtat quod dixerit in hac Synodo Vvilfridus, *nonne ſine aliquo reatu ſuſpictionis offendiculum faciam cunctis audientibus nominis mei divulgationem, qua Epiſcopi vocabulo, quamvis indignum, per XL. prope annos nuncupabar?* nam non ſolum qui XXXVIII. an-

C nos in Epiſcopatu exegit, ſed qui XXXV. aut XXXVI. dici poteſt per XL. prope annos Epiſcopum fuiſſe; nullum enim annum determinatum ſignat hæc locutio.

Geſta hujus Synodi ſic narrare pergit Eddius: *Unus ex miniſtris Regis Pontifici noſtro valde devotus, quem ille a primævo vagientis ætatulæ incunabulo enutrivit, ex tentorio Regis latenter erupit*, &c. *dicens: Hac omnino fraude te moliuntur decipere, ut primitus per ſcriptionem propriæ manus confirmes eorum tantummodo judicium*, &c. *ut poſtquam iſto alligatus fueris diſtrictionis vinculo, de cetero impoſterum permutare nullatenus queas. Ita ſiquidem erit illorum judicii apertio, ut quidquid in Ultra-Umbrenſium aliquando terra poſſidere viſus fuiſti, vel in Epiſcopatu, vel in Monaſteriis, vel in qualibet re, cuncta dimittas; & ſi quid in Merciorum Regno ſubſecutus eras ſub Ethelredo Rege, omnia reddendo Archiepiſcopo coacte relinquas, ab ipſo donandum cui vult: & ad poſtremum temetipſum dotando, de tuo tu Sanctitatis honore cum ſubſcriptione degraderis*, &c. *Ad ultimum dum diutius multis agnoſcentibus cauſam celare non poterant, primo dixerunt*

D (inimici ſcilicet Vvilfridi) *Sanctum famulum Dei omnibus facultatibus ſpoliare taliter velle, ut nec in Ultra-Umbrenſium Regno, nec in Merciorum minimam quidem unius domunculæ portiunculam haberet. Hujus autem judicii inclementia ab Archiepiſcopo & Rege diffinita, & ipſos jam inimicos horruit, dicentes impium eſſe, tam famoſum Virum in circuitu nationibus abſque ullo capitali crimine omnibus bonis ſuis privare. Noviſſimum vero aliquid humanius peritractantes cenſuerunt, ut Monaſterium tantummodo, quod conſtruxit* (Vvilfridus) *in Rypis, & dudum cum omnibus ad illud pertinentibus, Sancto Petro donans commendaverit, perceptumque Privilegium a Sancto Agathone Papa Abbati familiæque ibidem converſatæ detulit; redderent in poſſeſſionem, ea tamen interpoſita dictione, ut propria manus conſcriptione firmiter conteſtaretur, quod illic quietus conſederet, ſepta Monaſterii abſque licentia Regis non tranſmearet, nec aliquid Sacerdotalis Officii attingeret; ſed ut ſuum de ſemetipſo* (quod dictu horribile erat) *gradum honoris ab-*

E *jiceret, ſub teſtimonio confirmationis plurimum cogentes compulerunt.*

Quo adito Sanctus Wilfridus Epiſcopus noſter conſtanter & intrepida voce elevata locutus erat, dicens: Qua ex cauſa me compellitis, ut tam lugubri calamitatis miſeria in memet ipſum gladium diræ interfectionis, hoc eſt ſubſcriptionem propriæ damnationis, convertam? &c. *Sed de hac noviter orta quæſtione, qua me vos Sanctitatis habitum violare eſtis conati, fiducialiter Sedem appello Apoſtolicam*, &c. *Hæc audientes Archiepiſcopus & Rex dixerunt: modo utique culpabilis factus a nobis notatus damnetur, quod magis illorum* (ſcilicet Romanorum) *quam noſtrum eligit judicium*, &c. *Poſt has ſermocinationes*, inquit Eddius cap. 45. *ſolvitur inutile Concilium ex utraque parte*, &c. *noſter autem Sanctus Pontifex pergens devenit ad Ethelredum Regem, denuncians ei cunctam diræ locutionis infeſtationem, quæ a Præſu-*

ANNO CHRISTI 701.

libus contra illius præceptum illata erat. Promisit autem Rex se Romam Nuncios proprios vel Scripta præmissurum, & inimici Sancti Vvilfridi annunciabant interim eum & socios a sorte fidelium esse segregatos, *& vasa Dei quibus vescebantur, lavari prius, quasi sorde pollu-*

ta jubebant, antequam ab illis contingerentur, ait Eddius cap. 46. qui cap. sequenti subdit, Vvilfridum cum suis navem ascendisse, & ad Sedem Apostolicam venisse primo vere scilicet, & mari aperto, ut conjicere licet.

ANNO CHRISTI 701.

[a] CONCILIUM TOLETANUM XVIII.

TEMPORE WITIZÆ REGIS CELEBRATUM,

Anno domini DCCI. sub Joanne VI.

(*Concilium*.) De hoc concilio Rodericus Toletanus lib. 3. cap. 14. *Hic in ecclesia sancti Petri, quæ est extra Toletum, cum episcopis & magnatibus super ordinatione regni concilium celebravit; quod tamen in corpore canonum non habetur*. Existimo celebratum fuisse hoc concilium sub Gunderico Toletano antistite: *qui* (ut Rodericus ait) *sanctimoniæ dono illustris fuit, & in multis mirabilibus clarior celebratur*. Hæc Garsias.

Quid de actis concilii sentiat Baronius videre est in ejusdem annalibus anno 701. n. 15.

ANNO CHRISTI 705.

VITA ET EPISTOLA JOANNIS PAPÆ VII.

ANNO CHRISTI 705.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 450.

JOannes VII. natione Græcus, patre Platone, sedit annos duos, menses septem, dies 17. (*a*) Fuit autem temporibus Tiberii Augusti, & Justiniani dudum imperatoris, vir eruditissimus, & facundus eloquentia. Hic fecit oratorium sanctæ Dei genitricis intra ecclesiam beati Petri apostoli, cujus parietes musivo depinxit. Illicque auri & argenti quantitatem multam expendit, & venerabilium patrum dextra lævaque vultus erexit. Hic restauravit basilicam sanctæ Eugeniæ, quæ longo tempore (*b*) detecta atque diruta fuerat. Laboravit autem & in cœmeteriis beatorum martyrum Marcellini & Marci, Damasique sancti pontificis. Fecit vero & imagines per diversas ecclesias, quas quicumque nosse desiderat, in eis ejus vultum depictum reperiet. Basilicam itemque sanctæ Dei genitricis, quæ Antiqua vocatur, pictura decoravit, illicque ambonem noviter fecit, & super eamdem ecclesiam episcopium, quantum ad se, [a] constituere maluit, illicque pontificatus sui tempus (*c*) explevit. Hic fecit calicem aureum præcipuum pensantem libras viginti, quem & gemmis pretiosis decoravit.

[a] constituere voluit,

Hujus temporibus Aripertus rex Longobardorum donationem patrimonii Alpium [a] Cottiarum, quæ longa per tempora a jure ecclesiæ privata fuerat, ac ab eadem gente detinebatur, in literis aureis exaratam jure proprio beati apostolorum principis Petri reformavit. Hujus temporibus [b] Justinianus imperator a partibus [c] (*d*) Zachariæ per loca Bulgariæ auxilio Trebellii Bulgarorum regis usque ad regiam urbem veniens, regnum proprium de quo projectus fuerat, adeptus est. Leonem [d] etiam, & Tiberium, qui locum ejus usurpaverant, cepit, & in medio [e] (*e*) circuli coram omni populo jugulari fecit; & obtinuit principatum, de quo antea tumultuose fuerat dejectus. Qui illico ut palatium ingressus est, propriumque adeptus est imperium, (*f*) tomos, quos antea sub domno Sergio apostolicæ memoriæ pontifice Romam direxerat, in quibus diversa capitula Romanæ ecclesiæ contraria scripta inerant, per duos metropolitanos episcopos demandavit, dirigens per eos & sacram, per quam denominatum pontificem conjuravit ac adhortatus est, ut apostolicæ ecclesiæ concilium aggregaret, & quæque ei visa essent, stabiliret, & quæ adversa, renuendo (*g*) excluderet. Sed hic humana fragilitate timidus, hos nequaquam (*h*) tomos emendans per suprafatos metropolitas direxit ad principem, post quæ non diu in hac vita duravit. Hic fecit episcopos per diversa loca numero decem & octo. (*i*) Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum ante altare oratorii sanctæ Dei genitricis, quod ipse construxit sub die xv. Kalendas Novembris, indictione 6. Justiniano Romanam rembuplicam gubernante, & cessavit episcopatus menses tres.

[a] Cottiarum al. Cottiarum,

[b] Gazariæ

[c] Leontium

[d] circo.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Joannes VII.*) Pontificatum adeptus est anno Christi 705. prima die Martii, cui recens electo hoc prope miraculose contigit, ut homo Græcus opera Græcorum e numero cardinalium aliorum in sede apostolica collocatus, apostolicum spiritum hæreditarit, atque imperatori hæretico, concliabuli Constantinopolitani, de quo supra, confirmationem petenti, nequaquam acquieverit.

b *Idem Justinianus Imperator pro tomis*, &c.) Intellige canones concliabuli illius Constantinopolitani, de quo supra sub Sergio.

c *Concilium congregaret*, &c.) Justa quidem, sed indecens petitio. Indignum est sede apostolica, vel quid minimum comprobare, quod non in legitima synodo sancitum esset. Unde ne quidem ex parte eos approbare & recipere voluit, ut constat infra ex vita Gregorii II. ubi dicitur, quod Constantinus Papa hac de causa Constantinopolim evocatus fuerit, atque hac de re per Gregorium successorem suum imperatori responderit: quibus opus non fuisset, si Joannes XII. ex canonibus, prout petebatur, alios approbasset, alios rejecisset. Vide quæ dicam infra.

EPI-

(*a*) *fuit... Imperatoris*, desunt omnia. (*b*) *distecta*. (*c*) *vitam finivit*. (*d*) *Gazariæ*. (*e*) *circus*. (*f*) *protomos*. (*g*) *cessaret*. (*h*) *tomos*, deest. (*i*) *Qui etiam...; gubernante*, desunt omnia.

ANNO CHRISTI 705

EPISTOLA JOANNIS PAPÆ VII. AD ETHELREDUM REGEM.

Esse Joannis VI. monet Pagius in Critica ad an. 704. n. 89.

Extat infra in concilio ad fluvium Nidde, celebrato anno 705.

Edictum Justiniani imperatoris ad Joannem papam extat supra tom. XI. pag. 737. post act. 18. sextæ synodi Constantinopolitanæ, Magnum studium, &c. *Verum Binius illud idem edictum missum asseruit paulo ante ad Joannem V. papam supra*, Tom. XI. p. 1093.

JOANNES EPISCOPUS (a) *Archiepiscopis, presbyteris, & diaconibus, & universis clericis per Anglorum patriam constitutis.*

ANNO CHRISTI 705.

Ex Mansi Suppl. tom. I. pag. 522

COngregatis omnibus Anglorum proceribus, qui tunc ad beatum Petrum degebant apostolum, post alterutrarum partium congruas ratiocinationes, apostolicæ sententia usque adeo sedis prævaluit, ut voluntarie omnes Anglorum clerici sub ipsis vigiliis sancti Gregorii laicalem & sinuosum, sed & cunctum habitum deponentes, talares tunicas secundum Romanum morem induerent. Hujus rei gratia, quia & B vos pari modo in sanctæ ecclesiæ nostræ corpore veluti propria membra amplectimur, pro deponendis laicalibus vestimentis & sumendis clericalibus infulis secundum Romanæ ecclesiæ morem auctoritate apostolica monemus.

CONCILIUM ROMANUM

AUCTORITATE JOANNIS PAPÆ VII.

Ad instantiam Justiniani imperatoris pro canonibus sextæ synodi confirmandis vel reprobandis indictum, anno redemptoris DCCV. tempore Joannis VII.

Causa concilii

Concilium.) Qua occasione hæc synodus Romæ coacta fuerit, indicat Anastasius supra in vita Joannis VII. nimirum quia per epistolas & legationem ab imperatore Justiniano petitum est, ut sancitos Constantinopoli canones Joannes papa congregato concilio examinaret, & quos catholicæ disciplinæ consentientes reperisset, rejectis ceteris probaret, & confirmaret. Indecenti postulato nihil pontifex detulit, & recte: nam inconveniens est & valde indecorum, vel minimum approbare eorum quæ in pseudosynodo constituta fuerint. Vide quæ dixi supra in vita Joannis, verbo *concilium*. Hac eadem synodo Vvilfridus Eboracensis episcopus, postquam jam ante sub Agathone papa semel injuste accusatus, in Romano concilio sub eodem Agathone Romæ absolutus fuisset, ab Aldfrido rege secundo accusatus, secundo synodali judicio Romæ absolutus fuit. Hæc teste Beda acciderunt anno quarto ante obitum Vvilfridi, adeoque anno Christi 705. tempore Joannis papæ septimi. Nam cum testetur eumdem post hanc synodum quadriennio vixisse, anno redemptoris nostri 709. post obitum Osredi regis quarto, episcopatus sui anno 45. diem suum obiisse, negari non potest hanc synodum prædicto tempore celebratam fuisse. Scribit enim Beda lib. 5. cap. 20. eumdem Vvilfridum annis 45. episcopatum tenuisse: & rursum lib. 3. cap. 26. affirmat primum annum sedis illius cum anno domini 664. coincidisse; unde necessario infertur quod ultimus sedis Vvilfridi inciderit in annum domini 709. qui est quintus post illam synodum finitam, qua illum a calumniis adversariorum absolutum fuisse Beda lib. 5. cap. 20. refert his verbis: *Post quinque annos*, inquit, *denuo accu-*

Acta concilii.

Tempus concilii.

satus ab eodem ipso rege, Aldfrido scilicet, *& plurimis episcopis, præsulatu pulsus est: venienſque Romam, cum præsentibus accusatoribus acciperet locum se defendendi, confidentibus episcopis pluribus cum apostolico papa Joanne, omnium judicio probatum est, accusatores ejus nonnulla in parte falsas contra eum esse machinatos calumnias. Scriptumque est a præfato papa regibus Anglorum Edilredo & Aldfrido, ut eum in episcopatum suum (eo quod injuste fuerit condemnatus) facerent recipi. Juvit autem causam absolutionis ejus lectio synodi beatæ memoriæ papæ Agathonis quæ quondam ipso præsente in urbe atque in eodem concilio inter episcopos residente (ut prædiximus) acta est. Cum ergo, causa exigente, synodus eadem coram nobilibus & frequentia populi, jubente apostolico papa, diebus aliquot legeretur, ventum est ad locum ubi scriptum erat: Vvilfridus Deo amabilis episcopus Eboracensis civitatis, apostolicam sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, &c. quæ supra posuimus. Quod ubi lectum est, stupor apprehendit audientes: & silente lectore, cœperunt alterutrum requirere, quis esset ille Vvilfridus episcopus. Tum Bonifacius consiliarius apostolici papæ, & alii perplures, qui eum temporibus Agathonis papæ ibi viderunt, dicebant ipsum esse episcopum, qui nuper Romam accusatus a suis, atque ab apostolica sede judicandus, advenerat.*

Qui jamdudum, inquiunt, æque accusatus huc adveniens, mox audita & dijudicata causa & controversia utriusque partis, a beatæ memoriæ papa Agathone probatus est contra fas a suo episcopatu repulsus: & tanto apud eum habitus est honore, ut ipsum in concilio quod congregarat episcoporum quasi virum incorruptæ fidei & animi

(a) An epistola hæc, quam ex Baluzio Miscell. tom. V. pag. 478. profero, ad Joannem VII. seu potius ad Joannem VI. pertineat, ambigo, cum Angli illi Romæ congregati non ahi habendi videantur, quam quos S. Vvalfridus secum eo adduxerat ad causam suam defendendam. Quæ si valuerit conjectura ad Joannem VI. potius referenda est. *Mansi.*

ANNO CHRISTI 705.

mi probi residere præciperet. Quibus auditis, decebant omnes una cum ipso pontifice, virum tantæ auctoritatis, qui per quadraginta prope annos episcopatu fungebatur, nequaquam damnari debere, sed ad integrum culpis accusationum absolutum in patriam cum honore reverti.

ANNO CHRISTI 705.

Adnotatio P. Antonii Pagi.

Ad annum Ch. 704. n. 89. & 705. n. 4.

Anno Christi 704. S. Wilfridi causa coram Joanne Papa examinata, accusationum capita excussa, isque innocens pronunciatus. Baronius quidem Wilfridi protectionem Romanam, ejusque absolutionem in annum sequentem, quo Joannes VII. Ecclesiam Romanam administrabat, refert. Verum recte observat Malmesburiensis lib. 3. de Gest. Pontif. Angl. p. 266. Vvilfridum *jam septuagenarium* mare transisse, Urbemque introiisse, ideoque hoc vel superiori anno, cum Vvilfridus teste Eadmero in ejus vita, quod & ex Eddio etiam colligitur natus sit anno 634. Eddius in ejus vita cap. 50. ait: *Per plura spatia dierum & mensium ab omni piaculo scelere degradandi pure perfecteque excusatus probabilis sanctus Pontifex noster apparuit. Nam per 4. menses, & 70. Conciliabula sanctissimæ sedis, de fornace ignis examinandi* (vel examinandus) *Apostolica potestate hoc modo auxiliante purificatus* (*ut dicam*) *evasit; recitatumque breviter, quia in sancto Pascha, tertia die, ter beatissimi Agathonis Synodus adversum pravitates hæreticorum cum 125. orthodoxis Episcopis constituta est: ex quibus unusquisque pro suo Provincia & Civitate veram fidem confessus est, & subscriptione sua confirmavit &c. qui per 40. & 50. amplius annos Episcopatus officio fungebatur &c. & ideo digni sunt pœnas luere, in ima carceris angustia usque ad finem mortis incarcerati*, accusatores scilicet ejus, ut nonnulli dixere. Quibus ex verbis aliqui perperam deduxere inde certo constare Synodum Romanam sub Joanne VI. hoc anno absolutam fuisse. Nam hæc locutio 40. *& amplius annos* non minus annum 41. currentem, quam 42. aut 43. designare potest. Sed alia mox momenta afferemus, quibus constabit hanc Synodum huic anno necessario alligandam esse.

Tandem Eddius cap. 50. refert sententiam absolutionis Vvilfridi a Joanne VI. prolatam: *B. Wilfridus Deo amabilis Episcopus, in quo nullam criminis per tot Conciliabula nostra examinando tam diligenter objectionem invenimus E. Petri Apostoli, & Apostolorum Principis auctoritate, qui habet potestatem solvendi, ligandique, ab occultis delictis exsoluius sit.* Tum cap. 51. Epistolam, seu decretum Joannis Papæ ad Ethelredum Regem Merciorum, & Alfridum Deirorum & Berniciorum, ideſt Northumbriæ regem, scriptam producit, qua eosdem monet, Vvilfridum fuisse absolutum, saltem provisorie, *donec*, inquit Joannes, *ipsæ principales personæ, de quibus contentio exorta est, præsentes adfuerint* (Romæ scilicet) *quos necesse erat, ut contentio finem accipiat, advenire & confedere, & idcirco admonemus Berthualdum præsulem S. Cantuariorum Ecclesiæ, quem auctoritate Principis Apostolorum Archiepiscopum ibidem confirmavimus reverentissimum* (hæc confirmatio Anastasium in errorem induxit: scripsit enim Berthualdum fuisse a Sergio consecratum; cum tamen confirmatus tantum fuerit a Joanne VI. multis post ejusdem Berthualdi ordinationem annis) *ut Synodum convocet una cum Wilfrido Episcopo: at concilio regulariter celebrato, Eoram* (Eboracensem) *atque Joannem* (Haugustaldensem) *Episcopos in Synodum faciat advenire, voteſque partium audiat, ut hæc causa Synodaliter terminetur*; etsi non possit, *ad hanc sedem Apostolicam simul occurant, ut ampliori Concilio flagitetur, ac decidatur* &c. Sed loco flagitetur, videtur legendum, *agitetur*. Cum igitur Joannes Papa ad Ethelredum regem de absolutione Vvilfridi, & de iis, quæ agenda restarent, literas scripserit, isque anno Ch. 704. Regnum abdicarit, ut tam ex Beda, quam ex Auctoribus Anglicis supra citatis liquet, certum est, non tantum Joanne VI. Romanæ Ecclesiæ præsidente causam Vvilfridi agitatam esse; sed etiam Synodum ad eam decidendam coactam, hoc anno finem accepisse.

Beda lib. 5. cap. 20. uno tenore recitat, quæ contigere in causa S. Vvilfridi; sed quia strictim & breviter res narrat, non mirum si Baronius, destitutus quibus nunc abundamus subsidiis, discernere non potuerit, an Synodus Romana, in qua Vvilfridus absolutus, Joanne VI. aut Joanne VII. sedente, quove anno celebrata fuerit, & suspicatus sit, actum in ea de Canonibus in Quini-sexta Synodo ad sextam Generalem adjectis; cum tamen certum sit, lecta quidem esse in Synodo Romana anno 704. habita, quædam contenta in Concilio Romano contra Monothelitas ab Agathone Papa coacto, sed ea tantum quæ ad causam Vvilfridi facerent, non vero ad Monothelitarum damnationem.

SYNODUS MERCIANA

SUB HAC TEMPESTATE CIRCA ANNUM

gratiæ DCCV. celebrata.

In qua Aldhelmo abbati monasterii Mailduiurbis, (id est *Malmesburiæ*) præceptum est ut librum scribat adversus errorem Britonum in paschate celebrando.

Beda hist. eccl. lib. 5. c. 19.

De hac Synodo nudam solummodo mentionem facit Beda, cum Heddæ episcopi occidentalium Saxonum interitum retulerit. Quo, *inquit*, defuncto, episcopatus provinciæ illius in duas parochias divisus est: una data est Danieli, quam usque hodie regit: altera Aldhelmo, cui annis quatuor strenuissime præfuit: ambo in rebus ecclesiasticis & in scientia scripturarum sufficienter instructi. Denique Aldhelmus, cum D esset adhuc presbyter & abbas monasterii quod Mailduiurbem nominant, scripsit jubente synodo suæ gentis librum egregium adversus errorem Britonum, quo vel paschа non suo tempore celebrant, vel alia perplura ecclesiasticæ castitati, & paci contraria gerunt, multosque eorum qui occidentalibus Saxonibus subditi erant Britone ad catholicam dominici paschæ celebrationem hujus lectione perduxit, *&c.*

CONCILIUM AD FLUVIUM NIDDE IN NORTHUMBRIA, AB OSREDO

Ibidem rege; & Bertvvaldo archiepiscopo Cantuariæ,

Monitu Joannis papæ VII. anno Christi DCCV. celebratum; in quo accepta Joannis papæ epistola, Vvilfridus demum in archiepiscopatu suo Eboracensi confirmatur.

Rex Merciæ & archiepiscopus Cantuariæ papæ parent literis.

Malm. de gest. pont. lib. 3.

Postquam (quæ retulimus) de concilio sub Alfrido rege, & Berthvvaldo archiepiscopo, anno gratiæ DCCI. *peroraſſet Malmesburius, ad Nid- E denſe hoc concilium tranſiens, ſic orditur*: Rediit igitur (Vvilfridus) & apostolicas epistolas regi Merciorum jam monacho Ethelredo attulit. Hu-

ANNO CHRISTI 705.

Humiliter ille & genu flexo dignationem salutationis apostolicæ suscepit, & perlectis chartis quod tenor earum jubebat, a Kenredo filio fratris Vvlfarii, quem sibi regem suffecerat, compleri non gravate obtinuit. Erat enim & ille timore Dei plenus, sicut post quadriennium voluntaria regni abrenunciatione mundo approbatum est: nec segnius Brithvvaldus archiepiscopus pacem non aspernanter ambiens in unanimitatem fraternæ concordiæ accurrit. Exterritum minis apostolicæ sedis ajunt, legatis damnationem suam gravibus querimoniis aggerentibus, quamvis Vvilfridus eos jam adjudicatos exemisset.

Rex Northumbriæ eas pernit. it. semitam.

Solus Alfrithus rex Northanimbrorum obstinationis animi sententiam terens, pervicaciam tenuit. Nunciis enim ad se ex parte Vvilfridi directis serenum primo responsum retulit: sed depravatus (ut creditur) malevolorum consiliis, quibus extra suam dignitatem nimis indulgebat, redeuntes ad se die condicto tali sententia contristavit: se quidem legatorum personis, quod essent & vita graves, & aspectu honorabiles, honorem ut parentibus deferre: ceterum assensum legationi omnino abnuere, quod esset contra rationem homini jam bis a toto Anglorum concilio damnato propter quelibet apostolica scripta communicare. Sed nec ipse multo post in hac vita moratus est tempore. Statim enim, illis abeuntibus, acerba correptus valetudine, ad mortem exercebatur. Amaritudo tormenti rationem olim in animo regali sopitam elicuit, & secundum prophetam, *vexatio dedit intellectum auditui*. Intelligens enim se merito inobedientiæ plexum, promisit omnem emendationem facti Vvilfrido exhibiturum, si sibi viventi adduci potuisset; nec cessavit, quantum ante præclusam vocem loqui potuit, idem promittere, & si ipse voti effectu careret, hæredem suum ut faceret adjurare: & ille quidem mature defunctus, apostolicas literas se spreviſſe sero indoluit, quarum minas effugere non meruit: quas, quia crebro commemoravi, hic abbreviatas ponere fert animus, ut palam sit quanta miseria involvat mortales, quod illi viri, quos sanctissimos celebrat antiquitas, Theodorus, Berthvvaldus, Joannes Bosa, nec non & Hilda abbatissa digladiabili odio impetierint Vvilfridum Deo, ut ex ante dictis probatur, acceptissimum.

i. 40.

d resipiscit noriturus.

EPISTOLA JOANNIS PAPÆ VII. AD ETHELREDUM REGEM MERCIORUM, & Alfridum regem Deirorum, &c.

Berthvvaldum archiepiscopum Cantuariæ commonet ut synodum convocet, Vvilfridumque & adversarios suos aut convenire faciat, aut Romam accurrere.

Dominis eminentissimis Ethelredo regi Merciorum, & Alfrido regi Deirorum, & Berniciorum, Joannes papa.

DE vestræ quidem religionis accessibus gratia Dei cooperante gaudemus, fervorem fidei cernentes in vobis, quam ex prædicatione principis apostolorum Deo vestros animos illuminante percepistis, & efficaciter tenetis; & utinam gaudium nostrum meliorum excessus amplificet. Inextricabilis vero quorumdam dissensio nostros animos afficit, quam oportet corrigi, ne apostolicorum præceptorum prævaricatores, sed custodes esse inveniamini. Dudum enim sub apostolicæ memoriæ Agathone papa, cum Vvilfridus episcopus pro sua causa sedem hanc appellasset; & accusatores a Theodoro sanctæ Cantuariorum ecclesiæ archiepiscopo hinc illuc mandato, & ab Hilda religiosæ memoriæ abbatissa missi venissent, episcopi tunc hic de diversis partibus congregati, rem regulariter quæsierunt, & definierunt, eamdemque sententiam successores ejusdem pontificis prædecessores nostri tenuerunt; sed neque Theodorus archiepiscopus obviasse cognoscitur, qui nunquam postmodum aliquam huic accusationem demandavit. Nunc quoque eorum accusationes, qui contra Vvilfridum episcopum huc de Britannia advenerunt, & ejus excusationes apud conventum reverendissimorum episcoporum qui hic inventi sunt per dies aliquot fieri procuravimus, tam de epistolis anterioribus & modernis, quam quæ verbialiter partes detulerunt, dum principales personæ, de quibus contentio omnis exorta est, hic non affuerint: quas necesse est, ut contentio finem accipiat advenire.

ANNO CHRISTI 705.

Vvilfridus appellat sedem Romanam.

Idcirco commonemus Berthvvaldum archiepiscopum fratrem nostrum, ut synodum convocet una cum Vvilfrido, & Bosam atque Joannem in synodum faciat convenire, voceſque partium audiat, & consideret quid sibi invicem partes valeant approbare: & siquidem apud illam synodum potuerit rem determinare, gratum erit nobis. Sin autem, moneat eos ad sedem apostolicam accurrere, ut majori concilio decidatur quod hactenus terminari non potuit. Sciat autem quod quicumque venire contempserit, seipsum dejectioni submittit, nec hic, nec ibi pro episcopo amplius suscipiendus; vestra proinde regalis sublimitas faciat concursum, ut ea, quæ Christo aspirante perspeximus, perveniant ad effectum; quicumque autem cujuslibet personæ audaci temeritate contempserit, non erit a Deo impunitus, neque sine damno cælitus alligatus evadet.

Synodus convocatur a Berthvvaldo, &c.

Defuncto ergo Alfrido, Edulfus quidam tyrannidem meditatus, furorem quoque malesanæ mentis in Vvilfridum evomuit, quasi in vecordiam Alfridi juratus esset. Cum enim eum pontifex quondam recordatus amicum esse, non inconsultum æstimaret adire, adeo stultus efferbuit, ut eum continuo de regno suo exire juberet, ni omnibus suis expoliatus eum dedecore ejici vellet. Sed enim post duos menses vita & regno privatus captivo diademate moribundus humum pulsavit, proceribus regni filium Alfredi Osredum solio restituentibus: quorum & maximus fide & auctoritate Berthfridus summonitus a Berthvvaldo archiepiscopo concilium in Northanimbria fieri consensit, ut tandem justa Vvilfredi causæ placabilem terminum acciperet; ibi ex præceptis apostolicis data est optio episcopis, ut aut Vvilfrido in sua episcopatus sede cederent, aut Romam pro sua defensanda causa pergerent, qui his resultandum putaret exors a communione fieret. Episcopis suo more obnitentibus beatissima virgo Elfleda soror Alfridi abbatissa post Hildam de *Strenesbald*, terminum negotio fixit, dicens: Dimissis ambagibus testamentum fratris mei, cui præsens interfui, profero: quod si convalescceret, justa se apostolicæ sedis incunctanter facturum promisisse, vel quod morte interveniente facere nequiret, hæredi suo faciendum transmisisse cognoscitur. Tum

Edulfi malitia in Vvilfridum.

Elfleda abbatissa litem dirimit.

* Ber-

ANNO CHRISTI 705. * Berchtilthus.

* Berfridus verbis virginis conglutinans ſua: Ego juſſionibus papæ obediendum cenſeo, inquit, præſertim cum eorum robori accedat & regis noſtri juſſio, & noſtræ neceſſitatis ſponſio; namque dum nos poſt mortem ejus inimicis urgentibus in *Bebbaburh* incluſi eſſemus, in obſeſſionis angusto, in vitæ periculo, vovimus Deo impleturos nos juſſionem papæ, ſi potuiſſemus evadere. Vix votum finieramus, & fateor (ſacratiſſime archipræſul) ſtatim certant obſequela, omnis in noſtrum aſſenſum accurrit provincia. Puer regius in regem levatus, hoſtis abactus, tyrannus extinctus. Eſt igitur regiæ voluntatis, ut epiſcopus Vvilfridus reveſtiatur: his dictis emotæ diſſenſionum nebulæ, ſerenitas pacis infuſa: cucurrit epiſcopalis gravitas in amplexum, & concordibus animis quantum ſuperfuit ævi exegit.

Vvilfridus reveſtitur.

Dimiſſis Vvilfrido duobus cœnobiis, Ripis & Hengeſteldein; ille inconcuſſa pace potitus poſt quatuor reditus annos, ut Michael archangelus prædixerat, tentatus eſt eadem infirmitate, qua quondam in Meldis, tam valide, ut ſubito ſenſu & voce careret. Sed ſuis ad eum orantibus ut ſaltem ad diviſionem rerum ſuarum loquelam mereretur, reſumpſit ingenue, ut & loqueretur continuo, & poſt dies ſalutis vigore refuſo cuncta loca ſua *obiret; tum pro frequentibus morbis vicinæ mortis non dubius, quidquid ante in aliquibus bonis tepidius feciſſe videbatur, ſupplevit: præpoſitos omnibus cœnobiis ordinavit: gazas in quatuor diviſit: unam & eam optimam portionem Romanæ dandam eccleſiæ, cujus auctoritate cunctis ſemper injuriis exemptus & honoribus reſtitutus fuerit: quod & per ſe implere quamvis annis gravis meditaretur, niſi ferrea quies cogitantem anticiparet: ſecundam pauperibus: tertiam cœnobiorum præpoſitis delegavit, qua potentiorum amicitiam redimerent, qua contrariorum impetum refringerent: quartam illis, qui laborum ſuorum individui comites, necdum terras, quibus ſe ſuſtentarent, acceperant. Sic accepta licentia a Ripenſibus, quos præcipuo ſemper amore coluerat, & ceteris Northanimbris ad colloquium Celredi regis Merciorum quo invitabatur, ſimul ut & monaſteriorum ſuorum, quæ in illa regione plurima per indulgentiam regum inſtituerat, quietem procuraret, profectus eſt. Ibi ergo cunctis circuitis & auctis, exacto anno & ſemis poſtquam ſecundo proximi obitus fuerat admonitus, apud inſulam Inundalum languore irruente agitatus, extremum diem ſibi ſenſit adeſſe: pauciſque, quantum vires ſuppetebant allocutus filios, ſacramque benedictionem impertiens, omnis ut videbatur expers angoris, finem inivit: recenſito jam a monachis pſalterio uſque ad illum verſum: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur*, &c. exceſſit anno ætatis LXXVI. XLVI. epiſcopatus: vir pro juſtitiæ merito multis jactatus periculis, quique in ipſis exiliis non otio deditus, ſed cœnobiis & epiſcopatibus fundandis induſtrius eſſet: egregie factus ad promerendam gratiam principum apud quos exularet, idemque pro rigore juſtitiæ compatriotis regibus odioſus: reliquit cœnobia quot nullus, quæ ſolus aggregaverat, multis dividens hæredibus; corpus ejus in Ripis portatum; & multa reverentia conditum. *Hæc & hucuſque Malmesburius.*

ANNO CHRISTI 693. Ejus mors. Pſalm. 103.

* *al.* ambiret;

Gazas in quatuor partes erogat, & Romæ optimam.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Cum poſt impetratam abſolutionem Vvilfridus Roma deceſſiſſet, venienſque in Galliam in morbum graviſſimum incidiſſet, apparitione & medela Sancti Michaelis miraculoſe liberatus, hoc anno venit in Angliam. Cumque lectis epiſtolis apoſtolicis ab archiepiſcopo honorifice acciperetur, ab Alfrido autem rege accuſatore ſui contemneretur, poſt mortem regis ſubito defuncti *factum eſt*, inquit Beda lib. 5. cap. 20. *ut regnante Oſredo filio ejus, mox ſynodo facta juxta fluvium Nidde, poſt aliquantum utriuſque partis conſiſtium tandem cunctis ſventibus in præſulatum ſit ſuæ receptus eccleſiæ, ſicqus quatuor annis, id eſi uſque ad diem obitus ſui vitam duxit in pace.* Hæc Beda prædicto loco.

Acta concilii.

ADNOTATIO P. ANTONII PAGI

Ad annum Chr. 705. n. 11.

Eddius in Vita S. Wilfridi c. 57. de hoc Concilio, in quo pax reformata eſt, loquens inquit: *In primo* (ſcil. anno) *Oſredi regis, Berthualdus Cantuariorum Eccleſiæ, & pene totius Britanniæ Archiepiſcopus de Auſtro veniens, habens ex præcepto Apoſtolicæ ſedis Aquilonalium Regem cum omnibus Epiſcopis ſuis, & Abbatibus, & totius regni ejus Principibus, ad Synodalem locum de cauſa B. Wilfridi Epiſcopi diligenter invitare, & ita factum eſt. Nam in unum locum juxta fluvium Nidd ab Oriente congregati Rex* (ſcil. Ofredus) *cum Principibus ſuis, & tres Epiſcopi ejus* (nempe Boſa Eboracenſis, Joannes Haguſtaldenſis, & Eadfridus Lindisfarnienſis) *cum Abbatibus: nec non & beata Aelfreda Abbatiſſa* (Streaneshalenſis Monaſterii, filia Oſvvii Northumbriæ Regis) *ſemper totius Provinciæ conſolatrix, optimaque conciliatrix; Berthualdus quoque Archiepiſcopus & Wilfridus Epiſcopus ſimul in una die advenerunt. Deinde ſedentibus Rege & Epiſcopis cum Principibus eorum in loco Synodali*, utriuſque libri a principio uſque ad finem lecti ſunt: Archiepiſcopus autem dixit, Apoſtolicam poteſtatem cenſuiſſe, ut Præſules Eccleſiarum illius Provinciæ B. Wilfrido reconcilientur. Epiſcopi reſiſtentes dixerunt, nullum poſſe immutare quæ jam facta fuiſſent, Sed cum ſummopere faverent Wilfrido Abbatiſſa Aelfleda, & Princeps Berechtfridus, & pro eodem Præſule multa in Synodo dixiſſent, ut videre eſt apud Eddium, *Epiſcopi ſibi mutuo ſeparati ab aliis intre conſilium cœperunt; aliquando cum eis Archiepiſcopus, aliquando vero ſapientiſſima Virgo Aelfleda: & hujus ſancti Concilii talis finis extitit, ut omnes Epiſcopi & Rex cum ſuis Optimatibus puræ pacis concordiam cum S. Wilfrido Epiſcopo inierint, quam inter ſe uſque ad finem vitæ conſervaverunt, reddentes ei duo prima cænobia, quæ in Ripis & Haguſtaldenſe cum omnibus reditibus ſuis.*

AD CONCILIUM NIDDENSE

IN NORTHUMBRIA

ADDITIO.

Ex Supplem. Manti pag. 521. Recitat Wilkins to. 1 pag. 67.

Eddius in vita S. Vvilfridi cap. 58. quem Malmesburienſis ſequitur, longiore filo acta hujus ſynodi produxit, quem hic adjicere lubet.

In primo anno Oſredi regis Berctvvaldus, Cantuariorum eccleſiæ & pene totius Britanniæ archiepiſcopus, de auſtro veniens, habens ex præcepto apoſtolicæ ſedis aquilonalium regem cum omnibus epiſcopis ſuis & abbatibus, & totius regni ejus principibus, ad ſynodalem locum de cauſa B. Vvilfridi epiſcopi diligenter invitare; & ita factum eſt. Nam in unum locum juxta fluvium *Nid* ab oriente congregati, rex cum ſuis, & tres epiſcopi ejus cum abbatibus, nec non & beata Aelfleda abbatiſſa, ſem-

ANNO CHRISTI 705

semper totius provinciæ consolatrix, optimique consiliatrix; Berctvvaldus quoque archiepiscopus & Vvilfridus episcopus simul in una die advenerunt. Deinde sedentibus rege & episcopis cum principibus eorum in loco synodali, tali modo archiepiscopus loqui incipiebat. *Oremus Dominum Deum nostrum, ut pacis concordiam in cordibus nostris per Spiritum sanctum indulgeat. Habemus enim, ego & beatus Vvilfridus episcopus scripta apostolicæ sedis parvitati meæ per nuncios directa, & per semetipsum similiter allata, ut ea in præsentia reverentiæ vestræ recitentur humili prece deposcimus.* Quibus venerabiles domini licentiam dederunt, & coram synodo, omnibus audientibus, utriusque libri a principio usque ad finem legebantur. Post lectionem autem, cunctis tacentibus, Berectfridus, secundus a rege princeps, ad archiepiscopum dixit: *nos qui interpretatione indigemus, quid apostolica auctoritas dicat, audire delectat.* Et respondit ei archiepiscopus dicens: *judicia apostolicæ sedis longo circuitu & ambagibus verborum unum tamen intellectum de eadem utrique libri ostendunt, quorum brevi sermone sensum tantum explicabo. Apostolica namque potestas, quæ primum Petro apostolo & principi apostolorum ligandi solvendique donata est, sua auctoritate de beato Vvilfrido censuit, ut in præsentia mea, licet indignus, & omnis conventus, præsules ecclesiarum hujus provinciæ, antiquam inimicitiam pro salute animarum relinquentes, beato Vvilfrido episcopo in bono reconcilientur. Nam his coepiscopis meis e duobus ab apostolica sede judiciis optio datur, utrum voluerint, eligant, ut aut cum Vvilfrido episcopo pacem plane perfecteque ineant, & partes ecclesiarum, quas olim ipse regebat, sicut sapientes mecum judicaverint, restituant; aut si hoc optimum noluissent, omnes simul ad apostolicam sedem pergerent, ibique majori consilio dijudicentur. Si quis vero contemnens (quod absit) neutrum ex his duobus implere voluerit, sciat se, si rex sit aut laicus, a corpore & sanguine Christi excommunicatum; si vero episcopus aut presbyter (quod est execrabilius & dictu horrendum) ab omni gradu ecclesiastice dignitatis degradari. Hæc sunt judicia apostolicæ sedis, brevi sermone expositæ.* Episcopi vero resistentes, dixerunt: *quod prædecessores nostri olim Theodorus archiepiscopus ab apostolica sede emissus, & Ecfridus rex consuerunt, & postea in campo qui* Eltrefeld *dicitur, una nobiscum pene totius Britanniæ episcopi, suaque archiepiscopali præsentia excellentissima cum rege Alfrido judicavimus, quomodo immutare quis valeat?* Interea autem beatissima Aelfleda abbatissa benedicto ore suo dixit: *vere in Christo dico testamentum Alfridi regis in ea infirmitate, qua vitam finivit, qui votum vovit Deo & sancto Petro dicens*; si vixero, omnia judicia apostolicæ sedis, quæ antea renui audire, de beato episcopo Vvilfrido, implebo. Si tamen diem obiero, dicite tamen hæredi meo in nomine Domini; ut pro remedio animæ meæ judicium de Vvilfrido episcopo apostolicum repleat. Hæc ea loquente Berectfridus præfectus regis princeps respondens dixit. *Hæc est voluntas regis & principum ejus, ut mandatis apostolicæ sedis, & præceptis Alfridi regis in omnibus obediamus. Nam quando in urbe, quæ* Bebbamburg *dicitur, obsessi, & undique circumcincti in hostili manu angustiaque rupis lapideæ mansimus, inito consilio inter nos, si Deus nostro regali puero regnum patris sui concessisset, quæ mandavit sancta apostolica auctoritas de S. Vvilfrido episcopo adimplere Deo spopondimus: & statim post vota mutatis animis inimicorum concito cursu omnes cum juramento in amicitiam nostram conversi sunt, apertis januis de angustia liberati sumus, fugatis inimicis nostris, regnum accepimus.*

ANNO CHRISTI 705

Postquam hæc verba finita sunt, Episcopi sibi mutuo separati ab aliis inire consilium cœperunt; aliquando cum eis archiepiscopus, aliquando vero sapientissima virgo Aelfleda: & hujus sancti concilii talis finis extitit, ut omnes episcopi & rex cum suis optimatibus puræ pacis concordiam cum sancto Vvilfrido episcopo inierint, quam inter se usque ad finem vitæ conservaverunt, reddentes ei duo optima cœnobia, quæ in HRypis & in Hagustaldese cum omnibus reditibus suis. Et illa die omnes episcopi se invicem osculantes & amplexantes, panemque frangentes communicaverunt; & gratias agentes Deo omnis hujus beatitudinis, in pace Christi ad sua loca remearunt.

ANNO CHRISTI 708.

VITA SISINNII PAPÆ.

ANNO CHRISTI 708.

Sisinnius natione Syrus, ex patre Joanne, sedit dies viginti (*a*). Fuit autem temporibus Justiniani Imperatoris Augusti. Qui vir podagrico humore ita tenebatur constrictus, ut sibi cibum propriis manibus exhibere non valeret. Erat tamen constans animo, & curam agens pro habitatoribus hujus civitatis. Qui & (*b*) * calcaria pro restauratione murorum jussit decoquere. Verumtamen repentina morte defunctus est. Fecit autem episcopum unum in insula Corsica (*c*). Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die VII. Februarii, indictione sexta, Justiniano Augusto, & cessavit episcopatus mensem unum, * (*d*) * seu dies 29.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 490.

calcarias.

CON-

(*a*) *Fuit .... Augusti*, desunt omnia. (*b*) *calcarias* (*c*) *Qui etiam .... Augusto*, desunt omnia.
(*d*) *dies XXVIII.*

ANNO CHRISTI 708.

CONCILIUM ADERBOURNENSE

Ad fluvium Noddre, vel Nodderum pro asserendis donationibus quibusdam Angliæ monasteriis concessis, Anno 705. congregatum.

Ex Supplem. Manſi pag. 525.

HUjus concilii mentio fit in charta ſive donatione ab epiſcopo Aldhelmo monaſteriis Malmesburienſi, Fromenſi, & Bradfordenſi conceſſa apud Vvill. Malmesburienſem. *Nec multo poſt in ſacroſancto concilio, quod juxta fluvium, qui dicitur Noedr, congregatum eſ-* A *ſe dignoſcitur, idem omnis Saxonicæ gentis archimandritarum cum regalis potentatus aſſenſu, & pontificalis prioratus nutu, conſenſit auctoritas.* In monaſt. Anglic. tom. 2. pag. 859. in charta regis Athelſtani fluvius hic *Noddre*, & *Nodderus*, hodie Adderbourn vocatur.

SYNODUS SUB INA REGE

OCCIDENTALIUM SAXONUM HABITA

loco incerto,

In qua epiſcopatus occidentalium Saxonum in duas dividitur parochias.

Beda, lib. 5. cap. 18.

QUibus (Daniele & Aldhelmo) epiſcopatum adminiſtrantibus, ſtatutum eſt ſynodali decreto, ut provincia Auſtralium Saxonum, quæ eatenus, ad civitatis Ventanæ (cui tunc Daniel præerat) parochiam pertinebat, & ipſa ſedem epiſcopalem & proprium haberet epiſcopum. Conſecratuſque eſt eis primus B antiſtes Eadbertus, qui erat abbas in monaſterio beatæ memoriæ Vvilfridi epiſcopi quod dicitur Seleſcu. Quo defuncto Ceolla ſuſcepit officium pontificatus. Ipſo autem ante aliquot annos ex hac luce ſubtracto epiſcopatus uſque hodie ceſſavit.

AD SYNODUM SUB INA REGE OCCIDENTALIUM SAXONUM

Pro diviſione epiſcopatus in duas parochias,
Anno forte 705. celebratum

ADDITIO.

Ex Manſi Supplem. pag. 526. Anno 705. circ. Ex Wilkins to. I. pag. 70.

HUjus ſynodi meminerunt in vita Aldhelmi Faricius Tuſcus & Guilielmus Malmesburienſis. Prioris verba hæc ſunt: *Tempore Oſredi, præclari Anglorum regis, Hedda ſanctiſſimus antiſtes (cujus vitam laudabilem Beda venerabilis presbyter in hiſtoria narrat eccleſiaſtica) defunctus vita, cæleſtem migravit ad gloriam. Cujus parochia præ circuitus ſui magnitudine, quia ab uno gubernari non poterat, eccleſiaſticorum patrum & regum conſilio diviſa eſt in duas; cujus unam partem Daniel gubernavit, vir in multis ſtrenuiſſimus; ad regimen vero alterius diœceſis primates cleri, & copioſa multitudo populi, quaſi una voce concordes, juxta canonum antiqua præcepta, ſanctum elegerunt Aldhelmum.* Poſterioris iſta: *Hedda, totius Vveſtſaxoniæ pontifex, apud Vvintoniam ſedem habens, exceſſit mundo. Gratiſſimus fuit hic obitus cæleſtibus; quod pro ſanctitate præteritæ vitæ numerum ampliaret; luctuoſus mortalibus, quod vix parem poſſent invenire, qui tantæ diœceſeos circuitum vellet regere. Quicquid enim nunc quatuor epiſcopi gubernant, unus ille frænabat; rebelles auctoritate premens, ſupplices ſimplicitate demulcens. Synodali ergo conſilio diœceſis ultra modum protenſa, in duas ſedes diviſa; quarum altera Scireburniæ, altera eſſet Vvintoniæ. In qua & impar fuit ea diviſio, & unus duos tantum pagos, alter totum regeret quicquid Vveſtſaxonici tractus immenſitas continet. Singulis ſedibus* D *ſuffecti pontifices, pro ſcientiæ merito & natalis ſuæ confinio: Vvintoniæ prælatus Daniel, qui eſſet ejuſdem regionis oriundus, & ſtaterarum non egenus; Scireburniam ſortitus Aldhelmus, cui ſapientiæ prærogativa & ævi maturitas ad majus culmen aſpiraret, tum etiam genitalis terræ charitas ſuffragaretur, quod ejus provinciæ indigena eſſet.*

DAV. WILKINS ADNOTATIO
In Synodum præcedentem.

SYnodi hujus ampliorem quam antea a Spelmanno factam mentionem debemus clar. Uſſerio, qui in notis MSS. ad locum ſequentia addit. Henricus Huntingtonienſis libro IV. hiſt. diviſionem hanc ab Ina factam refert viceſimo anno regni ſui, qui in annum Domini 708. incurrit. Beda vero libro V. hiſtor. c. 19. Aldfridum Nordanhymbrorum regem defunctum anno dominicæ incarnationis 705. (& quidem die ut Florentius Vvigornienſis addit 19. Kalend. Januar.) atque in ſucceſſoris ipſius Oſredi regni principio antiſtitem occidentalium Saxonum Heddi cæleſtem migraviſſe ad vitam, aſſerit. *Quo defuncto*, inquit, *epiſcopatus provinciæ illius in duas parochias diviſus eſt, una data Danieli, quam uſque hodie regit, altera Aldhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſſime præfuit.* Cum quo & Florentius Vvigornienſis conſentit, & Gutlielmus Malmesburienſis de geſtis regum lib. 1. cap. 2. ubi Aldhelmum ait, vix annis quatuor epiſcopatu functum, animam cælo thurificaviſſe, anno dominicæ incarnationis 709. in vigilia S. Auguſtini, Anglorum apoſtoli, octavo Kalendarum Junii. Atqui in duobus privilegiis anno 704. datis ab Ina præſulem Aldhelmum appellatum invenimus; quod niſi honoris cauſa clariſſimum ſibique chariſſimum ſabbatem a rege ita compellatum fuiſſe dixerimus, cum jam poſita temporum ratione ægre conciliare poterimus.

SY-

ANNO CHRISTI 708.

ANNO CHRISTI 705.

☞ SYNODUS ALIA SUB INA OCCIDENTALIUM SAXONUM REGE habita

Pro ſubita quadam regni neceſſitate,

Anno incerto.

Ex eodem Manſi ibid.

Hujus ita meminit Vvillibaldus in vita Bonifacii Moguntini archiepiſcopi: regnante Ina Vveſtſaxonum rege, ſubitanea quædam incubuerat, nova quadam ſeditione exorta, neceſſitas, & ſtatim ſynodale a primatibus eccleſiarum cum conſilio prædicti regis, ſervorum Dei factum eſt concilium. Moxque omnibus in unum convenientibus, ſaluberrima de hac recenti diſſenſione concilii quæſtio inter ſacerdotales eccleſiaſtici ordinis gradus exoritur, & prudentiori inito conſultu, fideles in Domino legatos ad archiepiſcopum Cantuariæ civitatis, nomine Berechtvvaldum, deſtinandos deputarunt; ne eorum præſumptioni aut temeritati aſcriberetur, ſi quid ſine tanti pontificis agerent conſilio. Cumque omnis ſenatus & univerſus clericorum ordo tam providenti peracta collatione conſentiret; confeſtim rex cunctos Chriſti famulos allocutus eſt, & cui hujus præfatæ legationis nuncium imponerent, ſciſcitatus eſt. Tum repente ſummus in Chriſto archimandrita, qui prædicto præerat monaſterio (*Nutſcellenſi* ſcilicet) nomine *Vvitnreth* (*al.* Vvinbercht) & Vvintra, qui monaſterio, quod dicitur *Tiſſelburg*, præſidebat, & Beorvvald A qui divina cœnobium gubernatione, quod antiquorum nuncupatur vocabulo *Gleſtingaburg* regebat, nec non & alii multi hujus ſancti propoſiti patres, ſanctum hunc virum (Vvinifredum, Bonifacium poſtea dictum) accitum adduxerunt ad Regem. Cui & nuncium rex & legationis notitiam impoſuit, & adhibitis ſecum ſociis direxit cum pace. Qui, etiam nuncio ſibi impoſito, juxta mandatum ſeniorum, proſpero itinere pervenit ad Cent, & archiepiſcopo ſummi pontificatus infula prædito, ſapienter cuncta, quemadmodum edoctus erat a rege, per ordinem revelavit. Et ſic ſpontaneo accepto reſponſo, poſt non multos dies reverſus eſt ad patriam, præfatoque regi, B prædictis ſervis Dei ſecum aſſiſtentibus, a venerabili archiepiſcopo ſpontaneum ſcienter detulit reſponſum, & magnum univerſis contulit gaudium. Ac ſic deinceps, mira diſpenſationis Dei benevolentia, nomen ejus diffamatum eſt, & celebre apud omnes, tam ſæculares dignitates, quam etiam eccleſiaſtici officii ordines habebatur: ita ut a modo ita proficiens in futurum, ſynodali ſæpiſſime eorum intereſſet inſtituto.

VITA ET EPISTOLA CONSTANTINI PAPÆ.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 40.

CONſtantinus, [a] natione Syrus, ex patre C Joanne, [b] ſedet annos * ſeptem, dies 15. (*a*) Fuit autem temporibus Juſtiniani, Philippici & Anaſtaſii Auguſtorum. Vir valde mitiſſimus, cujus temporibus in urbe Roma fames facta eſt magna per annos tres. Poſt quos tanta fuit ubertas, ut fertilitatis copia præteritæ ſterilitatis inopiam oblivioni mandaret. Hic ordinavit Felicem archiepiſcopum Ravennatem, qui ſecundum priorum ſuorum ſolitas in ſcrinio noluit facere cautiones, ſed per potentiam judicum expoſuit, (*b*) ut * inaluit. Cujus cautio a pontifice in ſacratiſſima confeſſione beati Petri apoſtoli poſita, poſt non multos dies (*c*) tetra, & quaſi igni combuſta reperta eſt. Nam Ravennatium cives elati ſuD perbia digna ultionis pœna mulctati ſunt. Mittens quippe Juſtinianus imperator Theodorum patricium, (*d*) & * primum exercitus inſulæ Siciliæ, cum claſſe navium, Ravvenam civitatem cepit, præfatum archiepiſcopum arrogantem in navi vinctum tenuit, & omnes rebelles, quos ibi reperit, compedibus ſtrinxit, divitias eorum abſtulit, Conſtantinopolim miſit. Dei autem judicio, & apoſtolorum principis Petri ſententia, qui inobedientes fuerunt apoſtolicæ * ſedis, amara morte perempti ſunt, & iſdem archiepiſcopus lumine privatus dignam factis recipiens pœnam, exul in Ponticam tranſmiſſus eſt (*e*) regionem. * Iiſdem temporibus miſit ſuprafatus imperator ad Conſtantinum pontificem Sacram, per quam juſſit eum [c] ad regiam aſcendere urbem. Qui ſanctiſſimus vir juſſis imperialibus obtemperans, illico navigia fecit parari, quatenus iter aggrederetur marinum; & egreſſus eſt a portu Romano die quinta menſis Octobris, indictione 9. Et ſecuti ſunt eum Nicetas epiſcopus Silvæ candidæ, Georgius epiſcopus Portuenſis, * Michaelius, Paulus, Georgius (*f*) presbyter, Georgius diaconus, Georgius ſecundicerius, Joannes primus defenſor, * Coſmus ſaccellarius, Siſinnius nomenclator, Sergius ſcriniarius, Dorotheus & Julianus ſubdiaconi, & de reliquis gradibus eccleſiæ * pauci clerici. Veniens igitur Neapolim, illic eum reperit Joannes patricius & exarchus cognomento Rizocopus, qui veniens Romam, jugulavit (*g*) * Saulum diaconum & vicedominum, Petrum arcarium, Sergium abbatem presbyterum, & Sergium ordi-

* ſedi
* His
* Michael
* Coſmat
* non pauci
* paulum

voluit, *al.* valuit.

primicerium

(a) *Fuit . . . . Auguſtorum* deſunt omnia. (b) *ut maluit.* (c) *tetra* deeſt.
(d) *& primos.* (e) *inſulam ac regionem.* (f) *presbyteri.* (g) *Sajulum.*

ANNO CHRISTI 708.

dinatorem, pergensque Ravennam pro suis nefandissimis factis judicio Dei illic turpissima morte occubuit. Georgius vero presbyter Neapoli relictus est, & pontifex cum suis Siciliam perrexit, ubi Theodorus [d] patricius (*a*) * extraticus languore detentus occurrens pontifici magna cum veneratione salutans atque suscipiens medelam adeptus est celerem. Atque inde egrediens per Rhegium, & Crotonam transfretavit Gallipolim, ubi mortuus est Nicetas episcopus. Dum vero (*b*) Hydrunti moras faceret, eo quod hiems erat, illic suscepit sigillum imperiale per Theophanium regionarium, continens ita, ut * ubi ubi denominatus (*c*) * contingeret pontifex, omnes judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter imperatorem viderent. Unde egressi partes Græciæ contingentes in insula quæ dicitur (*d*) Cea, occurrit Theophilus patricius (*e*) * extraticus * caravisianorum, cum summo honore eum suscepit, & amplectens, ut justio continebat, iter absolvit peragere cœptum. A quo loco navigantes [e] venerunt a septimo milliario Constantinopolim: ubi egressus Tiberius imperator filius Justiniani Augusti cum patriciis, & [f] * omnibus inclytis, & [g] Cyrus patriarcha cum clero, & populi multitudine, omnes lætantes, & diem festum agentes. Pontifex autem & ejus primates cum sellaribus imperialibus, sellis & frænis inauratis simul & mappulis, ingressi sunt civitatem. Apostolicus pontifex cum (*f*) * Caumelaugo ut solitus est Romæ * procedere, a palatio egressus, in Placidias usque ubi * placitus erat, properavit. Domnus autem Justinianus imperator audiens ejus adventum, magno repletus gaudio, a Nicæa Bithyniæ misit * Sacram gratiarum actione plenam. Et ut debuisset pontifex occurrere Nicomediam, & ipse * venire a Nicæa, quod & factum est. In die autem qua se * vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum regno in capite se se prostravit, pedes osculans pontificis. Deinde in amplexum * mutuum corruerunt, & facta est lætitia magna in populo, omnibus aspicientibus tantam humilitatem boni principis. Die vero dominico missas imperatori fecit, & communicans princeps ab ejus manibus, proque suis delictis ut deprecaretur pontificem postulans, omnia privilegia ecclesiæ renovavit, atque sanctissimum papam ad propria reverti absolvit. [h] Egressus igitur a Nicomedia civitate crebris valetudinibus pontifex attritus tandem sospitatem Deo tribuente incolumis ad portum Cajetæ pervenit, ubi sacerdotes, & maximam populi Romani reperit multitudinem, ac vigesimo quarto die mensis Octobris indictione 10. Romam ingressus est, & omnis populus exultavit atque lætatus est. Hic fecit ordinationes episcoporum in eundo & redeundo per diversa loca episcopos duodecim. [i] Post menses autem 3. lugubre nuncium personuit, quod Justinianus Christianissimus imperator, & orthodoxus imperator, trucidatus est, & Philippicus hæreticus in imperiali promotus est (*g*) arce. Cujus & Sacram cum pravis dogmatis exaratione Constantinus suscepit, sed cum apostolicæ sedis (*h*) consilio respuit.

Hujusque rei causa zelo fidei accensus omnis cœtus Romanæ urbis [k] imaginem, quam Græci (*i*) * votaream vocant, sex continentem sanctas ac universales synodos in ecclesia beati Petri erexerunt. Hic refecit patenam auream pensantem libras duodecim. Eodem tempore Felix archiepiscopus Ravennæ ab exilio reductus, pœnitentia motus, licet oculorum lumine privatus, tamen ad propriam rediit sedem. Et solita quæ ab universis in scrinio episcoporum fiunt indicula, & fidei expositionem & hinc confessus est, sicque reconciliationis promeruit absolutionem. Hujus temporibus duo reges Saxonum ad orationem apostolorum cum aliis plurimis venientes sub * velocitatem suam vitam, ut optabant, finierunt. Venit autem Benedictus archiepiscopus Mediolanensis orationis voto, & suo se pontifici præsentare. Altercavit vero & pro ecclesia Ticinensi, (*k*) sed victus est, eo quod a priscis temporibus sedis apostolicæ ejusdem Ticinensis ecclesiæ antistes ad consecrandum pertinebat atque pertinet. Iisdem temporibus cum statuisset populus Romanus nequaquam hæretici * imperatoris nomen, aut chartas, vel figuram solidi suscipere, unde nec ejus effigies in ecclesiam introducta est, nec suum nomen ad missarum solemnia * proferebant. Contigit ut Petrus quidam pro [l] ducatu Romanæ urbis Ravennam * dirigeret præceptum, & pro hujusmodi causa acciperet. Dumque innotuisset, quod * ad nomen hæretici imperatoris sua promotione * isdem Petrus fuisset (*l*) potitus, zelo fidei accensa magna pars populi Romani statuerunt nullo modo hunc ducem suscipere. Et factum est, dum Christophorus, qui erat dux, ob hanc causam cum Agathone & suis hominibus concertarent, bellum civile exortum est, ita ut in via sacra ante palatium sese committerent, & ex utrisque partibus amplius (*m*) quam viginti quinque plagarentur, atque interirent, donec pontifex mitteret sacerdotes cum evangeliis & crucibus Domini, sicque partes sedarentur. Nam pars Petri ita angustiata, ut nulla illi esset spes vivendi. Verum ad pontificis jussum pars alia, quæ & Christiana vocabatur, recessit. * Sicque defensoris hæretici pars valuit Petri, ac si illa attrita recederet. Non post multos autem dies scripta venerunt a Sicilienſi insula, quæ [m] nunciaverunt Philippicum hæreticum a principali vertice depulsum, & Anastasius orthodoxus Augustus sceptra regalia gubernanda suscepit. Tunc orthodoxis exultatio magna, tenebrarum autem dies cunctis hæreticis superfusa est. Post aliquod vero * temporis Scholasticus cubicularius patricius & exarchus Italiæ veniens Romam detulit secum Sacram Anastasii principis, per quam vetæ se orthodoxæ fidei prædicatorem, & sancti sexti concilii confessorem esse omnibus declaravit, quam & pontifici obtulit, & ita perrexit Ravennam. Dum autem hæc gererentur, obtinuit Petrus ducatum, * promittens, (*n*) quod * nulli adversari niteretur. Hic fecit ordinationem unam, presbyteros decem, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero sexaginta quatuor. (*o*) Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apo-

ANNO CHRISTI 708.

Saxonum reges Romam veniunt.

(a) *extratigus*. (b) *Ydronto*. (c) *convixerit Pontificem*. (d) *Cæa*.
(e) *extratigus*. (f) *camelauco*. (g) *archem*. (h) *Concilio*. (i) *botaream*.
(k) *Sed victus est*, deest. (l) *petitur*. (m) *quam XXX. flagellarentur*.
(n) *quod nequaquam adversa retineret*.
(o) *Qui etiam .... cessavit*. desunt omnia.

apostolum v. Idus Aprilis, indictione 13. Anastasio Augusto, & cessavit episcopatus dies quadraginta. (a)

ANNO CHRISTI 708.

Notæ Severini Binii.

Hispania a Saracenis subjugatur.

a *Constantinus.*) Anno 708. prima Martii. Hujus temporibus Hispania proditione Juliani comitis, eventu miserabili Saracenorum imperio tota subjecta fuit, haud dubie permissu Dei vindicis, Roderici libidinem, & Vvitizæ regis a sede apostolica defectionem vindicantis. Vide Baronium anno 713.

Quot annis sederit Constantinus.

b *Sedit annos septem*, &c.) Sex annis, uno tantum mense & die Constantinum sedem apostolicam tenuisse recte probat Baronius ex initio Gregorii II. de quo infra.

c *Ad regiam ascendere urbem.*) Quo fine, dicetur infra in vita Gregorii II. in principio: nimirum ut controversiæ, ob canones ad quintam & sextam synodum superadditos, aliquis finis imponeretur.

Quid Constantinus egerit.

c *Patricius extraticus.*) Baronius anno 710. legit *strategus*, id est, dux Curavisianorum.

e *Venerunt Constantinopolim.*) Anno Christi 710. pontificatus Constantini tertio. Quid ibidem egerit, scriptorum inopia latet: quamquam ex vita Gregorii II. aperte colligatur ipsum de auctoritate canonum sextæ synodi hoc tempore inter orientales & occidentales controversorum apud imperatorem pluribus egisse.

f *Omnibus incultis.*) Intellige senatoribus.

g *Cyrus patriarcha.*) Hunc Callinico oculis orbato, & Romam relegato, Justinianus subrogavit, ideo quod ipsum imperio restituendum prædixisset. Theophanes in annalibus.

h *Egressus a Nicomedia civitate*, &c. *indictione* 10. *Romam ingressus est.*) Anno Domini nostri Jesu Christi 711.

i *Post menses* 3.) Anno prædicto 711. Quibus circumstantiis illud contigerit describit Theophanes in annalibus.

k *Imaginem, quam Græci votaream vocant, sex continentem synodos.*) Ea occasione quod Philippicus imperator inter alia nefanda sanctas VI. synodos œcumenicas effigiatas a pariete abradi præcepisset.

l *Ducatu Romana urbis.*) Hinc constat Romanam rempublicam his temporibus solitam esse gubernari per duces, qui ab imperatoribus mitterentur.

Philippicus per magum factus imperator.

m *Nunciaverunt Philippicum hæreticum a principali vertice depulsum.*) Bardanes Philippicus, promotione per diabolum & magum quemdam postea excæcatum facta, acclamatus est imperator. Per rebellionem contra Justinianum concitatam imperio potitus, abdicato Cyro episcopo Constantinopolitano, & Joanne quodam monothelita in ejus locum suffecto, explet quod pseudomonacho per juramentum promiserat, nimirum, ut sacrosancta sexta synodus œcumenica damnaretur, ea fiducia ut longævum imperium obtineret. Sed a mago turpiter delusus, fiducia excidit: nam dum vix secundum annum imperii attigisset, excæcatus, & per Anastasium in exilium tractus, eamdem sustinuit pœnam quam ipse aliis intulerat. Hæc Theophanes & Cedrenus.

EPISTOLA CONSTANTINI PAPÆ

Ex tom. 1. Collectionis Concil Britanniæ.

AD BRITVVALDUM ARCHIEPISCOPUM Cantuariensem.

De visione Egvvini: de concilio habendo: de cœnobio instituendo.

Constantinus episcopus servus servorum Dei Brithvvaldo Britanniarum ecclesiæ primati salutem & apostolicam benedictionem.

Egvvinum episcopum commendat.

VEnerabilem virum Egvvinum episcopum quem bis tua fraternitas ad apostolicam sedem misit, etiam nunc secundo manipulis justitiæ refertum tibi mittimus, monentes quatenus sic suos effectus adjuvando prosequaris, sicuti illum a Deo incepisse, & in via Dei cucurrisse cognovisti.

De visione Egvvini vide chartas duas sequentes

Porro de visione illa, imo aperta ostensione qua se beata virgo Maria ei manifestavit, æque ita certum esse tenemus quemadmodum de viri bonitate non dubitamus Denique vigilantiam tuam admonemus, quatenus illis in partibus, in quibus manifestatio habita fuisse refertur, concilium totius Angliæ * rogas, episcopos, sacrique ordinis religiosas personas illuc convenire facias, optimatesque regni cum proceribus suis adesse præcipias. Quibus in nomine Domini congregatis denunciamus, quod duo reges Angliæ, Kenredus & Offa, cum quibus jam dictus episcopus ad limina apostolorum in loco ostensæ visionis plurima de suis beneficiis in præsentia nostra regia libertate donata, & apostolica auctoritate confirmitate: contulerunt, quatenus ibidem congregatio monachorum secundum regulam memorandi patris Benedicti, quæ minus in illis partibus adhuc habetur, possit instaurari, & indesinenter Christo famulari. Ipsas autem donationes & beneficia præfati regis in ipsorum privilegio nominatim determinaverunt, & a nobis corroborari fecerunt.

ANNO CHRISTI 708.

Concilium jubet indici *leg* reges,

Recitari illic Kenredi & Offæ donationes

Igitur, frater dilecte, quoquo modo Christus annuncietur, lucrum Christi inquire, opus Christi exerce, promulgatisque in consilio undique sententiis, tum a Deo ostensæ visionis, tum apostolicæ auctoritatis, tum regiæ libertatis & donationis, tum tui ipsius, clerique & populi assensus & favoris, constitue ovile Christo divinitus ostensum, apostolica auctoritate fultum, regia libertate donatum, cleri & populi benedictione sancitum. Tibi autem & successoribus tuis memorato episcopo Egvvino assentiente curam animarum ejusdem ecclesiæ præcipue injungimus, ut si, quod absit, diaboli impulsu quisquam pervasor aut tyrannus sacrum locum impuguare præsumpserit, tibi a Deo concessæ potestatis sententia, & anathematis percussus verbere, complere non audeat. Si quid vero sinistræ partis inibi compertum fuerit oriri, auribus summi pontificis potius deferatur, quam per alicujus occultam sententiam sanctus locus injuste depravetur. Ipsum ergo locum quem regia potestas regiæ libertati donavit, & nos auctoritate Dei, & sanctorum apostolorum, & nostra donamus, ut nullus cujuscumque ordinis homo hoc quod constituimus depravare aut minuere præsumat. Qui hoc destruxerit, aut male contaminaverit, sit ille maledictus: qui vero servaverit & adauxerit, benedictionibus repleatur.

Cœnobium in loco visionis instituendum.

Sub cura archiepiscopi Cant.

Et maledictione papæ in violatores.

CHARTA KENREDI. ET OFFA REGUM.

De terris in quibus beata Maria virgo Ergvvino episcopo apparuisse dicitur, cum aliis plurimis cœnobio Eveshamiæ collatis in ecclesia Lateranensi, Constantino papa omnia confirmante.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Ex eadem Collectione Spelmanni.

QUoniam transeuntis quidem mundi vicissitudo quotidie per incrementa temporum crescendo decrescit, & ampliando minuitur, crescentibusque repentinis incursuum ruinis finis esse cunctis in proximo cernitur, ideo vanis ac transibilibus mansura cælestis patriæ præmia mercanda sunt.

Qua-

(a) In fine hujus vitæ hæc adnotatio legitur in cod. Luc. *huc usque* CXXIX. *anni sunt quod Langobardi venerunt & VII. menses.* Hæc vero scripta sunt eadem veteri manu, qua reliqua, sed rubricato charactere

ANNO CHRISTI 708.

Quapropter ego Kenredus Dei dono rex Merciorum, & ego Offa divina permissione orientalium * Anglorum gubernator, pro redemptione animarum nostrarum ac prædecessorum & subsequentium nostrorum salute, donamus, concedimus in loco in quo beata Maria se venerabili viro Egvvino episcopo manifestavit in Homme, & præsenti libello confirmamus, ad honorem & reverentiam ejusdem Dei genitricis sexaginta sex mansas ex duabus partibus fluminis quod vocitatur Avena: III. scilicet quæ sunt in Homme, in Leuchvvic, I. in Nortona, VII. in Offeham, I. in Litlintona, XIII. in Adintona, I. in Baddeseia, VI. & dimidiam in Bretfortona, XII. in Hombure, II. & dimidiam in Vvillereseia, VII. in Vvikvvane, III. in Benigrith, & in Hampton IX. Et ex mera liberalitate, sicut dignum est, & regali munificentia, prænominatas mansas, ubi manifestatio habita fuisse refertur, cum ceteris partibus præassignatis, regiæ liberalitati donamus, ac omnipotenti Deo, & beatis apostolis ejus Petro & Paulo, in perpetuum liberas donamus, quatenus ibidem congregatio monachorum, secundum regulam sancti Benedicti, possit instaurari & indesinenter Christo famulari.

Locus visionis Deo conceditur cum terris aliis plurimis.

* *Alii* Saxonum *dicunt*. Hard.

Earum termini & circuitus.

Ad majorem autem firmitudinem donationis nostræ, in notitiam, tam præsentium, quam posterum succedentium, venire volumus, quibus limitibus sacer locus, quem regiæ liberalitati donatum Deo contulimus circumseptus includitur. In primis a Tvvyforde ex parte Australi usque in Cronchomme juxta decursum fluminis ambitus loci protrahitur, ac inde juxta aquam, usque ad divisionem terræ de Fledenburgh quæ Merdic appellatur, & sic in directum per assensum montis, per medium Caldegaran ad Ealdansvvinhagan, ab Ealdansvvinhagan ad Beolagasete, a Beolagasete in Nordevol, ex quo per Leuchdune usque ad divisiones terrarum de Leuch, & de Hervertona in Vvenemecumbe, inde per Fulanbroc usque in Harmeville, ab Harmeville in Carkeforde, ac deinde in Calkeville, & sic in longum rivuli usque in Smalemorsihee, ac deinde in Avenam, & sic in Offepol, ab Offepol in Pickereshomme, a Pickereshomme in Burchlinches, a Lincheon in Oldendune, ab Oldendune in Ealdemixam, ex quo in Buggildestrete, a Buggildestrete in Semasond, ac inde in Chirchluge, in Flirendegaren, & sic in Blakenpyte, a parte orientali non longe a Blakenpyte in Merchirnan, a Merchirnan in Humburnan, ex quo per Northamnere in Easthammor, inde in circuitu prati de Poddeho, deinc in Poddehommore, & sic Herianchale, iterum in Humburnam, in longum rivuli usque ad Siamthanford, iterum in Buggildestrete versus Scenendune, ac inde in Meadebroc, a Meadebroc in Merdich, & sic in Vvinburnan, a Vvinburna in Lealleslhorn, a Lealleslhorn in Laverkbeorh, a Leaverkbeorh in Poddsthomme, a Poddesthomme in Polthorn, a Polthron in Merebroc, & sic in Stamthanhillesliche, a Siche in Burghvvillon, a Burghvvillone in Burhvvalles, ac inde in Ealdegare, quod indigenæ Navemannessond vocant, secus Buggildestrete, ex quo a parte occidentali usque ad Beorges; a Beorges in Picheslan, a Picheslan in Cademynster, a Cademynster in Blechemere, a Blechemere in Bracedeslan, a Bracedeslan in Ealdegaran, in Vvilleriseie, a Vvilleriseje in Sandbroc, ex quo in Hegvveye, & sic in Northomme, a Northomme in Brerthirnam. Dehinc in Hecauhege, a Hecauhege in Badesvvillo, a Vvillein Litlethyrnan, a Thyrnan per Piccedesho in Prestmeade: ac inde in Merethorn, a Merethorn in Brudmere, a Brademere in Estmeresievve, inde in Pottycote, a Pottycote in Thrittiacre, & sic in Riggevere, a Riggevvere in Meredic, per Mederic in Vvadberge, a Berge in Lithmeade. Iterum per Meredic in Esanburnan, ab Esanburnam iterum in Meredic. Deinde in Vvrethmeade, & sic in Merebroc, per Merebroc usque ad Dominpol, ex quo in Allesbeorg, ab Allesbeorg in Mervvillon, a Mervvilone iterum in Avenam.

ANNO CHRISTI 709.

Volumus insuper ac decernimus in nomine Domini, terram quinque Cassatorum, quæ Morton nuncupatur, eadem libertate in perpetuum gaudere: qua quidem terram ego Kenredus rex Merciorum, anno dominicæ incarnationis DCCIX. cum jam una cum venerabili viro Egvvino apostolorum limina visitare disponerem, inter quædam alia donaria, ad fabricam monasterii construendi in Homme, concessi eidem, & sub testimonio plurium potentum meorum scripto confirmavi.

Imprecatio cum confirmatione papæ.

Statuimus igitur in nomine Domini, in virtute Dei summi præcipimus tam viventibus, quam Domini prædestinatione nobis in posterum succedentibus, ut hujus donationis statuta ad irritum deducere minime quisquam audeat. Si quis autem hoc nostræ munificentiæ donum depravare vel minuere attentaverit, deleatur nomen ejus de libro vitæ. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis [1] DCCIX. in ecclesia Salvatoris Lateranensi, confirmante pontifice Romanæ sedis Constantino, adstantibus Regibus Angliæ Kenredo & Offa, rogante venerabili viro Egvvino episcopo, cum pluribus archiepiscopis, & episcopis, principibus, ac nobilibus diversarum provinciarum, cunctis clamantibus & dicentibus: Nos hanc voluntatem & regiam liberalitatem laudamus, donationibus ac libertati consentimus.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Constantinus Romanæ sedis episcopus, per hoc signum sanctæ crucis has donationes, & libertatem confirmavi.

Ego Egvvinus humilis episcopus confirmavi.

Ego rex Kenredus corroboravi.

Ego rex Offa consensi.

AD

1 Licet dubitandum non videatur, quin anni Incarnationis in Anglia a Regibus in diplomatis Actisque publicis toto sæculo præcedenti usurpati fuerint, Pontifices tamen Romanos superiori vel currenti sæculo, ea æra usos esse nullum exemplum ostendit; ideoque hæ subscriptiones additiciæ. Imo Vvarthonus in sua ad Angliam sacram præfatione universum illud privilegium suppositicium esse ex eo eruit, quod in authographo adhuc in Anglia conservato, Coenredus & Offa, qui regiam dignitatem abdicarant, & schema monachicum induerant, se ipsos Reges appellent, quod ab omni verosimilitudine alienum. Cui argumento istud addi potest, quod illud authographum Saxonicis characteribus Romæ & in Pontificum Romanorum cancellaria prorsus incognitis descriptum habeatur. *Pagius ad An. Ch.* 709. *n.* 7.

ANNO CHRISTI 708.

AD EPISTOLAS CONSTANTINI PAPÆ

APPENDIX.

AD BRITHVVALDUM CANTUARIENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Monaſterium, ab Ecguino conditum, ſub ejus poteſtate ita conſtituit, ut quædam tamen illi jura aſſerat.

Conſtantinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Brithvvaldo Britanniarum primati, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Supplem. anſi pag. 7.

DIvina diſpenſatione ad hoc promoti, ut apoſtolica auctoritate paci eccleſiarum inſiſtamus, tuæ fraternitati denunciamus, quatenus eccleſias Dei per Britanniam diſpoſitas tua ipſius & ſanctorum apoſtolorum auctoritate protegas, ne quis pervaſor cujuſcumque ordinis a Deo & nobis conſtituta privilegia ſubruat. Inter quas eam, quæ nuperrime a venerabili viro Ecguino noſtra & regia auctoritate conſtituta eſt, tuæ ditioni præcipue ſummittimus, ut tibi & poſteris tuis poteſtate divinitus conceſſa ab omni eam adverſariorum impugnatione liberam in perpetuum reddas. Juſtum enim nobis videtur, ut quum idem venerabilis Ecguinus, exemplum Domini ſecutus, ſe humiliando inibi effectus eſt abbas, idcirco hæc eccleſia, ſecundum quod per legatum ſuum Aetelvvaldum expetit, ampliorem dignitatem a noſtra ſede ſui merito obtineat. Conſtituimus ergo, in nomine Domini, ut idem locus ſub monarchia proprii abbatis ſit liber ab omni tyrannica exactione, & nullus cujuſcumque ordinis homo aliquod gravamen ibi inferre audeat. Defuncto autem abbate, ſecundum canonicam auctoritatem, vel de ipſo monaſterio, vel de parochia Huvicciorum abbas a fratribus ejuſdem loci eligatur, qui in eadem eccleſia libere & canonice ſine aliqua exactione conſecratus ob reverentiam venerabilis Ecguini annulo in celebratione miſſarum ſolummodo utatur, primumque locum poſt Huvicciorum præſulem noſtra auctoritate jugiter obtineat. Si quis igitur hoc privilegium infringere voluerit, ſive in loco monachorum clericos immittere temptaverit, coram Deo & angelis ejus in perpetuum ſit anathema. Si quis vero hanc noſtram auctoritatem ſervaverit, conſervet eum Deus in æternum. Scripta eſt hæc epiſtola anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo tertio decimo, præſidente apoſtolicæ ſedi papa Conſtantino, & hoc ✠ ſignum ſanctæ crucis propria manu faciente.

☜ æc adjecta eperi apud Wilkins, ui dedit x MS. Reg. Cantuar.

Scripta eſt hæc epiſtola anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo nono in eccleſiæ Salvatoris Lateranenſi, præcipiente & confirmante Conſtantino apoſtolicæ ſedis antiſtite, aſtantibus & confirmantibus regibus Angliæ Kenredo & Offa, rogante venerabili viro Ecgvvino epiſcopo coram pluribus archiepiſcopis & epiſcopis, & principibus & nobilibus diverſarum provinciarum, cunctis clamantibus & dicentibus: quicquid in hac conſtitutione veAſtra ſanctitas exercet; laudamus concedimus & confirmamus.

ANNO CHRISTI 708.

✠ Ego Conſtantinus Romanæ ſedis epiſcopus per ſignum ſanctæ crucis has donationes & libertatem confirmavi.

Ego Ecgvvinus humilis epiſcopus confirmavi.

Ego rex Kenredus corroboravi.

Ego rex Offa conſenſi. (*a*)

Scripta eſt hæc epiſtola anno gratiæ ſeptingenteſimo nono, & conſecrato loco per ſanctum Vvilfridum epiſcopum, idem Vvilfridus & Ecgvvinus coram omnibus ſic locuti ſunt. Domine Deus qui in cælis habitas, & omnia creaſti, conſerva illum, qui locum iſtum pacificabit & conſervabit. Nos etiam præcipimus in Dei omnipotentis, & omnium virtutum cæleſtium nomine, ut neque rex, neque princeps, neque ullius ordinis homo locum iſtum ſanctum diminuat; ſed ſit, ut optamus gregibus & Dei paſtoribus murus bene diſpoſitus in poteſtate proprii abbatis ſecundum regulam Dei & ſancti Benedicti. Si autem aliquis, quod abſit, avaritiæ ſpiritu arreptus, vertere velit, judicetur ante tribunal Dei, & nunquam in Chriſti veniat memoriam, ſed nomen ejus deleatur in æternum de libro viventium; & ligetur æternarum pœnarum nodis in inferno, niſi in hac vita pœnitens emendetur. Hujus eccleſiæ dedicatio facta eſt anno gratiæ ſeptingenteſimo quarto decimo. *Capgravius.*

CHARTA EGVVINI

EPISCOPI VVICORNENSIUM.

Meminit de ſuis viſionibus, & de fundatione dotationeque monaſterii ſui Eveshamiæ in agro Vvigornenſi.

EGO Egvvinus Vvicciorum humilis epiſcopus volo manifeſtare omnibus fidelibus Chriſti, qualiter per ſancti Spiritus inſpirationem, & per labores multarum & magnarum viſionum, oſtenſum eſt mihi, quod ego primum unum locum ædificare deberem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & ſanctæ Mariæ, omniumque electorum Chriſti, & etiam ad æternam retributionem. Cum igitur maxime florerem in diebus Ethelredi regis, expetii ab eo locum qui Ethomme nuncupatur, in quo loco ſancta & perpetua virgo Maria, primum cuidam paſtori gregum, Eoves nuncupato, dehinc etiam mihi cum duabus virginibus librum in manibus tenens apparuit. Mundavi itaque locum, opuſque inceptum, Dei opitulante gratia, ad finem perduxi. Ex eadem Collectione.

Volo igitur oſtendere omni ſequenti generationi quas poſſeſſiones ſupradicto loco acquiſivi, & ipſas terras ab omni exactione poteſtatum omnium acquietavi, ipſamque acquietationem applicitis auctoritatibus, & privilegiis, nec non regalibus edictis confirmari feci, ut fratres ſecundum regulam Sancti Benedicti inibi Deo ſervientes ſine perturbatione vitam agerent. Nomina etiam villarum volo manifeſtare, quas omnes liberas & juſte acquiſitas Deo & ſanctæ Mariæ obtuli. Itaque ab Ethelredo rege quoddam cœnobium quod Flendaburch nominatur obtinui, quod poſtea pro alio cœnobio quod Prædia quibus dotavit monaſterium Eveshamiæ.

Streat-

(*a*) *Bullam hanc papalem alto tamen modo finit Capgravius, recitante Spelmanno.*

ANNO CHRISTI 708.

Streatforda nominatur, mutavi. Post Osvvardo viginti mansas in loco qui Tuisorda appellatur acquisivi. Postea vero succedente in regnum Kenredo concessit & ipse mihi octoginta quatuor mansas super utrasque partes illius fluminis quod Avena vocitatur. Quidam autem adolescens Athericus nomine octo mansas mihi concessit, & Vvalterus venerandus sacerdos alias octo mihi mansas donavit. Sicque Deo propitio brevi tempore 120. mansas prædictæ Christi ecclesiæ acquisivi, sicut scriptum est & confirmatum in chartis ecclesiæ, & in libro manifestatur terra & termini ejus, quem scripsit Brithvvaldus archiepiscopus, & dictavit precepto Romani pontificis, cum consensu principum totius Angliæ. Hæc vero sunt nomina villarum quas ut supradictum est acquisivi. Lovesham, Benjucgurthe, Hautun, Baddescye, Vvicque, Humburne, Brotsortun, Vvillersey, Vvitheleja, Samburne, Kiveuvarton, Saltforde major & minor, Ambresloy, Ulbeorge, Mortun, Buchtun, Meleigaresbyri, Titlestrop, Suella major, Mayeldesbeordi, Sildesuicoque. Has omnes terras, ut præfatus sum, liberas ab omni calumnia acquisivi, & sanctæ Dei ecclesiæ obtuli.

ANNO CHRISTI 708.

Imprecatio violatore

Qui ergo locum quem apostolica dignitas & regia potestas regiæ libertati dotavit, & nos auctoritate Dei & sanctorum apostolorum donamus, depravare aut minuere vel contaminare præsumpserit, judicetur ante tribunal Christi, & nunquam in Christi veniat memoriam, nisi in hac vita pœnitens emendet; qui vero servaverit & adauxerit, benedictionibus repleatur. Fiat. *Amen.*

Scripta est hæc charta anno dominicæ incarnationis DCCXIV.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Egvvinus per signum sanctæ crucis (*confirmavi.*)
Ego Kenredus rex subscripsi.
Ego Offa per signum crucis confirmavi.
Ego Brithvvaldus archiepiscopus subscripsi.
Ego Osvvardus frater regis confirmavi.

ANNO CHRISTI 709.

SYNODUS ANGLICA GENERALIS,

ANNO CHRISTI 709.

IN LOCO QUI ALNE DICITUR,

Sub Berthvvaldo archiepiscopo Cantuariensi, & Vvilfrido Eboracensi celebrata,

In qua confirmantur donationes nascenti jam monasterio Eveshamiæ collatæ.

Brithvvoldus Glascoriensis in vita S. Egvvini apud Godvvinum p. 501.

EGvvinus regali ortus prosapia, Vvigornensis patria, temporibus Adelredi & Kenredi regum Merciorum, fit Vvigornensis episcopus, (*anno Domini* DCXCIII.) unde paulo post ejectus est. Romam profectus, a papa (coram quo missas solemniter celebravit) episcopatui restituitur. *Tum paucis interjectis:* Post reditum (*inquit*) a Roma, impetravit locum qui Æthamme dicitur, & postea Eovesham, a nomine cujusdam bubulci (Eoves) beati Egvvini, qui in silva quadam porcam perditam,

Origo monasterii Eveshamensis.

& septenum fœtum parituram, invenit. Ab illo igitur omine, locus Eovesham dicitur, & monasterium nomen inde tulit. Sed primo Ethelredus rex dedit ei antiquum monasterium dictum Fledamburch, quod Egvvinus dedit subregulo provinciæ Huicces pro alio cœnobio quod Stratford dicitur. Paulo post ab Osvvardo regis fratre alias Egvvinus terras obtinuit, scilicet 30. mansas apud Tvviford. Post Kenredus affinis Egvvini dedit ei 48. alias mansas in ambitu loci qui Cotham dicitur. Deinde Romam proficiscitur cum Offa & Kenredo, ad impetranda pro monasterio suo privilegia.

Quibus impetratis, ad Angliam redierunt, & congregata synodo generali in loco qui Alne dicitur, cui interfuerunt Berthvvaldus Cantuariensis & Vvilfridus Eboracensis, donationes illæ omnes confirmatæ sunt, misso Vvilfrido ad locum consecrandum. Quo facto, Egvvinus ibi Benedictinos monachos constituit. Postea obiit 3. Kalendas Januarii.

ANNO CHRISTI 712.

[a] CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

ANNO CHRISTI 712.

A JOANNE EPISCOPO MONOTHELITARUM anteſignano edictum,

Quo innumera orientalium episcoporum multitudo congregata sextam Synodum œcumenicam damnavit, anno Christi DCCXII. tempore Constantini papæ & Philippici imperatoris.

Acta conciliabuli blasphemiis pleniſſimi, cum impio imperatore ſepulta, perpetuo anathemati tradita ſunt.

[a] (*Onciliabulum.*) Excæcatus quidam corporis & mentis oculis Monothelita monachus ad se venienti Philippico, teste Theophane, dixit: *Imperium tibi est repositum.* Qua de causa, cum ille turbaretur, ait monachus: *Si jubet Deus, tu quamobrem contradicis? Hoc autem dico, quia sexta Synodus male facta est. Si ergo imperaveris, hanc projice, & imperium fiet tibi forte atque longævum.* Credens Philippicus impostoris vanitati juramento spopondit se hoc facturum. Imperium adeptus, exturbato e sede Constantinopolitana Cyro patriarcha, Joannem suæ impietatis socium, teste Cedreno, eidem solio præposuit, eaque deinceps opera Monothelitarum anteſignani Joannis in urbe regia in conventu innumeræ multitudinis episcoporum peregit quæ his verbis descripsit Theophanes: *Et cum regnaret, fecit pſeudoſynodum epiſcoporum*

porum juxta pseudomonachi & inclusi sermonem, & abjecit sanctam & universalem sextam Synodum. Ita ad nutum imperatoris, ad libitum patriarchæ Monothelitæ, sancta sexta Synodus condemnatur, eaque quæ de duabus in Christo voluntatibus, & duplici operatione, sententia sancita fuerat, plurimorum episcoporum orientalium, ex catholicis uno momento in Monothelitas conversorum, decreto & subscriptione retractatur. Baronius anno 712. n. 3. 4 &c.

ANNO CHRISTI 712.

ANNO CHRISTI 712.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA
Sub imperatore Philippico.

Ex libello Synodico.

Ἀλλὰ Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης, ἀπὸ Χερσῶνος ἅμα τῷ στόλῳ παραλαβὼν τὰ βασίλεια, καὶ Ἰουστινιανὸν ἐν τῇ Δαμάτρυϊ ἀποκτείνας τοῖς ξίφεσιν, ἐν Κωνσταντινουπόλει συνέδριον μιαρὸν ποιησάμενος, τῇ Μονοθελητῶν ἀνεκαίνισε πλάνῃ τὴν ἀσέβειαν. καὶ τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κῦρον ἐξέωσεν, ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας ποιήσας αὐτὸν ἔγκλειστον· καὶ ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννην ἐχειροτόνησε.

PHilippicus autem, qui & Bardanes, Cherſone profectus, cum una cum claſſe regiam occupaſſet, & Juſtinianum in Damatrye gladiis occidiſſet, Conſtantinopoli ſynedrium nefandum congregans, Monothelitarum impietatem renovavit, & archiepiſcopum Cyrum ejecit, & monaſterio, quod Chora dicebatur, eum incluſit, inque ejus locum Joannem elegit.

---

* ΕΠΙΛΟΓΟΣ ΤΟΥ ΤΗΝ ΠΑΡΟΥΣΑΝ ΒΙΒΛΟΝ ἰδιοχείρως ἀπογραψαμένου· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν ὑπὸ Βαρδάνου τοῦ τυράννου καὶ παράφρονος, κατὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου πεπολιτευμένων.

* *EPILOGUS EJUS QUI HUNC LIBRUM ſcripſit manu propria, in quo etiam continetur de iis quæ inſanus tyrannus Barda auſus eſt adverſus ſanctam & œcumenicam ſextam ſynodum.*

* Antiquam hanc verſionem e duobus mſſ. exemplaribus primum in lucem emittimus, quam cum Combefiſiana quivis poterit per otium conferre.

Codicem noſtrum mſ. contulimus cum editis a P. Francisco Combefiſio O.P.

Ὁ Ἁμαρτωλὸς ἐγὼ, καὶ πάντων ἐλάχιστος Ἀγάθων ἀνάξιος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς ἐντεῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ἁγίου πατριαρχικοῦ σεκρέτου πρωτονοτάριος καὶ καγκελλάριος δεύτερος, πρό τε τῆς ἑβδομήκοντα δύο μικρῷ πλέον ἢ ἔλασσον χρόνων, ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν, ἐν τῷ τοῦ ἀναγνώστου βαθμῷ κατηξιωμένος ὢν καὶ ἀχρεῖος νοτάριος, καθυπέργησα τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ ἕκτῃ συνόδῳ, πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῇ κεκινημένοις παρηκολουθηκὼς ἐφεξῆς, ἅμα Παύλῳ τῷ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπισκόπῳ γενομένῳ τῆς ἐντεῦθα καὶ πατριάρχῃ, ἐν λαϊκοῖς ἔτι τελοῦντι, καὶ βασιλικῶν ἀσεκρέτης τυγχάνοντι, σὺν καὶ ἑτέροις τισίν. ἅπαντας δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ πεπραγμένων τοὺς τόμους ἐν καθαρῷ δέλτοις ἐκκλησιαστικοῖς γράμμασιν οἰκείᾳ ἐγράψα χειρί. οἵτινες καὶ ἐν τῷ βασιλικῷ παλατίῳ σφραγισθέντες κατησφαλίσθησαν καὶ ἀπέκειντο, σὺν καὶ τῷ ἐκφωνηθέντι ὑπογράφῳ τῆς πίστεως ὅρῳ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου. ἀλλά μοι καὶ τοὺς ἐκδοθέντας τοῖς πάντε πατριαρχικοῖς θρόνοις ἰσοτύπους ὑπογράφους τοῦ αὐτοῦ ὅρου τόμους, κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἔγραψα, κελευσθεὶς ὕστερα παρὰ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, τοῦτο προσάξαντος ὕστερα γενέσθαι, διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον τῆς ὀρθοδοξίας, ἀνόθευτόν τε καὶ γνήσιον. τοῦ δὲ φιλανθρώπου καὶ μόνου ἀγαθοῦ, καὶ ἐλεήμονος Θεοῦ σπλαγνισθέντος ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἀπελεῖ καὶ ἀχρείῳ, καὶ τὸ ζῆν χαρισαμένου, καὶ συγχωρήσαντος μέχρι καὶ νῦν, εἰκότως καὶ τοῦτο παρεῖναι βίβλον ἰδιοχείρως γράψαι προεθυμήθην τε καὶ συνεῖδον, καὶ μάλιστα διὰ τὸν ἐξῆς λεχθησόμενον τρόπον. τῆς εἰρήνης τῆς Θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ὁμονοίας αὐτῆς, καὶ τῆς οἰκουμενικῆς κατασάσεως ἐν τοῖς τοσούτοις χρόνοις ἐπικρατούσης, καὶ μηδεμιᾶς ἐν αὐτοῖς ἀναφανείσης ἀντιλογίας καὶ ἔριδος, ἢ διχονοίας, καὶ ἀντισάσεως, τοῦτο βλέπειν μὴ φέρων ὁ πονηρὸς καὶ ἀρχέκακος δαίμων διάβολος, πρόφασιν ἐμηχανήσατο καὶ ὀξηῦρεν ἀξίαν τῆς οἰκείας αὐτοῦ κακοβουλίας τε καὶ σκληρότητος.

EGo peccator & omnium minimus, Agatho, indignus diaconus & bibliothecarius ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ, & venerandi ſecreti patriarchalis protonotarius, & cancellarius ſecundus, triginta duobus plus minus annis cum eſſem adhuc ætate juvenis in lectoris gradum connumeratus & inutilis notarius ſui adminiſter huic ſanctæ & œcumenicæ ſextæ ſynodo, omnia quæ in ea acta ſunt ordine perſecutus, ſimul cum Paulo qui fuit ſanctus hujus civitatis archiepiſcopus & patriarcha, cum eſſet adhuc laicus & a ſecretis imperatoris & quibuſdam aliis. Omnes autem actorum tomos literis eccleſiaſticis pure & nitide propria manu ſcripſi: qui etiam in palatio imperatoris obſignati tuto fuerunt poſiti cum fidei decreto, quod in ſcriptis fuit editum ab ipſa ſancta ſynodo. Quin etiam quinque patriarchalibus ſedibus tradita exempla hujus decreti ſcripſi ſimiliter, ſic juſſus a piæ memoriæ imperatore Conſtantino, qui hoc imperavit ſic fieri, ut puritas & ſinceritas orthodoxæ fidei nullis appeteretur inſidiis. Cum autem benignus & ſolus bonus & miſericors Deus mei humilis & inutilis eſſet miſertus, & hucuſque vivere conceſſiſſet, merito hunc quoque librum propria manu ſcribere volui & conſtitui, & maxime cum propter modum qui deinceps eſt dicendus, pax ſanctarum Dei eccleſiarum, earumque concordia, & orbis terrarum ſtatus tot annis permaneret, & nulla in eis apparuiſſet contradictio, diſſenſio, aut repugnantia. Hoc cum videre ferre non poſſet malignus & auctor mali diabolus, machinatus fuit occaſionem, & eam invenit dignam malo ſuo conſilio & pravitate.

Nam

ANNO CHRISTI 711.

Nam cum ex nostris peccatis in prioribus annis multa gravia accidissent, resque crebro moverentur, quæ non solum in communi Christi amantis reip. fecerant diminutionem & maximam dissolutionem, sed jam etiam pervenerant ad ipsum culmen imperii, ut frequentibus eorum qui ipsum tenebant mutationibus & ex tyrannide insurrectionibus, omnino contemneretur, & nihili fieret, eo maxime quod qui huic imperio successerat, post mortem patris Constantini, Justinianus, non solum semel propter ejus ab initio pessimum & sceleratissimum vitæ institutum excidisset ab imperio: sed cum bis quoque post Leontium & Tiberium qui interjecti imperium obtinuerunt, hoc passus, postremo etiam in Damatico loco qui dicitur, Bithynorum provinciæ, capite fuisset truncatus, utpote quod in diversis ordinibus per mare ab eo missus plurimus exercitus ad excidium civitatis cædemque habitantis in ea populi illinc in eum insurrexisset, & in eum irruisset, statimque temere & absque ulla legitima approbatione & electione imperatorem creasset & renunciasset eum qui propter affectatam tyrannidem illinc tunc fuerat exterminatus, Bardanem nomine, qui fuit filius Nicephori genere Pergamenii.

Qui cum se Philippicum mutato, ut videbatur, nomine appellasset, illinc præter expectationem repente accedens ad hanc imperialem civitatem, cum navi advectis quæ eum sequebantur & concurrebant armatis militaribus copiis eorum qui ipsum crearant imperatorem, jam olim habens innatam, non solum ex præcedente parentum, ut ipse dicebat, doctrina & traditione, sed etiam per introductam falsam quandam doctrinam, huic sanctæ & ęcumenicæ sextæ synodo contrariam prophanissimam hæresim, ut quia ab ineunte ætate fuisset discipulus Stephani abbatis discipuli Macarii, usus protinus auctoritate & potestate imperatoria ante suum ingressum, quæ multis quidem ante annis jam posita fuerat, ejusdem sanctæ synodi imaginem, inter quartam & sextam scholam, in vestibulo imperialis palatii jussit dejici: dicens se non alias in animum inducturum, ut in regiam, quæ sua non erat, ingrederetur, nisi hoc factum esset. Hoc quoque pro imperio decernens ut appellatio Sergii & Honorii, & reliquorum qui cum eis ejecti fuerant & anathematizati a sancta & œcumenica synodo, in sacris sanctarum ecclesiarum diptychis recitaretur, & eorum in locum suum reponerentur imagines. Brevissimo autem post tempore cum eos quoque quos diximus invenisset in imperiali palatio repositos mea manu scriptos ejusdem sanctæ & œcumenicæ sextæ synodi actorum tomos, eos ejiciens & in publicum proferens in secreto igni tradidit & abolevit; cum plurimos & orthodoxos patres fuisset persecutus, & quosdam ex eis misisset in exilium, & maxime eos qui noluerant ejus jussu composito & pronunciato de fide veluti tomo ad abolendam hanc san-

ANNO CHRISTI 712.

Τῶν γὰρ ἐξ ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἐπισυμβάντων ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἔπροσθεν χρόνοις δεινῶν καὶ ἀλλεπαλλήλως κινουμένων πραγμάτων, οὐ μόνον ἐν τῷ κοινῷ τῆς φιλοχρίστου πολιτείας μείωσιν καὶ κατάλυσιν μεγίστην ἐργασαμένων. ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς αὐτὴν φθασάντων τῆς βασιλείας τὴν κορυφὴν, ὡς ταῖς ἐπισυχνοῦ τῶν ἐν αὐτῇ κρατούντων ὑπαλλαγαῖς ἐκ τυραννίδος ἐπαναστάσεσι, τέλεον τὰ κατ' αὐτὴν περιφρονηθῆναι, καὶ εἰς ἐξουδένωμα γενέσθαι. τῷ μάλιστα τὸν τοιαύτην βασιλείαν διαδεξάμενον μετὰ τελευτὴν τοῦ οἰκείου πατρὸς Κωνσταντίνου Ἰουστινιανὸν, μὴ μόνον εἰς ἅπαξ διὰ τὴν κακίστην αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς καὶ μιαιφόνον προαίρεσιν, τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν καὶ ἀποῤῥιῆναι, ἀλλὰ καὶ δὶς μετὰ Λεόντιον καὶ Τιβέριον τοὺς ἐν μέσῳ τῆς βασιλείας κρατήσαντας, τοῦτο ὑπομεμενηκότα, ἐν τῷ ἐσχάτῳ καὶ ὑπὸ τοῦ ξίφους, ἐν τῷ Δαματικῷ λεγομένῳ τόπῳ τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, καρατομηθῆναι. τοῦ ὑπ' αὐτοῦ ἐν διαφόροις ταξειδίοις ἀποσταλέντος διὰ θαλάσσης πλείστου στρατοῦ ἐπὶ τῇ καταστροφῇ καὶ ἁλώσει Χερσῶνος τῆς πόλεως, καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ κατοικοῦντος λαοῦ κατασφαγῇ καὶ ἀφανισμῷ, ἐκεῖθεν ἐπαναστάντος αὐτῷ καὶ ἀνασοβήσαντος κατ' αὐτοῦ, καὶ φύρδην ἐνθέως ὡς ἔτυχε, καὶ δίχα τινὸς ἐννόμου δωκιμασίας τε καὶ ψηφίσματος εἰς βασιλέα προστησαμένου καὶ ἀναγορεύσαντος, ἐξόριστον ἐκεῖσε τὸν τηνικαῦτα διὰ πρόφασιν τυραννίδος γενόμενον Βαρδάνην τοὔνομα, υἱὸν γεγονότα Νικηφόρου τὸ γένος Περγαμενίου τυγχάνοντα.

Ὅστις ἑαυτὸν Φιλιππικὸν τῷ δοκεῖν μετονομάσας, ἐκεῖθεν ἀπροσδοκήτως αἰφνίδιον ἐπιστὰς τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει μετὰ πλοίμου τῆς ἑπομένης αὐτῷ καὶ συντρεχούσης στρατιωτικῆς ἐνόπλου δυνάμεως τῶν αὐτὸν εἰς βασιλέα προστησαμένων, ἔμφυτον ἔκπαλαι κεκτημένος, οὐ μόνον ἐκ προλαβούσης γονικῆς, ὡς ἔλεγε, διδαχῆς τε καὶ παραδόσεως, ἀλλὰ καὶ διά τινος ἐπεισάκτου κακοδιδασκαλίας, τὴν ἐναντίαν ταύτης τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου παμβέβηλον αἵρεσιν, ὡς οἷα μαθητευθεὶς καὶ φοιτήσας παιδόθεν κατὰ καιροὺς Στεφάνῳ τῷ ἀββᾷ μαθητῇ Μακαρίου, εὐθὺ καὶ παραχρῆμα βασιλικῇ ἐξουσίᾳ καὶ αὐθεντίᾳ χρησάμενος, πρὸ τῆς οἰκείας εἰσόδου, τὴν μὲν ἀπὸ χρόνων ἤδη ἀνατεθεῖσαν εἰκόνα τῆς αὐτῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου, πλησίον καὶ μεταξὺ τῆς τετάρτης καὶ ἕκτης σχολῆς ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ βασιλικοῦ παλατίου, κατενεχθῆναι προσέταξε· μὴ ἄλλως, φήσας, ἐν τοῖς οὐκ οὖσιν αὐτοῦ βασιλείοις εἰσέρχεσθαι καταδέχεσθαι, πρὶν ἢ μὴ τοῦτο γενήσεται· θεσπίσας ἐξουσιαστικῶς καὶ τοῦτο, ὥστε τὴν προσηγορίαν Σεργίου τε καὶ Ὀνωρίου, καὶ τῶν λοιπῶν σὺν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ἐκβληθέντων καὶ ἀναθεματισθέντων, ἐν τοῖς ἱεροῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν διπτύχοις ἀνακηρύττεσθαι, καὶ τὰς αὐτῶν ἀναστηλοῦσθαι κατὰ τόπον εἰκόνας. μετὰ δὲ χρόνον βραχύτατον, εὑρηκὼς καὶ τοὺς εἰρημένους, καὶ ἐν τῷ βασιλικῷ παλατίῳ ἀποκειμένους ἰδιοχείρους μου τόμους τῶν πεπραγμένων τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, τούτους ἐκβαλὼν καὶ δημοσιεύσας ἐπὶ σεκρέτου πυρὶ παρέδωκε καὶ ἠφάνισε, πλείστων εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων ἀνδρῶν διωγμὸν ποιησάμενος, καὶ τινὰς αὐτῶν παραπέμψας ἐν ἐξορίᾳ· καὶ μάλιστα, τοὺς μὴ ἑλομένους ἐν τῷ κατ' ἐπιταγὴν αὐτοῦ συνταγέντι καὶ ὑπαγορευθέντι, περὶ πίστεως δῆθεν καὶ ὡσανεὶ

ANNO CHRISTI 712.

σανεὶ τόμῳ ἐπ' ἀθετήσει τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, καθυπογράψαι.

Τούτων δὲ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ δυετῆ χρόνον ἅμα τῶν συνεπομένων καὶ ὁμοφρονούντων τῇ ἐκείνου κακοδοξίᾳ τελουμένων βιαίως, θᾶττον αὐτὸν ἐπαξίως τῶν πραττομένων ἡ θεία δίκη μετῆλθε καὶ κατεστρέψατο· μάλιστα καὶ διὰ τὰς ἐξ αὐτοῦ γινομένας μετὰ πάσης ἀναισχυντίας ἐπισυχνοῦ ἐν τοῖς εὐαγέσι γυναικείοις μοναστηρίοις, καὶ ἑτέροις τῶν καθυπουργούντων αὐτῷ προσώπων ἀθεμίτους ἐγχειρήσεις καὶ αἰσχρουργίας, πλεῖστον ἐπὶ τούτοις καὶ ἄφατον σκορπισμόν τε καὶ μείωσιν τῶν ἐπισυναχθέντων ὑπὸ Ιουστινιανοῦ, καὶ ἀποκειμένων ἐν τῷ παλατίῳ χρημάτων ποιήσαντος. κατὰ γὰρ τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ἰνδικτιῶνος ἱᾷ ἄφνω περὶ δειλινὴν ὀψίαν ἐπαναστάσεως αὐτῷ γενομένης ἀπροσδοκήτως ἐκ τοῦ ἐπισορευθέντος ἐν τῇ Θρᾴκῃ στρατοῦ, διὰ τὴν προσεχῶς τότε, καὶ ἐξ αἰτίας αὐτοῦ καὶ παραβασείας τῶν συγκειμένων πάκτων, γεγονυῖαν ἔφοδον τοῦ γειτνιάζοντος ἔθνους τῶν Οὐννογούρων Βουλγάρων, μετὰ πλείστης αἰχμαλωσίας τε καὶ σφαγῆς τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ καταμενόντων Χριστιανῶν· συλληφθεὶς ὁ αὐτὸς μιξοβάρβαρος τύραννος, καὶ τῆς βασιλείας ἀπωσθεὶς καὶ ἐκβεβλημένος, πηροῦται παραχρῆμα τὰς ὄψεις, ἐν σκότει τὸ λοιπὸν τῆς ἑαυτοῦ ἀσυνέτου παρδίας τὸν χρόνον τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς κατὰ τὸ ψαλμικὸν διαπορευόμενος λόγιον.

Ανακηρύττεται δὲ τῇ ἑξῆς κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, τῇ ἐπιφοιτήσει καὶ χάριτι τῆς ἐπηδημίας τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος, βασιλεὺς εὐσεβῆς καὶ ὀρθόδοξος Φιλαρτέμιος τοὔνομα, ὁ καὶ μετακληθεὶς Αναστάσιος, τῆς τῶν ἀσηκρητίων σχολῆς πρότερον γενόμενος ἐναρίθμιος, ψήφῳ τινὶ καὶ δοκιμασίᾳ τῆς τε ἱερᾶς συγκλήτου, καὶ παντὸς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, τῶν τε ἐπιδημούντων φιλοχρίστων ἐκστρατευμάτων, καὶ τοῦ πολιτικοῦ δήμου παντὸς, ἀναγορευθεὶς πρῶτον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ πατριάρχου Ιωάννου ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ θυσιαστηρίῳ, συνανακηρυχθείσεις αὐτῷ καὶ συναναγορευθείσης ἀναφανδὸν καὶ διαπρυσίως ὑπὸ πάντων τῶν ἐπιδημούντων ὁσιωτάτων ἀρχιερέων, καὶ τοῦ εὐαγοῦς κλήρου, τῆς εἰρημένης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας τῶν ἁπανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν φροντίδα καὶ πρόνοιαν μεγίστην ποιουμένων· οὕτω τὲ μετὰ βραχὺ συνευδοκήσαντος αὐτοῦ καὶ συνεπινεύσαντος παραυτίκα, καὶ πρόσφορα γεγόνασιν ἀκολούθως ἀπολογίας ἐχόμενα γράμματα ὑπὸ τοῦ τῶν ἐνταῦθα ἁγιωτάτου ἀρχιερέως Ιωάννου πρὸς Κωνσταντῖνον τὸ ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ἅτινα καὶ μετὰ τῶν ἐξ ἔθους συνοδικῶν γραμμάτων ἐξαπεστάλησαν, τὴν πρέπουσαν καθηκόντως πληροφορίαν περὶ τῶν προγεγραμμένων ἁπάντων ἐμπεριέχοντα.

Επειδὴ δὲ μετὰ τὴν κατενεξιν τῆς ἀνωτέρω δηλουμένης συνοδικῆς τελείας εἰκόνος. ὁ ταύτην ἀθέσμως προστάξας κατενεχθῆναι Βαρδάνης ὁ ἀλιτήριος καὶ παραφορος, ἐν τῇ οὕτω λεγομένῃ τοῦ Μηλίου καμέρᾳ, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς πέντε συνόδους * καὶ μόνον, ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἀναστηλωθῆναι προσέταξεν ἑαυτὸν ἐν τῷ μέσῳ ταύτης ἅμα τῷ Σεργίῳ στηλογραφήσας ὀρθόστατον, ἀναγκαίως

γρ. ἐπ.

A ctam & œcumenicam sextam synodum subcribere.

Cum hæc duobus annis, sic ab ipso cum iis qui ipsum sequebantur, & qui eadem quæ ipse sentiebant, violenter fierent, eum divina puniit & evertit justitia, & maxime propter ea quæ nefarie & turpiter ipse perpetravit & ejus administri in mulierum monasteriis, & plurimam eo nomine factam dissipationem & diminutionem earum quæ a Justiniano congregatæ fuerant pecuniarum repositarum in palatio. Die enim sabbati sanctæ Pentecostes, indictione XI. repente circa crepusculum in eum facta insurrectione, præter expectationem, ab exercitu qui in Thracia fuerat congregatus; propter irruptionem vicinæ gentis Hungarorum Bulgarorum cum magna cæde & strage Christianorum qui manebant in Thracia ejus culpa factam, quod pactis conventis non steteterat, captus ipse barbarus tyrannus; imperioque motus & ejectus repente orbatur oculis, in tenebris deinceps insipientis sui cordis tempore vitæ suæ ambulans, ut dicit psalmorum eloquium.

B

C

Sequenti autem die proclamatur ipso die S. Pentecostes, inspiratione, & gratia sanctissimi & vivifici Spiritus imperator, pius & orthodoxus nomine * Philartemius, qui etiam mutato nomine postea vocatus fuit Anastasius, qui prius fuerat in numero scholæ * a secretiorum, sententia & suffragiis sacrosancti senatus, & totius catalogi sacerdotalis, & Christi amantium qui illic agebant exercituum, & universi populi civitatis, primum renunciatus in sanctissima Dei catholica & apostolica ecclesia, & coronatus a pontifice & patriarcha Joanne ad sanctum & venerandum altare, cum eo aperte quoque proclamata & renunciata ab omnibus sanctissimis qui ibi agebant pontificibus & pio clero dicta sancta & œcumenica sexta synodo. Qui quidem maximam curam gerebant pacis & concordiæ sanctissimarum, quæ ubique sunt, ecclesiarum, sicque paulo post cum ei ita visum esset & consensisset, factæ sunt literæ defensionis a sanctissimo hujus civitatis pontifice Joanne ad Constantinum sanctissimum & beatissimum papam Romæ veteris. Quæ quidem cum synodalibus de more missæ sunt literis. Quæ de omnibus prius scriptis, ut par erat, eum reddebant certiorem.

* Flavius Artemius

* eorum qui a secretis.

D

E

Quoniam autem post dejectionem superius dictæ synodalis imaginis, qui eam nefarie dejici jusserat sceleratus & demens Bardanes in Melii quæ dicitur fornice, sanctas & œcumenicas quinque synodos, & solum in imagine se poni jussit, in ejus medio se cum Sergio erectum statuens, necessario omnino & valde convenienter his duabus personis ex illa deje-

ANNO CHRISTI 712.

—ctis, ejusdem sanctæ & œcumenicæ sextæ synodi cum aliis quinque fit in columna descriptio. Communi festo & lætitia & spiritali in Domino exultatione exorta universo Dei amantis ecclesiæ cœtui, ob constitutionem & pacem sanctissimarum ecclesiarum.

Ad eorum autem quæ prius a me scripta sunt majorem fidem ; & eorum qui hunc librum diligentius sunt lecturi securitatem & confirmationem , exemplum superius dictæ ad sanctissimum papam Romanum missæ epistolæ a sanctissimo hujus sedis patriarcha Joanne , citra ullum defectum huic libro subjicere statui . Rogo autem & peto ab omnibus qui eam lecturi sunt , ut soli benigno clementi & misericordi Deo supplicent , primum quidem ut sanctarum suarum ecclesiarum pacem & concordiam perpetuo custodiat firmam & omnino immobilem . Et deinde ut mihi quoque peccatori & minimo , & qui sine omni sum defectus excusatione , det propitiationem multorum & quæ explicari non possunt delictorum in magno & terribili die secundi adventus ipsius unigeniti filii Dei Domini autem nostri Jesu Christi , & justæ redditionis eorum quæ unusquisque gessit in vita.

ANNO CHRISTI 712.

πάνυ καὶ ἄγαν ἁρμοδίως, τῆς αὐτῆς δύο προσώπων ἐξ ἐκείνης κατοπλωσαμένων. ἡ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου ἀναζωγράφησις, σὺν τοῖς ἄλλαις πᾶσι γεγένηται· κοινῆς ἑορτῆς καὶ εὐφροσύνης καὶ πνευματικῆς ἐν Χριστῷ ἀγαλλιάσεως παντὶ γεγονυίας τῷ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας φιλοθέῳ πληρώματι, ἐπὶ τῇ κατασάσει καὶ εἰρήνῃ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν.

Πρὸς μᾶλλον βεβαιοτέραν τῶν ὑπ' ἐμοῦ ἐνταῦθα προγεγραμμένων πίστιν καὶ ἀσφάλειαν , καὶ τῶν ἐντυγχάνειν μελλόντων φιλοπονώτερον τῇ παρούσῃ βίβλῳ πληροφορίαν τε καὶ βεβαίωσιν, τὸ ἰσότυπον ἀπαραλείπτως τῆς ἀνωτέρω δηλωσάσης, καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ρώμης Κωνσταντῖνον ἐκπεμφθείσης ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπιστολῆς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου τῶν ἐνταῦθα πατριάρχου Ιωάννου , τῇ παρούσῃ βίβλῳ συνεῖδον καθυποτάξαι . καὶ παρακαλῶν ἅπαξαπάντας τοὺς ἐντυγχάνειν μέλλοντας ἐν αὐτῇ, τὸ μόνον διδιάλλακτον καὶ φιλάνθρωπος ἱλεοῦσθαι καὶ καθικετεύειν Θεόν. πρωτοτύπως μοὶ, τὴν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐκκλησιῶν μέχρι τέλους φυλάττειν ἀκλόνητον καὶ παντίως ἀσάλευτον· ἵνα τε κἀμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ἐλαχίστῳ καὶ πάσης ἀπολογίας ἐσπηρυμμένῳ ἱλασμόν τε καὶ ἄφεσιν τῶν πολλῶν ἀνεκάστων μου δωρηθῆναι παραπτωμάτων ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ φοβερᾷ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἡμέρᾳ, καὶ τῆς δικαίας τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἀνταποδόσεως.

EPISTOLA SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI Joannis ad Constantinum sanctissimum papam Romanum apologetica, propter ea quæ tempore tyrannidis * Bardæ mota sunt adversus sanctam & œcumenicam sextam synodum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ Α'ρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Ιωάννου, πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ρ'ώμης, ἀπολογετικὴ ὕλεκσις τῆς ἐπὶ τῆς χρόνων τῆς τυραννίδος * Βάρδα κεκινημμένων, κατὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου.

* Bardanis

* Βαρδάνου

Sanctissimo & beatissimo fratri & comministro domino Constantino Joannes indignus episcopus in Domino salutem.

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαρίῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ, Ιωάννης ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

QUi suæ divinitatis & potestatis indicium , eorum quæ videntur magnificentiam architectatus est Deus , præcipue in pretiosissimo creatarum rerum sensilium , nostro inquam figmento suam ostendit gloriam & sapientiam ; qua quidem ratione ex ipso quoque admirabilem esse factam divinam cognitionem propheta exclamavit. Ipse naturæ nostræ opifex cum suo artificio curasset, ut caput toti corpori præficeretur , in eo collocatis præcipuis sensuum instrumentis , omnem reliquorum membrorum motionem & perfectionem illinc oriri fecit & conservari : & si contigerit aliquod eorum offendi , aut aliquo incommodo affici , non levem eorum curam a se gerendam esse statuit : sed etiam adversus ultima membra naturalem ostendens affectionem & consensionem , per manuum ministerium ductu oculorum curat quod laborabat . His vestrum quoque apostolicum pontificatum comparare possumus , o sanctissimi & Christiani sacerdotii caput vos canonice reputantes , merito per vos

Psal. 138.

Ὁ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος καὶ δυνάμεως μιμνυμα, τινὶ ἐν τοῖς ὁρωμένοις μεγαλουργίαν τεκτηνάμενος Θεὸς, ἐξαιρέτως ἐν τῷ τιμιωτάτῳ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως , τῷ ἡμετέρῳ φημὶ πλάσματι, τὰ τῆς οἰκείας δόξης τε καὶ σοφίας ἐπεδείξατο. καθὸ δὴ καὶ τεθαυμασῶσθαι ἐξ ἑαυτοῦ τὴν θείαν γνῶσιν ὁ προφήτης ἀνεβόησεν. αὐτὸς ὁ τῆς φύσεως ἡμῶν δημιουργὸς , τὸ ὅλον σώματος προβεβλῆσθαι φιλοτεχνήσας τινὶ κεφαλὴν , ἐν αὐτῇ τὰ κυριώτατα τῶν αἰσθητηρίων ἀποθέμενος, πᾶσαν ἐκεῖθεν τινὶ τῶν λοιπῶν μελῶν κίνησιν καὶ ἀρτιότητα, γίνεσθαί τε καὶ σωζηρεῖσθαι πεποίηκεν· κἂν τε τούτων προσπταῖσαι συμβαίη, ἢ ἄλλως πως κεκακῶσθαι, ἐκ ἀπροσποίητον τὴν τούτων ἐπιμέλειαν τίθεται. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ τῶν μελῶν ἔχατα τὴν φυσικὴν δεικνῦσα συμπάθειαν, διὰ τῆς τῶν χειρῶν ὑπουργίας τῇ ὁδηγίᾳ τοῦ ὀφθαλμοῦ θεραπεύει τὸ πεπονηκὸς , ἐκ ἀτιμάζουσα καὶ ἀποπεμπομένη τὴν τούτων σωτήριαν ὡς ἄχρηστον. Ἧτοις δὴ τὸ κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀποστολικὴν προεδρίαν ἔχομεν παραβάλλειν, ἁγιώτατοι , καὶ κεφαλὴν τῆς κατὰ Χριστὸν ἱερωσύνης κανονικῶς ὑμᾶς λογιζόμενοι ,

εἰκό-

ANNO CHRISTI 712.

εἰκότως δὲ ὑμῶν ἐπιζητοῦμεν τῆς ἐπισυμβάσης ἀ- A
θυμίας τῷ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιαστικῷ σώματι ἐκ
τῆς λοιμώδους καὶ νοσοποιοῦ τῆς ψυχῶν τυραννικῆς
ἐξουσίας, παραμυθίαν κομίσασθαι. πάντως γὰρ &
ὑμεῖς, τῷ τῆς κεφαλῆς ἰδιώματι, ἀβουλήτως συνοση-
κότας ὑμᾶς ὁ περιόψεσθε, οὐδὲ τῆς ἑαυτῆς συμ-
φυείας ἡμᾶς ἀποπέμψοισθε· ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς
ἔμπαλιν ἡμῶν ἐπισυγνάζοντες. πάσχοντος γὰρ ἑνὸς
μέλους, συμπάσχειν εἰκὸς πάντα τὰ μέλη, κατὰ
τὸν τοῦ ἀποστόλου φωνήν. ναῦν τὴν πρὸς τὸ ὑγιὲς
ἐπαναδρομὴν, καὶ πρὸς τὸ ἄρτιον ἀποκατασάσει ἡ-
μῶν, συγχαρήσεσθε δικαίοτατα· καὶ μάλιστα, ὁπη-
νίκα τὸ ἀῤῥώστημα, οὐκ ἐκ τῆς αἰτίας τοῦ σώματος
τῷ σύσασιν εἴληφεν, ἀλλ' ἔξωθεν βεβιασμένης B
καὶ ἀδοκήτου συμφορᾶς γέγονεν ἀποτέλεσμα· περὶ
ἧς ἀναγκαίως ὑμῖν, ἀδελφοὶ θεοτίμητοι, τὸ πα-
ρὸν τῆς πληροφορίας ἀπεστείλαμεν γράμμα, οἷον
ἀποσυμπνέοντες ἡμῖν δι' αὐτοῦ, καὶ δεικνύοντες τὸ τῆς
πληγῆς δυσαχθές. διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν, πρὸς τὸ
ὑμῶν ἀγιωσύνην τῷ σωτηρίου τῆς σωδικῆς προσφω-
νήσεως καταντῆσαι διεκωλύθημεν τυραννικῶς κατεχό-
μενοι. οὐ γὰρ ἄλλως ἦν ἡμᾶς πρὸς ὑμᾶς γράφειν κα-
θαρῶς τε καὶ ἀνεπιθολώτως ἐκτιθεμένους τῆς δυ-
σεβείας δόγματα. καταλαβὼν γὰρ τὴν θεοφύ-
λακτον ταύτην πόλιν μετὰ τῆς ἔξωθεν δυνάσεως· C
οὐ γὰρ ἂν φαίην ἀληθῶς βασιλείας. ὁ τὸ ἕλκος
ἡμῖν ἐνεργικῶς, καὶ οἷον ἐξ ἐνέδρας ἐπαγαγὼν
καθ' ὃν οἶδε λόγον κυβερνητικὴ πρόνοια τῶν ἁπάν-
των. καὶ γὰρ οὐκ ἡμῶν ἐστι τὰ θείων κριμάτων
τὸν βυθὸν ἐρευνᾶν. θεμέλιον καὶ ὑπόβαθρον τοῦ κρά-
τους, τὸ βέβαιον καὶ οὐκ εἴνομον προβαλλόμενος. κα-
θεῖλε μὲν, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ εἰσόδου τῷ ἀνα-
τεθεῖσαν ἐν τοῖς προαυλίοις τῶν βασιλικῶν εἰ-
κόνα τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου.

Ἐγκατασῆσαι δὲ βουληθεὶς εἰς τὸν τῆς ἀρχιερω-
σύνης θρόνον, ἄνδρα οὐκ ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἡμῶν
συλλόγου τυγχάνοντα· τῆς δὲ οἰκείας ἐν δυσφρό-
νοις γνώμης ὁμόφρονα· ὅμως τῇ τοῦ καθ' ἡμᾶς κλή-
ρου ὁρμῇ καὶ ἐνστάσει βιασθεὶς, προήγαγεν
ἡμᾶς οὐ προσδοκῶντας, οὐ βουλομένους, οὐκ ἀπαθῶς
τε καὶ ἀβαρῶς καὶ δίχα παντὸς ὀδυρμοῦ τὸ τιθέμε-
νον ὑπομείναντας, πρὸς τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἦχθη-
μένην ἀξίαν καὶ κορυφήν. Τίς γὰρ ἀναπείρως ἔχων
πάντα τοῦ πλεῖν τὴν θάλασσαν, νηὸς ἐπιβαίνειν,
καὶ πόρθμον διαπεραιοῦσθαι ἀνάσχοιτο; πολὺ γὰρ
εἰπεῖν, τὴν διὰ μακροῦ πελάγους στέλλεσθαι ἀποδη-
μίαν· αὐτὸς μέλλων μόνος τῆς ὁλκάδος ἐγχει-
ρεῖσθαι τοὺς οἴακας, ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς συμπλεόντων
ἀναδεχόμενος τὴν κυβέρνησιν. ὅπερ καὶ ἐφ' ἡμῖν
πᾶς τις καθορῶν. ὁ γὰρ τῆς ἐν ἱεράρχαις πρε-
πωδεσάτων καὶ ἁρμοδίων ἐν μελέτῃ ἦμην ποτέ. ἢ
τὸ περιφανὲς ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικῆς κεκτημένοις E
ἀξίαις, μόνῃ τῇ ὑπηρεσίᾳ τῆς μυστηρίων ἀδιαλείπ-
τως σχολάζοντες. οὐκ ἄπιστον ἡγήσεται τὸ περὶ τού-
του τῆς ἡμετέρας γνώμης ἀθέλητον, αὐτὸ τὸ μαρ-
τύριον τῆς σωδήσεως ἡμῶν, ὅπερ καύχημα ἑαυ-
τοῦ ὁ θεῖος ἀποστόλος διωρίσατο, προβαλλομένων
ἡμῶν εἰς παράστασιν ἀληθείας τῆς ἐξ ἡμῶν λεγο-
μένων· ὅτος πίνων ὁ κόσμος οἰκεῖον τὴν ἀκοσμίαν
τῆς ἐκκλησίας τιθέμενος, ὧδινε μὲν, καὶ ἐσπάδαζε
τῆς ἀσεβείας ἀποκυῆσαι τὸν βασιλίσκον τὸν τοῦ ἀρ-
χεκάκου ὄφεως ῥύσημα. ὥστε δημοσίᾳ ἐπ' ἐκκλη-
σίαις καὶ ἐν ταῖς ὁμολογίαις τῆς ἐπισκόπων, ἀνα-

ANNO CHRISTI 712.

quærimus, ægritudinis quæ eccleſiaſtico- A
noſtro accidit corpori a peſtilenti & e-
xitioſa animis tyrrannica poteſtate, ac-
cipere ſolatium. Omnino enim vos quo
que ut eſt proprium capitis, nos in-
voluntarie laborantes minime deſpicietis,
neque a congenita ac coalita conjunctio-
ne nos amandabitis, ſed propter no-
ſtra potius vulnera dolentes (*uno enim
membro patiente, omnia quoque membra
ſimul pati* eſt conſentaneum convenien-
ter voci apoſtolicæ,) nunc ſanitatis
noſtræ recuperationi jure gratulabimini,
& maxime quando morbus a culpa cor-
poris non eſt profectus, ſed extrinſecus
a violenta & inopinata calamitate fuit B
effectus. De qua ut vos certiores red-
deremus neceſſario miſimus has literas,
per eas vobis veluti aperientes & indi-
cantes gravitatem vulneris. Quamobrem
huc uſque prohibiti ſumus ſynodalem ſcri-
ptionem de more ad vos mittere, ut
qui tyrannice detineremur; neque enim
nobis alioqui licebat ad vos ſcribere,
pure & non turbide exponentes dogma-
ta pietatis. Cum enim hanc a Deo cu-
ſtoditam occupaſſet civitatem cum exter-
na potentia, neque enim vere dixerim,
imperio, qui inſtar latronis & veluti
ex inſidiis vulnus nobis attulit iis qua C
novit rationibus univerſorum gubernatrix
providentia, non eſt enim noſtrum ſcru-
tari profundum divinorum judiciorum,
vim & non leges jaciens fundamentum,
potentiæ dejecit quidem vel ante ſuum
ingreſſum, in atriis regiæ poſitam ima-
ginem ſanctæ ſextæ ſynodi.

Cum autem in ſedem pontificatus vel-
let hominem collocare qui non erat ex
noſtro cœtu eccleſiaſtico, ſed qui idem
cum ejus perverſa ſentiebat ſententia, no-
ſtri tamen cleri aſſiduitate & contentione
coactus nos non expectantes, non volen- D
tes, & non ſine dolore ægreque ac grava-
te hoc ſuſtinentes provexit ad pontificatus
dignitatem & faſtigium. Quis enim na-
vigandi omnino imperitus navem conſcen-
dat, & freta tranſmittere audeat? eſt au-
tem majus quando quis * per æſtum maris * per vaſtum
eſt peregre profecturus, ei ſoli commit- mare, ex a
tatur clavus navis onerariæ ſui & rec- pographo Sa-
torum gubernandorum curam ſuſcipienti. mondi.
Quod quidem in nobis quoque quilibet in-
tuens (nunquam enim meditati ſumus quæ
inter pontifices conveniunt in dignitatibus
eccleſiaſticis ſplendorem aſſequuti ſoli my-
ſteriorum miniſterio vacantes) non incredi-
bile enim exiſtimabit quod dicimus id no- E
ſtra voluntate non eſſe factum ipſum no-
ſtræ conſcientiæ teſtimonium, quod ſui glo-
riatione divinus apoſtolus definiit, nobis ,, Cor. ,
Deo producentibus ad probandam veritatem
eorum quæ dicuntur. Iſte ergo qui ſuum
decus eſſe ducebat dedecus ac probrum ec-
cleſiæ, parturiebat quidem & ſtudebat im-
pietatis edere baſiliſcum, malorum aucto
ris ſerpentis fœtum, ut publice in eccle-
ſia & in epiſcoporum confeſſionibus ana-
themati ſubiiceretur dicta ſancta ſexta ſy-
nodus, & apoſtolicæ & venerandæ veſtræ
ſedis majores qui veneraudum dogma pie-

ANNO CHRISTI 712.

tatis tenuerunt. Communiter autem confiteremur absurdis dictionibus, & quæ nullam habent cognationem cum notionibus, quæ significant perfectionem ejus quod est in Christo mysterii: ipsum autem verbi humanitatis susceptionis mysterium procul abesset: imo vero quidam jam murmurarent ipsam sanctam Chalcedonensem synodum abrogandam, utpote quod ab illa penderet quod ad dogmatum attinet convenientiam, & eam ut ita dicam habere radicem & confirmationem dicta sancta sexta synodus.

Mitto dicere quantas nobis re vera exhibuit molestias, ut ad vestram fraternam beatitudinem literas dirigeremus convenienter scopo illius amentiæ. Ad hæc quomodo nos & quo consilio ita gesserimus, ut depelleremus quidem ejus vim tyrannicam & protervam. Ad id autem quod est paulo moderatius deduceremus insolentiam, scientes ut in malis non esse omnino rejiciendam indifferentiam, quando non ipsum bonum licet primo loco obtinere, nobis testimonium feret ipsa potestas quæ cordium consilia intuetur. Quin etiam inter homines, sanctissimæ vestræ sedis religiosus apocrisiarius qui hic agit, cui nos hunc maxime urgente tempestate dato jurejurando satisfecimus, ei puram quæ nobis inerat in orthodoxam fidem affectionem aperientes. Etenim vos quoque scitis, ut qui experientia aperte didiceritis, o sanctissimi, quod nimis aspere & præfracte se gerere adversus potestatis necessitatem in rebus ejusmodi absque aliqua arte & ingenii solertia nequaquam fuit facile: etenim Nathan quoque propheta non aperta in Davidem usus est reprehensione de admisso adulterio & cæde; sed cum ea colorasset probabili quadam narratione ex illius sententia in eum protulit judicium, licet ipse quoque David esset ornatus spiritu prophetiæ. Propterea nos quoque, sicut magnus dicit Basilius, viri moribus parumper cedendum esse censuimus, ut in iis quæ sunt præcipua, si non verbis at sententiis inviolata fidei servaretur confessio. Non enim in verbis sed in rebus est nobis veritas, clamat [1] Gregorius theologus: & rursum definit esse valde absurdum & turpe de sono vocis exiliter disserere. Apostolicus quoque Dionysius Areopagita esse a ratione alienum & ineptum pronunciat, vim scopi & instituti non attendere sed dictiones: idque, inquit, non est eorum proprium, qui volunt intelligentia divina percipere, sed eorum qui solos sonos admittunt, eosque ad aures usque ulterius permeare non valentes extrinsecus continent, & nolunt scire quid hæc quidem dictio significat: quomodo autem eam explicare oporteat per alias quæ tantum valent & evidentius exprimunt. Hæc autem dicimus, non ut qui velimus evertere voces jam synodice definitas, quasque univeria Dei ecclesia longo jam tempore

2. Reg. 12.

A θέματι ὑποβάλλεσθαι τὴν εἰρημένην ἁγίαν ἕκτην σύνοδον, καὶ τοὺς τοῦ καθ' ὑμᾶς ἀποστολικοῦ καὶ σεβασμίου θρόνου προπατέρας, ὅσοι τὸ ἐναγὲς τῆς ἀληθείας διεπρέσβευσαν δόγμα. κοινῇ δὲ συνομολογεῖσθαι λέξεσιν ἀπεμφαινούσαις, καὶ μηδεμίαν ἐχούσαις συγγένειαν πρὸς τὰς γνωριστικὰς τῆς τελειότητος τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ἐννοίας. αὐτὸ δὴ τὸ θεῖον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου μυστήριον. ὡς οὐ πόῤῥω τυγχάνειν, μᾶλλον δὲ ἤδη τινὰς καὶ ὑπ' ὀδόντας γρύζειν, τοῦ καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀθετεῖσθαι, ὡς ἐκείνῃ συνηρτημένης κατὰ τὴν τῶν δογμάτων οἰκειότητα, καὶ οἷον εἰπεῖν, αὐτὴν ἐχούσης ῥίζαν τε καὶ βεβαίωσιν B τῆς εἰρημένης ἁγίας ἕκτης συνόδου.

Εὖ γὰρ λέγειν ὅσας ἡμῖν ὀχλήσεις ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας προσήγαγε, πρὸς τὸ γράμμασιν ἡμᾶς χρήσασθαι κατὰ τὸν τῆς ἐκείνου παροινίας σκοπὸν, πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφικὴν μακαριότητα· πρὸς ταῦτα, ὅπως ἡμεῖς τῷ κατ' οἰκονομίαν ἐχρησάμεθα λόγῳ, ὥστε διακρούσασθαι μὲν τὴν τηραννικὴν καὶ ἀνένδοτον ἔνστασιν πρὸς τὸ μετριώτερον δὲ, τὰ τῆς ἀτοπίας συστεῖλαι, τὴν ὡς ἐν κακοῖς διαφορὰν εἰδότες οὐ πάντη ἀπόβλητον, ὅτε μὴ αὐτὸ τὸ καλὸν καθαρῶς κατὰ πρώτην ἔνεστι τάξιν κρατεῖν, αὕτη ἡμῖν μαρτυρήσει ἡ τῶν ἐν καρδίᾳ βουλευμάτων ἔφορος δύναμις· καὶ ἐν ἀνθρώποις δὲ, ὁ τῆς C καθ' ὑμᾶς ἱερωτάτης καθέδρας ἐνδημῶν ἐνταῦθα θεοφιλὴς ἀποκρισιάριος, ὃν ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ τοῦ καιροῦ, ἐνομώτως μετὰ τῆς ἀληθείας ἐπληροφορήσαμεν, καθαρὰν αὐτῷ τὴν ἐνυπάρχουσαν ἡμῖν περὶ τὴν ὀρθόδοξον διάθεσιν φανερώσαντες. οἴδατε γὰρ καὶ ὑμεῖς τῇ πείρᾳ σαφῶς μεμαθηκότες, ἁγιώτατοι, ὡς οὐ λίαν * ἀντιτόπως καὶ σκληρῶς ἔχειν πρὸς τὴν τῆς ἐξουσίας ἀνάγκην ἐν τοῖς τοιούτοις, ἄνευ τινὸς τέχνης καὶ περινοίας καθέστηκεν εὐμαρές. ἐπεὶ καὶ Νάθαν ὁ προφήτης, οὐκ ἀπερικάλυπτον τὸν ἔλεγχον τὸν περὶ τῆς μοιχείας τε καὶ τοῦ φόνου προσήγαγε τῷ Δαβίδ. καίτοι καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ προφητικῷ τετιμημένου χαρίσματι. κα- D τὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ὅπερ φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, ἐνδιδόναι μικρὸν τῷ ἤθει τοῦ ἀνδρὸς κατεδεξάμεθα, ὥστε τὴν ἐν τοῖς καιρίοις τῆς πίστεως ὁμολογίαν, εἰ καὶ μὴ λέξεσιν, ἀλλάγε ταῖς ἐννοίαις φυλάττεσθαι ἀπαράβατον. οὐ γὰν ἐν λέξεσιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐν πράγμασιν ἡ ἀλήθεια, ὁ θεῖος Γρηγόριος βοᾷ· καὶ πάλιν, ἱκανῶς ἄτοπον καὶ λίαν αἰσχρὸν διορίζεται, τὸ περὶ τὸν ἦχον σμικρολογεῖσθαι. καὶ ὁ ἀποστολικὸς Διονύσιος ὁ Αρεοπαγίτης, ἄλογον ὁμοῦ καὶ σκαιὸν ἀποφαίνεται, τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι· καὶ ταῦτα οὐκ ἔστι τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων ἴδιον, φησὶν, ἀλλὰ τῶν ἤχους ψιλοὺς καταδεχομένων, καὶ τούτους E ἀχριτῶν ὤτων ἀδιαβάτους ἔξωθεν συνεχόντων, καὶ οὐκ ἐθελόντων εἰδέναι, τὶ μὲν ἡ τοιάδε λέξις σημαίνει· πῶς δὲ ταύτην χρὴ, καὶ δι' ἑτέρων ὁμοδυνάμων καὶ ἐκφαντικωτέρων λέξεων διασαφῆσαι. ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ' ὡς ἀνατρέπειν βουλόμενοι τὰς ἤδη συνοδικῶς ὁρισθείσας φωνὰς, καὶ πρὸ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐπὶ συχνὸν οὕτως ὁμολογηθείσας τὸν χρόνον· τουτέστι, τὸ λέγειν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τῆς σαρκώσεως μυστηρίου, κατὰ τὴν εὐσε-

* ἀναιτυπως

1 Orat. 20. in Basilium: ubi σωτηρία *salus*, non ἀλήθεια *veritas* legitur. *Harduinus*.

ANNO CHRISTI 712.

ἀσεβῆ τε καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσι γνώριμον ὀνοίαν, δύο φυσικὰ θελήματι, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας. ἀλλὰ πρὸς μόνην ὁρῶντες τὴν τυράννου πεισμονήν, ὡς ὁ ἀπόστολος ὀνομάζει, καὶ τὸ ταύτην δι' ἐπινοίας εἰς τὸ ἐναντίον περιέπλωσαι, ὥστε μὴ ἀλλοτρία δόγματα ἀναφανδὸν ἐπεισαχθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τέλεον διασαλευθῆναι τὰ καλῶς πεπηγότα καὶ ἀκράδαντα μείναντα περὶ τὴν προκειμένην τῆς ἀσεβείας θεσπίσματι· καὶ ἅμα μέγα τιθέμενοι, τὸ καὶ παρὰ τῶν πολεμίων τῆς διονομαζομένης ἁγίας συνόδου, τῇ κατ' ἔννοιαν αὐτῆς ὁμολογεῖσθαι διδασκαλίαν. ὅθεν μὴ ἀναξοπλῇ, ἀλλὰ βεβαίωσιν μᾶλλον ἐκείνης σαφῶς ἀποδείκνυσθαι παράγε τοῖς ὑγιεῖς τε καὶ ἀπροσκλινεῖ τῆς τῶν πραγμάτων καταπονήσεως ὀφθαλμῷ τὸ τοιοῦτον εἰδόσι σκοπεῖν, αὐτὸ δὴ τὸ κατὰ τῆς συνόδου τῷ τυράννῳ ἠμφορηθέντι· τὸ γὰρ θελητικόν τε καὶ ἐνεργητικὸν καθ' ἑκατέραν φύσιν λέγειν τὸν Χριστόν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστι, ἢ δύο φυσικὰ θελήματι, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας, νοεῖν. κατὰ ταύτην γὰρ ῥητῶς τὴν διάνοιαν τοὺς τοιούτους νοεῖσθαι φωνὰς, ἐν τῷ ἐκφωνηθέντι παρ' αὐτῆς ὅρῳ προεθέσπισεν, ἡ ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς μεγαλοπόλει Ῥώμῃ συναχθεῖσα συνόδος ἱερὰ ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβείας μνήμης Μαρτίνου, τοῦ τῆς ὑμετέρας προεδρεύσαντος ἐκκλησίας ὡς ἐκεῖνα σαφῶς καὶ ἐπὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἐλαχίστων, τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίαν οἰκονομήσαι, τοῦ δρασσομένου τῶν σοφῶν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ἅπερ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τί θησιν ἐπιταφίῳ λόγῳ, οὗτα ἐκεῖνον εἰσάγει συμβάλλῳ τῷ θείῳ Δαβὶδ κεχρημένον καὶ οἰκονομοῦντι τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει· παρησυχάσαι μὲν τῇ κυρίαν ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνῇ, ἑτέραις δὲ φωναῖς πιστὸν δυναμένοις τὸ ἀσεβὲς κρατυνεῖν τῆς πίστεως κήρυγμα· καίτοι τὸ διάφορον ὅσον ἑκατέρας ὑποθέσεως, τῆς τε περὶ αὐτὴν φημὶ τῆς θεότητος πίστιν τε καὶ ὁμολογίαν, καὶ τῶν περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις θεολόγος Γρηγόριος, φροντισμάτων, ὅσα ἡ λεπτομερὴς ἀναγκαίως ἐπιζητεῖ θεωρία πρὸς ἔνδειξιν τῆς καθ' ἑκατέραν φύσιν τελειότητος, ἐδένα ἂν οἶμαι ἀγνοεῖν [1] ἔχ ὡς τῶν περὶ τῆς θείας φύσεως, ἤγουν τῆς ζωοποιοῦ Τριάδος λόγον τε καὶ δογμάτων, μᾶλλον τὸ προηγούμενον ἐχόντων, ὑπερανεστηκός τε καὶ προτιμότερον· ὅπου γὰρ καὶ τὰ κατ' Εὐνομιανῶν περὶ θεολογίας λόγῳ εἰρημένα τῷ αὐτῷ σοφῷ θεολόγῳ ἐκδεξόμεθα, ἐν οἷς τοιάδε φησί· φιλοσοφήσομαι περὶ κόσμου, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ λογικῶν φύσεων βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ ἀναστάσεως, κρίσεως, ἀντιποδόσεως, Χριστοῦ παθημάτων. ἐν τούτοις γὰρ, καὶ τὸ ἐπιτυγχάνειν, ἔχ ἅχρηστον· καὶ τὸ ἁμαρτάνειν, ἀκίνδυνον. ἔχ ἁπλῶς γὰρ ταῦτα καὶ ἀπολύτως τέθεικεν ὁ διδάσκαλος, ἀλλὰ τῷ κατὰ ἀντιπαράθεσιν λόγῳ, πρὸς τὰ περὶ τῆς θείας Τριάδος λεγόμενά τε, καὶ δογματιζόμενα. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τῆς οἰκονομικῆς καὶ κατὰ περίστασιν συμβάσεως τρόπον, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν γεγραμμένων προελθεῖν πειθόμενοι, ἀγιώτατοι, μὴ ἀσύγγνωστον ἡμῖν τὸ ἐπὶ τούτοις ἔγκλημα προσαγαγεῖν καταδέξησθε. ἀλλὰ

A est confessa. Nempe dicere in mysterio Christi incarnationis, ex pia & sanctis patribus cognita intelligentia duas naturales voluntates & duas naturales operationes: sed intuentes ad solam tyranni persuasionem, ut nominat apostolus, & ut ea solerti excogitatione verteretur in contrarium, ne aliena dogmata aperte introducerentur in ecclesiam & penitus labefactarentur de re proposita pietatis decreta quæ firma manserant & inconcussa: simul quoque magnum ducentes, uti etiam a nominatæ sanctæ synodi inimicis ex sententia per confessionem admitteretur ejus doctrina, ut non eversionem, sed illius potius B confirmationem aperte ostenderet, apud eos quidem certe qui sano & inflexibili oculo rerum contemplationis hæc sciunt considerare, ea quæ tyrannus adversus synodum est machinatus, volendi enim & operandi potestate præditum in altera natura dicere esse Christum, nihil est aliud quam intelligere duas naturales voluntates & duas naturales operationes. Expresse enim hoc sensu has intelligi voces in edicto a se decreto prius decrevit in vestra magna civitate Romana congregata synodus a venerandæ memoriæ Martino qui vestræ præfuit ecclesiæ, ut illa aperte per nos quoque peccatores & minimos dispensarit Dei C sapientia, *Qui comprehendit sapientes in astutia eorum*, quæ Gregorius theologus ponit in funebri oratione in magnum Basilium, ubi illum inducit usum consilio Davidis dispensando verba sua in judicio: silentio quidem præteriisse principalem vocem in sancto Spiritu, aliis autem quæ idem valerent vocibus corroborasse piam fidei prædicationem. Quamquam quanta sit differentia utriusque argumenti, ejus inquam quod versatum circa fidem & confessionem divinitatis, & de divina incarnatione, ut idem dicit sanctus Gregorius theologus, meditationum, quas subtilis necessario exquirit contemplatio ad indicandam perfe- D ctionem [2] in utraque natura seu vivifica Trinitate tractationes & dogmata excellentiam habeant & præstantiam. Sic enim & quæ ab eodem sapienti theologo in oratione de theologia adversus Eunomianos dicta sunt. Ubi hæc dicit: philosophare de mundo, de materia, de anima, de rationis compotibus naturis tam præstantioribus quam deterioribus, de resurrectione, judicio, remuneratione, Christi passionibus. In his enim & assequi non inutile, & peccare vacat periculo. Non enim ea simpliciter & absolute posuit doctor, sed quod illa conferret cum iis quæ dicuntur & decernuntur de divina Trinitate. Hac itaque E dispensationis ratione & consilio cetera quoque eorum quæ facta sunt processisse credentes, o sanctissimi, ne velitis propterea eam in nos conferre culpam cui non possit ignosci. Sed & si quis existimet id quod est accuratum & perfectum nos non esse assequutos, comparatione eorum qui ex sanctis patribus œconomice processerunt absolvamur a culpa & omni condemnatione. Nam Cyrillus quoque sapientissimus non

ANNO CHRISTI 712.

Galat. 5.

Psal. 111

[1] Delendum istud ἔχ. *Harduinus.*

[2] Lege, *in utraque natura neminem puto ignorare: eum de divina natura seu vivifica Trinitate &c.* Hard

ANNO CHRISTI 712.

non expresse jubet abdicari Theodorum Mopsuestiæ episcopum, certo consilio gratificans iis qui adhuc infirmius in eum erant affecti: & si illum sciret auctorem & patrem perversi Nestorii sententiæ. Idque indicant quæ ab ipso de eo scripta sunt ad sanctum Proclum qui nostræ sanctissimæ præfuit ecclesiæ: & superius quidem dictus fidei tyrannus, suam *conscientiam habens cauteriatam* sicut dicit sanctissimus Paulus, ausus est comburere tomos actorum nominatæ sanctæ sextæ synodi, repositos in palatio, existimans, ut sibi videbatur, simul quoque cum iis verbum delere veritatis. Nos autem eum sinentes sua decipi opinione, & tanquam præclaro aliquo facinore suo gloriari dedecore, diligenter custodiimus apud nos repositos actorum tomos nominatæ sanctæ sextæ synodi in quibus etiam omnium quæ in hanc sanctam sextam synodum convenerunt, episcoporum subscriptiones cum imperiali subsignatione, in decreto ab eis edicto continentur. Porro autem aliter nostro tempore, ut conservarentur nec interirent acta ejusdem sanctæ synodi diligentius curatum est. Quandoquidem liber quoque scriptus propria manu Pauli sanctæ memoriæ qui fuit antistes nostræ sanctissimæ ecclesiæ, Dei gratia apud nos servaretur, qui cum esset a secretis in hac sancta synodo inserviit. Adeo ut ex hoc apud posteros quoque cautum sit Dei & ecclesiæ, ne quisquam malignitate aliqua, ut multa inter homines solet tempus innovare, audeat adulterare ea quæ ut prius dictum est, continenter acta sunt a sancta sexta synodo: aut perverse aliis ea possit tradere. Germana enim & quæ circumscribi non potest veritas, vel ex hoc libro omnibus ostendetur apertius. Quandoquidem verus noster præses & servator Dominus Jesus Christus, in his diutius tolerandis non sustinuit indormiscere. Sed surgens sua bonitate & potentia, nunc quoque increpavit fluctum, non aquæ, sed nefarii conatus, & sedavit quidem hyemem ecclesiarum tempestatis. Donavit autem nobis magnam rerum tranquillitatem, pium imperatorem & omni ex parte virtute præditum, qui imperiali celsitudini respondentem habet zelum orthodoxæ fidei, morum honestatem & moderationem quique convenienter ejus nomini nempe Anastasii surgere fecit ecclesiasticam pacem & concordiam. Confidimus etiam in eo qui eam nobis donavit quod reipublicæ quoque [1] electionem, ut fert appellatio nominis exorditur.

Vos ergo, o sacrum caput, perspicacissima quæ est in vobis virtute spiritus, benignæ invocationis nobis manum porrigentes

A κἄν τι τῆς ἀκριβείας ἡμῖν ἡμαρτῆσθαι ὑπονοῆται, τῇ παραθέσει τῶν ἐκ τῶν ἁγίων πατρῶν ἡμῶν οἰκονομικῶς προελθόντων, ἀπολυέσθω ἀνεύθυνον, καὶ πάσης ἐλεύθερον κατακρίσεως. ἐπεὶ καὶ Κύριλλος ὁ σοφώτατος, μὴ ῥητῶς ἀποκηρύττεσθαι τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον παρεγγυᾷ δι' οἰκονομίαν, χαρίζομενος τοῖς ἔτι ἀσθενέστερον περὶ τοῦτο διακειμένοις, καίτοι ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τῆς Νεστορίου κακοδοξίας ἐκεῖνον εἰδώς. καὶ τοῦτο δηλοῖ τὰ περὶ τούτου γραφέντα παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πρόκλον, τὸν τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας προεδρεύσαντα· καὶ ὁ μὲν ἀνωτέρω δηλωθεὶς τῆς πίστεως τύραννος, κεκαυτηριασμένην ἔχων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καθώς

B φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· κατακαῦσαι τετόλμηκε τὲς τόμους τῶν πεπραγμένων τῆς διονομασθείσης ἁγίας ἕκτης συνόδου, τοὺς ἐν τῷ παλατίῳ ἀποκειμένους, οἰόμενος, κατά γε τὸ αὐτοῦ δοκοῦν, συνεξαφανίζειν τοῦτοις τῆς ἀληθείας τὸν λόγον, ἡμεῖς δὲ τοῦτο ἐάσαντες τῇ ἑαυτοῦ ἐναπατᾶσθαι οἰήσει. καὶ ὡς ἐπὶ μεγάλῳ τινὶ κατορθώματι τῇ οἰκείᾳ συγκαυχᾶσθαι αἰσχύνῃ, ἐπιμελῶς παρεφυλάξαμεν τοὺς παρ' ἡμῖν ἀποκειμένους τῶν πεπραγμένων τόμους τῆς διονομασθείσης ἁγίας ἕκτης συνόδου, ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν συνελθόντων ἁπάντων ἐπισκόπων ἐν τῇ τοιαύτῃ ἁγίᾳ συνόδῳ ὑπογραφαὶ μετὰ τῆς βασιλικῆς ὑποσημειώσεως ἐν τῷ παρ' αὐτῆς ἐκτεθέντι ὅρῳ

C ἐμφέρονται· καὶ ἑτέρως δὲ, ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ, τὸ ἀδιαπτωτὰ φυλαχθῆναι τὰ πεπραγμένα τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου φιλοπονώτερον διεσπουδάσθη, καθὸ καὶ βιβλίον ἰδιόγραφον Παύλου τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης προέδρου γεγονότος τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, χάριτι Θεοῦ σώζεται παρ' ἡμῖν, ὃς ἀσεκρῆτις ὑπάρχων, ἐν τῇ τοιαύτῃ συνόδῳ καθυπούργησεν. ὡς ἐκ τούτου τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προσεῖναι, τοῦ μή τινα τῶν πάντων κακονίᾳ τινὶ, οἷα πολλὰ καινοτομεῖν εἴωθεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁ χρόνος, ὑποτοθεύειν ἀποτολμᾶν τὰ, ὡς προλέλεκται, συνεχῶς πεπραγμένα τῆς ἁγίας ἕκτης συ-

D νόδου, ἢ κακοτρόπως ἑτέροις τὰς τοιαῦτα ἐπιφημίζειν δύνασθαι. τὸ γὰρ ἀπαράγραπτόν τε καὶ γνήσιον τῆς ἀληθείας, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου βιβλίου πᾶσι δειχθήσεται φανερώτερον. ἐπειδὴ ὁ ἀληθὴς ἡμῶν ἐπιστάτης καὶ σωτὴρ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ πολὺ τῇ ἐν τούτοις ἀνοχῇ ὑπνοῦν οὐκ ἠνέσχεται· διαναστὰς, τῇ οἰκείᾳ ἀγαθότητι καὶ δυνάμει, ἐπετίμησε καὶ νῦν τῷ κλήδωνι, οὐ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τοῦ ἀθέσμου ἐγχειρήματος· καὶ τὸν μὲν χειμῶνα τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ζάλης κατέπαυσε. ἐδωρήσατο δὲ ἡμῖν τὴν μεγάλην τῶν πραγμάτων γαλήνην, εὐσεβῆ βασιλέα καὶ κατὰ πάντα ἐνάρετον, ἐφάμιλλόν τε καὶ ἄξιον τοῦ ὕψους τῆς βασιλείας, κεκτημένον τῆς ὀρ-

E θοδοξίας τὸν ζῆλον, καὶ τῶν τρόπων τὸ κόσμιον, φερωνύμως ἀναστήσαντα ἡμῖν τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν· πεποίθαμεν δὲ τῷ ταύτην ἡμῖν χαρισαμένῳ, ὅτι καὶ τῶν τῆς πολιτείας πραγμάτων τὴν ἀνέγερσιν ἡμῖν ἐπωνυμικῶς προοιμιάζεται.

Ὑμεῖς οὖν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, τῇ ἐν ὑμῖν διορατικωτάτῳ δυνάμει τοῦ πνεύματος, τὴν χεῖρα τῆς εὐμενοῦς ἡμῖν ἐκτείνοντες ἐπικλήσεως πραείᾳ ἐπαφῇ

1 Lege, *erectionem*. Hard.

ANNO CHRISTI 712.

φῇ ἀμοιβαίων γραμμάτων κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν, ἤγουν τῇ τῶν ἀντισυνοδικῶν ἀποστολῇ, τὸ τῆς ἀγάπης προσάγοντες φάρμακον, τὸ λυποῦν ἐν ἡμῖν καὶ ὑποσφύζον, θεραπεῦσαι σπουδάσατε. οὐ γάρ ἐστι ποτὲ ἄνεσις τῇ ψυχῇ, ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιβήσεται ὕπνος, καὶ ἀνάπαυσις τοῖς κροτάφοις, ἢ τοῖς βλεφάροις ἡμῶν νυσταγμὸς, ἕως ἂν τὴν καθόλου θεασώμεθα τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος, καὶ αὖθις ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης διασώζουσαν. καὶ γὰρ ἐκείνου ὄντες μαθηταὶ καὶ διάδοχοι, τοῦ παρὰ τοῦ κυρίου ἀκούσαντος, Σίμων, Σίμων· ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξητήσατε ὑμᾶς τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. καὶ σύ ποτε B ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου· ὀφειλέται ἐστε, θεοτίμητοι, τὰ μὲν, τοῦ πρὸς ἐπανόρθωσιν στηριγμοῦ ἐπάγειν ἐπιμελῶς. τὰ δὲ, τῆς συμπαθοῦς γνώμης προχειρότερον μᾶλλον χαρίζεσθαι· ἐπεὶ καὶ τὸν κορυφαῖον αὐτὸν, ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν προξένει ὁ κύριος, συνειδέναι μὲν τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν· τοὺς δὲ κατ' ἐπήρειαν τῶν ἐκτὸς, ὀλίσθου τροπὴν ὑπομείναντας, καθὸ δὴ πέπονθεν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τοῦ σωτηρίου πάθους καιρῷ, μὴ ἀποστερεῖσθαι τῆς κατ' ἐπανόρθωσιν πρὸς τὴν προτέραν ἀπάθειαν ἀποκαταστάσεως.

Καὶ τοῦτο δὲ, τὴν ἱερὰν ὑμῶν μνήμην μὴ διαφευγέτω, ὥς τινες τῶν καθελόντων τὸν ἀσεβῆ Εὐ- C τυχέα ἐπὶ τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Φλαβιανοῦ, ἐν τῇ μετὰ ταῦτα ἐπὶ Διοσκόρου ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ, τὸν ἐνδίκως καταχειρισθέντα δικαιώσαντες, τὴν ἀδικωτάτην ἐπήρτησαν Φλαβιανῷ τῷ μακαριωτάτῳ κατάκρισιν· καὶ ὅμως ἐν τῇ κατὰ Χαλκηδόνα ἁγίᾳ συνόδῳ ἤρκεσε τούτοις πρὸς τελείαν ἀποτροπὴν τοῦ ἐγκλήματος ἡ τῆς ὑγιοῦς ὁμολογίας συνθεσις· καὶ οὐ πολλῶν περὶ τούτου ἐδεήσαν πόνων καὶ λόγων· οἶδε γὰρ ἀδελφικὴ στοργὴ, μὴ ἐπιπολὺ ἀναβάλλεσθαι τὸ πρὸς τοὺς πέλας προσηνὲς καὶ μειλίχιον. ταῦτα γὰρ τοῖς ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνειλεγμένοις πατράσι Λέων ὁ ἁγιώτατος διεστείλατο, ὁ τῆς καθ' ὑμᾶς ἀποστολικῆς καθέδρας μᾶλλον δὲ τῆς οἰκου- D μένης ἁπάσης φανώτατος λαμπτὴρ, τοιάδε γεγραφώς· ἀλλ' ἐπεὶ πολλὰ συμβαίνει πολλάκις τὰ δυνάμενα μετάνοιαν ἐμποιεῖν, καὶ ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ νικᾷ τῶν ἁμαρτανόντων τὰ πλημμελήματα, διὰ τοῦτο τὰ τῆς τιμωρίας ἐν ἀναρτήσει καθίσταται, ὅπως ἂν χώραν ἔχειν ἡ διόρθωσις δυνηθείη. ἔτι μὴν καὶ Πουλχερίᾳ τῇ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γράφων ἐν ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, τὴν θεοφιλῆ τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας φροντίδα, ἣν τῇ καθολικῇ πίστει ἀδιάλειπτον ἀπονέμετε, τοιάδε φησὶν ὁ ἀρχικώτατος τοῦ Λέοντος νοῦς· καθάπερ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ταύτης τῆς ὑποθέσεως συχνότατα γέγραφα ταύτην μεταξὺ τῶν τε διχονοούντων διανοιῶν, καὶ τῶν σαρκι- E κῶν ζηλοτυπιῶν τὴν ἐπιείκειαν βούλομαι φυλαχθῆναι ὥστε τῇ μὲν τελειότητι τῆς πίστεως μηδὲν ἐξεῖναι προστεθῆναι, μήτε μὴν ἀφαιρεθῆναι. τοῖς δὲ πρὸς τὴν ἑνότητα καὶ τὴν εἰρήνην ἐπανιοῦσι, τὸ τῆς συγγνώμης ἴαμα παρασχεθῆναι· ἐπειδὴ τότε τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου δυνατώτερον καθαιροῦνται, ὅταν πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον ἀγάπην, αἱ τῶν ἀνθρώπων ἀνακαλῶνται καρδίαι.

Αὐτὸ δὲ τοῦτο πολὺ πρότερον καὶ Κύριλλος ὁ

A miti contactu mutuarum literarum ex more ecclesiastico [*] antisynodicorum scilicet apostolorum charitatis adhibeas medicamentum, quod est in nobis molestum & palpitans studete medicari. Nunquam enim erit nostra relaxatio aut oculis somnus ascendet & requies temporibus & palpebris nostris dormitatio, donec universam Dei ecclesiam aspexerimus, rursus conservare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Etenim cum sitis illius discipuli & successores qui audiit a Domino: *Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos ut cribraret tanquam triticum. Ego etiam rogavi pro te ut non deficeret fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres* (Luc. 22) B *tuos*, debetis quidem diligenter inducere quæ fulciunt & stabiliunt ad correctionem, promptius etiam donare quæ sunt clementis animi & misericordis. Nam ipsum summum apostolorum ex eo quod ipsi accidit adhortatur Dominus agnoscere quidem carnis infirmitatem: eos autem qui insultu rerum externarum lapsi sunt, ut ipsi quoque usuvenit tempore salutaris passionis, non impediri quominus per correctionem restituantur priori impatibilitati.

Jam vero hoc quoque vestram sacrosanctam non fugiat memoriam, quod quidam C ex iis qui impium Eutychen deposuerant tempore Flaviani sanctæ memoriæ, cum in synodo quæ Ephesi postea celebrata est a Dioscoro eum qui juste fuerat condemnatus justum pronunciassent, beatissimum Flavianum iniquissime condemnarunt: in sancta tamen Chalcedonensi Synodo eis suffecit ad perfectam criminis depulsionem sanctæ confessionis depositio: nec de eo multo eis labore & verbis fuit opus. Scit enim fraterna dilectio non diu differre benignitatem & clementiam in proximum. Sanctis enim patribus qui Chalcedone fuerant congregati hæc scripsit Leo clarissimus, vestræ sedis apostolicæ, imo vero totius orbis terD ræ lumen clarissimum: *Sed quoniam multa* (Epist. 4.) *sæpe accidunt quæ possunt adducere ad pœnitentiam & Dei misericordia vincit delicta peccatorum, propterea suspenditur supplicium ut possit locum habere correctio*. Præterea ad Pulcheriam quoque scribens piæ memoriæ in epistola cujus est principium, *Piam vestræ benignitatis curam quam perpetuo gerit fidei catholicæ*, hæc dicit Leonis mens præstantissima. *Quemadmodum enim ab initio* (Epist. 51) *hujus argumenti scripsi frequentissime, inter dissentientes mentes & carnales mentes hanc volo servari moderationem, ut fidei quidem perfectioni nihil liceat addere nec conferre: iis autem qui revertuntur ad unitatem & pa-* E *cem, præbeatur medela veniæ. quoniam opera diaboli tunc validius destruuntur, quando charitatem in Deum & proximum hominum corda revocant.*

Hoc ipsum autem multo ante Cyrillus quo-

---

[*] Lege, *antisynodicorum* (hoc est, vicissim Synodicorum) *scilicet missione charitatis adhibentes medicamentum.* Hard.

ANNO CHRISTI 713.

quoque divinarum rerum peritissimus fecisse invenitur in episcoporum orientalium in ipsum invectione & decertatione. Illi enim a condemnatione volentes absolvere Nestorium, & in ipsum latam infirmare sententiam contendentes, ausi sunt non tolerabilia, sed maximum delictum admiserunt. Ipsum enim beatum Cyrillum & synodum ejus anathematizarunt. Sed ille quoque celerem & non operosam adhibuit reparationem. Nempe hoc solum ut consentirent iis quæ synodice fuerant constituta ac pie definita, & comprobarent impii damnationem, illas post hæc omni lætitia plenas voces exclamante ipso divino patre, quas suspicetur quispiam dictas esse quasi ipse potius sui lapsus accepisset condonationem, non autem ipse lapsum condonasset: *Lætentur*, enim, inquit, *cæli & exultet terra: soluta est enim maceria sepis, & omnis dissensionis modus est sublatus, cum omnium nostrum servator Christus suis ecclesiis pacem conciliarit.*

Habetis ergo vos, o viri divinitus inspirati, delicti per alterius vim & injuriam admissi validam & legitimam defensionem, & quæ nequaquam convelli ac labefactari potest puram & liberam orthodoxæ fidei confessionem. Ne sitis ergo, o beati, pigri & tardi in id quod est vobis conjunctum & individuum in spiritali conspiratione & concordia, neque attendentes ea quæ per vim facta sunt, nos quibus vis est allata expellatis a vestra charitate, neque tanquam inimicos existimetis, ut dicit divinus

2. Thess. 3. apostolus, *sed consolemini ut fratres* ostendentes Dei imitationem.

Omnino enim considerabitis, o sanctissimi, ex scripturæ historia de Aaron sancto Domini sicut eum divinus appellavit Spiritus, quod ea quæ per vim & non ex intrinseca animi malitia fiunt, sequitur justa condonatio, excepta perfecta verbi abnegatione, & ad perfectam impietatem abduc-

Exod. 32. tione. Aaron enim ille cum prisci populi cessisset impetui, & ad idolum fabricandum eis fuisset administer, a fratre quidem fuit reprehensus: sed cum se id per vim coactum fecisse in sua assereret defensione, nullam a Deo accipit increpationem, neque privatur dignitate pontificatus. Omnino ad internum germanum in Deum cultum aspi-

Psal. 72. ciente eo *qui sigillatim finxit corda nostra*, ut dicit magnus David, & non ad externam temeritatem. Ostensa ergo nostræ in rectum verbum sententiæ sanitate & consensione, ex eo quod citra morem quidem simus parati condemnare quidem ita quæ absurde facta sunt, comprobare autem & confirmare dogmata pietatis dictæ sanctæ sextæ synodi: Nos complectimini, o fra-

Gal. 2. tres venerandi. *Alter alterius enim onera portate, & sic implete legem Christi*, voce maxima nobis clamat divinus apostolus, ut unanimes in uno spiritu glorificemus Deum & patrem Domini nostri Jesu Christi.

SUBSCRIPTIO.

Fortis in domino, ora pro nobis sanctissime & beatissime frater.

ANNO CHRISTI 713.

ἀκριβὴς περὶ τὰ θεῖα πεποιῆσθαι βρίσκεται ἐπὶ τῇ τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων πρὸς αὐτὸν διενέξει τε καὶ ἀντιτάσει· ἀπολύειν γὰρ κατακρίσεως ἐκεῖνοι βουλόμενοι τὸν Νεστόριον, καὶ τιὶ ἐπ' αὐτῷ ψῆφον ἀκυρῶν σπεύδοντες, ὑ φορητὰ πεπλημμέληκασιν, ἀλλὰ μέγιστον εἰργάσαντο πλημμέλημα. αὐτὸν γὰρ τὸν μακάριον Κύριλλον, καὶ τιὶ κατ' αὐτὸν ἀνεθεμάτισαν συνόδου. ἀλλὰ κἀκεῖνος ταχεῖαν καὶ οὐκ ἐργώδη προσηγάγετο τιὶ ἀνάκτησιν· αὐτὸ μόνον τὸ συνθέσθαι αὐτοὺς τοῖς συνοδικῶς δεδεγμένοις, καὶ ἀσεβῶς διορισθεῖσι, καὶ τῶ ἀσεβῆς κυρῶσαι τιὶ καταδίκῃ, ἐκείνας ἐπὶ τέλοις τὰς πάσης περιχαρείας ἐπιμείσας φωνὰς ἐκβοήσαντος τοῦ αὐτοῦ θεοφόρου πατρὸς, ἃς ὑπονοήσειέ τις ἐρρῆσθαι ὡς αὐτῶ μᾶλλον πταίσματος συγχώρησιν δεξαμένῳ, καὶ ὑ τοῖς πταίσασι συγχωρήσαντος· ἀφραινέσθωσαν γάρ φησιν, οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, λέλυται γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ διχονοίας ἁπάσης ἀνῄρηται τρόπος, τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις τιὶ εἰρήνην βραβεύσαντος.

Ἔχετε τοίνυν καὶ ὑμεῖς, ὦ θεόληπτοι, τὴν ἀναιρετικὴν τοῦ κατ' ἐπήρειαν σφάλματος, ἀπολογίαν ἰσχυράν τε καὶ νόμιμον, καὶ ὑδαμῶς δυναμένην παραχρησθῆναι, τὴν καθαρὰν καὶ πεπαῤῥησιασμένην τῆς ὀρθοδοξίας ὁμολογίαν. μὴ ἓν βραδεῖς τε καὶ ὀκνηροὶ πρὸς τὸ συνηρμοσμένον ὑμῖν καὶ ἀδιάτμητον ἐν πνεύματι συμπνοίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ γένησθε, ὦ μακάριοι, μήτε τοῖς κατὰ βίαν γεγενημένοις προσέχοντες, τὸ διαθέσιμον ἡμᾶς, τῆς ἑαυτῆς ἀγάπης ἀπώσασθε. μηδὲ ὡς ἐχθροὺς ἡγεῖσθε, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλὰ παρακαλεῖτε ὡς ἀδελφούς, τὸ θεομίμητον ἐνδεικνύμενοι.

Πάντως γὰρ λογιεῖσθε, ἁγιώτατοι, ἐκ τῆς κατὰ τὸν Ἀαρὼν τὸν ἅγιον κυρίου, ὡς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀνεκήρυξε πνεῦμα, γραφικῆς ἱστορίας ὑπεξαιρουμένης τοῦ τῆς παντελοῦς ἀρνήσεως λόγου, καὶ τῆς πρὸς τὴν τελείαν ἀθεότητα ὑπαγωγῆς· ὡς τοῖς βεβιασμένοις καὶ ὑ κατὰ γνώμης ἐνδιάθετον πονηρίαν γινομένοις, ἔπεται τις συγχώρησις ἐνδικος· ὁ γὰρ Ἀαρὼν ἐκεῖνος, τῇ ὁρμῇ τοῦ πάλαι λαοῦ καθυφείς, καὶ ὑπουργήσας αὐτοῖς πρὸς τὴν τῆς εἰδωλοποιΐας τελείωσιν, ἐνεκαλεῖτο μὲν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, τὴν δὲ ἀναγκαστικὴν βίαν ἐν ἀπολογίᾳ προβαλλόμενος, οὐδὲ μίαν παρὰ θεοῦ ἐπιτίμησιν δέχεται, οὐδὲ τοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀπόκληρος γέγονεν ἀξιώματος· πάντως πρὸς τὸ ἐν διαθέσει περὶ τὸ θεῖον σέβας γνήσιον ἀποβλέψαντος τοῦ πλάσαντος κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, ὥς φησιν ὁ μέγας Δαβίδ, καὶ ὑ πρὸς τὴν ἔξωθεν πεμπέτειαν. δεικνυμένης τοίνυν τῆς περὶ τὸν ὀρθὸν λόγον τοῦ ἡμετέρου φρονήματος ὑγείας τε καὶ συμφυΐας, τῷ ἀνυπερθέτῳ ἑτοιμότητι τοῦ κατακρῖναι μὲν τὰ ἀτόπως γεγενημένα· συνῆσαι δὲ τῇ βεβαιώσει τῆς εἰρημένης ἁγίας ἕκτης συνόδου τῆς ὀσεβείας τὰ δόγματα, περιπτύξασθε ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ἀλλήλων γὰρ τὰ βάρη βασάζετε, καὶ ἔτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, μεγαλοφωνότατα ἡμῖν ἐκβοᾷ ὁ θεῖος ἀπόστολος· ὡς ἂν ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ πνεύματι δοξάζωμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΥΠΟΓΡΑΦΗ.

Ἐῤῥωσθε ἐν κυρίῳ, ὑπερεύχου ἡμῶν ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε ἀδελφέ.

CON-

ANNO CHRISTI 712.

CONCILIUM LONDINENSE

PRO IMAGINIBUS,

Quod recentiores hiſtorici citra auctoritatem majorum tempore Conſtantini papæ habitum fuiſſe ſcribunt.

Hic vero longe poſt Bedam vixit circa annum 730.

a (*Concilium*.) Referunt Urſpergenſis * alique recentiores hiſtorici, Egvvinum monachum deſignatum epiſcopum, Vviceiis divinitus admonitum, ut Dei genitricis imaginem in ſua eccleſia collocaret: rem autem in controverſiam deductam fuiſſe delatam ad apoſtolicam ſedem, juſſumque Egvvinum ſiſti coram pontifice, & juratum de viſione quam viderat, & aliis teſtatum eſſe. Tunc vero Conſtantinum legatum miſiſſe Bonifacium in Britanniam, qui Londini ſynodum celebraret. Celebrataque ſynodo, fuiſſe in ea probatas viſiones Egvvini, & de cultu ſacrarum imaginum promulgatum eſſe decretum. Quæ cum majorum teſtimonio deſtituantur, ſcriptiſque Bedæ omnino adverſentur illis, quibus ait Anglos una cum ſancto evangelio uſum ſacrarum imaginum ab Auguſtino apoſtolo ſuo ſuſcepiſſe, facile inducimur ut commentum eſſe putemus. Nam ſi cultus imaginum jam diu ante in Anglia receptus fuerat, ad earum receptionem non erat opus alia viſione: niſi dicas Anglos primo ſæculo ſuæ converſionis a fide recepta (quod non eſt veriſimile, neque ab ullo hactenus demonſtratum) aliqua ex parte receſſiſſe. Beda de Auguſtino in Angliam veniente, uſumque imaginum cum ſancti evangelii primordiis introducente, hæc ait: *At illi* (Auguſtinus videlicet & ſocii) *non dæmoniaca, ſed divinæ virtute præditi veniebant, crucem pro vexillo ferentes a genteam, & imaginem Domini ſalvatoris in tabula depictam, litaniaſque canentes, pro ſua ſimul & eorum, propter quos & ad quos venerant, ſalute æterna Domino ſupplicabant.* Hæc Beda de uſu ſacrarum imaginum ante centum annos in Anglia recepto: quibus ea de hac Londinenſi ſynodo a recentioribus ſcripta ſunt non parum redarguuntur. Vide Baronium anno 714. n. 3. & 4.

Adnotatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 714. n. 2.

Balæus, & Magdeburgenſes fingunt, hoc anno Londini Epiſcoporum Synodum habitam circa cultum imaginum, quod Egvvinus deſignatus Epiſcopus Vvigornienſis B. Mariæ Virginis imaginem in Eccleſia ſua collocaſſet; ajuntque Egvvinum ſanctarum imaginum cultum primum in Anglo-Saxonum Eccleſias invexiſſe. Verum hæ meræ fabulæ: extat enim vita S. Egvvini auctore Anonymo, qui undecimo circiter ſæculo vixit, ſcripra, & tam a Bollando menſe Januario, quam a Mabillonio ſæculo 3. Benedictino par. 1. recitata, in qua legitur quidem eum Monaſterium B. Dei genitrici dedicaſſe, & adeo ejus devotum cultorem fuiſſe, *ut nunquam a memoria ejus excideret, nunquam in verbis ejus deeſſet. Cujus viſitatione, & conſolatione ſæpe recreatus, omnia quæ mundi erant, omittebat, & ea, quæ Dei erant, indefinenter exercebat*, ut legitur n. 14. Refertur etiam in ea ejus Romam profectio cum Coenredo & Offa Regibus, ſed nulla ibi coactæ Londini Synodi, aliarumque fabularum a Magdeburgenſibus confictarum mentio. Quare Spelmannus, qui omnes Saxonum Synodos accurate collegit, ad an. Ch. 712. de hac Synodo ait: *Cogor iſta Magdeburgenſium & Balæi verba exhibere, cum non habeam e Veteribus, quem adducam*, qui ideo figmentum illud aſpernari debebat, non vero de cultu imaginum in Britannia hujus fabulæ occaſione verba facere. Britannos enim, & Anglo-Saxones Crucem & Imagines veneratos eſſe, res manifeſtior eſt, quam ut jure poſſit in dubium revocari. Videatur Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Anglicanæ ad an. 712. quamvis ſatis hac de re, docteque Baronius diſſeruerit.

CONCILIUM OMNIUM EPISCOPORUM

ET PRINCIPUM, PROCERUM, COMITUM

Et omnium ſapientum, ſeniorum, & populorum totius regni,

Per præceptum regis Inæ habitum, cum jam Gualam filiam Cadvvaladri regis Britonum in uxorem cepiſſet, unaque Cambriam totam & coronam Cadvvaladri adeptus eſſet,

In quo de mutuis connubiis habendis inter Anglo-Saxones, Britones & Scotos, tum ad delendam fornicationem & immunditiam, tum ad concordiam publicam promovendam, ſtatuitur.

I. Ed. conf. c. 35. in Autar.

REx Ina cepit in uxorem ſuam Gualam nomine, propter quam vocata eſt Vvallia illa terra, quæ quondam vocabatur Cambria; bigamus enim fuit. Cepit autem cum ultima uxore ſua Cambriam, & Cornubiam, & coronam benedictam Britanniæ, quæ fuerat ultimo Cadvvaladro regi Britanniæ. Et univerſi Angli qui tunc temporis extiterunt, uxores ſuas ceperunt de Britonum genere, & Britones uxores ſuas de illuſtri ſanguine & genere Anglorum, hoc eſt de genere Saxonum. Hoc enim factum fuit per commune concilium & aſſenſum omnium epiſcoporum & principum, procerum, comitum, & omnium ſapientum, ſenio-

1 Forte hoc illud Inæ Concilium, cujus meminit Vvibaldus presbyter in vita S. Bonifacii Archiep. Moguntcap. 2. apud Bolland. die 5. Junii.

ANNO CHRISTI 712.

niorum & populorum totius regni, & per præceptum regis Inæ prædicti. Multi vero Angli ceperunt uxores suas de sanguine & genere Anglorum Germaniæ, & quidem Angli ceperunt uxores suas de sanguine & genere Scotorum: proceres vero Scotorum, & Scoti fere omnes ceperunt uxores suas de optimo genere & sanguine Anglorum Germaniæ, & ita fuerunt tunc temporis per universum regnum Britanniæ duo in carne una: & taliter constituit rectum conjugium (& delevit fornicationem & immunditiam a regno) & recta judicia pro stabilitate regni, & confirmatione populorum, benigna sedulitate; & tali modo effecti fuerunt gens una, & populus unus per universum regnum Britanniæ, miseratione divina.

Recta coniugia instituuntur.

Deinde universi vocaverunt regnum Anglorum quod antea vocatum fuit regnum Britanniæ. Universi prædicti semper postea pro communi utilitate coronæ regni insimul, & in unum circiter contra Danos & Norvegienses semper steterunt, & atrocissime unanimi voluntate contra inimicos pugnaverunt, & bella atrocissima gesserunt. Erat enim prædictus rex Ina optimus, largus, sapiens, prudens, moderatus, strenuus, justus, animosus, & bellicosus pro loco & tempore, & in divinis legibus, & in sæcularibus institutis, scriptis, & bonorum operum exhibitionibus, irradiavit gloriosus, rexitque regnum, confœderavit & consolidavit, & in unum pacificavit sapientia & prudentia magna, &, ubi locus adfuit, vi & manu armata.

Inæ regis laus.

EPISTOLA CEOLFRIDI ABBATIS

AD NAITANUM REGEM PICTONUM,

pro catholico paschæ & Romanæ tonsuræ.

PRÆFATIO BEDÆ.

Bed. lib. 5. cap 22.

EO tempore Naitanus rex Pictorum (qui septentrionales Britanniæ plagas inhabitant) admonitus ecclesiasticarum frequenti meditatione scripturarum, abrenunciavit errori quo eatenus in observatione paschæ cum sua gente tenebatur, & se suosque omnes ad catholicam observantiam dominicæ resurrectionis tempus celebrandum perduxit. Quod ut facilius & majori auctoritate perficeret, quæsivit auxilium de gente Anglorum, quos jamdudum ad exemplum sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ suam religionem instituisse cognovit. Siquidem misit legatarios ad virum venerabilem Ceolfridum abbatem monasterii beatorum apostolorum Petri & Pauli, quod est ad ostium Vvyri amnis, & juxta amnem Tinam, in loco qui vocatur Ingrivum, cui ipse post Benedictum (de quo supra diximus) gloriossime præfuit, postulans ut exhortatorias sibi literas mitteret, quibus potentius confutare posset eos, qui pascha non suo tempore observare præsumerent, simul & de tonsuræ modo vel ratione qua clericos insigniri deceret. Excepto quod etiam ipse in his non parva ex parte esset imbutus. Et architectos sibi mitti petiit, qui juxta morem Romanorum ecclesiam de lapide ingente ipsius facerent, promittens hanc in honorem beati apostolorum principis dedicandam: se quoque ipsum cum suis omnibus morem sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ semper imitaturum, in quantum dumtaxat tam longe a Romanorum loquela & natione segregati hunc edisscere possent. Cujus religiosis votis ac precibus favens reverendissimus abbas Ceolfridus, misit architectos quos petebat, & literas scriptas in hunc modum.

ANNO CHRISTI 712.

EPISTOLA CEOLFRIDI ABB.

Domino excellentissimo & gloriossimo regi Naitano Ceolfridus abbas in Domino salutem.

CAtholicam sancti paschæ observantiam, quam a nobis rex Deo devote religioso studio quæsisti, promptissime ac libentissime tuo desiderio, juxta quod ab apostolica sede didicimus, patefacere satagimus. Scimus namque cælitus sanctæ ecclesiæ donatum, quotiens ipsi rerum domini discendæ, docendæ, custodiendæ veritati operam impendunt. Nam & vere omnino dixit quidam sæcularium scriptorum, quod felicissimo mundi statu ageretur, si vel reges philosopharentur, vel regnarent philosophi. Quod si de philosophia hujus mundi, vere intelligere de statu hujus mundi, merito diligere potuit homo hunc mundum: quanto magis civibus patriæ cælestis in hoc mundo peregrinantibus optandum est, & totis animi viribus supplicandum, ut quo plus in mundo quique valent, eo amplius ejus qui super omnia est judicis mandatis auscultare contendant, atque ad hæc observanda secum eos quoque qui sibi commissi sunt & exemplis simul & auctoritate instituant.

Tres sunt ergo regulæ sacris inditæ literis, quibus paschæ celebrandi tempus nobis præfinitum nulla prorsus humana licet auctoritate mutari: e quibus duæ in lege Moysi divinitus statutæ, tertia in evangelio per effectum dominicæ passionis & resurrectionis adjuncta est. Præcepit enim lex ut pascha primo mense anni, & tertia ejusdem mensis septimana, id est, a quintadecima die usque ad vigesimam primam fieri deberet. Additumque est per institutionem apostolicam ex evangelio, ut in ipsa tertia septimana diem dominicam expectare, atque in ea temporis paschalis initium tenere debeamus. Quam videlicet regulam triformem si quis rite custodierit, nunquam in annotatione festi paschalis errabit. Verum si de his singulis enucleatius ac latius audire desideras, scriptum est in Exodo, ubi liberandus de Ægypto populus Israel, primum pascha facere jubetur: quia dixerit Dominus ad Moysen & Aaron: *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas.* Et paulo post: *Et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus. Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Quibus verbis manifestissime constat, quod ita in observatione paschali mentio fit diei quartædecimæ, ut non tamen ipsa die quartadecima pascha fieri præcipiatur, sed adveniente tandem vespera diei quartædecimæ, id est, quintadecima luna, quæ initium tertiæ septimanæ faciat, in cæli faciem prodeunte, agnus immolari jubeatur. Et quod ipsa sit nox quintædecimæ lunæ, in qua percussis Ægyptiis Israel est a longa servitute redemptus: *Septem*, inquit, *diebus azyma comedetis*. Quibus iterum verbis tota tertia septimana ejusdem primi mensis decernitur solemnis

Tria in scharis tempore observanda

1. Mensis primus.
2. Septimæ tertia.

Exod. 12.

Ibidem.

Ibidem.

ANNO CHRISTI 710.

nis esse debere. Sed ne putaremus easdem septem dies a decimaquarta usque ad vigesimam esse computandas, continuo subjecit: *In die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum in domibus vestris, peribit anima illa de Israel, a die primo usque ad diem septimam*, &c. usque dum ait: *In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti*. Primum ergo diem azymorum appellat eum, in quo exercitum eorum esset educturus de Ægypto. Constat autem, quia non decimaquarta die, in cujus vespera agnus est immolatus, & quæ proprie pascha sive phase dicitur, sed decimaquinta sunt educti ex Ægypto, sicut in libro Numerorum apertissime scribitur: *Profecti igitur de Ramesse quintadecima die mensis primi, altera die fecerunt phase filii Israel in manu excelsa*. Septem ergo dies azymorum, in quarum prima eductus est populus Domini ex Ægypto, ab initio (ut diximus) tertiæ septimanæ, hoc est, a quintadecima die mensis primi usque ad vigesimam primam ejusdem mensis diem completam computari oportet. Porro dies quartusdecimus extra hunc numerum separatum, sub paschæ titulo prænotatur, sicut Exodi sequentia patenter edocent. Ubi cum dictum esset: *In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti*, protinus additum est: *Et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense quartadecima die mensis comedetis azyma usque ad diem vigesimam primam ejusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris*. Quis enim non videat a quartadecima usque ad vigesimam primam non septem solummodo, sed octo potius esse dies, si & ipsa quartadecima annumeretur? Sin autem (ut diligentius explorata scripturæ veritas docet) a vespera diei quartædecimæ usque ad vesperam vigesimam primæ computaverimus, videbimus profecto, quod ita dies quartamdecimam vesperam suam festi paschalis initium porrigat, ut non amplius tota sacra solemnitas quam septem tantummodo noctes cum totidem diebus comprehendat. Unde vera esse probatur nostra diffinitio, qua tempus paschale primo mense anni, & tertia ejus hebdomada celebrandum esse diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada, quod a vespera decimæquartæ diei incipit, & in vespera vigesimæprimæ completur.

Postquam vero pascha nostrum immolatus est Christus, diemque nobis dominicam, quæ apud antiquos una vel prima sabbati sive sabbatorum vocatur, gaudio fuæ resurrectionis fecit esse solemnem, ita hanc nunc apostolica traditio festis paschalibus inseruit, ut nihil omnino tempore paschæ legalis præoccupandum, nihil minuendum esse decerneret, quin potius statuit ut expectaretur juxta præceptum legis idem primus anni mensis, expectaretur quartadecima dies illius, expectaretur vespera ejusdem. Et cum hæc dies in sabbatum forte incideret, *tolleret unusquisque agnum per familias & domos suas, & immolarent eum ad vesperam*, id est præpararent omnes ecclesiæ per orbem, quæ unam catholicam faciunt, panem & vinum in mysterium carnis & sanguinis agni immaculati, qui abstulit peccata mundi, & præcedente congrua lectionum, orationum, & cæremoniarum paschalium solemnitate, offerrent hæc Domino in spem futuræ suæ redemptionis. Ipsa est enim eadem nox in qua de Ægypto per sanguinem agni Israelitica plebs erepta est, ipsa est in qua per resurrectionem Christi liberatus est a morte æterna omnis Dei populus. Mane autem illucescente die dominica, primam paschalis festi diem celebrarent. Ipsa est enim dies in qua resurrectionis suæ gloriam Dominus multifario piæ revelationis gaudio discipulis patefecit. Ipsa prima dies azymorum, de qua multum distincte in Levitico scriptum est: *Mense primo, quartadecima die mensis hujus ad vesperam phase Domini est, & quintadecima die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit celeberrimus sanctusque*. Si ergo fieri posset, ut semper in diem quintumdecimum primi mensis, id est in lunam quintamdecimam, dominica dies incurreret, uno semper eodemque tempore cum antiquo Dei populo, tanquam sacramentorum genere discreto, sicut una eademque fide pascha celebrare possemus. Quia vero dies septimanæ non æquali cum luna tramite procurrit, decrevit apostolica traditio, quæ per beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum evangelistam & interpretem ipsius Alexandriæ confirmata est, ut adveniente primo mense, adveniente in eo vespera diei quartædecimæ, expectetur etiam dies dominica a quintadecima usque ad vicesimamprimam diem ejusdem mensis. In quacumque enim harum inventa fuerit, merito in ea pascha celebratur: quia nimirum hæc ad numerum pertinet illarum septem dierum, quibus azyma celebrari jubetur. Itaque fit ut nunquam pascha nostrum a septimana mensis primi tertia in utramvis partem declinet, sed vel totam eam, id est omnes septem legalium azymorum dies, vel certe aliquos de illis teneat. Nam etsi saltem unum ex eis, hoc est ipsum septimum apprehenderit, quem tam excellenter scriptura commendat: *Dies autem*, inquiens, *septimus erit celebrior & sanctior, nullumque servile opus fiet in eo*, nullus arguere nos poterit, quod non recte dominicum paschæ diem, quem de evangelio suscepimus, in ipsa quam lex statuit tertia primi mensis hebdomada celebremus. *Ibidem.*

Cujus observantiæ catholica ratione patefacta patet e contrario error irrationabilis eorum, qui præfixos in lege terminos nulla cogente necessitate vel anticipare vel transcendere præsumunt. Namque sine ratione necessitatis alicujus anticipant illi tempus in lege præscriptum, qui dominicum paschæ diem a quartadecima mensis primi usque ad vicesimam putant lunam esse servandum. Cum enim a vespera diei tertiædecimæ vigilias sanctæ noctis celebrare incipiunt, claret quod illum in exordio sui paschæ diem statuunt, cujus nullam omnino mentionem in decreto legis inveniunt. Et cum vicesimaprima die mensis pascha dominicum celebrare refugiunt, patet profecto quod illam per omnia diem a sua solemnitate secernunt, quam lex majore præ cæteris festivitate memorabilem sæpenumero commendat. Sicque diem paschæ ordine perverso, & aliquando in secunda hebdomada totam compleant, & nunquam in hebdomadæ tertiæ die septimo ponant. Error unus

Rursumque qui a sextadecima die mensis sæpedicti usque ad vicesimamsecundam pascha celebrandum magis autumant, non minore utique errore (tametsi altero latere) a recto veritatis tramite divertunt, & veluti naufragia Scyllæ fugientes, in Charybdis voraginem submer- Error alter.

ANNO CHRISTI 712.

mergendi decidunt. Nam cum a luna decimasexta primi mensis oriente, id est a vespera diei quintædecimæ pascha incipiendum doceant, nimirum constat quod quartamdecimam diem mensis ejusdem, quam lex primitus est præcipue commendata, a sua prorsus solemnitate secludunt, ita ut quintædecimæ, in qua populus Dei ab Ægyptiaca servitute redemptus est, & in qua Dominus suo mundum sanguine a peccatorum tenebris liberavit; in qua etiam sepultus spem nobis post mortem beatæ quietis tribuit, vix vesperam tangant. Idemque penam erroris sui in semetipsos recipientes, cum in vicesimasecunda die mensis paschæ diem statuunt dominicum, legitimos utique terminos paschæ aperta transgressione violant, utpote qui ab illius diei vespera pascha incipiunt, in qua hoc lex consummari & perfici debere decrevit. Illam in pascha diem assignent primam, cujus in lege mentio nulla usquam reperitur, id est quartæ primam septimanæ. Qui utrique non solum in diffinitione & computo lunaris ætatis, sed & in mensis primi nonnunquam inventione falluntur. Quæ disputatio major est quam epistola hac vel valeat comprehendi, vel debeat.

Æquinoctium vernale paschatis index.

Tantum hoc dicam, quod per æquinoctium vernale semper inenarrabiliter posset inveniri qui mensis juxta computum lunæ primus anni, qui esse debeat ultimus. Æquinoctium autem juxta sententiam omnium orientalium, & maxime Ægyptiorum, qui præ ceteris doctoribus calculandi palmam tenent, duodecimo Kalendarum Aprilium die provenire consuevit, & etiam ipsi horologica inspectione probavimus. Quæcumque ergo luna ante æquinoctium plena est, quartadecima videlicet vel quintadecima existens, hæc ad præcedentis anni novissimum pertinet mensem, ideoque paschæ celebrando habilis non est. Quæ vero post æquinoctium, vel in ipso æquinoctio suum plenilunium habet, in hac absque ulla dubietate, quia primi mensis est, & antiquos pascha celebrare solitos, & nos, ubi dominica dies advenerit, celebrare debere noscendum est. Quod ita fieri oportere illa nimirum ratio cogit, quia in Genesi scriptum est, quod *Deus fecit duo magna luminaria; luminare majus ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti*. Vel, sicut alia dicit editio, *luminare majus in inchoationem diei; & luminare minus in inchoationem noctis*. Sicut ergo prius sol a medio præcedens orientis æquinoctium vernale suo præfixit exortu, deinde luna sola ad vesperam occidente, & ipsa plena a medio secuta est orientis, ita omnibus annis idem primus lunæ mensis eodem necesse est ordine reservari, ut non ante æquinoctium, sed vel ipso æquinoctii die, (sicut in principio factum est) vel eo transcenso plenilunium habere debeat. At si uno saltem die plenilunium tempus æquinoctii præcesserit, non hanc primo mense anni incipientis, sed ultimo potius præteriti, lunam esse adscribendam, & ideo festis paschalibus inhabilem, memorata ratio probat.

Genes. 1.

Mystica ratio observationum paschalium.

Quod si mysticam quoque vos in his rationem audire delectat, primo mense anni, qui etiam mensis novorum dictus est, pascha facere jubemur: quia renovato ad amorem cælestium spiritu mentis nostræ, sacramenta dominicæ resurrectionis & ereptionis nostræ celebrare debemus. Tertia ejusdem mensis septimana facere præcipimur, quia ante legem & sub lege promissus, tertio tempore sæculi cum gratia venit ipse, qui pascha nostrum immolaretur Christus: quia tertia post immolationem suæ passionis die resurrectionis a mortuis, hanc dominicam vocari, & in ea nos annuatim paschalia ejusdem resurrectionis voluit festa celebrare. Quia nos quoque ita solum veraciter ejus solemnia celebramus, si per fidem & charitatem pascha, id est transitum de hoc mundo, ad patrem cum illo facere curamus. Post æquinoctium veris plenilunium mensis præcipimur observare paschalis, ut videlicet primo sol longiorem nocte faciat diem, deinde luna plenum suæ lucis orbem mundo præsentet: quia primo quidem sol justitiæ, in cujus pennis est sanitas, id est Dominus Jesus, per resurrectionis suæ triumphum cunctas mortis tenebras superavit, ac sic ascendens in cælos, misso desuper Spiritu, ecclesiam suam, quæ sæpe lunæ vocabulo designetur, internæ gratiæ luce replevit. Quem videlicet ordinem nostræ salutis propheta contemplatus ajebat: *Elevatus est sol, & luna stetit in ordine suo*. Qui ergo plenitudinem lunæ paschalis ante æquinoctium provenire posse contenderit, talis in mysteriorum celebratione maximorum a sanctarum quidem scripturarum doctrina discordat; concordat autem eis qui sine præveniente gratia Christi se salvari posse confidunt. Qui, etsi vera lux tenebras mundi moriendo ac resurgendo nunquam vicisset, perfectam se habere posse justitiam dogmatizare præsumunt. Itaque per æquinoctialem solis exortum post plenilunium primi mensis hunc ex ordine subsequens, id est, post completam diem ejusdem mensis quartam decimam, quæ cuncta ex lege observanda accepimus, expectamus adhuc, monente evangelio, in ipsa hebdomada tertia tempus diei dominicæ, & sic demum votiva paschæ nostri festa celebramus. Ut indicemus nos non cum antiquis excussum Ægyptiæ servitutis jugum venerari, sed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Christi autem resurrectione completa est, devota fide ac dilectione colere, ut de resurrectionis etiam nostræ, quam eadem die dominica futuram credimus, spe nos certissima gaudere signemus.

Mal. 4.

Decennovenalium circulorum ratio & auctores.

Hic autem, quem vobis sequendum monstramus, computus paschæ decennovennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc est ipsis apostolorum temporibus, jam servari in ecclesia cœpit, maxime Romæ & Ægypti, ut supra jam diximus. Sed per industriam Eusebii, qui a beato martyre Pamphilo cognomen habet, distinctius in ordinem compositus est, ut quod eatenus per Alexandriæ pontificem singulis annis per omnes ecclesias mandari consueverat, jam deinde congesta in ordinem serie lunæ quartædecimæ, facillime posset ab omnibus sciri. Cujus computum paschalis Theophilus Alexandriæ præsul in centum annorum tempus Theodosio imperatori composuit. Item successor ejus Cyrillus seriem nonaginta & quinque annorum in quinque decennorenalibus circulis comprehendit. Post quem Dionysius Exignus totidem alios ex ordine pari schemate subnexuit, qui ad nostra usque tempora pertingebant. Quibus termino appropinquantibus tanta hodie calculatorum exuberat copia, ut etiam in nostris per Britanniam ecclesiis plures sint, qui mandatis memoriæ veteribus illis Ægyptiorum argumentis facillime possint in quotlibet

ANNO CHRISTI 712.

libet ſpatia temporum paſchales protendere circulos, etiamſi ad quingentos uſque & triginta duos voluerint annos. Quibus expletis, omnia quæ ad ſolis & lunæ, menſis & ſeptimanæ conſequentiam ſpectant, eodem quo prius ordine recurrunt. Ideo autem circulos eoſdem temporum inſtantium vobis mittere ſuperſedimus, quia de ratione tantum temporis paſchalis inſtrui quærentes, ipſos vobis circulos paſchæ catholicos abundare probaſtis.

ANNO CHRISTI 712. rietas tonſu-æ.

t tonſura ccleſiaſtica.

Verum his de paſcha ſuccincte, ut petiſtis, ſtrictimque commemoratis, tonſuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluiſtis) hortor ut eccleſiaſticam & Chriſtianæ fidei congruam habere curetis. Et quidem ſcimus quia neque apoſtoli omnes uno eodemque ſunt modo attonſi, neque nunc eccleſia catholica, ſicut una fide, ſpe, & charitate in Deum conſentit, ita & jam una atque indiſſimili totum per orbem tonſuræ ſibi forma congruit. Denique ut ſuperiora, id eſt, patriarcharum tempora reſpiciamus, Job exemplar patientiæ ingruente tribulationum articulo caput totondit: probavit utique, quia tempore felicitatis capillos nutrire conſueverat. At Joſeph & ipſe caſtitatis, humilitatis, pietatis, cæterarumque virtutum executor ac doctor eximius, cum eſſet ſervitio abſolvendus, attonſus eſſe legitur, patet profecto, quia tempore ſervitutis intonſis in carcere crinibus manere ſolebat. Ecce uterque vir Dei diverſum ab altero vultus habitum foris præmonſtrabat, quorum tamen intus conſcientia in parili virtutum ſibi gratia concordabat. Verum ſi profiteri nobis liberum eſt, quia tonſuræ diſcrimen non noceat quibus pura in Deum fides & charitas in proximum ſincera eſt, maxime cum nunquam patribus catholicis ſicut de paſchæ vel fidei diverſitate conflictus, ita etiam de tonſuræ differentia legatur aliqua fuiſſe controverſia. Inter omnes tamen quas in eccleſia vel in univerſo hominum genere reperimus tonſuras, nullam magis ſequendam nobis amplectedamque jure dixerim ea quam in capite ſuo geſtabat ille cui ſe confitenti Dominus ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum.* Nullam vero magis abominandam deteſtandamque merito cunctis fidelibus crediderim ea quam habebat ille cui gratiam ſancti Spiritus comparare volenti dicit idem Petrus: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non enim eſt tibi pars neque ſors in ſermone hoc.* Neque vero ob id tantum in coronam attondimur, quia Petrus ita attonſus eſt: ſed quia Petrus in memoriam dominicæ paſſionis ita attonſus eſt, idcirco & nos, qui per eamdem paſſionem ſalvari deſideramus, ipſius paſſionis ſignum cum illo in vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte, geſtamus. Sicut enim omnis eccleſia, quæ per mortem ſui vivificatoris eccleſia facta eſt, ſignum ſanctæ crucis ejus in fronte portare conſuevit, ut crebro vexilli hujus munimine a malignorum ſpirituum defendatur incurſibus, crebra hujus admonitione doceatur, ſe quoque carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigere debere; ita etiam oportet eos qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frænis aſtringere.

erb. 16.

R. 8.

orma, ſignificatio, & va-

Formam quoque coronæ, quam ipſe in paſſione ſua ſpineam portavit in capite, ut ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, id-eſt exportaret & auferret a nobis, ſuo quemque in capite per tonſuram præferre. Ut ſe etiam irriſiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo ſufferre ipſo etiam frontiſpicio doceant. Ut coronam vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſemper expectare, proque hujus perceptione & adverſa ſe mundi & proſpera contemnere deſignent. Ceterum tonſuram eam quam magnum ferunt habuiſſe Simonem, quis rogo fidelium non ſtatim cum ipſa magia primo deteſtetur & merito exſufflet? Quæ aſpectu in frontis quidem ſuperficie coronæ videtur ſpeciem præferre, ſed ubi ad cervicem conſiderando perveneris, decurtatam eam quam te videre putabas invenies coronam. Ut merito talem ſimoniacis & non Chriſtianis habitum convenire cognoſcas, qui in præſenti quidem vita a deceptis hominibus putabantur digni perpetuæ gloriæ coronæ, ſed in ea quæ hanc ſequitur vitam, non ſolum omni ſpe coronæ privati, ſed æterna inſuper ſunt pœna damnati. Neque vero me hæc ita proſecutum æſtimes, quaſi eos, qui hanc tonſuram habent condemnandos judicem, ſi fide & operibus unitati catholicæ faverint, imo confidenter profiteor plurimos ex eis ſanctos, ac Deo dignos extitiſſe. Ex quibus eſt Adamnanus abbas & ſacerdos Columbienſium egregius; qui cum legatus ſuæ gentis ad Alfridum regem miſſus, noſtrum quoque monaſterium videre voluiſſet, miramque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem oſtenderet, dixi illi inter alia colloquens: Obſecro, ſancte frater, qui ad coronam te vitæ quæ terminum neſciat tendere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? Et ſi conſortium beati Petri quæris, cur ejus quem ille anathematizavit tonſuræ imaginem imitaris, & non potius ejus cum quo in æternum beatus vivere cupis, etiam nunc habitum te, quantum potes, diligere monſtras? Reſpondit ille: Scias pro certo, frater mi dilecte, quia etſi Simonis tonſuram ex conſuetudine patriæ habeam, ſimoniacam tamen perfidiam tota mente deteſtor ac reſpuo: beatiſſimi autem apoſtolorum principis, quantum mea parvitas ſufficit, veſtigia ſequi deſidero. At ego; Credo, inquam, vere quod ita ſit, ſed tamen indicio ſit, quod ea quæ apoſtoli ſunt Petri, in abdito cordis amplectimini, ſi quæ ejus eſſe noſtis, etiam in facie tenetis. Namque prudentiam tuam facillime dijudicare reor, quod aptius multo ſit ejus, quem toto corde abominaris, hujuſque horrendam faciem videre refugis, habitum vultus a tuo vultu Deo jam dicato ſeparare: & e contra ejus, quem apud Deum patrem habere patronum quæris, ſicut facta vel monita cupis ſequi, ſic etiam morem habitus te imitari condeceat. Hæc tunc Adamnano dixi: qui quidem quantum conſpectis eccleſiarum noſtrarum ſtatutis profeciſſet, probavit, cum reverſus ad Scotiam multas poſtea gentis ejuſdem turbas ad catholicam temporis paſchalis obſervantiam ſua prædicatione correxit. Tametſi eos, qui in Hii inſula morabantur monachos, quibuſque ſpeciali rectoris jure præerat, necdum ad viam ſtatuti melioris reducere valebat. Tonſuram quoque, ſi tantum ſibi auctoritatis ſubeſſet, emendare meminiſſet.

Monitio ad regem.

Sed & nunc tuam prudentiam, rex, admoneo,

ANNO CHRISTI 712.

neo, ut ea quæ unitati catholicæ & apostolicæ ecclesiæ concinunt, una cum gente, cui te Rex regum & Dominus dominorum præfecit, in omnibus servare contendas. Sic enim fit ut post acceptam temporalis regni potentiam ipse beatissimus apostolorum princeps cælestis quoque regni tibi tuisque cum cæteris electis libens pandat introitum. Gratia te regis æterni longiori tempore regnantem ad nostram omnium pacem custodiat incolumen, dilectissime in Christo fili.

DECRETUM REGIS NAITANI

PRO CATHOLICO PASCHE, ET ROMANA TONSURA.

HÆc epistola cum præsente rege Naitano multisque viris doctioribus esset lecta, ac diligenter ab his qui intelligere poterant in linguam ejus propriam interpretata, multum de ejus exhortatione gavisus esse perhibetur, ita ut surgens de medio optimatum suorum consessu genua flecteret in terram, Deo gratias A agens, quod tale munusculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidem & antea novi, inquit, quia hæc erat vera paschæ celebratio, sed intantum modo rationem hujus temporis observandam cognosco, ut parum mihi omnino videar de his antea intellexisse. Unde palam profiteor, vobisque qui assidetis præsidentibus protestor, quia hoc observare tempus paschæ cum universa mea gente perpetuo volo, & hanc accipere debere tonsuram, quam plenam esse rationis audivimus, omnes qui in regno meo sunt clericos decerno. Nec mora, quæ dixerat regia auctoritate perfecit. Statim namque jussu publico mittebantur ad transcribendum, discendum, observandum per uni- B versas Pictorum provincias circuli paschæ decennovennales, obliteratis per omnia erroneis octoginta & quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam ministri altaris ac monachi: & quasi novo se discipulatui beatissimi apostolorum principis Petri subditam, ejusque tutandam patrocinio, gens correcta gaudebat.

ANNO CHRISTI 710. circiter.

CONCILIUM ROMANUM DUBIUM

In quo de juribus Mediolanensis provinciæ in Ticinensem episcopatum disceptatum est, Constantino summo pontifice,

Anno incerto.

Ex Supplem. Mansi pag. 529.

QUamquam concilii hujus fundamentum nutat; præstat tamen id non omittere, quod nonnullis scriptoribus probatum est; quam præterire quod ab aliquibus tantum, non ab omnibus rejicitur. Ex actis vero synodi hujus, si quæ celebrata est, una super est oratio, seu jurium suorum defensio, quam ibidem recitasse fertur Benedictus Mediolanensis antistes, quam orationem integram servat in sua Mediolanensi historia Landulphus senior lib. II. cap. XV. ex quo illam hic damus, eique statim subdere visum est Muratorii censuram criticam, decerptam ex dissertatione ejus de jure Metropolitæ Mediolanensis in Ticinensem cap. VII. in appendice ad tom. I. Anecdotorum.

QUERIMONIA B. BENEDICTI ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI IN SYNODO,

Eo quia Papa Constantinus ipsum archiepiscopum privaverat consecratione episcopi Papiensis contra antiquam consuetudinem.

SUmmo cælorum conditori, terrarumque universarum factori, gentiumque cunctarum auctori, creaturarum universarum creatori, cœli terræque stabilimentum, angelorum & hominum, ac fidei catholicæ & sedis apostolicæ unicum monimentum, orphanorum & viduarum, ecclesiarumque universarum solidum stabilimentum, Patri, ac Filio, ac Sancto Spiri- E tui gratias refero immensas, Pontificem quod talem sanctæ sedi apostolicæ virum clementer eligere, ac misericorditer ordinare, sua ineffabili pietate disposuit. Unde chorus universus episcoporum sacerdotum collegium sedule reminiscat generi humano benigne, ac misericorditer providere, cum huic sanctæ sedi vi- C rum hujusmodi discretum, illustrem, orthodoxum & præesse & præordinare summa cum pietate disposuit: qui operibus bonis, admonitionibus sanctis orbem sibi commissum confortare, & errantes docere non desinit. De quo veritas ait. *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Quamobrem Dei & vestri pater venerande, atque hujus sancti concilii coadjutus præsentia & confortatus clementia ego Benedictus Mediolanensis archiepiscopus causam nostræ ecclesiæ, quæ Dei dispositionibus, & B. Barnabæ apostoli doctrinis, ac miraculis refloruit, nuncque glorioſissimi confessoris Ambrosii ornata disciplinis, honoranda D virtutibus perfulget, cujus reverentia, & charitate debita vestro ductus conspectui, & huic sancto conventui, me ex longo repræsentare dispositui, voce, qua possum, longo confectus senio, pandere, & referare curabo. Igitur cum Mediolanensis ecclesia Dei, & B. Ambrosii factis & virtutibus exaltata, ac multis episcopis per multa jam tempora antecedentia sublimata, nunc consecratione ecclesiæ Papiensi injuste expoliata, vobis humiliter, ac devote conqueritur. Quæ inter cæteros nostræ ecclesiæ suffraganeos, & B. Syri meritis, Primicerii privilegium nunc usque nostræ causæ indicium summo vigore tenuit. At nunc Romanæ sedis dignitatibus, & majorum honoribus ambitiosa, E sua & propria metropoli inlicite derelicta, & injuste destituta, ut consecrationem furtive acciperet, Romanum adiit Pontificem, quam nostra ecclesia per tempora jam multa annorum longo curriculo antecedentia, a tempore B. Barnabæ apostoli usque mei præsentiam, qui per annos quadraginta sedem resideo Mediolanensem, atque inibi episcopum Gregorium

ANNO CHRISTI 710. circiter.

rium humiliter consecravit, habuit, & charitative, Deo opitulante, tenuit. Hunc itaque, vestra succurrente clementia, sanctisque collaudantibus canonibus, quod injuste nostra ecclesia amisit, adipisci valeat, fideliter, ac devote exoramus. Prosit nobis vestra sapientia, omnibus præferenda disciplinis. Qui enim omnibus præest, omnibus prodesse debita paternitate condecet, nulli nocere, neminique invidere, nulli ecclesiæ honorem, ac dignitatis prærogativam usurpare, discretus, & judex summæ justitiæ lance ponderat universa, inferentes injurias alicui injuste, condemnans, ac illicite sufferentes a malis misericordia, dextera, legisque cærimoniis defendendo, benigne sustentat. At iniquitatis judex cuncta pretio subvertens negotia, quæ legis sunt obscurat, ac quæ temporaliter arridenti, criminose exaltat, a quibus justitiæ amator se quotidie, Dei protegente dextera, custodit. Justitiam discamus. Itaque unde Esayas propheta Spiritu Sancto repletus dicit: *Justitiam discite qui habitatis terram*. Venerande pater potestatem culminis Romani ratio vincat divina. Unde B. Ambrosius ait: *Decet ut ratio vincat potestatem*. Judicium causarum queremoniæ nostræ justum judicate, unde Dominus per Zachariam loquitur, dicens: *Justum judicium, & pacificum judicate, & nolite retinere malitiam fratris vestri in cordibus vestris*. Et David: *De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi mei videant æquitatem*. At, ut nostræ ecclesiæ, nostræque querimoniæ veritatem enucleatius, ac verissime aperiam, decem Romanorum pontificum privilegia, quæ de consecratione Ticinensis ecclesiæ dico, afferentia, atque sub anathematis mucrone rigide ab universis episcopis interdicentia, solita pietate cognoscite. Quin etiam nostra civitas qualiter ab ipsis primordiis inculta & exaltata cura diligenti majorum permansit per Romanos imperatores, ac consules patritios ejusdem urbis accolas, cum orbis uno regeretur imperio, attente cognoscite. Quam tamen, ut in situ descriptionis ejusdem comperi, annosam postmodum Romani Reges & Principes, expulsis Senorum populis, longe melius sublimantes opere mirifico auxerunt, locantes in ea more patrio eximium Augustorum dignitati palatium imperiale, Theatrum, Aumantium, Thermas, Viridarium amœnum floribus diversis, & odoribus variis delectabile, Arenam lapidibus & magisteriis admirandam, in qua Italiæ cives universi conledere, & ab uno oratore concionante audire possent competenter. Ob quam enim causam sæpissime ab iisdem postmodum Augustis frequentari, & incoli, & honorari super cunctas Italiæ civitates adorta est, maxime, quod esset inibi saluberrimi aeris aptissima temperies, locusque ad usus domesticos irrefragabiliter paratissimus. Exinde, pater venerande, sancta christianitate orbi apparente universo, sicut audivit, illico Deo credidit, Sancto Barnaba apostolo a Spiritu Sancto inibi destinato, & fidem orthodoxam fideliter prædicante; a quo enim nostra ecclesia ab ipsis primordiis caput Italiæ per sedem Metropolitanam, Dei dispensanti clementia tenuit, & Deo largiente in æternum tenebit. Quamobrem cathedra Mediolanensis ab ipso apostolo exaltata decenter, & sublimata competenter, Dei dextera, & B. Petri remigio refloruit. Quod enim verissime reperimus in nostris annalibus, & ejus descriptione adventus, & S. Anatalon vita de discipulis Domini, unus discipulus fidelissimus fidelissime, & certissime dicens: *Quæ post Romanam arcem famosissimam jam tunc habebatur civitas sæpedicta Mediolanum, quippe quæ pari ditione sublimis, secunda post ipsam, ut præfatus sum, Augustales occidui imperii insulas tenebat*. Itaque Sanctus, Dei dispensante clementia, sanxit Barnabas apostolus, ut Mediolanensis, quam imperatores noverat super cunctas Italiæ civitates sublimasse, ea, ipse quam sanctis prædicationibus primitus fundaverat, principalis ecclesiastici culminis sedes, aliarumque in ea provincia ecclesiarum Metropolis perpetualiter habeatur. Cui profecto urbi, ut in vita S. Anatalon, quem inibi consecraverat, Hierosolymis processurus, inveni, tantum privilegii munus sanctus Anatalon a suo noverat magistro concessum, ut sicut inter reliquas Italicarum provinciarum urbes, earum duntaxat, quæ occidentalem usque marginem ab Italiæ finibus protenduntur; post Romanam arcem intenti sub solio eminenti, atque populorum conventu frequentissimo principales videbantur; ita ecclesiasticæ ditionis prærogativa, post Romuleam sedem, cunctas excelleret. In hunc modum & ipse præfatus antistes nil a suo institutore discrepans Metropolitanam idem cathedram pro futuris temporibus Christi statuit esse fidelibus, quatenus omnium populorum antistes, hoc est Venetiæ, Liguriæ, Emiliæ, Rhetiæ, Alpiscotiæ, quotquot fuerint in sancta matre ecclesia futuri, per has sæpedictas provincias caput quoddam & decus insigne, post Romanum pontificem, habere debebant Mediolanensis sedis præsulem Metropolitanum. Itaque ecclesia Mediolanensis his, & aliis multis sulta, & ornata remigiis, fere cum honoribus his omnibus usque ad mei tempus, Dei misericordia, & B. Ambrosii meritis, devote pervenit. Sed ut ex causis multis, e quibus nostræ querimoniæ causa munitur decenter, atque tuetur competenter, quorumdam sanctorum episcoporum Papiensium testimonium, Crispini, & Epiphanii percipe. Sanctus enim Crispinus, cum se videret morti accelerare, ut in sancti Epiphanii vita habetur, duxit sanctum Epiphanium Mediolanum, & dixit ad episcopum Protaxium, & ordines, quos inibi invenit: *Ecce filii jam mea ætas meæ vitæ cursum complevit. Commendo civitatem, commendo ecclesiam, commendo hunc, cujus labori, & gratiæ debeo, quod usque ad hoc tempus vixi grandævus, & debilis: cujus corporea felicitas, & virtus animæ imbecillitatem meam portavit sine fastidio*. Item in eadem: *Ducitur B. Epiphanius Mediolanum adhuc reluctans, & magna, si dimitteretur, munera promittens, qui ut fieret, noluit spondere vel minima. Consecratus autem a B. Protaxio Sancti Ambrosii antecessore, Catholicæ ecclesiæ propugnatore firmissimo, summa cum devotione, ac celebritate cunctorum*. Præterea testimonium, Pater venerande, cape certissimum, cui dubitare, aut refragare periculosum, & criminosum sancti patres decrevere. Legitur enim in vita S. Ambrosii patroni nostri, ac ecclesiarum universarum tutoris: *Ordinato sacerdote ecclesiæ Ticinensis incidit in infirmitatem. Cura est itaque*, Pater venerande, sicut S. Fabianus papa in suo decreto asserit, *vestræ sollicitudini adhibenda, ut ea, quæ sunt ab Apostolis, eoruque successoribus ordinata, ac Sancti Spiritus gratia constituta; nec dissimulatione negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare*. Sed sicut hoc

ANNO CHRISTI 710. circiter.

quod

ANNO CHRISTI 710. circiter.

quod Romanis exigebat utilitas, oportuit definire, itaque definitum est, non debere violari, Pater venerande, præcipue vestræ Paternitatis reverentiam atque hujus sancti concilii charitatem vicariam charitative exoro, ac obnixe a parte Dei, & sancti Ambrosii contendo, ut nullus episcopus nostræ ecclesiæ suffraganeum maxime hunc Papiensem, de quo hujus sancti concilii clementiæ conqueror retinere, ac ordinare, fraternitatis vestræ perturbator præsumat. Quod si evenerit, accipientis, & ordinantis irrita, & vacua sit in perpetuum ordinatio. Unde S. Sixtus PP. suo in decreto divinitus admonitus magisterio dicit: *Nullus episcopus præsumat alterius parochianum retinere, aut ordinare, vel judicare absque ejus voluntate. Quia sicut irrita erit ejus ordinatio, & ita dijudicatio. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare nullatenus poterit.* Pater venerande, unaquæque metropolis a sede apostolica, quæ universis præpollet dignitatibus, suos terminos sanctis patribus constitutos ordinative nunc usque tenet, de quibus papa Calistus suo in decreto dicit: *Nemo alterius terminos præsumptione illicita usurpet, unde Dominus loquitur dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Itaque unaquæque ecclesia, quæ sanctis fidem majoribus servare desiderat, ac Sanctorum decreta honorare contendit, nostræ querimoniæ fideliter, & charitative, ut sibi, ne similia patiatur provideat.

CL. MURATORII CENSURA

In præcedentem orationem.

EXponere placet quæ sit mea de hujus orationis auctore sententia. Illam enim ego non a Benedicto compositam, sed ab ipso Historiographo Landulpho excogitatam arbitror. Fuit isti in moribus reliquorum historicorum more, viros loquentes inducere, eisque orationes affingere, quas verisimile est ab ipsis dicendas, aut dictas jam fuisse. Hinc apud illum videas *Wiberti archidiaconi*, *Ambrosii diaconi*, & *Andreæ sacerdotis decumani* contra S. Arialdum orationes, hujusque in illos, aliaque multa, quæ unius Landulphi fœtum esse stylus ubique simillimus suadet. Præterea non dixisset Benedictus se *per annos quadraginta in Mediolanensi cathedra sedisse*, quum enim sit exploratum sub Constantino pontifice causam hanc fuisse agitatam, & Benedictus anno tantum 687. ad archiepiscopalem dignitatem evectus fuerit, longe post Constantini tempora quadragesimus illi archiepiscopatus annus excurrisset. Hujus igitur erroris culpa ad Landulphum orationis auctorem est referenda. Alio autem invictissimo argumento id probatur. Tres in hac oratione citantur epistolæ Decretales, nempe Fabiani, Sixti, & Calisti Romanorum pontificum. Hæ vero epistolæ licet, uti nunc eruditi omnes fatentur, tantis pontificibus suppositæ, affictæque fuerint, adhuc a multis sæculis veluti germana eorum soboles sunt habitæ, eximiamque fidem ab universis Catholicis, non minus quam nostro ævo impetravere. Isidorus seu *Mercator*, seu *Peccator* (uti post archipræsulem de Marca probat Cl. & Em. Cardinalis de Aguirre maximum Hispaniæ, purpureique senatus ornamentum in luculentissima Hispanorum conciliorum collectione to. I. diss. 4.) hanc mercem aut collegit, aut elaboravit, ita ut viris etiam doctissimis imposuerit, qui S. Isidori Hispalensis episcopi opus illud fuisse crediderunt. Cæterum quo tempore hujusmodi Syllogus prodierit, ipsæ nos epistolæ docent, siquidem inter eas quædam sunt Gregorii II. ac III. & Zachariæ summorum pontificum nominibus insignitæ. Quum vero hi pontifices octavo sæculo sederint usque ad A. Chr. 751. post illa tempora scripsisse Isidorum istum dignoscimus. Sed ne statim quidem publici juris factæ sunt hujusmodi decretales, etenim primus omnium Riculphus Moguntinus episcopus eas ex Hispania, ubi cunas fortitæ fuerant, in Gallias importavit. Hincmarus Remensis in Opusc. c. 24. hæc habet. *De libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculphus episcopus Moguntinus obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit.* Moguntiacam autem ecclesiam rexit Riculphus ille ab A. Ch. 787. usque ad annum 814. Quare affirmandum omnino est, epistolas illas sub finem tantum sæculi octavi inter eruditos versari cœpisse. Quod si verum, uti prorsus verissimum est, an illis Benedictus archiepiscopus, qui Ann. Ch. 711. Romæ peroravisse dicitur, uti potuisset? Superest igitur, ut fateamur, aut a Landulpho ipso memoratam orationem fuisse elucubratam, aut ab alio quopiam, qui pluribus post Benedictum annis inter vivos numeraretur. Stylus quidem ut hoc quoque exponam, a consueto Landulphi stylo nonnihil dissidere videtur, ita ut, quod summum est, suspicari possimus, etiam ante Landulphum orationem hanc extitisse. Quæ igitur Mediolanensi episcopo in Ticinensem firmissimæ rationes forent, ni fallor, explorate ostendimus. Nunc vero videndum, quibus verbis a Sigonio magni nominis viro historia hæc proponatur. Inquit is lib. 3. Hist. de Regno Ital. ad A. Ch. 715. *Lis inter archiepiscopum Mediolanensem & episcopum Papiensem exorta. Archiepiscopus novi parandi juris causa episcopi consecrationem ad se traducere voluit. Quod jus ad eum non pertinere episcopo contendente, ex communi sententia res est Romam rejecta. Ibi causa utrinque apud pontificem agitata archiepiscopus adversantibus omnibus vetustatis exemplis victus abscessit.* Verum paratragœdiat Sigonius; neque enim jus novum Benedicto parabatur, neque illi omnia vetustatis exempla adversabantur. Una plurium annorum præscriptio fecit, ut secundum Ticinensem judicaretur. In anno etiam hujusce quæstionis assignando Sigonium calculi defecere, quandoquidem anno 715. quo rem peractam is arbitratur, Romanam sedem Gregorius II. implebat, non vero Constantinus. Decesserat hic anno superiore, eodemque in summum pontificem electus fuerat Gregorius, uti Em. Annalium parens certis Anastasii Biblioth., Theophanis, Sigifredi, aliorumque testimoniis ductus liquido ostendit. Quum vero sub Constantino tantum hujusmodi lis composita fuerit, annum eidem, aut 711. cum Baronio, aut, cum aliis 712. assignari debere patet. Porro hac in re quantum a Sigonii mente reliqui scriptores discendant, multis probare possem, sed omnium instar sat erit Benvenutum (hunc Imolensem fuisse arbitror) proferre, vetustum scriptorem, qui ante annos 300. & quod excurrit, scribebat, & cujus chronicon MS. in Ambrosiana Bibliotheca extat. Cap. 137. *de Papia urbe* hæc ille habet: *Hujus civitatis episcopus suffraganeus fuisse asseritur archiepiscopi Mediolanensis. Quod patet ex eo, quod B. Protasius archiepiscopus Mediolani consecravit B. Epiphanium episcopum Papiensem S. Crispini successorem. Sed quia tempore Longobardorum, qui erant infidelet, timore eorum archiepiscopi Mediolanenses apud Januam residebant, sicut de Honorato legitur, episcopi Papienses consecrari cœperunt a papa. Unde cum Benedictus archiepiscopus Mediolani in curia Romana citaret episcopum Papiensem suum ab antiquo suffraganeum, succubuit. Unde & hodie Papienses, Placentini, & Ferrarienses episcopi subsunt immediate Domino Papæ.* Reliqua videamus. Sic rebus compositis ad multum tempus Ticinenses episcopi Mediolanensem ignoravere Metropolitam, & ab uno pendentes Romano pontifice Pallii etiam dignitate sunt aucti. Quo tempore hic honor eisdem collatus, prorsus definire non audemus. Illud tamen absque hæsitatione affirmandum duco, Ughellum a veritate defecisse, dum sine tabulis, & sine testibus hæc de Papiensi ecclesia asserit; *Cui pontifex Hormisda* (Romanam sedem hic tenuit ab anno 514. ad 523.) *Pallii usum concessit, extenditque eam gratiosam indulgentiam ad successores.* Usus enim Pallii per ea tempora aut paucissimis, aut nemini a summis pontificibus tribuebatur. *Ævo deinde D. Gregorii*, ut doctissimus de Marca animadvertit lib. 6. cap. 7. num. 3. de Concord. Sac. & Imp. *invaluit, ut Romanus pontifex Pallio ornaret præcipuos Metropolitanos, qui ad ejus consecrationem pertinebant, aut eos, quibus vices suas in provinciis committebat.* Si igitur neque omnes Metropolitanos, sed præcipuos duntaxat pontifex pallii usu decorabat, idque etiam sæculo solum Gregorii Magni usurpari cœpit, quanto minus Hormisdæ ævo Pallium Ticinensi concedendum fuit, qui non inter Metropolitas, sed in episcoporum solummodo vulgarium censu numerabatur? Plura in hanc rem non aggero, tum ne messem hanc tibi præripiam, tum ut eruditorum auribus parcam, qui a te uberiora præstolantur. Velim tamen serio perpendas, an ad Joannem VIII. papam prærogativæ hujus primordia sint referenda. Ille enim pontifex nihil antiquius habuit, quam ut Ticinensem extolleret sedem, quo vividum nimis, ac forte Mediolanensis episcopi ingenium retunderetur, qui de prompte præstanda tunc temporis ecclesiæ Romanæ obedientia recusabat. Certe hic summus pontifex epistolam dedit, quæ inter ejus opera est 139. illaque Mediolanensem, ac Ravennatem Metropolitas statuit ad synodum convocari a Ticinensi episcopo posse, quod (nisi eadem epistola in apocryphis sit recensenda) adeo mirum videtur, ut Baronius ad An. Ch. 878. pronunciare non dubitaverit: *Quod non crederem, nisi legissem.* Equidem hanc conjecturam facile sequor, a qua tamen discedam statim ut meliora abs te, ut spero, proferantur.

ANNO CHRISTI 710. circiter.

CONCILIUM IN RAVENNATENSI PROVINCIA,

In quo pia donatio Ravennatensibus Monachis facta confirmatur,

Circa annum 731. habitum.

„ COncilium hoc, ignotum hactenus, non ante multos annos ad posterorum notiam deduxit lapis, qui in parietum Clessensis templi loco sublimi collocatus & forte etiam situ obsitus, vix ac ne vix quidem saltem integer legi abstantibus in imo pavimento eruditis potuit. Tandem paucis ab hinc annis solicita eruditorum monachorum Cœnobii illius cura e pariete divulsus, depositus ac repurgatus lectionem integram permisit. Annum præfert 731. ita designatum: *Leone quidem* (Isauro) *clementissimo imperatore anno* XV. *Constantino vero a Deo coronato &c. anno* XI. IV. *chal. Februarias ind.* XIV. Nisi artifex in exerando lapide erravit, valent hæc ad emendandam Leonis Isauri chronologiam; cum enim principis hujus exordia Pagius anno 717. diei XXV. Martii alligaverit; profecto annus 731. quem signat indictio XIV. cum die IV. Kal. Feb. compositus, annum Leonis XIV. tulisset. Melius igitur cum Baronio Leonis hujus initia anno 716. assignarentur. Constantini vero anni recte procedunt. En vero inscriptionem ipsam unde concilium eruitur.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti imp. piissimis DD. NN. Leone & Constantino a Deo coronat. pacificis magnis imp. Leone quidem Clementiss. imp. anno XV. Constantino vero a Dom. coron. imp. anno XI. gubernante Italiam Dom. Eutechio excell. patricio & exarc. IV. Kal. Februarias, Ind. XIV. Hic titulus monstrat opus laudavile factum, quod pio consilio concepit mente præsul Johannes almus pontifex junior, in nomine Quintus, qui cura pervigilii æterni præmia regni fidus ut possideat, ægenorum agmina precant, liminibus sacris hoc sibi monumentum locavit, Apollenarisco; commendans pulverea membra, quæ surrectura credit, carnis resumpto vigore, contulit, & donum quod servis Domini prosit, qui laudes adsiduas marturi XO. libant, fundum Gammillaria casalibus undique valatum, cum suis terminibus, sicut textus donationis designat, aptum servis Domini Ravenati terr. situm, fertilem, fecundum ignis ad usum lignamen, & suetl, quod pabulent silvarum glandifera poma, dans scæ. eccl. commutata ad vicem loca fundum tregintuia faventin. terr. constituto, atque fundum pitrulis cornil. terre. jacenem; simulque argenti quater dena pundera mundum, quod sibi legitime genitorum contulit jura, ut sit ilivatum, nec revocetur unquam, quod uhc collegio monachorum stipendiis ad vicem cessit, ex cujus reditibus præparentur a feaviles dapes his qui ejus nomini annuæ coluerint, diem quo jusso dominantis migraverit ad cælestia regna. Hoc quoram concilio statuit atque firmavit, ut si quis successor sedis eccleseq. actor vel abba, prepositus hujus venerabilis templi prænominat fundum Gammilliaria ex partem vel totum per quovis ingenio, abusum sevor. Dom. hic deservientium alienare præsumpserit vel commutare aut per enfuteuseos chartus a largire æternam condemnationem sustineat cum traditore Juda, & his qui petierit, & qui largire temtaverit constrictus anatematis vincus Scor. tercentor. dec. & octo Patrum.

ANNO CHRISTI 714.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA GREGORII PAPÆ II.

Dantur variantes ex cod. Luc. 490.

GRegorius [a] (*a*) II. natione Romanus, ex patre Marcello, sedit annos (*b*) XVI. menses * octo, dies viginti. (*c*) Fuit autem temporibus Anastasii, Theodosii, Leonis, atque Constantini Augustorum. Hic a parva ætate in patriarchio nutritus (*d*) sub sanctæ memoriæ domno Sergio papa, subdiaconus atque * (*e*) sacellarius factus, bibliothecæ * illi est cura commissa, deinde ad diaconatus ordinem provectus est. Et cum viro sancto Constantino pontifice ad regiam profectus est urbem (*f*) atque a Justiniano principe inquisitus, de quibusdam capitulis optima responsione unamquamque solvit quæstionem. Erat enim vir castus, divinæ scripturæ eruditus, facundus loquela, & constans animo, ecclesiasticarum rerum defensor, & * contrariis fortissimus impugnator. (*g*) [b] Hic exordio pontificatus sui carcarias decoqui jussit, & * a porta sancti Laurentii inchoans hujus civitatis muros restaurare decreverat, & aliquam partem faciens, emergentibus incongruis variisque tumultibus præpeditus est. [c] Hujus temporibus Joannes Constantinopolitanus antistes synodicam (*h*) ei misit, atque ad eum rescriptis idem usus est pontifex. [d] Hic (*i*) maximam partem basilicæ beati

9. dies 11.

facellarius curam susceptt

contrario.

rum

porticu

(*a*) deest II. (*b*) *xv. menses octo, dies xxii.* (*c*) *Fuit....* Hic desunt omnia. (*d*) sub.... papa desunt. (*e*) *sacellarius.... deinde* desunt. (*f*) *atque.... Erat* desunt. (*g*) *Hic.... præpeditus est* desunt. (*h*) *et* deest. (*i*) *trabes in basilica beati Pauli apostoli vetustate quassatas mutavit, & maximam cooperuit partem basilicæ, quæ ceciderat, & altare a novo refecit.*

ti * Pauli apoſtoli, quæ ceciderat, allatis de Calabria trabibus cooperuit, & altare a novo fecit, & ciborium argenteum quod fuerat ruina quaſſatum *. Sancti Laurentii pariter eccleſiam foris muros ſitam, quæ trabibus confractis ruinæ jam erat vicina, reparavit, atque aquam fiſtulis compaginatis poſt multum tempus in eamdem eccleſiam reduxit, diverſaſque (a) eccleſias in ruinis poſitas innovavit, quas per ordinem dicere longum eſt. * Hic in Germania per Bonifacium epiſcopum verbum ſalutis prædicavit, & gentem illam ſedentem in tenebris doctrina lucis convertit (b) ad Chriſtum. Hic monaſteria, quæ * ſecus baſilicam ſancti Pauli erant, ad ſolitudinem deducta, innovavit, atque ordinatis ſervis Dei monachis congregationem poſt longum tempus conſtituit, ut (c) ibidem die noctuque Deo redderent laudes. Hic * Gerocomium, quod (d) poſt abſidam ſanctæ Dei genitricis ad præſepe ſitum eſt, monaſterium inſtituit. Atque monaſterium ſancti Andreæ apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum deſertionem, * in (e) quo nec unus * habebatur monachus, (f) adſcitis monachis ordinavit, ut utraque monaſteria ad ſanctam Dei genitricem ſingulis diebus atque noctibus Deo laudes canerent. Eo tempore Luitprandus rex donationem patrimonii Alpium * Cotziarum, quam Aripertus rex fecerat, hicque repetierat, admonitione tanti viri vel increpatione redditam confirmavit. (g) Hujus temporibus ſignum in luna factum eſt indictione XIV. & vila eſt cruentata uſque ad mediam noctem. Eo itaque tempore * Teodo dux gentis * Bajoariorum (h) ad apoſtoli beati Petri limina primus de gente eadem occurrit, orationis voto. Hujus temporibus Anaſtaſius imperator claſſem navium præparatam in partibus Alexandriæ direxit contra a Deo * deſtructos Agarenos, qui ad aliud verſi conſilium, antequam perveniſſent ad deſtinatum locum, ab itinere medio ad regiam regreſſi ſunt urbem, Theodoſium orthodoxum inquirentes imperatorem elegerunt, atque coactum in ſolio imperii confirmaverunt. Anaſtaſius itaque cum civibus, vel quibus potuit de exercitu munitam civitatem Nicæam perrexit, illic cum claſſe in qua Theodoſius fuerat imperator dimicavit, & fere ſeptem millia exercitus ſunt interempta. Cujus Anaſtaſii ſuperata pars verbum jam immunitatis (i) expetiit. Datoque ſibi ſacramento clericus factus, atque presbyter eſt conſecratus. Protinus etiam ut ingreſſus eſt memoratus Theodoſius regiam urbem, imaginem illam venerandam, in qua ſanctæ erant ſex ſynodi depictæ, & a Philippico nec dicendo fuerat depoſita, * in priſtino erexit (k) loco, ita ut hujus fidei fervore omnis ab eccleſia ceſſaret quæſtio. Eo autem tempore fluvius, qui appellatur Tiberis, alveum ſuum egreſſus, ſeſe per campeſtria dedit, intumuit etiam inundatione aquarum multarum, & per portam, quæ Flaminia dicitur, * ingreſſus eſt. Tranſcendit interea aliquibus in locis, & muros urbis, atque ultra baſilicam ſancti Marci per plateas ſe extendit, ita ut in via lata ad unam & ſemis ſtaturam aqua ejuſdem fluminis excreviſſet, atque a porta beati Petri apoſtoli uſque ad pontem Milvium aquæ ſe diſtenderent, & juxta remiſſa * in ipſius fluminis alveum ſe dedit. Domos itaque evertit, agros diſſipavit eradicans arbuſta & ſegetes. (l) Nam nec ſerere ipſo potuit tempore pars maxima Romanorum. Pro hoc imminebat tribulatio magna. Per dies autem ſeptem aqua Romam tenebat pervaſam. A domno itaque papa litaniæ crebro fiebant. Cumque in oratione & litaniis perſiſteret, poſt octavum jam diem miſertus Deus aquam amovit, & fluvius ad proprium regreſſus eſt alveum (m) per decimam quintam indictionem. Cumanum etiam caſtrum ipſo fuerat tempore a Longobardis pacis dolo pervaſum. Quo audito omnes ſunt redditi (n) triſtes. Adhortans etiam ſanctiſſimus pontifex, & commonens Longobardos ut redderent; qui ſi non acquieſcerent, in iram ſe divinam incidere pro dolo quem fecerant, ſuis ſcriptis (o) * deteſtabatur: nam & munera eis dare ut reſtituerent voluit multa. Sed illi turgida mente neque monitis audire, nec reddere ſunt paſſi. Unde nimis idem ſanctus indoluit pontifex, ſeſeque ſpei contulit divinæ, atque in munitione ducis Neapolitani & populi vacans, ducatum eis qualiter agerent quotidie ſcribendo * præſentabat. Cujus mandato obedientes conſilio inito mœnia ipſius caſtri * virtute ſub nocturno ingreſſi ſunt ſilentio: Joannes ſcilicet dux cum Theodimo ſubdiacono, & * rectore, atque exercitu, & Longobardos pene trecentos cum eorum * caſtaldione interfecerunt, vivos etiam amplius quingentos comprehendentes captos Neapolim duxerunt. Sic caſtrum recipere potuerunt. Pro cujus redemptione ſeptuaginta auri libras ipſe ſanctiſſimus papa, ſicut promiſerat antea, dedit. Hic Jeruſalem eccleſiam ſanctam, quæ multo fuerat (p) detecta tempore, & circumquaque porticus vetuſtate quaſſatas trabibus deductis cooperuit ac reparavit. Ambonem etiam marmoreum in eadem eccleſia fecit, eamque diverſis ditavit linteis, atque miniſteriis. Eodem tempore nefanda Agarenorum (q) gens, cum jam Hiſpaniarum provinciam per decem tenerent annos pervaſam, undecimo anno Rhodanum conabantur fluvium tranſire, ad Francias occupandum, ubi Eudo præerat. Qui facta Francorum generali * motione contra Saracenos, eos circumdantes interfecerunt. Trecenta enim ſeptuaginta quinque millia uno ſunt die interfecti, (r) ut ejuſdem Eudonis Francorum ducis miſſa pontifici epiſtola continebat. Mille tantum quingentos ex Francis fuiſſe mortuos in

ANNO CHRISTI 714.
* Petri * reſtituti.
Sanctus Bonifacius mittitur in Germaniam.
citca
* Gerontocomium.
* in quibus * habitabat
Luitprandus Alpium Cotziarum donationem confirmat.
* Cotziarum,
* Theodo * Baugariorum
* deſtruendos
Theodoſius in imperator.
Anaſtaſius imperator in presbyter
* In priſtinum erexit locum atque ſuum,
ANNO CHRISTI 714.
* egreſſus
* remiſſa eſt eidem fluminis ſe dedit.
* proteſtabatur:
* præſtabat
* verſuti
* correctore
* caſtaldo
* motione

(a) baſilicas. (b) ad Chriſtum, & maximam partis gentis ejuſdem ſancti baptiſmatis lavit unda. Ipſeque ſanctiſſimus Papa monaſteria &c. (c) ut tribus per diem vicibus & nocte matutinum & hymnos dicerent. (d) juxta eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis ad præſepium eſt, monaſteriumque juxta appoſitum ſancti Andreæ apoſtoli &c. (e) in quibus. (f) reſtaurans monachos facient ordinavit ut III. VI. IX. lectione matutinos in eadem eccleſia ſanctæ Dei Genitricis quotidianis agerent diebus. & manet nunc uſque pia ejus ordinatio. Eo &c. (g) Quartadecima tunc indictione ſignum &c. (h) cum aliis gentis ſuæ ad &c. (i) expedit. (k) titulo atque loco. (l) ipſo tempore pars maxima Romanorum pro hoc tribulatio. (m) deeſt per decimam quintam indictionem. (n) triſtes de caſtri perditione. (o) proteſtabatur. (p) diſtecta. (q) gens ad locum qui ſeptem dicitur tranſfretantes Spania ingreſſi, maximam hoc ciſſerunt partem cum eorum rege, reliquos omnes ſubdiderunt cum ſuis bonis, & ita eamdem provinciam annis poſſederunt x. Undecimo vero anno generalis facta Francorum motio contra Saracenos circumdantes interemerunt. Trecenta &c. (r) ut Francorum miſſa pontifici.

ANNO CHRISTI 714.

in eodem * bello dixerunt. Adjiciens quod anno præmisso in benedictionem a prædicto viro eis * directis tribus spongiis, quibus ad usum mensæ pontificis apponuntur, (*a*) in hora qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniæ princeps populo suo per modicas partes tribuens ad sumendum (*b*) eis, nec unus vulneratus est, nec mortuus ex his qui participati sunt. (*c*) Eo quoque tempore in Campaniæ partibus combustum triticum, hordeum, seu legumina quasi pluvia in loco quodam e cælo missa sunt. Hic quadragesimali tempore ut in quinta feria (*d*) jejunium atque missarum celebritas fieret in ecclesiis, quod non agebatur, instituit. Oratorium (*e*) sane in patriarchio in nomine beati Petri apostoli (*f*) diversis ornatum metallis a novo * refecit, (*g*) & circumquaque altaris parietes deargentavit, ac depinxit duodecim apostolos, qui pensant libras centum & octuaginta. 8 Illis interea diebus Constantinopolis biennium est a * nec dicendis Agarenis obsessa. Sed Deo eis contrario maxima illic eorum parte fame ac bello interempta confusi recesserunt Leone principe. * Nam & ejusdem civitatis populum trecenta dictum est millia (*b*) diversi sexus & ætatis fuisse necessitate vastatum pestilentiæ. (*i*) Eo namque tempore moribus certe Honesta & nomine pontificis mater ab hac vita subtracta est. Post cujus obitum Gregorius domum propriam in honorem sanctæ Christi martyris Agathæ additis a fundamento cœnaculis, vel quæ * monasterii erant necessaria a novo construxit. Prædia * illic urbana vel rustica pro monachorum obtulit necessitate. (*k*) Fecit autem in eadem ecclesia beatæ Agathæ ciborium ex argento, quod pensat libras * septingentas & viginti, arcus argenteos sex pensantes singulos libras quindecim. Canistra decem pensantia singula libras duodecim, & alia dona multa largitus est. Eo tempore castrum est Narniæ a Longobardis pervasum. h Rex vero Longobardorum Luitprandus generali motione facta Ravennam progressus est, atque illam obsedit per dies aliquot, & castrum pervadens classes captas abstulit plures, & opes abstulit innumeras. i Post aliquot * dies Basilius dux, Jordanes chartularius, & Joannes subdiaconus cognomento Lurion consilium inierunt, ut pontificem interficerent. Quibus assensum Marinus imperialis spatharius, qui Romanum ducatum tenebat, a regia missus urbe imperatore mandante hoc probavit, sed tempus invenire non potuerunt: quia Dei judicio dissolutus & contractus est, & sic a Roma recessit. Postmodum Paulus patricius & exarchus missus in Italiam est. Qui denuo, ut hoc scelus perficerent, meditabantur. Quorum consilium Romanis patefactum est, qui * morte cuncti Jordanem interfecerunt & Joannem Lurionem. Basilius vero monachus factus, in loco quodam retrusus vitam finivit. (*l*) Paulus vero exarchus imperatoris jussione eumdem pontificem conabatur interficere, eo quod censum in provincia ponere præpediebat, & cogitaret suis opibus ecclesias denudare, sicut in cæteris actum est locis, atque alium in ejus ordinare loco. Post hunc spatharius cum jussionibus missus est alter, ut pontifex a sua sede amoveretur. Denuo Paulus patricius ad perficiendum tale scelus, quos seducere potuit ex * Ravenna cum suo comite, atque ex castris aliquos misit. Sed motis Romanis, atque undique Longobardis pro defensione pontificis, in Salario ponte Spoletini, atque hinc inde duces Longobardorum circumdantes Romanorum fines hoc præpedierunt. Jussionibus itaque postmodum missis decreverat * imperator, ut nulla imago cujuslibet sancti aut martyris, aut angeli, ubicumque haberetur * maledicta enim omnia asserebat: & si acquiesceret in hoc pontifex, gratiam imperatoris haberet: si & hoc fieri præpediret, a suo gradu * decideret. Respiciens ergo pius vir profanam principis jussionem, jam contra imperatorem quasi contra hostem se armavit, renuens hæresim ejus, scribens ubique cavere se Christianos, * eo quod orta fuisset impietas talis. Igitur permoti omnes Pentapolenses, atque Venetiarum exercitus, contra imperatoris jussionem restiterunt, dicentes, nunquam se in ejusdem pontificis condescendere nece, sed pro ejus magis defensione viriliter decertare. Ita ut anathemati Paulum exarchum, * vel qui eum direxerat, ejusque consentaneos submittunt, spernentes ordinationem ejus sibi omnes ubique in Italia * duces elegerunt, atque sic de pontificis, deque sua immunitate cuncti studebant. Cognita vero imperatoris nequitia, omnis Italia consilium iniit, ut sibi eligerent imperatorem, & Constantinopolim ducerent. Sed compescuit tale consilium pontifex, sperans conversionem principis. Ipsis interea diebus Exhilaratus dux (*m*) Neapolis deceptus diabolica instigatione (*n*) cum filio suo * Hadriano Campaniæ partes tenuit, seducens populum, ut obedirent imperatori, & occiderent pontificem. Tunc Romani omnes eum secuti comprehenderunt, & cum filio suo (*o*) interfecerunt. * Post hunc & Petrum ducem, * dicentem contra pontificem imperatori scripsisse, turbaverunt. Igitur dissensione facta in partibus Ravennæ, alii consentientes * impietati imperatoris, alii cum pontifice & fidelibus se tenentes, * intra eos contentione mota, Paulum patricium occiderunt. Longobardis vero Æmiliæ castra * Ferroriani, (*p*) Montebelli, Verablum cum suis opidis Buxo & * (*q*) Pernicteta, Pentapolis quoque & Auximana civitas se tradiderunt. Post aliquod vero tempus Eutychium patricium eunuchum, (*r*) qui dudum exarchus fuerat, Neapolim misit imperator, ut illud, quod exarchus Paulus, spatharii quoque, & cæteri malorum consiliatores facere nequiverunt, perficeret ille: sed nec sic * innuente Deo latuit miserabilis dolus, sed claruit cunctis pessimum consilium, * quia Christi violare conabantur ecclesias, & perdere cunctos, atque diripere * omnium bona. Cumque mitteret hominem proprium

libello dicebat. directa

fecit

non nominandis

De populo vero ejusdem civitatis ccc. millia diversæ ætatis pestilentia vastante periere.

monasterio illi

ab.

Ravenna capta a Longobardis.

tempus

Ravennatibus

Leo imperator,

sed omnes jusserat deponi & incendi: discederet.

quæ orta fuisset impietatem.

qui illud edictum direxerat, mori eligerent,

Andriano

Post hoc

dicentes turbati, quod contra pontificem quoque scripsisset.

pravitati

inter

Frentana, Montella, Venafrum.

Perficeda, al. Præcutio,

jubente

quo

omnia loca.

(*a*) *Intra quo.* (*b*) *ex eis.* (*c*) *Eo quoque... Hic* desunt. (*d*) *jejunium atque* desunt. (*e*) *Osanna.* (*f*) *diversisque.* (*g*) *& circumquaque... Illis* desunt. (*h*) *diversæ ætatis.* (*i*) *eo namque... Subtracta est* desunt omnia. (*k*) *fecit autem... Obtulit necessitate* desunt omnia, tum sic additur: *atque ciborium in eadem sanctæ Agathæ ecclesia a novo construxit. Eo tempore &c.* (*l*) Post hæc verba sequentia sic leguntur in nostro cod.: *illis diebus imperatorum jussione Paulus patricius, qui exarchus fuerat eumdem &c.* (*m*) *Neapolis* deest. (*n*) *consilio suo Hadriano. (o) occiderunt, dicentes quod contra pontificem imperatori scripsissent. Orbaverunt post hunc & Petrum ducem. Igitur &c.* (*p*) *Montesselli.* (*q*) *Pergiceda* (*r*) *qui dudum exarchus fuerat* deest.

prium Romam cum scriptis suis, in quibus continebatur, ut pontifex occideretur cum optimatibus Romæ; agnita crudelissima * insania, protinus ipsum patricium missum occidere voluerunt, nisi defensio pontificis nimia prępedisset. Verum eumdem anathematizaverunt Eutychium exarchum, (*a*) sese magni cum parvis constringentes sacramento nunquam pontificem Christianæ fidei zelotem, & ecclesiarum defensorem se permittere noceri, aut amoveri, sed mori pro illius salute essent omnes parati. Munera tunc hinc inde ducibus Longobardorum & regi * pollicentes plurima, ut ab juvamine desisterent pontificis, per suos legatos patricius ille suadebat. Qui * rescriptis detestandam viri dolositatem despicientes, una se quasi fratres fidei catena constrinxerunt Romani atque Longobardi, desiderantes cuncti mortem pro defensione pontificis sustinere gloriosam, nunquam illum passuri perferre molestiam; pro fide vera, & Christianorum * certantem salute. His ita se habentibus elegit majus præsidium * pater ille distribuere pauperibus largissima manu quæ reperiebat, incumbens orationibus & jejuniis, & litaniis Deum quotidie deprecabatur. Et spe ita manebat semper fultus plusquam hominum, gratias tamen voluntati populi referens pro mentis proposito, blando omnes sermone, ut bonis in Deum proficerent actibus, & in fide persisterent, rogabat. Sed ne desisterent ab amore, vel fide Romani imperii, admonebat, sic cunctorum corda molliebat, & dolores continuos mitigabat. Eodem tempore per (*b*) 11. indictionem dolo a Longobardis pervasum est (*c*) Suerienſe castellum, quod per * centum quadraginta dies ab eisdem Longobardis possessum est. Sed pontificis multis continuis scriptis atque commonitionibus ad regem missis, quamvis multis datis muneribus, * saltim omnibus suis nudatum opibus castrum donationem beatissimis apostolis Petro & Paulo antefatam emittens Longobardorum rex restituit atque donavit. (*d*) Eo autem tempore indictione 12. mense Januario, per decem & amplius dies, stella quæ * antifer vocitatur, cum radiis in cælo apparuit in * occiduo, cujus radii partes Aquilonis respiciebant, & usque ad medium cælum se extendebant. Eo vero tempore sæpius dicti Eutychius patricius, & Luitprandus rex inierunt consilium nefarium, ut congregatis exercitibus rex subjiceret duces Spoletanum & Beneventanum, & exarchus Romam, & quæ pridem de pontificis persona jussus fuerat impleret. Qui rex Spoletum veniens, susceptis ab utrisque ducibus sacramentis atque obsidibus, * cum tota sua cohorte in Neronis campum secessit. Ad quem egressus pontifex, eique præsentatus, studuit, ut potuit, regis mollire animum commonitione pia, ita ut se prosterneret ejus pedibus, & promitteret se nulli inferre læsionem: atque sic ad tantam compunctionem piis monitis flexus est, (*e*) ut quæ fuerat indutus arma exueret, & ante corpus apostoli poneret (*f*) mantum * armillausiam, balteum, spathani atque ensem deauratum, nec non coronam auream, & crucem argenteam. (*g*) Post orationem factam obsecravit pontificem, ut memoratum exarchum ad pacis concordiam suscipere dignaretur, quod & factum est. Et sic recessit rege declinante a malis, quibus inierat consilium cum exarcho. Igitur exarcho Romæ moranti venit in partibus Tusciæ in castrum * Manturianense quidam seductor Tiberius nomine, cui cognomen erat Petasius, qui sibi regnum Romani imperii usurpare conabatur, leviores quoque decipiens, ita ut Mantuarianenses, Lunenses, atque * Bledani sacramenta præstitissent. Exarchus vero hæc audiens turbatus est, quem sanctissimus papa confortans & cum eo proceres ecclesiæ mittens, atque exercitus, profecti sunt. Qui venientes in Mantuariensi castello ibidem Petasius interemptus est. Cujus abscissum caput Constantinopolim ad principem missum est, & nec sic Romanis plenam gratiam largitus est imperator. Nam [k] post hæc claruit ejusdem imperatoris malitia, pro qua persequebatur pontificem, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam * virtute, quamque blandimentis, ut deponerent ubicumque haberentur, imagines tam salvatoris, quamque ejus genitricis sanctæ, vel omnium sanctorum, easque in medio civitatis, quod dicere crudele est, igni cremarent, & omnes dealbarent depictas ecclesias. Et quia plerique ex ejusdem civitatis populo tale scelus fieri præpediebant, aliquanti capite truncati, alii * partem corporis excisi, pœnam pertulerunt. (*b*) Pro qua causa etiam Germanum sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ antistitem, eo quod ei consensum præbere noluisset, pontificatu privavit * idem imperator, sibique complicem Anastasium presbyterum in ejus * loco constituit. Qui missa Romam synodica dum tali hæresi eum consentientem reperiret, vir sanctus non censuit eum fratrem aut consacerdotem solito vocari, sed rescriptis commonitoriis, nisi ad catholicam converteretur fidem, etiam extorrem a sacerdotali officio esse mandavit. Imperatori quoque suadens salutaria, ut a tali execrabili miseria declinaret scriptis commonuit. (*i*) Hic fecit calicem aureum præcipuum diversis ornatum lapidibus pretiosis, pensantem libras triginta: similiter & patenam auream pensantem libras viginti octo & semis. Hic dimisit omni clero, monasteriis, diaconiæ, & mansionariis, solidos duo millia, centum sexaginta. Et ad luminaria beati Petri apostoli solidos mille. Hic fecit ordinationes quinque, (*k*) quatuor per mensem Septembrem, & unam mense Junio, presbyteros triginta quinque, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca (*l*) centum quinquaginta.

Qui

ANNO CHRISTI 714.

* sententia Romani protinus ipsius patricii missum

* pollicens

* ex scriptis

* certantes

* papa

* 40 dies

* tamen

* aurifer *for.* lucifer

* occidente.

* cum omni exercitu

* armillas *vel* armillariam,

* Mantuarianense. *al.* Maturancense.

* Blerani

Occisi ob cultum imaginum.

* vi,

* in aliqua parte

* idem

* locum

(*a*) *sed se magni cum minoribus constringentes Sacramento &c.* (*b*) deest II. (*c*) *Sutrinense.* (*d*) *Post aliquod tempus idem rex generalit facta motione, ut subjiceret duces Spoletinum & Beneventanum, susceptisque ab ipsis ducibus Sacramentis, atque obsidibus, cum toto suo hoste in Neronis campum conjunxit. Ad quem &c.* (*e*) *ut qui fuerat indutus exueret.* (*f*) *mantum.... Post* desunt. (*g*) *Postque facta oratione recessit. Conjunxerat enim plurimos Romam, ut illa quæ imperator mandabat cum exarcho implere. Sed commentus per blanda suasione pontificis non expedire, tunc ad partem flexus salutis illa fecit quæ instituus est, nec consensit pravis consiliis, & recessit mitis, qui venerat ferus. Sic compressa est adversantium malitia, rege declinante a malis quæ inierat consiliis, pro qua persequebatur pontificem, ita ut compelleret &c.* (*b*) *Eodem tempore Germanus patriarcha a propria exclusus est sede imperatoris nequitia, sibique &c.* (*i*) *Hic fecit.... Mille* desunt. (*k*) *quatuor..., Junio* desunt. (*l*) CLIX.

ANNO CHRISTI 714.

Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die tertio Idus Februarii indictione 14. (*a*) Leone & Constantino imperatoribus. Et cessavit episcopatus dies quinque, mensem unum.

Notæ Severini Binii.

Anno 714. S. Greg. II. sedere cœpisse probatur contra Panuinum.

a Gregorius.) Cum post obitum Constantini pontificis, sedes apostolica 42. dies vacasset, Gregorius ejus nominis secundus, summa concordia totius cleri & populi creatus est pontifex, 22. Maii, anno 714. sub Anastasio imperatore contra Panuinum in fastis. Probatur illud in primis assertione Anastasii bibliothecarii, qui dum numerat sedis ejus annos sexdecim, menses 8. dies 10. dicitque eumdem 11. Februarii mortuum esse, necesse est affirmare eum anno 714. sedere cœpisse. Idem confirmat, dum scribit Joannem Constantinopolitanum episcopum ad Gregorium litteras scripsisse. Quod si verum est, Gregorium prædicto tempore pontificatum tenuisse plane est concedendum. Nam auctore Theophane constat prædictum Joannem episcopatu suo amotum fuisse ab Anastasio imperatore anno imperii illius secundo, qui est Christi 714. Hic pontifex perperam a Græcis antiquioribus & Latinis quibusdam etiam recentioribus Dialogus cognominatur, cum a scriptis dialogorum libris hoc toti Gregorio I. vere conveniat. Gennadius in expositione pro concilio Florentino cap. 5. sect. 16. & cap. 3. sect. 5. & 6. vel inter duos Gregorios ejus nominis pontifices non distinguit, vel utrumque hoc nomine appellandum esse male existimavit. Nam dicto cap. 5. Gregorium II. cap. autem 3. Gregorium I. Dialogum cognominat. Vide Baronium anno 726. num. 31.

Uter duorum Gregoriorum I. an II. Dial. cognominatus fuerit?

b Hic exordio pontificatus sui calcariat decoqui jussit.) Idque metu Longobardorum qui urbi insidiabantur. Vide Baronium anno 715. numero 2.

c Hujus temporibus.) Joannes Constantinopolitanus episcopus hæreticus a Philippico imperatore intrusus, ab Anastasio imperatore episcopatu amotus est, anno, ut scribit Theophanes, Anastasii secundo. Substitutus est in locum amoti sanctus Germanus filius Justiniani patricii, quem post annos sedis 15. Leo imperator Iconoclasta in exilium relegavit, ut infra dicemus. Epistolam synodicam hominis hæretici Gregorius sine dubio repudiavit: hocque apud Anastasium imperatorem egit, ut pseudopatriarcham throno suo dejiceret. Vide Baronium anno 714. num. 3.

d Hic maximam partem basilicæ.) Anno pontificatus sui tertio, quando a tumultibus bellicis paululum cessaretur. Vide Baronium anno 716.

e Hic in Germania per Bonifacium.) De rebus a sancto Bonifacio Germaniæ parte, apostolo & martyre, præclare gestis plura reverendus & doctissimus Nicolaus Serarius societatis Jesu theologus, in historia Moguntiaca, lib. 3.

f Eo tempore Luitprandus.) Eadem Beda & Paulus diaconus & Oldradus in epistola ad Carolum magnum, ubi tradit hæc primo anno Luitprandi ab ipso facta fuisse.

g Illis interea diebus Constantinopolit.) De Constantinopoli biennio sive triennio a Saracenis obsessa, auxilioque Deiparæ Virginis liberata, post Bedam & Paulum diaconum plura Theophanes. Ejusdem meminit sanctus Gregorius infra epistola ad sanctum Germanum episcopum Constantinopolitanum.

Luitprandus rex sacrilegium imperatoris vindicat.

h Rex vero Longobardorum Ravennam obsedit.) Luitprandus Longobardorum rex in sacrilego imperatore detestatus quod Salvatoris imaginem venerandam deturbasset, indignumque ratus ut catholicis imperaret, qui bellum Christo indixisset, hæc contra ipsum bellico conatu peregit. Paulus diaconus lib. 6. c. 14. vel 48. novæ editionis. Gregorius epistola ad Leonem. Rogata pontificis Veneti Ravennam recuperaverunt, & invasionibus Longobardorum in gratiam imperii obstiterunt, ut videre est apud Anastasium in verbis sequentibus, & epistola Gregorii ad Ursum ducem Venetiarum scripta, quæ extat infra. Ita pontifex cupiens imperatorem beneficiis ab errore avocare, literas ad eum scripsit; quarum occasione deinceps in oriente a Theophane & Zonara Græcis scriptoribus, quod vulgo ferebatur, scriptum fuit sanctum Gregorium Italos ad defectionem ab imperio concitasse. Sed accidit illud magna cum injuria sanctissimi pontificis; qui, teste Anastasio, rebellantem populum cohibuit, neve ab imperatore recederent continuit. Vide Baronium anno 726. numero 26. & 27.

Leo imperator pontifices vitæ aliquoties frustra insidiatus est.

i Post aliquot dies Basilius dux,) Cum Leonem Iconoclastam Gregorius non tantum per litteras binas, * in principio concilii Nicæni II. editas, sed etiam per legatos quos ferus barbarus, teste Nicolao pontifice in epistola ad Michaelem, contra jus gentium in carcerem detrusos exilio damnavit, ab errore avocare conatus fuisset; firmo proposito decrevit impius imperator pontificem neci tradere. Tentavit illud sexies ferro, semel muneribus & auro. Verum contra Dei præsidio munitum frustra, ut videre est supra apud Anastasium. Cumque totiens proposito frustratus necdum desisteret; merito tunc pontifex, quod ait Zonaras, cum Carolo Martello Francorum rege tale fœdus iniit, ut, si opus foret, contra imperatorem Romanæ ecclesiæ defensionem præberet. Quo fœdere inter pontificem & Carolum prudenter inito metu Caroli, qui ob ingentes victorias magni nominis erat, ab incursu Italiæ imperator abstinuit.

* infra p. 651.

k Post hæc claruit imperatoris malitia.) Cum Leo imperator piis monitis sancti Gregorii pacæ non modo non obtemperaret, sed potius eam tyrannidem, quam hic Anastasius describit, in oriente contra orthodoxos exerceret; tunc demum factum est, quod scribunt in annalibus suis Theophanes, Cedrenus, & Zonaras, ut idem pontifex eumdem imperatorem, velut plane impœnitentem hæreticum cognitum & declaratum, anathemati subjecerit, omnesque imperii subditos in Italia ab ejus obedientia recederet adhortatus fuerit. Quo facto sanctissimus pontifex clarissimus posteris suis reliquit exemplum, ne in ecclesia Christi regere permittantur hæretici principes, si frequenter moniti errori pertinaciter adhærescant.

Leo imperator a pontifice excommunicatur & deponitur.

I. AD BONIFACIUM PRESBYTERUM.

Potestatem illi facit ut fidei mysterium incredulis gentibus annunciet.

Gregorius servus servorum Dei Bonifacio religioso presbytero.

EXigit manifestata nobis religiosi propositi tui pie in Christo flagrantis intentio, & approbata sinceritissimæ fidei tuæ perlata relatio, ut ad dispensationem verbi divini, cujus per gratiam Dei curam gerimus, te comministro utamur. Experientes proinde te ab infantia sacras literas didicisse, profectusque indolem ad augmentum crediti cælitus talenti prospectu divini amoris extendere: videlicet gratiam cognitionis cælestis oraculi in laborem salutiferæ prædicationis, ad innotescendum gentibus incredulis mysterium fidei, instanti conatu expendere; collætamur fidei tuæ, & adjutores effici cupimus gratiæ prærogatæ. Igitur quia præmissi conatus pium affectum, usque ad apostolicæ sedis modesta prævisione perduxisti consultum, ut membrum ex membro proprii corporis caput requirens, motum mentis probares, capitisque arbitrio te humiliter submittens, & ejus directione justo tramite properans solidari, compaginis plenitudo existas: Ideo in nomine indivisibilis Trinitatis, per inconcussam auctoritatem beati Petri apostolorum principis, cujus doctrinæ magisterii dispensatione fungimur, & locum sacræ sedis administramus, modestiam tuæ religionis instituimus, atque præcipimus, ut in verbo Dei, quo igne salutifero, quem Dominus mittere venit in terram, enitere videris, ad gentes quascumque infidelitatis errore detentas properare Deo annuente potueris, mysterium regni Dei per insinuationem nominis Christi Domini Dei nostri veritatis suasione designes: & per spiritum * virtutis, & dilectionis, ac sobrietatis, prædicationem utriusque testamenti mentibus indoctis consona ratione transfundas. Disciplinam denique sacramenti, quam ad initiandos Deo prævio credituros tenere studes, ex formula officiorum sanctæ nostræ sedis apostolicæ, institutionis tuæ gratia prælibata, volumus ut intendas. Quod vero actionis susceptæ tibi deesse perspexeris, nobis ut * volueris intima-

* *Edit. Rom* veritatis

* valueris

(*a*) *Leone & Constantino imperatoribus* desunt.

timare curabis. Bene vale. Data Idibus Maji, imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno tertio imperii ejus, indictione * undecima.

ANNO CHRISTI 714. * secunda

Indiculus sacramenti quod Bonifacius Romæ, cum episcopus ordinaretur, edidit, & manu sua scriptum obtulit.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante domno Leone a Deo coronato magno imperatore anno VI. post consulatum [1] ejus anno VI. sed & Constantino magno imperatore ejus filio anno IV. indictione VI. Promitto ego Bonifacius, Dei gratia episcopus, tibi beato Petro apostolorum principi, vicarioque tuo beato Gregorio papæ, & successoribus ejus, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Trinitatem inseparabilem, & hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem sanctæ fidei catholicæ exhibere, & in unitate ejusdem fidei Deo operante persistere, in qua omnis Christianorum salus sine dubio esse comprobatur: nullo modo me contra unitatem communis & universalis ecclesiæ suadente quopiam consentire; sed, ut dixi, fidem & puritatem meam atque concursum tibi, & utilitatibus ecclesiæ tuæ, cui a Domino Deo potestas ligandi solvendique data est, & prædicto vicario tuo, atque successoribus ejus per omnia exhibere. Sed & si cognovero antistites contra instituta antiqua sanctorum patrum conversari, cum eis nullam habere communionem aut conjunctionem, sed magis, si valuero prohibere, prohibebo: sin minus, fideliter statim domno meo apostolico renunciabo. Quod si, quod absit, contra hujus promissionis meæ seriem aliquid facere quolibet modo, seu ingenio vel occasione tentavero, reus inveniar in æterno judicio; ultionem Ananiæ & Sapphiræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere, vel falsum dicere præsumpserunt. Hunc autem indiculum sacramenti ego Bonifacius exiguus episcopus manu propria scripsi, atque ponens supra sacratissimum corpus beati Petri, ita, ut præscriptum est, Deo teste, & judice præstiti sacramentum, quod & servare promitte.

A B C D

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Leonis anno* VI) Ita in codice Rhemensi, & in Pithœano, male autem in vulgatis anno 7. Leo quippe Isaurus imperium iniit VIII. Kalendas Aprilis, & mox, ut conjectura est, consulatum proximis Kalendis, anno Christi 717. indictione XV. Bonifacius porro episcopus, ut ejus vitæ historia docet, consecratus est pridie Kalendas Decembres, indictione VI. Quare annus is erat imperii & consulatus Leonis sextus, non septimus, Christique annus 722. non, ut aliis placet, 723. tum enim mense Novembri septima fuisset indictio.

II. AD CAROLUM DUCEM, MAJOREM DOMUS REGIÆ FRANCORUM.

E

Commendat Bonifacium, ut illi faveat in suscepto ministerio.

Domino glorioso filio [1] Carolo duci Gregorius papa.

COmpertimus te, [in Christo dilectissime, religiosæ mentis affectum gerere in multis opportunitatibus, debito salutis præmisso, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati, præsentem fratrem Bonifacium, fide & moribus approbatum a nobis episcopum consecratum, atque institutionibus sanctæ sedis apostolicæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ generali solicitudine informatum, ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diversis in orientali Rheni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiæ obscuritatibus præpeditis, necessario destinare. Pro quibus eum glorioſæ benevolentiæ tuæ omnimodo commendamus, ut eum in omnibus necessitatibus adjuvetis, & contra quoslibet adversarios, quibus in Domino prævaletis, instantissime defendatis; certissime retinentes, Deo vos exhibere quæcumque huic promptissimo impenderitis favore, qui sanctis apostolis suis ad lucem gentium destinatis, a suscipientibus eos se suscipiendum prædixit: quorum institutionibus per nos informatus prædictus antistes, in sortes prædicationis procedit.

ANNO CHRISTI 714.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1. *Carolo duci*) Sic appellat Carolum Martellum, qui tum major domus erat Theodorici II. regis. Extat inter sancti Galli veteres chartas hujusmodi subscriptio: *Fect mense Junio, quinto Kalendas Julias, in anno decimoquinto, regnante domino nostro Theodorico rege supra Carolum majorem domus.* Post Theodorici vero regis obitum, quod memorabile est, nec a scriptoribus nostris observatum, solus sine rege imperavit Carolus idem annos, ut in codice Tiliano reperi, novem, ut in alio Rhemensi, septem. Quo tempore, quia rex nullus erat, in actis publicis annos a Theodorici regis excessu lapsos annotabat, ut in Sandionysianis Caroli ipsius tabulis videre est, quibus Clipiacum villam dat monasterio sancti Dionysii: *Actum Careciaco villa in palatio, mensis Septembris die decimoseptimo, anno quinto post defunctum Theodoricum regem. Signum illustris viri Caroli majoris domus, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Interregni illius, quod ad nostratis historiæ intelligentiam apprime necessarium videtur, primus, quod hactenus viderim, rescierimve, meminit R. P. Jacobus Sirmondus mox laudatus, & post eum R. P. Dionysius Petavius libro 8. partis primæ Rationarii temporum, Aubertus Miræus in notitia ecclesiarum Belgii & in chronico, Andreas Duchesnius in programmate genelogico regum Franciæ, aliique, sed in eo a veritatis aberrarunt tramite, quod Theodorico II. annos duos detraxerint, ejusque mortem alligarint anno æræ Christi 735. & interregni fines non ultra Caroli Martelli mortem produxerint. Nos ut labanti regum Francorum chronologiæ opem ferremus, jam ab aliquot annis, partim in elogiis, partim in miscellaneis nostris historicis, & utroque chronico, quædam antiquitatis venerandæ κειμήλια in medium protulimus, quæ nunc non exiguo lectorum abstrusioris chronologiæ candidatorum emolumento, sub unum aspectum repræsentare aggrediemur.

Ante omnia probandum incumbit Theodericum II. Calensem vulgo dictum, non ante annum Christi 737. vitam finiisse. Quod primo persuadent veteres regum Francorum genealogiæ, quas Duchesnius pagina 781. tomi primi historicorum coætaneorum historiæ Franciæ, aliique publici juris fecerunt, quæque adhuc in tenebris MSS. codicum delitescunt. In iis enim non 15. dumtaxat anni, sed omnino 17. Theoderico huic tribuuntur, quot numerantur ab anno 720. exeunte, aut 721. ineunte, ad annum 737. Deinde idem plane evincit auctor Anonymus, cujus tractatum de computo ecclesiastico habemus in membranis jam ab aliquot sæculis exaratum: *A nativitate Domini*, inquit, *usque ad præsentem annum, in quo Theudericus rex Francorum defunctus est* DCCXXXVII. *in quo anno indictione quinta, epacta* XV. *concurr.* I. *lunæ circulum* XIII. XIV. XII. *Kalendas Aprilis, pascha* IX. *Kal. Aprilis, luna* XVII. XXIV. *de annorum* DXXXII. *secundum Græcos cyclo.* Hæc ibi. Accedit huic Fredegarius scholasticus, seu quis alius auctor appendicis ad Gregorii Turonensis historiam adjectæ, qui cum capite seu §. centesimo septimo dixit: *Quo mortuo Theodoricum regem statuerunt in sedem regni, qui nunc locum solii regalis obtinuit, annis vitæ simul præstolatis*, vel quemadmodum corrigendum admonui, *protelatis*, ejusmodi formulis sat dilucide mentem suam expressit, quando finem chronico suo initio anni 736. prima vice imponebat, superstitem adhuc exti-

ANNO CHRISTI 714.

extitiſſe Theodoricum illum regem. Quod vero de anno 736. præmiſi, idem ille auctor capite centeſimo nono appendicis aperte innuit his verbis pag. 771. tomi 1. editionis Duchesnianæ: *Victor cum pace remeavit, opitulante Chriſto rege regum, & domino dominorum. Curricula annorum hactenus reperiuntur ab Adam, vel initio ſæculi uſque diluvium anni 2242. a diluvio uſque Abraham anni 942. ab Abraham uſque ad Moyſen anni 505. a Moyſe uſque ad Salomonem anni 489. a Salomone uſque readificationem templi temporibus Darii regis Perſarum anni 512. a reſtauratione templi uſque ad adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti anni 548. certe ab initio mundi uſque ad paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti anni 5538. a paſſione Domini uſque in iſtum annum præſentem in cyclo Victoris 177. Kal. Januarii die dominica 735.* ſtylo ſcilicet Gallico (nam Romano more Kalendis illis inchoabatur annus a Chriſto nato 736.) *& ut iſtud millenarium compleatur, reſtant anni 265.* (alias, inquit Duchesnius ad oram paginæ citatæ 122. ſed male) eadem habet pene ad verbum Aimoini continuator anonymus capite 54. libri 4. in editione Jacobi Breulii. Unum tamen non oportet omittere, quod præſentem illum annum 735. aſſerat fuiſſe, *decimumnonum principis Caroli*, ab anno ſcilicet 717. quo Vinciaci Raganfredum fudit fugavitque memorabili prælio in omnem poſteritatis memoriam.

Mortuo Theodorico, Carolus Martellus, quamdiu advixit, nullum ſubrogavit regem: atque inde cœpit interregnum in Francia, quod ab anno 737. inchoatum, deſiit ineunte anno 743. poſt ſex ſeptemve annos ſaltem inchoatos. Interregni illius diſerte meminerunt, tum chronicon illud breviſſimum a Theodorico I. rege uſque ad Childericum, cui Pippinus ſucceſſit, quod ex codice MS. cœnobii S. Remigii Remenſis a Sirmondo noſtro deſcriptum edidit Duchesnius pagina 781. tomi 1. hiſtoricorum coætaneorum Franciæ: *Theodoricus regnavit annos* XVII. *annos ſeptem interim alius rex non regnavit: Hildericus rex regnavit annis novem*: quæ omnia belliſſime quadrant, & cum noſtris epilogiſmis paria faciunt, ut nihil accommodatius ad rem noſtram excogitari poſſit: tum aliud quoque haud paulo prolixius chronicon a Clotario II. rege uſque ad Pippini obitum, quod ex MS. codice Tiliano exhibitam reperies eadem pagina apud Duchesnium: ſed in eo omni procul controverſia corrigendum, quod poſt obitum Theoderici Carolo Tuditi novem annos tribuat: quamobrem legendum arbitror: *Theodericus regnavit annos* XVII. *Carolus ſine alio rege imperavit annos* IV: *aut* V. *Childericus regnavit annos* IX. *Pippinus regnavit annos ſedecim cum dimidio*. Idem plane ſenſus fuit Ercamberti in fragmento, quod nobis ſupereſt ex breviario regum Francorum & majorum domus regiæ, extatque eadem pagina tomo primo Duchesnii, aut luxatum graviter in calce, & ab interpunctione vitiata peſſime diſtortum: ſic itaque reſtituo: *Theodericum, filium Dagoberti junioris, Franci in regem ſibi ſtatuunt, qui nutritus in Cala monaſterio erat. Regnavit annis* IV. (non ſex, ut habet excuſum illud fragmentum) *Majordomus ac princeps Carolus, qui jam utraque regna viriliter gubernans, circumquaque cum regibus ac ducibus bella ſemper ſuperando commitens, donec eum omnes vincendo, qui ei contrarii fore videbantur, vincere conſtabat*. Quibus verbis apertiſſime declarat ſe breviarium illud ſuum ſcripſiſſe, vel anno 740. exeunte, vel 741. currente, antequam fato concederet ſub antumnum Carolus Martellus. Hic vero fortiſſimus princeps ac Francorum ſubregulus paulo ante mortem, Clipiacenſem villam donavit regio monaſterio ſancti Dionyſii, in quo conditus poſtea fuit, cujus hæc ſubſcriptio ſententiam noſtram præclare firmat, & velut aureis characteribus illuminat. *Actum Caretiaco villa in palatio, quod fecit menſis September die 17. annum quintum poſt defunctum Theodoricum regem. Signum inluſtro viro Carolo Majoridomus, qui hanc epiſtolam donationis fieri rogavit. S. Illuſtris matronæ Sunechildis conſentientis. S. Griſonis filii ſui conſentientis. Audonus Capellanus ſubſcripſit. Ego Theudericus ſubſcripſi. Crotbgangus juſſus hanc epiſtolam donationis recognovi.* Pene exciderant e memoria tabulæ Roberti comitis Hasbamenſis Lamberti filii, quibus multa confert abbatiæ ſancti Trudonis in Hasbania. Eas recitat Aubertus Miræus cap. 16. notitiæ eccleſiarum Belgicarum, ſed vitioſe conſignat anno Chriſti 745. licet promptum illi fuiſſet ex iis, quæ pagina vigeſima prima ejuſdem notitiæ ex Sirmondo deſcripſerat, errorem illum ſuum agnoſcere, quemadmodum alias monuimus: *Ego Robertus anno quinto poſt obitum Theodorici regis die ſeptimo poſt Kalendas Aprilis legitima traditione dedi ac deputavi quidnam de allodio meo ad baſilicam ſancti Trudonenſis, quæ eſt conſtructa in villa, nomine Sarcinto*, &c. Plura fortaſſis occurrent impoſterum, quæ iis adtexere non erit operoſum, quamquam hæc æquis rerum æſtimatoribus ad fidem faciendam abunde ſufficient.

Quod ad interregni finem attinet, & Childerici III. regis inaugurationem, ne quid huic annotationi deeſſe conqueratur jure merito lector chronologicæ ſubtilitatis amans: hoc mihi videor obſervaſſe a Pippino & Caromanno fratribus uno minimum anno, & aliquot inſuper menſibus poſt Martelli patris obitum, Franciam adminiſtratam fuiſſe, abſque ullo rege, quem labente anno 743. in majorum regiam ſedem ſublimarunt. Lapſos ergo fateare neceſſe eſt chronologos hactenus pleroſque omnes, qui Childerici exordia ab anno 741. aut 742. arceſſunt. Extat apud Petrum Balleuræum a ſancto Juliano, decanum Gabillonenſem, in antiquitatibus Matiſconenſis urbis, necnon apud Jacobum Severtium in Domnolo ep. Matiſconenſi diploma non dubiæ fidei, ex quo ineunte anno Chriſti 743. nondum regnum Francis datum concludent facillime, vel qui necdum ære lavantur: *Signum Pippini majoris domus. Ego Rodalgus juſſus ſcripſi. Actum Kalendis Januarii, in anno ſecundo principatus ejuſdem Pippini, in civitate Metti in palatio regio.* Certiora forte videbuntur aliis argumenta, quæ ex conciliis aliquot per ea tempora celebratis elici poſſe non abnuo. Primum eſt Germanicum incerti loci, cui præfixa præfatio annum, quo peractum eſt, non patitur ignorari: *Ego Carlomannus dux & princeps Francorum anno ab Incarnatione Domini* DCCXLII. *undecimo videlicet Kalendas Maii epiſcopos, qui in regno meo ſunt* (id eſt in regni parte mihi commiſſa,) *cum presbyteris ad concilium & ſynodum pro timore Chriſti congregavi. Bonifacium archiepiſcopum, & Burchardum*, &c. Alterum eſt Liptinis coactum in villa regia agri Cameracenſis quod ſic incipit: *Modo autem in hoc ſynodali conventu, qui congregatus eſt ad Calendas Martias* (utique anno æræ Chriſtianæ 743. Romano more) *in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles ſacerdotes Dei & comites & præfecti prioris ſynodi decreta conſentientes firmaverunt*, &c. Supereſt tertium, nempe Sueſſionenſe, quod in collectionibus conciliorum exacte revocatur ad annum 744. Hoc initio: *In Dei nomine & Trinitatis, anno 744. ab incarnatione Chriſti, ſub die ſexta*, vel potius quinta, ut alii codices MSS. legunt, *Nonas Martii, & luna decimaquarta, in anno ſecundo Childerici regis Francorum, ego Pippinus dux & princeps Francorum, apud Sueſſionis civitatem ſynodum*, &c. Inde ſero, donec major aliunde lux affulgeat, hoc unum mihi videtur compertum prorſus atque perſpectum, non ante Kalendas Martias anni 743. (gratis enim atque ex mera conjectura, collectores conciliorum Leptinenſe Kal. Martiis anni 743. celebratum revocant ad annum Childerici III. primum, cum nulla in ejus actis regis illius reperiatur mentio) verum poſt Kalendas ejuſdem menſis primo alterove die evectum fuiſſe ad dignitatem regiam Childericum anno 743. proindeque veriſſime ſcriptum fuiſſe ab antiquo ſcriptore: *interea ſeptem annis nullus fuit in Gallia rex*; modo de inchoatis dumtaxat, non de abſolutis intelligas.

Ceterum nemini prolixior videri poterit aut injucunda noſtra hæc annotatio de argumento magni in rebus chronologicis momenti, neque hactenus quæ opus erat accuratione tractato, qui apud ſe diu multumque perpenderit non inelegantis Poetæ aureum illud effatum:

—— Si quid tibi ſotre repertum,
Pluribus indiciis ſolers fulcire memento.

Nota Sevrrini Binii.

a *Epiſtola*.) Carolus Francorum dux initio ſe minus affabilem præfuit Bonifacio, ut inſinuat ſanctus Ludgerus in vita ſancti Gregorii Ultrajectini apud Serarium: ſed dum haſce pontificias litteras legiſſet, ipſumque Roma reducem Bonifacium in ſuam ſe fidem, dominatum ac tutelam committentem vidiſſet, illico eum perhumane accepit, & in Germaniæ totiuſque Francici regni partibus omnibus, ipſarum ſuarum literarum auctoritate, ſartum tectumque eſſe voluit: quæ literæ in Virdunenſis eccleſiæ codice a reverendo patre Frontone Ducæo inventæ, extant apud Baronium anno 724. numero 2. Serar. hiſtor. Mogunt. notat. 18.

III. AD EPISCOPOS, ET ALIOS OMNIUM ORDINUM, TUM CLERICOS, tum laicos.

Commendat eumdem Bonifacium, & quas ad res miſſus ſit exponit.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis reverentiſſimis & ſanctiſſimis fratribus coepiſcopis, religioſis presbyteris, ſeu diaconibus, glorioſis ducibus, magnificis caſtaldis, comitibus etiam, vel cunctis Chriſtianis Deum timentibus.

SOllicitudinem nimiam gerentes pro ſpeculatione nobis credita, quia in umbra mortis ali-

ANNO CHRISTI 712.

aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga orientali Rheni fluminis, antiquo hoſte ſuadente errare, & quaſi ſub religione Chriſtiana idolorum culturæ ſervire cognovimus; aliquos vero, qui nec Dei cognitionem habentes, nec baptiſmatis ſacri unda ſunt loti, ſed comparatione brutorum animalium pagani factorem ſuum non recognoſcunt; neceſſarium duximus, pro utrorumque illuminatione, ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum literarum portitorem Bonifacium, reverendiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum, ad eaſdem partes dirigere, ut & illis prædicando verbum ſalutis vitam provideat ſempiternam, & ſi quos forte * ubicumque a rectæ fidei tramite deviaſſe cognoverit, aut aſtutia ſuaſos diabolica erroneos repererit, corrigat, atque ſui evocatione ad portum reſtituat ſalutis, eoſque ex apoſtolicæ ſedis hujus doctrina informet, & in eadem catholica fide permanere inſtituat. Cui etiam hortamur, ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & apoſtolorum ejus reverentiam, ut in omnibus * ſolatia exhibeatis, eumque in nomine Jeſu Chriſti recipiatis, ut ſcriptum eſt de ſuis diſcipulis: *Qui vos recipit, me recipit*: providentes inſuper neceſſaria itineris ejus, comiteſque tribuentes; cibum etiam ac potum, vel ſi quid eguerit largientes: ut uno labore, & ſpcia voluntate, opus ſibi creditum pietatis, & negotium ſalutis annuente Deo perficiatur, atque præmia laboris percipere mereamini, deque converſione errantium merces vobis adſcribatur in cælis. Si quis itaque huic Dei famulo, ad illuminationem gentium ab hac apoſtolica & catholica Dei eccleſia deſtinato, aſſenſum vel concurſum præbuerit, exorantibus apoſtolorum principibus, conſortia mereatur ſanctorum martyrum Chriſti Jeſu. * Si quis vero, quod non optamus, * adverſari ejus laboribus conatus fuerit, aut contrarius extiterit miniſterio illi credito, ſucceſſorumque ejus in eumdem laborem intrantium, ex ſententia divina anathematis vinculo percellatur, & perpetuæ damnationis ſubjaceat. Data Kalendis Decembris, imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, imperii ejus anno VII. ſed & Conſtantini imperatoris ejus filii anno IV. indictione VI.

* *Edit. Rom.* vel ubicumque.

* ſolatiari nibus totis debeatis. *Matth.* 10.

* Ivop. VI. c. 118.

* averſando ejus præpedire conatus fuerit laborem.

ANNO CHRISTI 714.

IV. AD CLERUM, ORDINEM, ET PLEBEM, CUI BONIFACIUS ORDINATUS fuerat epiſcopus.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, clero, ordini, & plebi conſiſtenti Thuringi, dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem.

PRobabilibus deſideriis nihil tarditatis præſtantes, fratrem jam & coepiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinavimus ſacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad ſacros ordines permittat accedere; ſed ſi quos hujuſmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros paſſim ad eccleſiaſticos ordines * prætendentes nulla ratione ſuſcipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. Miniſteria atque * ornatum eccleſiæ, vel quidquid illud eſt in patrimonio ejuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere. De reditu vero eccleſiæ, vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones, quarum unam ſibi ipſe retineat, alteram clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis noverit reſervandam; de quibus divino erit judicio redditurus rationem. Ordinationes vero presbyterorum, ſive diaconorum, non niſi quarti, ſeptimi & decimi menſis jejuniis, ſed & in ingreſſu quadrageſimali, atque medio, veſpere ſabbati noverit celebrandas. Sacroſancti autem baptiſmi ſacramentum, non niſi in paſchali feſtivitate & pentecoſte noverit eſſe præbendum, exceptis iis, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubvenire. Huic ergo ſedis noſtræ præcepta ſervanti devotis animis obſequi vos oportet, ut irreprehenſibile placitumque fiat corpus eccleſiæ, per Chriſtum Dominum noſtrum, qui vivit & regnat cum Deo Patre omnipotente, * per omnia ſæcula ſæculorum. Deus incolumes vos cuſtodiat dilectiſſimi. Data Kalendis Decembris, imperante domno piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno VII. ſed & Conſtantino magno imperatore ejus filio anno IV. indictione VI.

* *Edit. Rom.* & Spiritu Sancto per &c.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Probabilibus deſideriis.*) Formula eſt generalis, quæ ſcribi ſolebat civitati cui ordinatus fuerat epiſcopus. Totidem enim verbis legitur inter antiquas formulas eccleſiæ Romanæ, & inſcribitur, *Synodale quod accipit epiſcopus.*

V. AD OPTIMATES THURINGORUM.

Laudat illorum in Chriſti fide conſtantiam, hortaturque ut Bonifacio epiſcopo ſuo ſint obedientes.

*Viris magnificis filiis * Aſulfo, Goddavo, Vuillerco, Gunthario, Alvoldo, & omnibus Deo dilectis Thuringis fidelibus Chriſtianis, Gregorius papa.*

* *Edit. Rom.* Aſuleo, Guodelano, Muntereo, Gunthareo, Aſualdo.

INſinuatam nobis magnificæ in Chriſto fidei veſtræ conſtantiam agnoſcentes, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plena reſponderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem ſemel in Chriſto acceptam aliquatenus violare; nimia exultatione repleti gratias debitas perſolvimus Deo noſtro & redemptori, bonorum omnium largitori, cujus gratia comitante vos ad meliora & potiora optamus proficere, & ad confirmandum fidei veſtræ propoſitum ſanctæ ſedi apoſtolicæ religioſis mentibus adhærere, &, prout opus poſcerit ſacræ religionis, a memorata ſancta ſede apoſtolica ſpirituali omnium fidelium matre ſolatium quærere, ſicut decet filios coheredes regni a regali parente. Miniſterio quoque præſentis fratris chariſſimi Bonifacii, quem ad vos epiſcopum conſecratum in ſorte prædicationis deſtinavimus, apoſtolicis inſtitutionibus informatum, ad inſtruendam fidem veſtram, in omnibus volumus & hortamur obedientes ei conſentire ad complementum in Domino veſtræ ſalvationis.

ANNO CHRISTI 714.

VI. AD UNIVERSUM POPULUM THURINGORUM.

Ut Bonifacio episcopo suo in omnibus obediant, & episcopia atque ecclesias construant.

Gregorius servus servorum Dei universo populo Thuringorum.

DOminus Jesus Christus Filius Dei, & Deus verus, de cælis descendit, homo factus est, & pro nobis pati & crucifigi dignatus est, & sepultus tertia die resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum : discipulis etiam suis sanctis * ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: ipse in se credentibus vitam æternam promisit. Cupientes ergo vos in perpetuum nobiscum gaudere, ubi finis gaudii nullus est, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, sed gloria sempiterna; ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifacium episcopum ad vos direximus, ut vos debeat baptizare, & fidem Christi docere, & ab errore ad viam salutis deducere, ut salutem habeatis & vitam sempiternam. Vos ergo ei in omnibus obedite, & sicut patrem vestrum illum honorate, & ad ejus doctrinam corda vestra inclinate. Quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo direximus, sed pro lucro animarum vestrarum ad vos eum misimus. Diligite ergo Dominum, & in nomine ejus baptismum suscipite: quia Dominus Deus noster, quod oculus hominis nunquam vidit, nec in cor hominis ascendit, præparavit diligentibus se. Jam recedite a malis operibus, & agite bene: non adoretis idola, nec immoletis carnes, quia Deus non recipit ista : sed in omnibus secundum quod vos frater noster Bonifacius docuerit, observate & agite, & salvi eritis, & vos & filii vestri in sempiternum. Facite ergo & domum, ubi debeat ipse pater vester episcopus habitare, & ecclesias ubi orare debeatis, ut Deus indulgeat peccata vestra, & donet vobis vitam sempiternam.

* Edit. Rom. Apostolis ait.

VII. AD UNIVERSUM POPULUM * ALTASAXONUM.

Confirmat illos in fide Christi, quam relicto idolorum cultu amplexi erant.

*Gregorius papa universo populo provinciæ * Altsaxonum.*

* Edit. Rom. Saxonum.

SApientibus & insipientibus debitor sum, fratres charissimi, volens vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui verbum exhortationis fidei Jesu Christi Domini nostri susceperunt, & qui adhuc susceputi sunt, ut consolentur corda vestra instructa in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei patris Jesu Christi, ut ait egregius apostolus: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, quoniam prope est regnum Dei: & nemo vos amplius decipiat in sublimitate sermonum,* * ut in quocumque metallo salutem vestram quæratis, adorantes idola manufacta, aurea, argentea, ærea, lapidea, vel de quacumque materia facta, quæ falsidico nomine a paganis antiquis * dii appellata sunt. In quibus & dæmones habitare noscuntur, quoniam *omnes dii gentium dæmonia sunt*, ut ait scriptura: *Dominus autem noster cælos fecit*. Quicumque autem in vobis susceperunt Christum Jesum Dominum nostrum, in ipso ambulent radicati, & superædificati, & confirmati fide, abundantes in gratiarum actione. *Videte ne quis vos amplius decipiat per philosophiam & inanem fallaciam*. Astutiores enim sunt filii tenebrarum, quam filii lucis. Discedite filii ab idolorum cultura : accedite, & adorate Dominum Deum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt ; & vultus vestri non erubescent. Unus enim Dominus hominum, volucrum, quadrupedum, & piscium, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Expoliate vos ergo veterem hominem, & induite Christum novum, deponentes omnem malitiam, iram, indignationem, blasphemiam. Turpem sermonem nolite de ore vestro producere, & ab idolorum cultura recedite. Jam enim advesperascit dies sæculi, & tempus tenebrarum appropinquat, ideoque nolite esse otiosi, sed potius operamini opus bonum, ut Christus habitet in vobis. *Et quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum*, respuentes gentilitatis sectam, scientes vos Dominum habere in cælis. Orationi instantes ad ipsum Dominum cor erigite, *quoniam magnus est Dominus Deus noster, & laudabilis nimis, & terribilis super omnes Deos: qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire*. Hoc autem commoneo, fratres, ut quicumque voluerit ex vobis ad Christum converti, nullo modo eum prohibeatis, neque vim ei faciatis sculptilia adorare: quia ipse Christus Dominus vivit cum Deo Patre omnipotente in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum, Amen. Charissimi *, fidelis est minister, & conservus in Domino, frater ac coepiscopus noster Bonifacius, quem misi vobis ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cum exhortationis verbo in Christo Jesu Domino nostro, ut a diabolica liberati fraude mereamini adoptionis filiis aggregari, & ut ab æterna damnatione liberati vitam habeatis æternam.

ANNO CHRISTI 714.

Psal. 95.

Coloss. 2.

Coloss. 3.

Psalm. 95. 1. Tim. 2.

* Fidelem ministrum, & conservum misi ad vos Bonifacium fratrem, & coepiscopum meum ad hoc ipsum, ut &c.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Altsaxonum*.) Antiqua Saxonia vocatur Germaniæ illa pars, unde orta est recentior in Anglia Saxonia. Nam sub annum Domini 409. cum ad opem contra hostes ferendam Saxones evocassent, iis etiam apud se habitandi locum dedere, quem & vi paulatim illi retinuerunt, atque amplificarunt. Hinc novi Saxones vel Anglosaxones in Anglia : Saxones vero simpliciter, aut vero Altsaxones, seu antiqui Saxones in Germania sunt. Beda lib. 1. c. 10. 11. 12. 15. hist. & lib. 5. cap. 10. 11. 12. Pulchra hac de re notavit Serarius lib. 3. hist. Mogunt. notat. 1.

ECAROLI MAJORIS DOMUS EPISTOLA GENERALIS.

De suscepto in tuitionem ac defensionem episcopo Bonifacio.

Dominis sanctis & apostolicis in Christo patribus episcopis, ducibus, comitibus, vicariis, domesticis, seu omnibus agentibus junioribus nostris, seu missis decurrentibus, & amicis nostris, illustris vir Carolus major domus bene cupiens vester.

COgnoscatis qualiter apostolicus vir, in Christo pater Bonifacius episcopus ad nos venit,

ANNO CHRISTI 714.

nit, & nobis suggessit quod sub nostro mundeburdo vel defensione eum recipere deberemus. Quod ita gratanti animo nos feciſſe cognoscite. Proinde ergo taliter ei manu nostra roboratam dare visi sumus, ut ubicumque ambulare visus fuerit, cum nostro amore, vel sub nostro mundeburdo & defensione, quietus vel conservatus esse debeat: ea ratione ut justitiam reddat, & justitiam faciat & accipiat. Et si aliqua causatio vel necessitas ei advenerit, quæ per legem definiri non potuerit, usque ante nos quietus & conservatus esse debeat, tam ipse, quam qui per ipsum reclamare se & sperare videntur. Ut ei nemo aliquam contrarietatem vel damnationem adversus eum facere præsumat: sed omni tempore sub nostro mundeburbo vel defensione quietus vel conservatus residere debeat. Et ut certius credatur, manu propria subter firmavimus, & de annulo nostro sigillavimus.

VIII. AD BONIFACIUM EPISCOPUM.

Gratulatur de infidelium conversione, hortaturque ut in cœpto verbi ministerio constanter insistat.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei.

CReditæ speculationis solicitudine permoti, evangelica quoque institutione, qua Christus ait: *Obsecrate Dominum messis, ut injiciat operarios in messem suam*: tuam proinde reverendam fraternitatem ad imitationem apostolorum (ut Domino jubente præcepti sunt, *Euntes prædicate evangelium regni: Gratis accepistis, gratis date*) in partibus * Hesperiarum ad illuminationem Germanicæ gentis in umbra mortis sedentis dirigere prævidimus, lucrum ut inde apportare deberes, quasi servus ille de negotio talenti, sicut scriptum est, fidus in futuro auctori asserit Deo feciſſe. Quod quia ex obedientiæ munere ministerium verbi cernimus adolere, & prædicationis præconio populum infidelem, ut innotuisti, audivimus converti, Domini potentiæ gratias referentes, ut ipse, a quo bonum procedit, & ad agnitionem vult omnes venire veritatis, tibi optamus ut cooperetur, & a tenebris ad lucem populum illum suæ potentiæ inspiratione reducat. Hinc enim vobis merces copiosa credimus quod ab omnipotente Deo adscribatur in cœlis. *Bonum enim certamen*, si perseveraveris, possis cum apostolo dicere, *certavi, cursum consummavi, fidem servavi*. Sed ut coronam percipias laboris insiste: pollicetur enim Deus perseverantibus in finem salutem. Nec te minæ terreant, nec dejiciant terrores: sed fixam in Deo tenens fiduciam veritatis verbum denuncia. Erit enim ex adjutorio divino * protectio: tantum sit bonum in voluntate opus. Igitur quantos ab errore converteris, syllabarum tuarum recensito textu cognovimus, læti uberes Deo gratias agentes de lucro animarum exultamus. Porro pro episcopo illo, qui nunc usque desidia quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, & nunc sibi partem quasi in parochiam defendit, Carolo excellentissimo filio nostro * patricio, ut eum compescat suadentes, paternis literis scripsimus, & credimus quod hoc * vitari præcipiat: ipse vero opportune, importune præ-

Matth. 9.

Marc. 16. Matth 10.

* Hesperiarum

Matth. 25. Luc. 19.

2. Tim. 4.

* Edit. Rem. perfectio

* dest: patricio

* vetari

dicare quæ sunt salutis non desinas. Igitur Thuringis & Germaniæ populo ea quæ ad animæ respiciunt utilitatem & salutem scribere non omisimus; admonentes inter alia, ut construant episcopia & ecclesias. Ipse enim, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat, erit omnibus daturus incrementum. Deus te incolumen custodiat. Data pridie Nonas Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno VIII. post consulatum ejus anno VIII. sed & Constantino magno imperante ejus filio anno V. indictione VIII.

ANNO CHRISTI 714.

Epist. 18.

IX. AD GERMANUM CONSTANTIN. EPISCOPUM.

Gratulatur de ejus victoria contra hæreticos, & sacras imagines venerandas esse demonstrat.

QUanta, qualisque animi delectatio nostram sic lætificare animam novit, &c. *Extat infra in concilio Nicæno II. actione* 4.

X. AD URSUM DUCEM VENETIARUM.

Pro Ravenna a Longobardis defendenda.

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Urso duci Venetiarum.

QUia, peccato faciente, Ravennatum civitas, quæ caput extat omnium, a nec dicenda gente Longobardorum capta est, & filius noster eximius dominus exarchus apud Venetias (ut cognovimus) moratur; debeat nobilitas tua ei adhærere, & cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctæ reipublicæ in imperiali servitio dominorum filiorum nostrorum Leonis & Constantini magnorum imperatorum ipsa revocetur Ravennatum civitas, ut zelo & amore sanctæ fidei nostræ in statu reipublicæ & imperiali servitio firmi persistere, Domino cooperante, valeamus. Deus te incolumen custodiat, dilectissime fili.

XI. AD LEONEM ISAURUM IMPERATOREM.

De sacris imaginibus.

LIteras vestræ a Deo custoditæ majestatis ac fraternitatis, &c. *Extat inter præambulares concilii Nicæni II.*

XII. AD EUMDEM.

De eodem.

ACcepimus vestri a Deo conservati imperii atque in Christo fraternitatis literas, &c. *Extat inter præambulares concilii Nicani II.*

XIII. AD BONIFACIUM EPISCOPUM.

Respondet ad varias ejus interrogationes & consulta.

Reverentissimo ac sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei.

DEsiderabilem mihi a te missus Denval religiosus presbyter attulit nuncium, cum

ANNO CHRISTI 708.

te sospitem narravit, & in ministerio, pro quo A missus es, favente Deo, proficere nunciavit. Detulit etiam a te missas literas, ubi indicasti, quod ager dominicus, qui incultus jacebat, & spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuæ doctrinæ exarante, semen verbi suscepit, & fertilem messem protulit fidelitatis. In iisdem literis quædam subnexuisti capitula, sciscitando qualiter teneat vel doceat hæc sancta apostolica Romana ecclesia. Bene * satis, quia beatus Petrus apostolus * & apostolatus & episcopatus principium extitit, & consulenti tibi de statu ecclesiæ, non ex nobis quasi ex nobis, sed ejus gratia, qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas, qualiter tenere debeas apostolici vigoris doctrinam dicimus.

* *Edit. Rom.* nosti satis * *deest* & apostolatus.

I.

Igitur in primis legebatur, in quota progenie propinquorum matrimonium copulatur. Dicimus quod oportuerat quidem, quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem. Sed quia temperantia magis, & præsertim in tam barbara gente, plus placet, quam districtio censuræ, concedendum est ut post quartam generationem jungantur.

II.

Nam quod * proposuisti, quod si mulier in- firmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis? Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, & non detestabilis culpa excludit.

* posuisti 32. q. 2. Quod proposuisti.

III.

De presbytero vero, si quilibet sacerdos a populo fuerit accusatus, si certi non fuerint testes, qui criminis illati approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.

2. q. 5. Presbyter vel quilibet. * Hincm. Rem. epist. ep. VII.

IV.

Nam de homine, qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda est.

De consecr. dist. 5. De homine qui.

V.

In missarum solemniis illud observandum est, quod Dominus noster Jesu Christus sanctis suis tribuit discipulis. Accepit namque calicem * dicens: *Hic est calix novi testamenti in meo sanguine: hoc facite quotiescumque * sumetis.* Unde congruum non est duos vel tres calices in altario ponere cum missarum solemnia celebrantur.

* & dedit eis dicens *Luc.* 22. 1. *Cor.* 11. * sumitis.

VI.

De immolatitiis autem escis consuluisti, si a fidelibus superductum fuerit vivificæ crucis signum, edi liceret, an non. Illud sufficit respondere quod beatus Paulus apostolus dicit: *Si quis dixerit quia hoc immolatitium est, nolite edere propter eum qui indicavit, & propter conscientiam.*

1. *Cor.* 10.

VII.

Addidisti adhuc, quod si pater vel mater filium vel filiam intra septa monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina; utrum liceat eis, postquam pubertatis impleverint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus, quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur.

20. q. 1. Addidisti.

VIII.

Enimvero quosdam absque interrogatione symboli ab adulteris & indignis presbyteris fassus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem ecclesiæ: quia quisquis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari cum minime licet. Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine Trinitatis, hujus gratiæ donum percipitur. Et teneatur quod apostolus ait: *Unus Deus, una fides, unum baptisma.* Doctrinam vero spiritualem talibus studiosius ut impertias demandamus.

ANNO CHRISTI 712.

Ephes. 4.

IX.

De parvulis vero qui a parentibus subtracti sunt, & an baptizati sint an non, ignorant, quia interrogasti; hos ut baptizare debeas, secundum patrum traditionem, si non fuerit qui testificetur, ratio poscit.

De consecr. dist. 4. Parvulos qui.

X.

Leprosis autem, si fideles Christiani fuerint, dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem convivia celebrare * prohibeantur.

* negentur.

XI.

Adjecisti etiam, quod si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, hi quos nondum tetigit an debeant a loco fugere, evitantes periculum. Quod valde fatuum videtur: non enim valet quisquam Dei effugere manus.

XII.

In fine epistola continebat, quod sunt quidam presbyteri, seu episcopi, multis vitiis irretiti, quorum vita in seipsis sacerdotium maculat; si tibi liceret cum eis edere aut loqui, nisi coerciti fuerint. Dicimus ut hos ex apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et si quidem obedierint, salvabunt animas suas, & ipse mercedem lucratus es. Veruntamen collocutionem & mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumque enim contingit, ut quos correctio disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conviviorum sedulitas & admonitio blanda ad viam perducat justitiæ. Idipsum autem & in illis proceribus, qui tibi adjutorium præstant observare debebis. Hæc ergo, frater charissime, ex apostolicæ sedis vigore scripta sufficiant. De reliquo, Dei imploramus clementiam, ut qui te illis in regionibus vice nostra ex apostolica auctoritate * pergere fecit, & in opacam silvam lumina veritatis per os tuum micare prædestinavit, opitulationis suæ misericordissimum tribuat incrementum; quatenus de fructu operis & ipse valeas præmia percipere, & veniam peccatorum invenire. Deus te incolumen custodiat, reverentissime frater. Data decimo Kalendas Decembris, imperate domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno decimo imperii ejus: sed & Constantino magno imperatore, regni ejus anno septimo, indictione decima.

* peragere

An. Ch. 726

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Desiderabilem mihi.*) Hanc epistolam Gratianus Gregorio tertio attribuit, quotiescumque illius testimonio utitur, ut 2. quæst. 5. *Presbyter*, 32. quæst. 7. *Quod proposuisti*. De consecr. distinctione 4. *Parvulos*, & distinctione 5. *De homine*. Idemque sentire videntur Hincmarus epistola 7. capite 15. & 18. & Ivo parte 8. capite 78. cum Gregorio juniori adscribunt. Hoc enim nomine Gregorium tertium intelligere solebant. Sed

ANNO CHRISTI 714.

quo minus huic tribui possit, reclamant in epistolæ subscriptione annus decimus Leonis & indictio x. quæ congruunt anno Christi 726. quo anno pontifex erat Gregorius II. & non III. qui ante annum 731. sedem non obtinuit. Quare Gregorio II. asserenda est.

XIV. AD SERENUM FOROJULIENSEM EPISCOPUM.

De Gradensi ecclesia non invadenda.

Gregorius servus servorum Dei dilecto fratri Sereno.

TAnto munere quisque ditatur, quantum in sublimitate positus de se, ex mandato Domini redemptoris, humiliter sentit: etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur. Spernendos quippe apostolica lectio arguit elatos: *Quid habes quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Nam dum ad cumulum tui honoris, precibus eximii filii nostri regis flexi, * plurimum ecclesia pro rectitudine fidei: per quam te tuamque ecclesiam amplecti cognovimus, provocati, pallium tibi direximus, interdicentes, & inter cetera prohibentes, ne unquam aliena jura invaderes, aut temeritatis ausu usurpares jurisdictionem cujuspiam: sed his esse contentus quæ usque hactenus possedisti. Nunc vero (ut cognovimus) Gradensis patriarchæ niteris invadere jura: atque ex iis quæ possedit omne usque usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex auctoritate apostolica præcipimus, ne ullo modo terminos ab eo possessos * accedas, sed de his habeto quæ modo usque possedisti: nec amplius quam in finibus gentis Longobardorum existentibus gressum tendere præsumas, ut non injuste suscepisse te gratiam collatam pallii ex præsumptione ostendas: & de apostolici vigore consilii, si inobediens fueris comprobatus, ultione dignus judiceris.

5. Cor. 4.

* Locut depravatus, excedas.

* excedas.

XV. AD DONATUM GRADENSEM PATRIARCHAM EJUSQUE SUBDITOS.

ANNO CHRISTI 714.

Significat de invadendis alienis provinciis Forojulienſi episcopo interdictum esse.

Gregorius servus servorum Dei dilectis filiis Donato patriarchæ, & episcopis, atque Marcello duci, & plebi Venetiæ & Istriæ.

QUamquam ex ministerio, quod ex miseratione divina gerimus, quidquid provide deliberatum peragere absque obstaculo conveniat; verum ne frustra judicium egisse videmur, illa cupimus prosequi, quæ non ad læsionem cujusdam, sed potius ad immunitatem respiciant: illa satagere, unde non ex potestate concessa supplicia, sed præmia sperentur. Convenit enim ut cum alterius votis paremus, alterius jura non fraudentur. Quia igitur missa relatione ad nos a Deo salvata communitas vestra petiit contra Forojulienſem antistitem agentes, quod cupiebat invadere ditionem Gradensis patriarchæ. Sed ut nunquam excedere terminum vel jura invadere aliena, sed ea quæ hactenus possedit, se esse contentum: cui ut ecclesiam in præsenti non * attentet ex auctoritate apostolica interdiximus: eique consensum ad hanc esse conditionem dilectissimi sciatis: cui denique ne præsumat excedere præcipimus. Ne ergo injuria quadam aut dissidio locum gens eorum insidiando (ut assolet) invadat, pervigiles cavete, potius soliciti de vestra post divinum præsidium cogitare salute: quia illud non occasione agitur, sed ubi possunt Deo eis non resistente virtuti obtemperare nitantur, optantes de reliquo in amore Domini nostri Jesu Christi pollere, & ab omni immunes adversitate manere. Bene valete.

* attentet.

ANNO CHRISTI 715.

AD EPISTOLAS GREGORII II.

APPENDIX.

AD EPISCOPOS ANGLIÆ.

Tatvvinum Dorobernensem archiepiscopum totius Angliæ primatem agnoscit, & mandat agnosci.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei episcopis Angliæ salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Supplem. Marsi pag. 536. Affert Wilkins to. I. pag. 81.

DEi omnipotentis immensæ pietatis magnitudinem collaudamus, qui suæ majestatis gloriam sic dilatare dignatus est, ut in omnem terram exierit jam sonus prædicatorum suorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Cujus ineffabili pietatis gratia sicut noscimur procreati, ita quoque sumus adoptati, sanctæ regenerationis portantes mysterium in spem gloriæ filiorum Dei, per Jesum Christum Dominum nostrum. Reverentiæ itaque vestræ, fratres charissimi, dicato collætantes collegio hortamur, ut in fide stabiles, & in opere efficaces inveniamini, honore invicem prævenientes, & alter alterius onera portantes, quia sic adimplebitis legem Christi; charitatem continuam habentes in dilectione Dei & proximi, sine qua impossibile est Deo placere. Fratris nostri Tatvvini, qui beatæ memoriæ Augustini prædicatoris vestri cathedræ pontificatus subrogatus est, adventus nos admodum lætificavit, quia virum religionis & magnæ probitatis sub ipso tempore, quo apud nos stetit, eum cognovimus. Proinde ejus auditis petitionibus antecessorum ejus jura dignitatis perquiri in sacro scrinio fecimus, & invenientes eum justa postulavisse, sacrum pallium cum venerabili dalmaticæ usu ei apostolica auctoritate tradidimus, annuentes quoque jura dignitatis omnia, quæ prædecessores sui a tempore beatæ memoriæ Augustini cognoscuntur habuisse. Sicut ergo sancti patris nostri Gregorii Romani pontificis decretum præfato Augustino, sincello suo, prædicatori vestro, omnes episcopos Angliæ subjecit; sic nos, Deo auctore & B. Petro Apostolorum principe, licet indigni ejus vicem gerentes, tibi, Tatvvine Doroverniæ civitatis archiepiscopo, tuisque successoribus legitimis omnes ecclesias Britanniæ, earumque rectores

ANNO CHRISTI 730

ctores ſubjicimus; apoſtolica auctoritate præcipientes, ut omnis homo totius Anglicæ regionis tuis canonicis juſſionibus obediat, & te ſciat eſſe ſpeculatorem, atque primatem totius inſulæ; cui vices noſtras per omnia in regione illa gerendas commiſimus. Tuam autem eccleſiam Doroverniæ conſtitutam ut propriam & primam ſobolem regionis veſtræ in Chriſto ſpecialiter ſub tuitione manus noſtræ tenemus, quam volumus in pacis tranquillitate & religione vigere, ejuſque jura & dignitatis privilegia in perpetuum immutilata ſervari, quia prima & mater eſt aliarum omnium, primitus in veſtra regione conſtituta in honore ſancti Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. Scriptum eſt enim: *non eſt ſanctus ut eſt Dominus*, & ubi caput eſt vegetum, reliqua membra validius vegetantur. Vos itaque fratres, hæc apoſtolicæ auctoritatis mandata cum alacritate & ſubjectionis reverentia audite, & ſuſcipite, & cum præfato fratre noſtro archiepiſcopo veſtro in meſſe Dei laborate, ſcientes vos inde mercedem bonam habituros. Si autem quis hæc perturbare voluerit, noſtræ definitionis ſtatuta divellere contenderit ac violare, ſciat ſe contra ipſum mundi Salvatorem & beati Petri auctoritatem niti, & ideo, niſi reſipuerit, æternæ damnationis ſententiam incurrere. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi fratres.

EX REGISTRO GREGORII JUNIORIS.

Gregorius Stephano presbytero atque aliis duabus ſucceſſivis perſonis.

Ex Collect. Deuſdedit cap. 119. producitur a Ballerinis Oper. S. Leonis tom. III pag. CCCVI.

QUotiens illa a nobis tribui ſperantur, quæ rationi incunctanter conveniant, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis cogruum impertire ſuffragium. Ideoque quia poſtulaſti a nobis, quatenus fun'um Campanum cum domo ſua, & vinea poſita via Flaminia XIV. plus minus millibus ab hac urbe Roma, quod tenuit per emunitionem Sergius Presbyter, & veſtararius noſter, qui fundus exſtitit ex corpore patrimonii Tuſciæ juris S.D Romanæ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiæ, hunc vobis emiſſa præceptione ad tenendum concedere deberemus. Inclinati itaque precibus veſtris per hujus præcepti ſeriem ſupradictum fundum cum domo & vinea, & omnibus ei pertinentibus in integro a præſenti VIII. Indictione diebus vitæ veſtræ vobis concedimus detinendum, ita ſane ut a vobis ſingulis quibuſque Indictionibus penſionis nomine rationibus eccleſiaſticis III. auri ſolidi difficultate poſtpoſita perſolvantur, omnemque qua indigent, meliorationem ac defenſionem prædictus fundus, & vinea, ſeu domus indifferenter a vobis ſine dubio procurantibus efficiantur; nullaque poſtea ad dandum annuæ penſionis a vobis mora proveniat, ſed ultro Actionariis S. noſtræ Eccleſiæ a prædicto tempore perſolvatur. Nam ſi aliter, quod abſit a vobis, provenerit de ſuprafcripta melioratione, defenſione, & annua penſione, ſtatuimus fere invalidam hanc noſtram præceptionem. Poſt obitum vero veſtrum memoratus fundus ad jus ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, cujus eſt proprietas, in integro revertatur. Dat. Id. Aprilis Indict. VIII.

ANNO CHRISTI 715

Gregorius II. Papa petente Baſino Abbate, Monaſterio S. Maximini Treverenſis immunitatem, & alia privilegia largitur, anno 729.

GRegorius, ſervus ſervorum Dei, BASINO venerabili Abbati Monaſterii S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ, atque ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti MAXIMINI, cujus corpus ibidem quieſcit, tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex diplomatibus Mitei Tom. I pag. 119.

Si ſemper ſunt concedenda, quæ piis deſideriis congruunt, tanto propenſius ea quæ pro divini cultus religione poſtulantur, alacri devotione, & omni occaſione remota, benivola intentione continuo ſunt largienda & perficienda.

PETISTI ergo nos, uti Monaſterio tuo, quod in ſuburbio *Treverorum* in honore S. JOANNIS Evangeliſtæ conſtructum eſſe dignoſcitur, ubi prænominatus Chriſti Confeſſor quieſcit, ob confirmandam Fratribus ibidem Deo ſervientibus, monaſticæ tranquillitatis normam, S. Apoſtolicæ noſtræ, cui auctore Deo deſervimus, Eccleſiæ privilegium concederemus.

NOSQUE piæ petitioni tuæ aſſenſum accomodare curavimus, decernentes Apoſtolicæ auctoritatis præcepto, uti Congregatio Deo ibi religioſe ſerviens, ſicut per præcedentia tempora a Regibus eidem Cœnobio conceſſum eſt, liberam deinceps habeat poteſtatem creandi inter ſe, quem ſecundum Deum elegerint ſibi Abbatem: nec aliqua cujuslibet dignitatis perſona infra prædictum monaſterium, niſi a te, aliove Abbate tuo ſucceſſore vocatus, quidquam pro ſuo libitu ordinare, vel temere exercere præſumat.

PRÆTEREA Apoſtolica noſtra auctoritate omnimodis interdicimus, ne cui unquam eccleſiæ, vel ſedi, comcambio, aut alio aliquo ingenio, ſubdatur, ſed tali libertate, & immunitate, quali cetera regalia loca utuntur, inoffenſe, & perpetualiter gaudeat.

Ipſe vero locus Monaſterii ſub mundiburnio Regum ut permaneat; nullique unquam perſonæ beneficiarius aut invadendus pateat; ſed ad uſus tranquillitatemque Monachorum, ibi ſub regula S. BENEDICTI Deo militantium, quietus permaneat.

CONSTITUIMUS etiam & ex hac paterna dilectione, tibi tuiſque ſucceſſoribus concedimus, ut ad myſteria ſacra, in præcipuis feſtivitatibus, mitra, dalmatica, ſandalis utaris; fraternitatem tuam commonentes, ut cum augmento honoris augeatur & in te divini virtus amoris.

PROHIBEMUS & ex auctoritate B. Petri, cujus vice, licet indigni, in hac Apoſtolica Sede fungimur, & funditus interdicimus, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla prorſus perſona Eccleſiaſtica, ſive mundana, in poſſeſſione, vel allodio S. Maximini, montem, ſive rupem capere, vel munitionem aliquam in eis facere præſumat: niſi forte Abbas ejuſdem Monaſterii, propter metum Paganorum, vel propter incurſionem malignorum hominum, ad tempus, donec tranquillitas pacis redeat, ſe ſuoſque ibi inter muniat.

Ad cumulum quoque vel augmentum Monaſticæ tranquillitatis adjicimus, ne qua cujuslibet dignitatis perſona magnum, vel minimum alienare, vel imminuere de rebus Eccleſiæ præſumat, tam de his, quæ per te modo, vel per

alios

alios eidem Monaſterio conceſſa ſunt; quam ex his, quæ cæteri fideles pro remedio animarum ſuarum, deinceps collaturi ſunt. ANNO CHRISTI 715.

Si quis vero, quod abſit, auſu nefario præſumpſerit ea, quæ a nobis ad laudem Dei, pro ſtabilitate jam dicti venerabilis Monaſterii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quodam violare, ſciat ſe ſub divini judicii teſtificatione, per interventum B. Petri Apoſtoli, anathematis vinculo inextricabiliter innodatum, & a regno Dei A alienandum, & cum Diabolo, & ejus ſequacibus, atrociſſimis pœnis concremandum. ANNO CHRISTI 715.

QUI vero, pio intuitu, & reſpectu divini timoris, obſervator hujus noſtræ præceptionis Apoſtolicæ extiterit, æternæ benedictionis gratiam a Domino conſequi mereatur.

Data . . . . . .

Scriptum per manum BENEDICTI Scriniarii S. Romanæ Eccleſiæ in Menſe Januario, Indictione XII. in Dei nomine.

GREGORII PAPÆ II. DECRETA.

EDITORIS MONITUM.

Ex Manſi Suppl. To. I. pag. 537.

QUæ hic primus omnium promulgo decreta ſeu canones pœnitentiales, an Gregorio II. tribuenda ſint, hæreo ambiguus. Ut canones ejuſmodi ab eo ederentur ætas quidem illa ferebat. Tunc enim pœnitentiales canones paſſim omnes pontifices, epiſcopi, & privati etiam quidam dederunt. Gregorius III. ſuos edidit, ſuos Theodorus Londinenſis epiſcopus, ſuos S. Bonifacius Moguntinus, ſuos denique Beda privatæ licet auctoritatis presbyter. Quare a Gregorio papa II. non abhorrent, cui tribuere videtur auctor MS. illius codicis Bibliothecæ Canonicorum S. Martini Lucenſium, unde hæc accepi. Nam in eo monitu, quem canonibus hiſce aliiſque pluribus ſcriptor codicis præmiſit, daturum ſe profitetur decreta Siricii, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii, Cæleſtini, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelaſii, Anaſtaſii, Symmachi, Hormiſdæ, Gregorii junioris (ideſt II.) ſtatimque ſubjungit, quæ hic promo, decreta; tum ad decreta Siricii, cæterorumque ordine ſervato manum admovet; nec ullum aliud in toto libro apparet Gregorii II. decretum. Hæc pro Gregorio, ſed viciſſim ne huic adſcribam vetant Gregorii III. ſucceſſoris in perjuros decreta, in quibus quædam ſtatuuntur his canonibus B plane conſona; hæc vero præſcribere ſe ait Gregorius III. *ſecundum antiquam definitionem:* Non ergo illa deceſſor ejus Gregorius II. ſtatuit. Forte igitur, quæ profero, ipſa ſunt vetera illa decreta, quorum Gregorius III. in excerptis ſuis can. VII. meminit.

CANONES POENITENTIALES.

SI quis juraverit VII. annis pœniteat, III. ex his in pane, & aqua, & nunquam juret.

Si quis vero coactus, ideſt violenter pro qualibet neceſſitate, aut neſciens perjuraverit III. annis pœniteat in pane & C aqua.

Si quis laicus pro cupiditate perjuraverit, totas res ſuas det pauperibus, & tundatur, in monaſterio ſerviat diebus vitæ ſuæ.

Si quis alium duxit in perjurium ignorantem, VII. annis pœniteat. Qui vero ſuſcitatur (*ſic*) quod in perjurio ducitur, & tamen jurat, V. annis pœniteat.

CONCILIUM, ſeu JUDICIUM IN VICOWALARI IN ETRURIA.

Ad decernenda quædam controverſa inter Aretinum, & Senenſem epiſcopum inſtitutum.

ANNO MDCCXV.

Ex eodem ibid.

ÆDes quaſdam ſacras in territorio Senenſi conſtitutas Aretinus epiſcopus jure antiquæ poſſeſſionis ſibi poſcebat. Negabat reddendas epiſcopus Senenſis, eo quod in territorio diœceſis ſuæ conſtitutæ, ſibi deberentur. Lite coram Luitprando rege inducta, primo quidem juſſu ejuſdem Regis auditi ſunt teſtes a Guntheramo tabellione regis, quorum dicta in publicas relata tabulas vulgavit Muratorius in Antiquitat. Ital. medii ævi tom. VI. pag. 372. Signantur vero illæ die XII. Kal. Julias indictione XIII. *regnante Luitprando rege*, ideſt anno 715. Secundum hæc, regis juſſu, acciti plures Etruriæ epiſcopi, judicium eccleſiaſticum inſtituerunt, quod judicium Luitprandus rex concilium vocat in ea quam tandem pronunciavit E ſententia, legenda apud Muratorium ibid. pag. 383: & apud P. Guidonem Grandi in epiſtola de Pandectis edit. ſecunda in Append. num. I. D *Rei veritate comperta*, Guntheramus tabellio, *uſque in concilium epiſcoporum deduxit*. *Synodicam* pariter *ſanctionem* vocat Alexander II. in bulla ad Conſtantinum Aretinum epiſcopum apud Ughell. Ital. Sacr. tom. I. pag. 416. nov. edit. Hujus concilii acta ex eodem Muratorio ibid. pag. 372. inferius recitabimus. Hæc vero ſuſpicionis arguit Ughellius Ital. Sac. tom. I. in epiſcopis Aretinis; ſed cum nihil offerant quod hiſtoriæ repugnet, non epiſcoporum nomina, non regum, non ratio temporis, vix eſt, ait Muratorius, cur a veteratore aliquo conficta judicemus; neque enim veteres iſti fabulatores tanta præſtare ſolebant eruditione, ut exactum aliquid ad hiſtoriæ & chronologiæ leges dare poſſent. Inſuper acta hæc omnia enunciantur in literis Stephani II. papæ ibid. a Muratorio productis, aliiſque ſequentium ſæculorum documentis apud Ughellium legendis.

JUDI-

ANNO CHRISTI 715.

JUDICATUM QUORUNDAM EPISCOPORUM,

Juſſu Luitprandi regis congregatorum, ad dirimendam controverſiam de quibuſdam Parociis vertentem inter epiſcopum Aretinum, & Senonenſem cum ſententia in favorem Aretini Antiſtitis, Anno 715.

IN nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ex juſſione Domni excellentiſſimi Luitprandi regis, dum conjunxiſſemus nos ſanctiſſimi Theodaldus Veſolanæ eccleſiæ epiſcopus, & Maximus Piſanæ eccleſiæ, necnon & Specioſus Florentinæ eccleſiæ, adque Teleſperianus Lucenſis epiſcopus, ad eccleſia ſancti Geneſii in Vico, qui dicitur VValari: ibique reſidentes una cum miſſo Excellentiſſimi Domni Luitprandi regis, nomine Guntheramo Notario; venerunt in noſtram præſentiam ſanctiſſimi viri, Adeodatus Senenſis eccleſiæ epiſcopus, & Lupertianus Aretinæ eccleſiæ epiſcopus, altercationem inter ſe habentes de dioceſiis, eccleſiis, & monaſteriis in finibus Senenſis territorii ejuſdem civitatis. Ideſt de monaſterio ſancti Amiani, Baptiſterio Sancti Stephani Haminaciano, Baptiſterium ſancta Maria in Coſona, Baptiſterio ſancti Joannis in Rantra, Monaſterio ſancti Archangeli in Fundu Lucu, Baptiſterio ſancti Andreæ in Malcinis, Baptiſterio ſancti Petri in Pava, Baptiſterium ſanctæ Mariæ in Patna, Baptiſterium ſancti Quirici & Johannis in Vico Falcino, Baptiſterium ſanctæ Reſtitutæ in Fundo Uxiano, Baptiſterium ſancti Felicis in Avano, Baptiſterium ſanctæ Matris Eccleſiæ in Miſullis, Baptiſterium ſancti Valentini in Caſale Urſina, Monaſterio ſancti Petri ad Axo, Baptiſterio ſancti Viti in Rutiliano, & ſanctæ Matris Eccleſiæ in Caſtello Politiano, Baptiſterium ſancti Viti in Vercona, Baptiſterium ſancti Donati in Ertiliano, Baptiſterium ſanctæ Mariæ in Saltu, Baptiſterium ſancti Viti in Prumano, Baptiſterium ſancti Viti in Oſenna. Dicebat ſanctiſſimus Lupertianus epiſcopus frater noſter, quod eccleſiæ iſtæ ſupraſcriptæ, & Monaſteria a tempore Romanorum & Longobardorum regum, ex quo a fundamentis conditæ ſunt, ſemper ad ſedem ſancti Donati Aritio obedierunt, una cum omnibus oratoriis ſuis; & noſtrorum, vel anteceſſorum noſtrorum, ibidem fuit ordinatio, tam in presbyteros & in diaconos, & noſtra fuit ſacratio ſemper uſque modo, & nos debemus habere. Ad hæc reſpondebat frater noſter Adeodatus Senenſis eccleſiæ epiſcopus: *Veritas eſt, quia eccleſiæ iſtæ, & monaſteria in territorio Senenſi poſitæ ſunt, veſtra ibidem fuit ſacratio, eo quod eccleſia Senenſis minime epiſcopus abuit. Nam modo ad nos debent pervenere, quia in noſtro, ut dixi, territorio eſſe noſcuntur.* Ad hæc vero reſpondebat Lupertianus epiſcopus. *A tempore Rotharim regis uſque modo eccleſia Senenſis epiſcopum abuit; & noſtra de ea ante a tempore Romanorum, & poſtea uſque in hodiernum diem in ipſas Eccleſias, Baptiſteria, & Monaſteria... fuit ſacratio, & ordinatio, & in antea debemus ſecundum canonicam regulam habere:* Quidem & miſſus excellentiſſimi Domni Luitprandi regis, nomine Guntheramus, qui per ipſum Tagipert gaſtaldum Senenſem, ac per ipſos presbyteros & paumannos, veritatem cognovi, & ipſos presbyteros ſupraſcriptarum a longo tempore anteceſſorum meorum & mea uſque actenus ibidem fuit ſacratio. Et ecce mihi ſupraſcriptarum de omnis iſtos presbyteros, qui nunc præſenti vivunt, ubi obedientiam ſancto Donato promiſerunt. & ſacramenta ſecundum anteceſſorum ſuorum conſuetudinem præbuerunt uſque ad tertio & quarto anno retro tempus, qui ſimiliter manus ſuas ad ſancto Donato, cui deſervio, ſecerunt. Et inſuper lectas epiſtolas rogatorias de ſingulis judicibus civitate Senenſe, & de ipſo epiſcopo, qui tunc erat, & anteceſſores meos, & ad me faciebatis electionem, eo quod veſter territorio erat, & nobis epiſtolas faciebatis, & regumandabatis, & ſecundum anti quam conſuetudinem ipſe perſone conſecrarentur, quoniam noſtra manebunt Dioceſi. Nec quiſquam contra canones ſine noſtra permiſſio ibidem epiſcoporum audebat ordinationem facere.

Ad hæc autem omnia nos ſupraſcripti Teudoaldus, Maximus, Specioſus, Teleſperianus epiſcopus, una cum presbyteris noſtris venerandis viris, ideſt Johannes, Lucipert, Rodaldus, Munichis, Sicualdus, Anſelmo, Aututini, Theodoro, Deuſdedi, adque Theodoro, & reliquis ſacerdotibus circumſtantibus, audientes, fecimus ipſam inquiſitionem, & manus de ipſis presbyteris, qui nunc vivi ſunt, & eorum qui tranſierunt. Sed & epiſtola judicum Senenſium civitatis, ſive epiſcoporum eccleſiæ Senenſium relegere; ubi continebatur, quod Omnis ſacratio in ſupraſcriptæ Dioceſis, Baptiſteriis, & Monaſteriis, adque oraculis per preſules ſanctæ Aretinæ eccleſiæ omni in tempore perficiebantur. Nam & ipſi presbyteri quomodo ibidem cuſtodes ſunt, ita profeſſi ſunt per evangelia & ſacratione ab Aretinæ eccleſiæ epiſcopo ſuſcepiſſent, & manus ſuas juxta anteceſſorum ſuorum conſuetudinem ibidem feciſſent, & ſacramenta prebuiſſent, & obedientiam uſque actenus impendiſſent, & chriſma ſuſcepiſſent. Ideo juſtum atque rectum placuit, ut ſi quis ſancti patres Nicei, & Effeſani, adque Chalcedonenſis Concilii ſtatuerunt, ut nemo in aliena dioceſi non vi ingredi preſumat, aut qualemcumque ordinationem faciat, ſed in ſuis dioceſiis ſe contineat, nec ſtatuta patrum termina tranſcendat. Proinde decretum per ſanctorum patrum auctoritatem, ut tu, ſanctiſſime frater noſter Lupertine epiſcope, ipſas ſupraſcriptas dioceſes & monaſteria cum ſuis oraculis abeas abſque qualemcumque contaminatione habere, ſicut anteceſſores tuis a longo tempore habuerunt; & omnis ſacratio ibidem per tuis oris labia vel ſucceſſorum tuorum ibidem proveniat, tam in presbyteris quamque diaconis vel ſubdiaconis, & baptiſma vel chriſma per impoſitionem manuum, ſicut chriſtianæ religionis eſt conſuetudo, omni tempore proveniat, adque fiat. Et nullam faciendi ammodo, & deinceps prefatus Adeodatus epiſcopus, vel eius ſucceſſores, qui in tempore fuerint, contra te quem ſupraſcriptum Lupertianum epiſcopum, vel tuos ſucceſſores de predictis baptiſteriis, eccleſiis, & monaſteriis cum oraculis ſuis, aliquando abet facundia ad loquendum, nec ad ibi fontes faciendum, nec plebes ſubtrahendum, nec ullam ordinationem infra ipſas dioceſes fineſque eorum faciendum, ſicut ſanctorum patrum inſtituta leguntur. Quoniam pro amputanda intentione decrevimus, ut ſibi ſeptimus cum ſex presbiteris tuis, quales ipſe Adeodatus eligere voluerit, prebeas tu Lupertiane epiſcope & ad evangelia

gelia sacramentum una dum sex & dicatis ; quia a quo tempore, ex quo auditi sunt, habetis Romanorum & Longobardorum usque in presentem diem, in quo sumus, semper sacrationem presbiterorum & diaconorum ipsarum suprascriptarum ecclesiarum ab episcopis Aretinæ ecclesiæ susceperunt, & nostra antecessorumque nostrorum ibidem fuit ordinatio, quia nostra inibi mansit possessio, nec ad ecclesiam Senensem aut episcopos ejus nunquam pertinerent, nec cum ecclesia sanctus Donatus, nec ejus defensores perdere, aut vobis dimittere debemus. Et evangelia adducta sunt in nostris omniorum presentia, & sacramentum ipse deductus. Et finita intentio. Unde presentem judicatum nostrum perpetua firmitate, ne imposterum exinde inter vos aliqua revolvatur causatio, tibi, qui supra, Lupertiane episcopus, per manus suprascripti filii nostri Gunterani notarii emisimus, in quo ampliore firmitate tua propriis manibus nostris subscripsimus ; quatenus ambe partes in eadem deliberatione perpetuis debeatis manere temporibus. Factum judicatum ad ecclesia sancti Genesii in Vico Vallari V. die mensis julii, regnante suprascripto Domno nostro excellentissimo & Christianissimo Luitprando rege, Anno in Christi nomine quarto, per Indictio tertiodecima, feliciter.

ANNO CHRISTI 714

ANN CHRIS 714.

Ego Teudualdus episcopus hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum subscripsi.

Ego Maximus episcopus subscripsi manus propria.

Ego Speciosus episcopus sanctæ ecclesiæ Florentinæ in hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum subscripsi.

Ego Telesperianus sanctæ Lucensis ecclesiæ hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum subscripsi.

Ego Ansilmundo archipresbiter sanctæ ecclesiæ Pisanæ hunc judicatum interfui, & manus mea subscripsi.

Ego Rodoaldus Pisensis.
Ego Johannes presbiter.
Ego Lunichis presbiter Lunensis.
Ego Deusdedi presbiter.
Ego Theodorus presbiter.
Ego Lucifer presbiter.
Ego Damianus presbiter.
Ego Lupus presbiter.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA,

Qua Germanus ex episcopatu Cyzici ad sedem Constantinopolitanam transfertur,

Anno DCCXV. vel DCCXVI. habita.

Ex Supplem. Mansi Tom. 1. pag. 541.

PRæter Synodum illam, quam S. Germanus episcopatum Constantinopolitanum jam gerens celebravit, a collectoribus in hunc annum 715. male relatam, de qua infra ; alia pariter synodus hoc anno 715. augusto mense coacta est Constantinopoli, qua de transferendo S. Germano e Cyzicena sede ad Constantinopolitanam est actum. Cum enim episcoporum translationes vetustis Ecclesiæ sanctionibus caverserentur, præsertim canoni Antiocheno ; res digna visa est ut in concilio episcoporum discuteretur. Ac concilii quidem suboscure meminit Theophanes ; clarius vero Cedrenus his verbis: *Sub hoc e metropoli Cyzico Constantinopolim translatus est Germanus, editumque decretum sanctissimorum consensu episcoporum, quo id permittebatur.* Hæc vero a Patribus sententia lata est ex Theophane.

SYNODI CONSTANTINOPOLITANI SENTENTIA.

SUffragio atque consensu religiosorum presbyterorum, diaconorum & totius sanctioris cleri, sacrique Senatus, & hujusce a Deo custoditæ imperatricis civitatis universi populi Christum amantis, divina gratia, quæ infirma semper curat, & quæ desunt adimplet, Germanum sanctissimum metropolitam & præsidem Cyzici metropoleos, in episcopum hujus a Deo servatæ urbis & reginæ urbium transfert. Facta est hæc translatio coram Michaele sanctissimo presbytero, & Apocrisiario apostolicæ sedis, cæterisque sacerdotibus & episcopis præsentibus, Artemio imperante.

Ψηφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῆς θεοσεβεστάτων πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ παντὸς τοῦ ἁγίου κλήρου, καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, καὶ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ τῆς θεοφυλάκτου ταύτης, καὶ βασιλίδος πόλεως, ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα συμπληροῦσα, μετατίθεται Γερμανὸν τὸν ὁσιώτατον μητροπολίτην καὶ προέδρον τῆς Κυζίκου μητροπόλεως, εἰς ἐπίσκοπον ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως. ἐγίνετο ταῖς ἡ παροῦσα μετάθεσις κατὰ παρουσίαν Μιχαὴλ τοῦ ὁσιωτάτου πρεσβυτέρου καὶ Ἀποκρισιαρίου τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου, καὶ τῶν λοιπῶν ἱερέων, καὶ ἐπισκόπων, ἐπὶ Ἀρτεμίου βασιλέως.

ANNO CHRISTI 714.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

S. Germani Patriarchæ.

Ex libello Synodico.

Φιλιππικῦ δὲ ὑπὸ Ἀψιμάρυ ἀναιρεθέντος, Γερμανὸς ὁ πανόσιος Κυζίκυ ἐπίσκοπος τῷ θρόνῳ Κωνσταντινυπόλεως ἀνατίθεται. Ἐπὶ Θεοδοσίυ τῦ ἀπὸ Δυτικῶν ἐπιθεμβύυ τῇ βασιλείᾳ, καὶ τὸν Ἀψίμαρον διώξαντος, Γερμανὸς ὁ μακάριος συνόδον ἑκατὸν ἀρχιερέων θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμβυος, Σέργιον, Κῦρον, Πύῤῥον, Πέτρον, Παῦλον, καὶ Ἰωάννιν ἀνεθεμάτισε, καὶ Χριστῦ Ἰησῦ τῦ ἀληθινῦ Θεῦ ἡμῶν δύο φύσεις καὶ θελήσεις καὶ ἐνεργείας ἐτράνωσε.

PHilippico autem per Apſimarum ſublato, Germanus perbeatus Cyzici epiſcopus, ſolio Conſtantinopolitano imponitur. [1] Cum autem Theodoſius ab occidente, imperio inſidiaretur, & [2] Apſimarum perſequeretur: beatus Germanus divina & ſancta centum archipræſulum inſtituta ſynodo, Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum & Joannem anathemate notavit, & Chriſti Jeſu veri Dei noſtri duas voluntates & operationes declaravit.

CAPITULARE GREGORII PAPÆ II.

datum Martiniano Episcopo,

Georgio presbytero, &c. in Bavariam ablegatis.

IN NOMINE DOMINI.

Incipit capitulare a Gregorio papa urbis Romæ datum reverendiſſimo fratri noſtro * *Martiniano epiſcopo*, * *ſeu Georgio presbytero ſanctæ ſedis apoſtolicæ, atque Dorotheo ſubdiacono prædictæ ſedis euntibus cum Domini auxilio in Baioariam.*

Concilio Romano anno 721. ſubſcripſit Martianus epiſcopus Gabinas ſive Sabinas, & Georgius presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctorum Joannis & Pauli. Ciaconius in vitis pontificum, anno 735. habet Georgium presbyterum card. tituli ſanctorum Joannis & Pauli in titulo Pammachii.

CAPITULA.

I.

UT datis noſtris ſcriptis, ita ut cum duce provinciæ deliberetis, quatenus conventus aggregetur ſacerdotum, & judicum, atque univerſorum gentis ejuſdem primariorum, & * ex quæſitis ſacerdotibus, atque miniſtris, quorum canonicam approbaveritis extitiſſe promotionem, ac rectæ fidei tenere, aut recipere rationem, his ſacrificandi, & miniſtrandi, ſive etiam pſallendi ex figura, & traditione ſanctæ apoſtolicæ, & Romanæ ſedis eccleſiæ ordine * tradetis poteſtatem. Quorum vero non claruerit recta fides credulitatis, aut approbata ſolemnitas canonicæ ordinationis, illis per omnia prohibeatur licentia miniſtrationis, ut ſubrogentur canonice probabiles ſucceſſores.

lege & Georgii

lege exquiſitis

lege tradatis

II.

Ut * loco ſingularum eccleſiarum * prævidentes, quomodo unuſquiſque ſacerdos, ſeu miniſter, erga eccleſiam debeat conſervare, vel qualiter ſacra miſſarum ſolemnia, ſive cætera diurnarum, atque nocturnarum horarum officia, ſive etiam lectionem ſacrorum novi atque veteris teſtamenti ordinabilia prædicamenta ſtudeat obſervare ſecundum traditum apoſtolicæ ſedis antiquitatis ordinem * diſponetis.

lege loca

lege providentes

lege diſpoſatis.

III.

Ut conſideratis locorum ſpatiis, juxta gehenationem uniuſcujuſque ducis epiſcopia diſponatis, & ſubjacentia ſingulis ſedibus terminetis. Et ſi tres, aut quatuor, vel majoris numeri viſæ fuerint conſtitutæ ſedes, reſervato præcipuæ ſedis loco pro archiepiſcopo reſedendo, adhibito trium epiſcoporum conventu, probabiles fide, ac boni teſtimonii, & eruditos ſana doctrina viros ordinetis antiſtites ex auctoritate beati Petri apoſtoli, & in ſubſequentis vigoris tradita diſpenſatione locis * eos creditis collocantes.

* *lege* eis

IV.

Ut prævíſo * PP. archiepiſcopum loco ſi talem reperire poteritis virum, qui poſſit doctrinis ſalutiferis & operum exemplis inſtruere ſibi ſubditos ſacerdotes, ac regere prudentiſſime clerum, ac plebem, & amplificare congrue creditas oves; aut datis literis veſtris eum ad nos dirigatis, aut nobiſcum venire faciatis. Si certe talem invenire non poteritis, hoc aut per vos aut per veſtras literas innoteſcatis; quatenus de hac ſacra præmiſſa ſede * prævidentes, utilem cum Dei auxilio dirigamus.

* *lege* propter

lege providentes,

V.

Ut ordinatis epiſcopis unicuique illorum hoc detis ex figura * nec ordines in mandatis, ne unquam ordinationes præſumat illicitas, ne digamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum aut expœnitentem, vel cuilibet conditioni obnoxium, atque notatum, ad ſacros ordines permittat accedere. Sed ſi quos hujuſmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros paſſim ad eccleſiaſticos ordines prætendentes nulla ratione ſuſcipiat: quia plerique illorum Manichæi * rebaptizati ſæpius ſunt probati. Miniſteria atque ornatum eccleſiæ, vel quidquid eſt vel fuerit in patrimonium ejuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere.

noſtræ ordinationis; *idem ſupra in epiſtola ad Thuringos.*

* *Lege* & rebaptizati

De

1 Germanus in ſedem CP. translatus fuit an. Chr. 715. M. Auguſto, ut docet Pagius; Theodoſius vero initio anni ſequentis imperio potitus fuit, Hæc igitur ſynodus habita vel circa finem anni 715. vel ineunte an. 716.

2 Legendum, *Artemium*.

ANNO CHRISTI 714.

De reditu vero ecclesiæ, vel oblationibus fidelium, quatuor faciat portiones: quarum unam sibi retineat, alteram clericis pro suorum officiorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum, non nisi quarti, septimi, & decimi mensium jejuniis, * sed in ingressu quadragesimali, atque vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate & pentecoste noverit esse præbendum, exceptis his quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Cui de reliquo sedis apostolicæ præmissæ * Romani præcepta servanti cuncta subjacet religio, & universa generalitas populorum Christiani nominis * renotata signaculo, ad obsequendum commoneatur, corde promptissimo, ut irreprehensibile placitum fiat corpus ecclesiæ per Christum Dominum nostrum.

* *lege & in*

* *lege* Romanæ

* *lege* renovata

VI.

Ut ita nubentibus vel nupturis ordinem ex auctoritate apostolica detis, ut nec continentiæ causa * indicentibus damnabilis * copulæ nuptialis, nec per licentiam nubendi præsumatur occasio fornicandi. Sed sicut masculum & feminam Deus in ipso exordio mundi præcepit conjungi, ut sint duo in carne una; ita, juxta doctrinam apostolicam, *Unusquisque vir suam uxorem habeat*. Et non * licere in invicem fraudare, nisi ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, dicente de hoc ipso apostolo: *Alligatus es uxori; noli quærere solutionem*: id est, superstite conjuge, ad * alteram feminæ concupiscam non velle transire, quia eodem doctore gentium adstruente: *Qui fornicatur, in corpus suum peccat*, hoc est, in * uxore propria, cum qua unum corpus est, cui fraudando per amplexus illicitos semetipsum sub peccati reatu * objurgat. Unde, nec reputandum est recte conjugium, quod duorum excesserit numerum, quia nisi in duobus non geritur jugum. Ipsum quoque unius viri & uxoris conjugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus præsumendum, id est, ne quis uxorem patris, aut patrui, aut fratris, sive sororem suam, aut sororem patris, vel matris, sive filiam sororis suæ, seu etiam filiam * patris aut matris audeat sibi conjugio copulare, aut in adulterio sociare. Quod si quis aut per conjugalem * copiam, aut adulterandi temerantiam ausus fuerit perpetrare, noverit se incesti facinoris contaminatione obnoxium esse, atque ob hoc indignum fieri sacra communione corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi: sine cujus perceptione nemo poterit salvari. Nuptiis quoque ipsis præferenda fidelium virginum & continentium docetur integritas.

* *lege* judicetur

* *lege* copula

Genes. 2. 1. *Cor.* 7.

* *lege* liceat

Ibidem.

* *lege* alterius feminæ concubitum.

1. *Cor.* 6.

* *lege* uxorem

* *lege* obstringit.

* *lege* sororis patris.

* *lege* copulam.

ANNO CHRISTI 714.

VII.

Ut nihil in perceptione ciborum judicetur immundum, nisi quod fuerit idolis immolatum: quia juxta quod magisterio apostolico docetur, *Omnis creatura Dei bona:* & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

1. *Tim.* 4.

VIII.

Ut somnia, & auguria, quia, juxta divina oracula, vana sunt, non attendenda penitus doceantur.

IX.

Ut incantationes, & fastidiationes, sive diversæ observationes dierum Kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia, & magorum præstigia, seu etiam sortilegium, ac divinantium observatio execranda.

X.

Ut dominicis diebus doceantur non licere omnino jejunare, propter resurrectionis dominicæsacramentum, neque in festivitatibus dominicis nativitatis, aut * apparitionis, * sive ascensionis.

* Hoc est Epiphaniæ.

* Hoc est *Ascensionis*: Hard.

XI.

In omnibus ita Christi charitas teneatur, quatenus, secundum statuta sacrorum canonum, oblationes dissidentium, priusquam reconcilientur, nullo modo in ecclesia recipiantur.

XII.

Ut pœnitentiæ remediis nemo se non egere putet, pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus.

XIII.

Ut de spe resurrectionis futuræ ita instituantur, ut eodem ordine, eademque forma, qua ipse Dominus resurrexit a mortuis, omnes homines resurrecturos esse non dubitent in eodem corpore in quo sumus, & vivimus, non naturam aut sexum mutantes, sed tantum fragilitatem & vitia deponentes. Ipsum quoque sanctum, cum angelis suis, atque cultoribus, æterno incendio concremandum, neque, secundum quorumdam sacrilegam disputationem, ad pristinam, id est angelicam dignitatem, unde decidit, reducendum: juxta quod Dominus in evangelio se prædixit dicturum reprobis stantibus a sinistris in futuro judicio: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis ejus*. Bene valete. Datum Idibus Martii, imperante domino Augusto Anastasio a Deo coronato magno imperatore, * anno tertio pontificatus ejus, *&c.*

Matth. 25.

* *lege* anno primo, aut anno secundo imperii ejus, sive patriciatus ejus: Gregorius enim non pontificatus sed imperii annos adscribere consuevit.

Ex Labbei Append. Tom. VI.

CONCILIUM TRAJECTENSE.

De transmittendis evangelii prædicatoribus in provincias paganorum.

a *Synodus hæc petitur ex vita S. Svviberti episcopi, apud Surium ab auctore coætaneo conscripta, qui cap.* 13. *&* 14. *hæc narrat, tum de Svviberto, tum etiam de sancto Vvillebrodo Trajectensi episcopo.* Mortuo, *inquit*, Radbodo rege Frisonum, libere permissi sunt ubique per Frisiam publice evangelium Christi prædicare. Quapropter sancti pontifices Trajectum venerunt: quod Castrum sanctus Vvillebrodus ab illustri principe Pippino de Heristallo, & a glorioso filio ejus Carolo Martello, ex regali donatione cum suis appendicibus pro se, & suis successoribus episcopis Trajectensis ecclesiæ impetravit. Deinde animadvertentes, quod multus populus Deo prosperante ab infidelitatis errore ad Christum conversus esset: con-

ANNO CHRISTI 719.

convocata ſynodo in novella eccleſia Trajectenſi, apoſtolici pontifices, & canonici egregii prædicatores, utpote ſanctus Vvinfridus ſacerdos, qui poſtea archiep. Moguntinenſis conſecratur, & Bonifacius appellatur, ſimiliter ſanctus Vviro epiſcopus Merciorum, ſanctus Pechtelmus epiſcopus de Candida Caſa, ſanctus Othgerus levita, cum pluribus aliis glorioſis ſacerdotibus & prædicatoribus (inter quos Marcellinus presbyter hujus vitæ ſcriptor) cui ſanctæ ſynodo præfuerunt ſancti Vvillebrodus & Svvibertus, antiſtites conſtantiores. In qua concluſum & definitum fuit, ut omnes primi prædicatores in exteras provincias prædi- A carent verbum Dei. Unde hac illacque diſperſi propter verbum Dei, poſt converſionem multorum paganorum ſalubri fine in Chriſto quieverunt. *Porro ex hoc contextu colligitur Concilium anno 719. celebratum fuiſſe, cum Radbodus paulo poſt inſignem a Carolo Martello victoriam ad Vinciacum anno præcedente reportatam mortuus legatur apud Sigebertum in chronico: cumque ille ipſe Carolus, fugato rege Chilperico, Clotarium IV. ſibi aſſumpſerit in regem ipſomet anno 719. victoriam ſubſequente: proindeque appellari novella potuerit eccleſia Trajectenſis, ſub finem anterioris ſæculi ab eodem Vvillebrodo erecta.*

ANNO CHRISTI 719.

ANNO CHRISTI 721.

[a] # CONCILIUM [β] ROMANUM I.

ANNO CHRISTI 721.

[b] EPISCOPORUM TRIGINTA DUORUM [c] ſub Gregorio II.

Adverſus illicita conjugia habitum anno Domini DCCXXI. ipſis Nonis Aprilis.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut nullus audeat presbyteram in conjugium ducere.*
II. *Item de diacona.*
III. *Item de monacha quam Dei ancillam appellant.*
IV. *Item de commatre ſpirituali.*
V. *Item de fratris uxore.*
VI. *Item de nepte.*
VII. *Item de noverca aut nuru.*
VIII. *Item de conſobrina.*
IX. *Item de propria cognatione, vel quam cognatus habuit.*
X. *Ut viduam nemo furetur in uxorem.*
XI. *Item ut virginem nemo furetur in uxorem.*
XII. *De aruſpicibus, vel incantatoribus, ſeu phylacteriis.*
XIII. *De præceptis eccleſiæ obſervandis.*
XIV. *De Hadriano filio Exhilarati.*
XV. *De Epiphania diacona.*
XVI. *Ut nullus audeat aſſenſum eis tribuere.*
XVII. *De coma clerici non relaxanda.*

PRÆFATIO.

[γ] IN nomine Domini Salvatoris Dei noſtri Jeſu Chriſti, imperante domino piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato magno & pacifico imperatore anno VI. [ε] poſt conſulatum vero ejus anno * XVI. ſed & Conſtantino novo imperatore ejus filio, anno II. menſe Aprili, indictione IV. præſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo Gregorio apoſtolico papa in baſilica beati Petri apoſtolorum principis, ante confeſſionem, conſidentibus etiam ſanctiſſimis epiſcopis, * Agnello Ferentinati, Agnello Sutrino, Joanne Veliternenſi, Tribunitio Phalaritano, Vitale Aletrino, Anaſtaſio Tiburtino, Opportuno * [δ] Maturanenſi, Joanne Blerano, Martiano * [ε] Gabinati, Vvilari Narnienſi, Georgio Portuenſi, Sergio Prænestino, Tiberio Silvæ B candidæ, Petro Amerino, Gregorio Anagniæ, Sinderedo archiepiſcopo Hiſpaniæ, Georgio Nepeſino, Sedulio epiſcopo Britanniæ, Joanne Signino, Ferguſto epiſcopo Scotiæ, Andrea Albanenſi, & Majorino Polimartii, ſeu venerabilibus presbyteris, Siſinnio, Joanne, item Joanne, Euſtrafio, Georgio, Thalaſſio, Marino, Conſtantino, Gregorio, Joanne, & Joanne: adſtantibus quoque diaconibus, Petro archidiacono, Gregorio, Muſco, ſeu Benedicto, vel cuncto clero, Gregorius ſanctiſſimus ac beatiſſimus papa ante corpus beatiſſimi Petri in ſynodo reſidens dixit:

Cum ſimus dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores, ſtudioſius nos convenit * pro- Dei præſidium.
C eorum ſæpe rogitare ſalute, ne de creditis fruſtratiſque (quod abſit) animabus inſidiis antiqui hoſtis, ante paſtorem omnium (niſi ſuccedat præveniendo de offenſis correctio) diſtrictam * cogamus ſolvere rationem, dumque per- * cogamur
pendo, vel ad animum reduco, quanta circumſpectione nos oporteat invigilando contra ſui cujuſque ſceleris nequitiam obviare, & (ſi quando inſilierit ad perturbandas fidelium mentes) adjutorio ſuperno ictui ejus reſiſtere, valde concutior atque * nimis tabeſco, ne ſerpentina cal- * animis
liditate (quod abſit) leviores quoſque decipiat. Deo vero favente, ſolicitudine nimia, animæquiore mente, divino juvamine freti, pro ſalute omnium ſtudere debemus, ut inconfuſo
D vultu, non de fraude cujuſquam perculſi aſſiſtere æterno judici mereamur, & vocem audire inquientem: *Euge ſerve bone & fidelis, quia* Matth. 25
ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Hinc namque eſt, quod ingemiſcens dico, quia populi Chriſtiani aliquos per provinciam Italiam commorantes, audio temere contra catholicam fidem & patrum ſtatuta * patrare, ita ut Deo * peccare,
ſacratas feminas ducere præſumant mulieres, & propinquas in conjugio ſocient. Quod opportunum eſt ſpiritali amputari mucrone, atque, Feminæ Deo ſacratæ non nubant.

* leg. eſt VI.

* deſunt nomina epiſcoporum in MS. cod. Juſtelli cum quo commiſimur excuſa.
* Metaurenſi,
* Sabinati,

---

[a] Hæc eadem videtur cum ſynodo Trajectina, de qua ſupra Labbeus ad ann. 697.
[β] In Mſſ. pleriſque titulus eſt: *Incipiunt decreta Gregorii minoris.* In Collectione gemina mſ. Dionyſii Exigui, quæ eſt in Bibl. Collegii Pariſien. S. J. *Conſtituta Papæ Gregorii junioris num.* 17. Hard.
[γ] Varias Lectiones ex mſſ. jamdudum addidit P. Fronto Ducæus S. J. Hard.
[δ] Mſ. *Maurianenſi.* Hard.
[ε] Mſ. *Gabienſi.* Hard.

que, si vestræ placeat sanctitati, radicitus evel- A
ANNO CHRISTI 721. li, ne seges boni agricolæ, zizaniorum mixta horrentibus frutetis fordescat.

Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri responderunt: Vere [1] cognoscimus gratia Spiritus sancti cor apostolatus vestri succensum, & ut radicitus tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriæ obserato, salutari antidoto curetur (sicut bene provisum est) interdictione anathematis, ne denuo hoc quisquam Romanus, Longobardus, vel cujuscumque sit gentis, sacrique baptismatis unda lotus, attentet, ut non tanti piaculi mole oppressus * præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque B radicitus evellatur. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum venerabilis Christi apostolorum principis, inferendo sententiam dixit:

* f. in præcipitium.

CAPITULA.

Si quis [d] presbyteram duxerit * in conjugium, anathema sit. * Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

* in conjugio

* Istæ responsiones absunt ab eodem cod. Justelli excepta ultima: alii tamen MS. cod. omnes proferunt.

II.

Si quis diaconam in conjugium duxerit, Anathema sit. Et responderunt om- C nes tertio: Anathema sit.

III.

Si quis monacham, quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

IV.

Si quis commatrem spiritalem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

V.

Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt D omnes tertio: Anathema sit.

VI.

Si quis neptem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

VII.

Si quis novercam aut nurum suam duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

VIII.

Si quis consobrinam duxerit in con- E jugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

IX.

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, * duxerit uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

* induxerit

X.

Si quis viduam rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, * cum sibi consentientibus, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

ANNO CHRISTI 721.

* vel consentiente ei

XI.

Si quis virginem, quam sibi non desponsaverit, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XII.

Si quis hariolos, aruspices, * incanta- 26. qu. 5. tores observaverit, aut phylacteriis usus quis hariol vel fuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XIII.

Si quis in * quamlibet partem præ- * totum pa tenve cepta ante emissa apostolicæ ecclesiæ de olivetis & locis diversis temeraverit, & non in omnibus observaverit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XIV.

[2] Hadrianus filius Exhilarati, qui post præstitum sacramentum in apostolica confessione Epiphaniam diaconam illicito ausu in uxorem habet, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XV.

Epiphania diacona, quæ post præstitum sacramentum cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapsa est, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XVI.

Si quis [3] ei in tam crudeli actu * con- * assensum sensum præbuit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XVII.

Si quis ex clericis * relaxaverit comam, * laxaverit anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

[4] * SUBSCRIPTIONES.

* absunt hæ cod. Justell.

Episcopi.

Gregorius episcopus sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ Romanæ huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Agnellus episcopus sanctæ ecclesiæ Ferenti- E nensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Joannes humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Veliternensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Ego Vitalis episcopus ecclesiæ Aletrinæ subscripsi.

Opportunus episcopus ecclesiæ Maturanensis subscripsi.

Mar-

1 Eadem plane legas in Conc. Rom. sub Zacharia anno 743. 2 Mſ. *Hadriano filio*. Hard.
3 Mſ. *eis*. Hard. 4 Et hæ subscriptiones sunt in Collectione mſ. Dionysii Exigui. *Hard.*

ANNO CHRISTI 721.

Martianus episcopus ecclesiæ Sabinatis subscripsi.

Georgius episcopus ecclesiæ Portuensis subscripsi.

Tiberius episcopus ecclesiæ Silvæ candidæ subscripsi.

Georgius episcopus ecclesiæ Nepesinæ subscripsi.

Gregorius episcopus ecclesiæ Anagninæ subscripsi.

Joannes indignus episcopus ecclesiæ Signinæ subscripsi.

Andreas episcopus ecclesiæ Albanensis subscripsi.

Anellus peccator episcopus ecclesiæ Sutrinæ subscripsi.

[1] Tribunitius indignus episcopus ecclesiæ Phalaritanæ subscripsi.

Anastasius episcopus ecclesiæ Tiburtinæ subscripsi.

Joannes episcopus ecclesiæ Bleranæ subscripsi.

[2] Vvilaris episcopus ecclesiæ Narnienſis subscripsi.

Sergius episcopus ecclesiæ Prænestinæ subscripsi.

Petrus episcopus ecclesiæ Amerinæ subscripsi.

Majorinus episcopus ecclesiæ Polimartii subscripsi.

Sinderedus episcopus ex Hispania huic constituto a nobis promulgaro subscripsi.

Sedulius episcopus Britanniæ de genere Scotorum huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Fergustus episcopus Scotiæ Pictus huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Presbyteri.

Sisinnius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii, qui appellatur Lucinæ, huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Joannes presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Sixti subscripsi.

Sisinnius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Cæciliæ subscripsi.

Joannes presbyter tituli sancti Marcelli huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Joannes humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ subscripsi.

Eustratius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Anastasiæ subscripsi.

Gregorius immeritus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorum Joannis & Pauli huic constituto a nobis promulgato subscripsi

Thalassius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Callisti trans Tiberim, subscripsi.

Marinus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Sabinæ subscripsi.

Constantinus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Cyriaci subscripsi.

Gregorius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Clementis subscripsi.

Epiphanius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii subscripsi.

Marinus indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorum apostolorum subscripsi.

Joannes presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Priscæ subscripsi.

Diaconi.

Petrus indignus archidiaconus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Muscus humilis diaconus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Gregorius indignus & humilis diaconus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Benedictus indignus diaconus sanctæ sedis apostolicæ, huic constituto a nobis promulgato subscripsi, die Nonarum Aprilium, imperante domino piissimo Augusto Leone, a Deo coronato magno imperatore anno sexto, post consulatum vero ejus anno* decimosexto, sed & Constantino novo imperatore ejus filio anno secundo, indictione quarta.

* *dele* decimo.

Notæ Severini Binii.

a *Concilium Romanum I.*) Ita ad discernendum istud a subsequenti placuit inscribere.

b *Episcoporum* 32.) Ex his Sincredum Toletanum fuisse archiepiscopum, qui a civitate a Sarracenis excisa ad Romanam ecclesiam totius religionis Christianæ asylum confugerat, testatur Rodericus erum Hispanicarum, lib. 3. cap. 16. Fergustum Scotiæ episcopum diversæ causæ haud dubie Romam perduxerant. Sincredus Toletanus.

c *Sub Gregorio II.*) Collectio conciliorum Suriana Coloniensis sub Gregorio III. hanc synodum male collocat: nam ex numero quartæ indictionis, & anno secundo Constantini, quem Theophanes tertia indictione die paschatis solemni ritu imperatorem creatum esse scribit, plane asserendum est anno octavo Gregorii II. qui cum anno Domini 721. quarta indictione, Leonis sexto, & Constantini secundo coincidit, Romæ celebratam fuisse. Surii error.

d *Presbyteram.*) Presbytera dicitur (ut supra notavi) quæ ex mutuo consensu a viro ad sacrum ordinem promoto relinquebatur, & castitatem servare tenebatur. Diacona similiter appellatur canone sequenti quæ ex mutuo consensu a viro ad diaconatus ordinem promoto relinquebatur, castequeque deinceps vivere cogebatur. Quæ exemplo orientalium propter canonem pseudosextæ synodi ad aliorum connubia transirent illicite, propterea quod toro separati veri conjuges remanerent, hoc constituto synodali opus erat. Can. 1. Presbytera quæ

Notæ Frontonis Ducæi S. J.

1 *Post consulatum vero ejus anno decimosexto.*) In manuscripta collatione canonum ab anno 1048. sub Clemente secundo exarata, quam nobis commodavit vir clarissimus Clericus Parisiensis curiæ supremæ senator, ita lego, ut & apud illustrissimum cardinalem Baronium tomo nono, anno 721. *Post consulatum vero ejus anno sexto*: Et apud Onufrium Panuinium, qui scribens in fastos consulares, cum anno Christi 723. copulat annum sextum post consulatum Leonis Imperatoris, & citat tomum secundum conciliorum, ex hoc opinor concilio. sed addit indictionem sextam, quod non convenit cum hoc textu: nisi forte professionem fidei intelligit potius, quæ reperitur inter epistolas Gregorii II. p. 412. editionis Venetæ, atque edita fuit imperante Leone, anno sexto post consulatum ejus, anno quarto indictionis sextæ. Et tamen epistola sequenti annus tertius imperii ejus jungitur cum indictione secunda, & in altera septimus cum sexta.

Post subscriptiones episcoporum & presbyterorum & diaconorum corrigendum ex manuscripto: *Post consulatum vero ejus anno sexto.*

Adnotatio P. Antonii Pagi

Ad annum Christi 721. n. 1.

In parte 3. Dissertat. Hypat. cap. 4. num. 5. & in Prolegomenis ejusdem Dissertat. num. 46. jam observavimus annum, quo Concilium Romanum sub Gregorio II. Nonis Aprilis celebratum, alium non esse, quam 721., ideoque quam sextum Leonis Aug. licet in ejus exemplaribus modo annus V. modo annus VI. ejusdem Imp. legatur. In exemplari quo usus est Baronius, habe-

[1] Mſ. *Tribunacius*. Hard. [2] Mſ. *Vvillari*. Hard.

ANNO CHRISTI 721.

betur: *Imperante piissimo Augusto Leone anno sexto, post consulatum vero ejus anno sexto, sed & Constantino ejus filio anno secundo, mense Aprili, Indictione quarta.* In editione Labbeana: *anno VI. post Consulatum vero ejus anno XVI., sed & Constantino novo Imperatore ejus filio anno II. mense Aprili, Indictione IV.* Ubi in margine loco, *anno XVI.* Labbeus reponit, anno VI. Mabillonius in Præfatione part. II. Sæculi IV. Benedictini cap. 7. n. 106. refert eamdem subscriptionem iisdem, quibus Baronius, verbis; atque eam legi tum in fronte, tum in fine Decretorum Gregorii II. in veteri exemplari Ms. in Bibliotheca San-Germanensi asservato, ac pariter in alio antiquo Codice; nisi quod in subscriptione nonnemo secunda manu adjecit, *decimo*, post hæc verba, *post consulatum ejus anno sexto*, concluditque indubie legendum esse, *anno sexto*, ut etiam, inquit, Collectio Canonum sub Clemente II. exarata ostendit. Verum cum certum, indubitatumque sit, Leonem Imperium an. 717. die 25. Martii iniisse, quomodo anno Christi 721. mense Aprili, annus sextus imperii Leonis, annusque pariter sextus ejus Consulatus a tempore Constantini Pogonati per modum Tribunitiæ potestatis ab Imperatoribus gesti in cursu esse potuit; cum exinde Imperatores uno eodemque die Imperium & Consulatum susceperint, ac tot Consulatus quot Imperii annos numeraverint, ut in laudata Dissert. demonstravi? Librarii igitur Imperii & Consulatus connexionem non capientes numeros depravarunt, tam in his Gregorii II. literis, quam in variis aliis; quod mirum videri non debet, cum antequam præfatam Dissertationem in lucem emisissem, ea etiam Eruditos omnes lateret. Legendum itaque: *Imperante Domino Piissimo Aug. Leone anno V. post Consulatum vero ejus anno V. &c.*

ANNO CHRISTI 724.

CONCILIUM ROMANUM II.

IN CAUSA SANCTI CORBINIANI Frisingensis Episcopi,

Sub Gregorio II. celebratum, anno Domini DCCXXIV.

[a] (*Concilium.*) Aribo in actis Corbiniani episcopi apud Surium die 8. Septembris refert, quod Corbinianus Romam profectus, ad pedes pontificis prostratus, amore quietis dimissionem ab episcopatu petiverit; quodque tantam ejus humilitatem summus papa miratus, post illum a se dimissum, ad secreta necessaria synodum presbyterorum & episcoporum in urbe præsentium congregarit, & in eorum præsentia petitionem Corbiniani recitarit. *Quibus illi auditis*, inquit Aribo, *una voce eum reverti debere proclamabant, multis testimoniis scripturarum id confirmantes. His ita dicentibus, virum Dei in medium venire jussit. Quorum verbis se victum considerans, ut injunctum sibi a sancto patre officium nullo modo omitteret, & a lucro vacuus rediret ad aream, cum summo ibi aliquantum temporis retentus honore, & benedictione accepta, valefaciens omnibus tristis recessit.* Hæc de actis synodalibus Aribo prædicto loco.

ANNO CHRISTI 726.

CONCILIUM ROMANUM III.

QUO ICONOCLASTARUM HÆRESIS EST CONDEMNATA,

Ususque sacrarum imaginum confirmatus, sub Gregorio II. anno Domini DCCXXVI.

[a] (*Concilium.*) De hujus concilii auctoritate Hadrianus Papa I. in epistola ad Carolum Magnum: *Pro his firmissimis exemplis prædecessor noster dominus Gregorius II. junior papa, in suo sacro concilio, (quod & in alio concilio prædecessoris nostri Stephani Papæ una cum sacerdotibus partium Franciæ atque Italiæ octo susceptum & veneratum est) in eo ipso præsidente sanctissimo ac beatissimo quondam domino Gregorio Papa per semetipsum similiter dixit: Si contraria sentientibus & irritas facere quærentibus antiquas patrum traditiones, salutis occurreret conversio, sufficerent utique ea quæ superius a nobis ex patrum testimoniis vel sacris dicta sunt documentis: sed quia videmus (quod mœrentes dicimus) plerosque turbatis mentibus statuta conturbare ecclesiæ; ideo fratres charissimi, extenditur sermo, & cupimus ad compescendam erroris insaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere: forsan respiscent inquieti. In libro enim Exodi sic legimus:* Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel ut tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem ea quæ accipere debetis; *& cætera per ordinem usque ad* duos cherubim: qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel. *Nam & aliud protulit testimonium ex libro tertio regum.* Ut sileant garrientes mandato Dei. *A Salomone constructo templo inter alia* fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum, *& infra:* Et sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam cherubim quam palmas & cætera auro. *Ecce, charissimi fratres, consideremus quid Deo mandante Moyses fecerit, quidve Salomon sapientissimus jussu construxerit divino*, &c. *Quanto debemus puro corde & animo sculptum Christum Deum nostrum, sanctamque semper virginem Mariam, apostolos quoque vel omnes sanctos Dei per eorum sacras effigies atque imagines colere vel adorare, & ad propitiandum nobis petere relaxari delicta? Nos non ob aliud nomen imagines facimus & adoramus, sed pro nobis incarnato Verbo Dei. Si autem manufacta omnia abjicienda sunt, neque arca fœderis, neque aurei & cælati cherubim ejus debuerunt recipi, quæ per Beseleel & Ooliab facta sunt juxta præceptum Dei. Si vero illa susceptа sunt, & hæ imagines opportune recipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt: unde & operantur, sicuti & arca, multa miracula. Nam & arca & cherubim, ut & hæ, sine anima erant, & manufacta, & sculpta: sed sicut illic per illa operabatur Deus & glorificabatur; ita & hæ simili modo secundum visiones & revelationes prophetarum coloribus distinctæ efficiuntur.*

Exod. 25.

3. Reg. 6.

Et ne quis aliter propter adorationem, quæ a prædecessoribus nostris sanctissimis præsulibus promulgata est, oblatrare præsumat; sciat ipsos talem

ANNO CHRISTI 726. Greg. lib. 7. epist. 53. in fine.

lem adorationem docuisse, qualem prædecessor noster sanctus Gregorius egregius doctor & papa in epistola sua, quam in præfato concilio domini Stephani papæ Herulphus episcopus provinciæ Galliarum civitatis protulit. Ubi inter cætera Secundinum servum Dei inclusum Galliæ docuit, dicens: Scimus quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut pro Deo, aut quasi Deum colas, sed ob recordationem Filii Dei, & in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum aut in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scripturu ad memoriam filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem Salvatoris & sanctæ Dei genitricis Mariæ beatorumque Petri & Pauli apostolorum continentes, per supradictum filium nostrum diaconum, & unam crucem, & clavem pro benedictione a sanctissimo cor- A *pore Petri apostolorum principis, ut per ipsum a maligno sis defensus, per cujus sanctum lignum munitum te esse credis*, &c. ANNO CHRISTI 726.

Post hæc autem testimoniis sacræ scripturæ demonstrat cultum sacrarum imaginum antiquitus in ecclesia pie receptum fuisse. Hoc eodem concilio Iconoclastarum hæresi ejusque sectatoribus anathema dictum esse testatur Zonaras his verbis: *Gregorius, qui tum Romæ veteris ecclesiam gubernabat, repudiata societate præsidis novæ Romæ, Leonis scilicet imperatoris, nec non eorum qui illum sequerentur, illos una cum imperatore synodico anathemate obstrinxit, & vectigalia quæ ad id usque tempus imperio impendebantur inhibuit, icto cum Francis fœdere.* Et inferius: *Igitur papa Gregorius deserta imperatoris obedientia, ob perversam ejus opinionem, (ut dictum est) pacem cum Francis fecit, cum prius sæpe didisset operam, ut Leonem per literas ab odio Dei revocaret, atque ad cultum sacrarum imaginum reduceret.*

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

Leonis Isauri Imp.

Ex libello synodico.

ΛΕΩΝ πίνω, ὁ κὴ Κόνων ἐπιλεγόμενος, τὸ γένος Ισαυρος, τῶ βασιλείαν Θεοδοσίε διὰ δεξάμενος, κὴ τὴ πλάνη Κωνσταντίνου ἐπισκόπου Νακωλείας, κὴ Βίσηρ πατρικίου σαρακηνόφρονος, τῆς αἱρεσιαρχῶν χραινόμενος, μιαρὰν ἐν τῷ παλατίῳ κατὰ τῆς ἁγίων εἰκόνων ποιησάμενος σωόδον. Γερμανὸν τὸν μακάριον τῶ αὐτῆς διώκειν ἀνάγκαξεν ἐκφωνῆσαι κατένεξιν. Ο τῆς τῦ Θεοῦ ἱεράρχης τὸ ὠμοφόριον ἐξέθετο τοῦ σωεδρίου ἀποδυσάμενος ὄντινα μὴ ὁ θηριώνυμος τύρανος, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ περιώρισε. μετὰ μικρὸν δὲ ἐν τῷ σεμνείῳ τῆς Χώρας, σὺν τῷ ἀρχιδιακόνῳ αὐτοῦ Ανθίμῳ, ἀγχόνῃ αὐτὸν ἐθανάτωσεν. Ανασάσιον, δὲ τὸν ἀνθύπατον, τῷ θρόνῳ ἀναβιβάσας, τὰ ὑσερήματα Ελλήνων κὴ Ιουδαίων, ἐν τῇ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δεινῶς ἀνεπλήρωσεν.

LEo igitur, qui & Conon dicebatur, Isaurus genere, cum Theodosio in Imperio successisset, & errore Constantini Nacoliensis episcopi, & Biser patritii Saracenica sapientis, hæresiarcharum esset pollutus, nefandam in palatio [1] contra sacras imagines instituit synodum, & beatum Germanum, ut earum demolitionem publice renunciaret, coegit. Sacer autem Dei antistes, exuto humerali, e synedrio discessit: quem efferus tyrannus domi suæ conclusit: nec multo post in monasterio Choræ, una cum archidiacono Anthimo, laqueo suffocavit. Anastasium vero Deo inimicum solio intrudens, ea quæ * Græcis & Judæis in Christi ecclesia persequenda defuerunt, truculenter implevit. * Gentilibus

SYNODUS ROMANA [2] GREGORII PAPÆ,

Ex eodem libello.

ΟΠΕΡ μαθὼν ὁ θεόληπτος πάπας Ρώμης Γρηγόριος, θείαν κὴ ἱερὰν συνησάμενος σωοδον· τοὺς εἰκονομάχους γλυκαίως ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ἐλέγχοις πολλοῖς κὴ σφοδροῖς πρὸς τὸν βασιλέα χρησάμενος Λεόντα.

QUod cum divinus papa Romæ Gregorius resciviſſet; divina & ſancta convocata ſynodo, imaginum oppugnatores generoſe anathemati ſubjecit: multis & vehementibus ad imperatorem Leonem uſus argumentis.

SY-

1 Hæc contigere anno Christi 730. De his ita Theophanes ad an. Incarn. secundum Alexander. 721. *Die septima mensis Januarii, Indictione 13. feria hebdomadis tertia, irreligiosus Leo Silentium contra sanctas venerandasque imagines in novemdecim Accubitorum Tribunalio celebravit, Germano sanctissimo Patriarcha advocato, cui persuadendum arbitrabatur, ut suo de abolendis sacris imaginibus decreto, tandem subscriberet* &c. Silentium conventus erat optimatum tractandis Imperii negotiis Imperatoris mandato coactus. Quare quemadmodum Francorum conventus singulis annis pro regni negotiis congregari soliti dicuntur a nostris Historicis indiscriminatim Conventus, Placita: ita Conventus, in quibus de rebus ad ecclesiam spectantibus in Oriente agebatur, Silentia dicebantur: imo & ab Historicis Græcis Conciliorum nomine quandoque donantur. Sic in libello Synodico ejus Auctor conventum, in quo S. Germanus abdicare coactus est, inter Synodos numerat, *ex Pagio ad An. Ch. 730. n. 1.*

2 De hac supra Labbeus ad an. Ch. 726. sed ex synodici verbis videtur post S. Germani abdicationem, idest non ante an. 730. celebrata; fortasse eadem est ac synodus Gregorii III. anni 732. de qua infra Labbeus.

ANNO CHRISTI 726.

SYNODUS HIEROSOLIMITANA THEODORI [1]

Ex eodem libello.

SImiliter & Theodorus, Hierosolymitanus episcopus, congregata a-Deo-collecta synodo, sacras sex œcumenicas synodos, numero & tabulis prædicavit: recens autem natam sanctorum combustricem hæresin anathemati subjecit.

ΟΜΟΙΩΣ τε καὶ Θεόδωρος, ὁ τῆς Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ἀθροίσας θεοσύλλεκτον σύνοδον· τὰς ἁγίας ε'. οἰκουμενικὰς συνόδους, ἀριθμῷ καὶ διπτύχοις ἐκήρυξε. τῷ ἀναφυεῖσαν τῆς ἁγιοκαύστων αἵρεσιν ἀναθέματι καθυπέβαλεν.

SYNODUS JACOBITARUM IN SYRIA

Pro conciliatione Armenorum cum Syris Jacobitis,

Ab Athanasio Jacobitarum patriarcha anno Græcorum 1037. Christi 726. celebrata.

Ex Supplem. Mansi pag. 542.

HAnc Synodum ex Abulpharagii Chronico Patriarcharum Antiochiæ inedito cognitam paucis in his verbis expedit Assemanus Biblioth. Orient. tom. II. pag. 338. *Hic* (Athanasius patriarcha) *congregata synodo Armenos cum Syris Jacobitis conciliavit anno Græcorum* 1037. Nec plura de illa, alias ignota.

ANNO CHRISTI 731.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA GREGORII PAPÆ III.

Dantur variantes ex Cod. Luc.

GRegorius tertius, natione Syrus, ex patre Joanne, [b] sedit annos decem menses * octo, dies (*a*) viginti. Vir mitissimus & valde sapiens, in divinis scripturis sufficienter instructus, Græca Latinaque lingua eruditus, psalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoque in lectione politus, exhortator omnium bonorum operum, plebique florentissime salutaria prædicans, fidei catholicæ & apostolicæ (*b*) immutilate conservator, perenniter suo monitu, corda fidelium corroborans, orthodoxæ fidei æmulator ac defensor fortissimus, paupertatis amator, & * erga inopes provisor, non solum mentis pietate, sed studii sui labore solicitus, captivorum etiam redemptor, orphanorum quoque & viduarum largitor, necessaria tribuens, amator religiositatis * in Christiana norma, & religiose volentibus vivere, & Dei timorem * habentibus in suis præcordiis * dilector existens, Deo favente pervenit ad sacrum ordinem presbyteratus. Quem viri Romani, seu * omnes populi a magno usque ad parvum divina inspiratione permoti, subito eum, dum ejus decessor de hoc sæculo migrasset, dum ante feretrum in obsequio sui antecessoris * esset intentus, vi abstollentes in pontificatus ordinem elegerunt [e]. Fuit autem temporibus Leonis & Constantini imperatorum, ea [d] persecutione grassante, quæ per ipsos mota est ad depositionem & destructionem sacrarum imaginum Domini nostri Jesu Christi, & sanctæ Dei genitricis, sanctorum apostolorum omniumque sanctorum & confessorum, pro quibus * isdem sanctissimus vir, ut ab hoc resipiscerent ac se removerent errore, commonitoria scripta * vigore apostolicæ sedis instituta, quemadmodum & sanctæ memoriæ decessor ipsius direxerat, misit per * Georgium presbyterum. Qui humano ductus timore, non eadem scripta imperatori porrexit. Qui revertens, secum hæc in civitatem Romanam reducens, ipsi sanctissimo pontifici patefecit, confessus se faciens reum culpæ. Quem magna comminatione pontifex ipse voluit ab ordine sacerdotali privare. Cui * residente concilio, sed obsecrante tam concilio, quam optimatibus, ut non deponeretur, sed magis isdem presbyter pœnitentiæ submitteretur. Cui imposita digna pœnitentia, iterum secundo eum cum eisdem literis scriptis apud regiam direxit urbem. Sed nequiter * augmentata dispositio eorumdem imperatorum eadem venerabilia scripta in Sicilienſi insula retinere fecit: nec ad urbem regiam pertransire permisit. Sed eumdem portitorem pene per annum integrum in exilium relegavit. Unde [e] majori fidei ardore permotus pontifex synodale decretum cum sacerdotali conventu, coram sacrosancta confessione sanctissimi corporis beati Petri apostoli; residentibus cum eodem summo & venerabili papa, & archiepiscopis, id ed (*c*) Antonio Gradensi archiepiscopo, Joanne (*d*) episco-

* erga inopum provisionem
* & Christianæ normæ.
* habere
* director
* omnis populus
* inventus, esset,
* idem
* juxta vigorem & institutionem sedis apostolicæ.
* Gregorium.
* residens in concilio *al* resistente,
* argumentata

1 Hæc quoque circa idem tempus videtur celebrata.
(a) XXIV. (b) *immutabilitate* (c) *Antonino* (d) *archiepiscopo*

ANNO CHRISTI 137.

ſcopo Ravennate cum cæteris epiſcopis iſtius Heſperiæ partis numero (*a*) 93. ſeu presbyteris ſanctæ hujus apoſtolicæ ſedis, adſtantibus diaconibus, cum cuncto clero, nobilibus etiam conſulibus, & reliquis Chriſtianis plebibus adſtantibus, decrevit, ut ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis, & apoſtolicæ eccleſiæ tenentes fidelem uſum contemnens, adverſus eamdem venerationem ſacrarum imaginum, videlicet Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & genitricis ejus ſemper virginis immaculatæ atque glorioſæ Mariæ, beatorum apoſtolorum, & omnium ſanctorum depoſitor, atque deſtructor, & profanator, vel blaſphemus extiterit, ſit extorris a corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel totius eccleſiæ unitate atque compage, quod & ſubſcriptione ſua ſolemniter univerſi firmaverunt. Et inter cætera inſtituta probabilium prædeceſſorum, orthodoxorum pontificum (*b*) annectenda ſanxerunt. Poſt peractum igitur hoc memoratum ſuperius ſynodale conſtitutum, iterum [f] miſit alia ſimilia ſcripta commonitoria pro erigendis ſacris imaginibus per Conſtantinum defenſorem, quæ ſimiliter ut anteriora detenta ſunt, & portitorem eorum fortiſſima cuſtodia conſtrinxerunt pene per annum integrum. Poſtmodum autem vi auferentes ei ipſa ſcripta, & comminantes ei, poſt tanti temporis cuſtodiam, cum injuriis eum remiſerunt. Nam & cuncta generalitas iſtius provinciæ Italiæ ſimiliter pro erigendis imaginibus * ſupplicationum ſcripta unanimiter ad eoſdem principes direxerunt, quæ & ipſa ſimiliter ut anteriora ablata ſunt a Sergio patricio * extratico ipſius inſulæ Siciliæ. Ac fere per octo menſes detenti, remiſſi ſunt ſimiliter cum exprobrationis injuria portitores. [g] Et iterum faciens domnus papa adhortatorias literas pro erigendis ſupraſcriptis ſacris imaginibus, & orthodoxæ fidei firmitate direxit per Petrum defenſorem * apud regiam urbem, tam Anaſtaſio invaſori ſedis Conſtantinopolitanæ, quamque principibus Leoni & Conſtantino. [h] Hic conceſſas ſibi columnas ſex onychinas volubiles ab Eutychio exarcho duxit in eccleſiam beati Petri apoſtoli, quas ſtatuit circa presbyterium ante confeſſionem, tres a dextris, & tres a ſiniſtris juxta alias antiquas ſex * (*c*) filio pares, ſuper quas poſuit trabes, & veſtivit eas argento mundiſſimo; * in quo ſunt expreſſæ ab uno latere effigies Salvatoris & apoſtolorum, & ab alio latere Dei genitricis & ſanctarum virginum. Poſuitque ſuper eas lilia, & * pharos argenteos penſantes in unum libras * ſeptuaginta. [i] Hic fecit oratorium intra eamdem baſilicam juxta arcum principalem * parte virorum, in quo recondidit in honorem Salvatoris, ſanctæque ejus genitricis, reliquias ſanctorum apoſtolorum, & omnium ſanctorum martyrum ac confeſſorum, perfectorumque juſtorum toto in orbe terrarum requieſcentium. Quorum feſta vigiliarum a monachis trium monaſteriorum illic ſervientium quotidie per ordinem * exiſtentia atque natalitiorum miſſas in eodem loco celebrare * inſtituens, * in canone miſſæ hoc adjecit ita a ſacerdote dicendum: *Quorum ſolemnitas hodie in conſpectu tuæ majeſtatis celebratur, Domine Deus noſter, in toto orbe terrarum.* Quam inſtitutionem in eodem oratorio tabulis lapideis conſcribere fecit: in quo faciens pergulam, contulit dona diverſarum ſpecierum, id eſt, gabathas aureas duas, & alias (*d*) ſaxicas numero quinque, cruces (*e*) pendentes numero quatuor. Item cruces * ſimiliter numero decem. Amulas ſuperauratas, paria duo, pendentia fibulatoria numero quinque. Coronam auream cum cruce pendentem gemmis ornatam ſuper altare, patenam & calicem aureum * par unum in gemmis. Aquamanile argenteum par unum. Et imaginem ſanctæ Dei genitricis diadema aureum habentem cum gemmis, & collare aureum cum gemmis pendentibus, inaures habentes hyacinthinas (*f*) ſex. Et faciem altaris, & confeſſionem cum (*g*) regulis veſtivit argento, & in tribus lateribus altaris poſuit cruces argenteas tres penſantes in unum libras (*h*) triginta ſex. Caniſtra argentea (*i*) duo. Calicem argenteum quotidianum. Coronulas argenteas numero quinque, & calicem (*k*) argenteum unum, qui pendet in abſide ipſius oratorii, & ſuper eamdem abſidem cruces argenteas tres, & cetera quæ in ornamentum pergulæ (*l*) ſeu ad veſtes altaris ordinata ſunt. Hic fecit in eccleſia ſanctæ Dei genitricis ad præſepe per circuitum ſuper columnas regulare * candelabrum ad inſtar eccleſiæ beati Petri apoſtoli. Fecit & ibidem in oratorio ſancto quod præſepe dicitur, imaginem auream Dei genitricis amplectentem Salvatorem Dominum Deum noſtrum * cum gemmis diverſis penſantem libras quinque. Hic renovavit tectum Sancti Chryſogoni martyris, & cameram ſive parietum picturas, ciborium autem de argento, ſeu arcus quinque penſantes in unum libras (*m*) 220. ubi obtulit coronas argenteas quatuor, phara canthara duo, patenam argenteam unam, calicem argenteum unum, ſeu etiam veſtes altaris, nec non & vela ſerica alba ornata blatto circumquaque pendentia. Conſtruxitque monaſterium circa eumdem titulum ſanctorum martyrum Stephani, Laurentii atque Chryſogoni, conſtituens ibidem abbatem, & monachorum congregationem ad perſolvendas Deo laudes in eodem titulo diurnis atque nocturnis temporibus, ordinatam * ſecundum inſtar officiorum eccleſiæ beati Petri apoſtoli, ſegregatam videlicet a jure poteſtatis (*n*) presbyteri prædicti tituli. In quo monaſterio pro ſuſtentatione ibidem idem ipſe ſanctiſſimus vir prædia, & dona, atque familiam largitus eſt. Et diverſi alii fideles, & amatores Domini noſtri Jeſu Chriſti in eodem monaſterio ſanctorum Stephani, Laurentii, atque Chryſogoni prædia, & dona devotiſſimi contulerunt. Simili etiam modo renovavit monaſterium ſanctorum Joannis evangeliſtæ, Joannis Baptiſtæ, & ſancti Pancratii ſecus eccleſiam Salvatoris antiquitus * inſtitutum, quod ab omni ordine * monachio extiterat nimia incuria deſtitutum. In quo prædia & dona contulit, & quæ invenerat de ipſo monaſterio alienata, reddito pretio, in eumdem locum reſtituit: ubi & congregationem monachorum & abbatem conſtituit ad perſolvenda (*o*) quotidie ſacra officia laudis divinæ in baſilica Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ Conſtantiniana nuncupatur, juxta Lateranas, diurnis nocturniſque

ANNO CHRISTI 731.

* ſupplicationis
* & ſtratego
* ad
* lithoparias. *al.* philopareas.
* in quibus
phara
* ſeptuagentas.
* porta
* exiſtentium, *al.* exiſtentibus
* inſtituit miſſæ hoc adjecit
* ſimiles
* paratum
* candelabrorum
* ornatam gemmis
* ad inſta
* conſtructum monaſtico

(*a*) tem-

(a) 93. deeſt (b) *anathema* (c) filo (d) *axiſcas* (e) *argenteas numero* &c
(f) deeſt *ſex.* (g) regiolis (h) *XXVI.* (i) VI. (k) *aureum*
(l) ſeu & *in veſte* (m) CCX. (n) *presbyterii* (o) *quotidie officia in eccleſia Salvatoris* &c.

ANNO CHRISTI 731.

(a) temporibus ordinata, juxta inſtar officium eccleſiæ beati Petri apoſtoli. Item imaginem ſanctæ Dei genitricis antiquam deargentavit, ac inveſtivit argento mundiſſimo penſante libras 50. Item fecit patenam auream magnam cum diverſis lapidibus penſantem libras 26. Et calicem ſimiliter cum gemmis penſantem libras (b) triginta quatuor. Similiter & evangelia aurea cum gemmis penſantia libras 15. Fecit autem & tectum noviter, ſimul & cameram S. Andreæ apoſtoli ad S. Petrum apoſtolum, quam depinxit, & fecit in eadem baſilica imaginem auream in gemmis B. Andreæ apoſtoli penſantem libras 8. (c) & intra confeſſionem veſtivit argento, quod deauravit auro puriſſimo. Hic etiam baſilicam S. Caliſti pontificis & martyris pene a fundamentis dirutam novis fabricis cum tecto conſtruxit, ac totam depinxit. Ubi contulit patenam argenteam ſimul & calicem & * veſtem altaris. Item tectum baſilicæ ſanctorum Proceſſi & Martiniani a novo conſtruxit, ſuppoſita pila fabricis fortiſſimis poſt eorumdem ſanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum baſilicæ ſanctæ. Item in eccleſia B. Geneſii martyris tectum noviter reſtauravit, ubi & altare erexit in nomine Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo contulit patenam argenteam, & calicem, ſeu coronam argenteam cum delphinis ſex, nec non & coronulam auream cum cruce pendentem ſuper altare. Item in baſilica ſanctæ Dei genitricis, quæ ad martyres dicitur, tectum vetuſta (d) incuria demolitum purgari fecit ad purum, & cum calce abundantiſſima, ſeu cartis plumbeis a novo reſtauravit, & quæque per circuitum ejuſdem (e) tecti fuerant diſſipata novo nitore conſtruxit. Item baſilicam ſanctæ Dei genitricis quæ in Aquiro dicitur, in qua antea diaconia & parvum oratorium fuit, eam a fundamentis longiorem & latiorem conſtruxit atque depinxit. Item diaconiam ſanctorum Sergii & Bacchi ſitam ad beatum Petrum apoſtolum, in qua pridem parvum oratorium erat, a fundamentis ampliori fabrica dilatavit. Et concedens omnia quæ in uſum diaconiæ exiſtunt, ſtatuit perpetuo tempore pro ſuſtentatione pauperum in diaconiæ miniſterio deſervire. Item in cœmeterio ſanctæ Petronillæ ſtationem annuam dari inſtituit, ubi obtulit coronam auream, calicem, & patenam argenteam, ſeu alia diverſa ad ornatum eccleſiæ pertinentia. Item * (f) accubita quæ ſunt ad B. Petrum in ruinis poſita, a fundamentis noviter reſtauravit atque depinxit. Item baſilicam beati Marci ſitam foris muros hujus civitatis Romanæ via Appia, ejus tectum dirutum a novo refecit. Item in eccleſia beati Pauli apoſtoli mutavit trabes numero quinque, atque totum ejuſdem baſilicæ tectum ab arcu altaris uſque ad regias reſarcivit, ac reſtauravit. Mutavit autem trabes in ſancta Dei genitrice ad præſepe numero quinque. Fecit vero a novo eccleſiam ſanctorum Marcellini & Petri juxta Lateranas, etiam & cœmeterium beatorum martyrum Ianuarii, Urbani, Tiburtii, Valeriani & Maximi * tectum & eorum in ruinis poſitum a novo (g) * perfecto.

* veſtes

* accubitus qui

* trabs in ruinis poſita

* refecit

A Hujus temporibus plurima pars murorum hujus civitatis Romanæ reſtaurata eſt. Alimoniam quoque artificum, & pretium ad emendam calcem de proprio tribuit. Hujus temporibus Gallienſium caſtrum recuperatum eſt, pro quo quotidie expugnabatur ducatus Romanus a ducatu Spoletino, dans pecunias non parvas Traſimundo duci eorum, ut ceſſarent bella, & quæſtiones, (h) potuit cauſa finire, & in compage ſanctæ reipublicæ, atque in corpore Chriſto dilecti exercitus Romani annecti præcepit. Hic fecit veſtes de * altari (i) in eccleſia Salvatoris, Dei genitricis, ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli atque Andreæ, (k) & cæterorum in diverſis eccleſiis. Nam & in Centum-B cellenſium civitate muros dirutos pene a fundamentis fortiſſime conſtrui fecit. Et hoc conſtituit, (l) ut ſecundum conſtitutum, quod a collegio ſacerdotum (m) coram ſacro corpore beati Petri factum eſt pro celebrandis ſolemniis vigiliarum, atque miſſarum Chriſti Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque ejus genitricis, ſanctorum apoſtolorum, vel omnium ſanctorum martyrum, ac confeſſorum perfectorumque juſtorum toto in orbe terrarum requieſcientium, ut in oratorio nomini eorum dedicato intra eccleſiam beati Petri apoſtoli ſub arcu principali a monachis vigiliæ celebrarentur, & a presbyteris hebdomadariis miſſarum ſolemnia: iiſdemque inſtitutis diſpoſuit, ut in C cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in die natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de patriarchio per oblationarium deportarentur ad celebrandas miſſas, per quem præviderit pontifex, qui pro tempore fuerit, (n) ſacerdotem. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros 24. diaconos tres, epiſcopos per diverſa loca numero 80. Qui etiam venerabilem Vulcarium partibus Franciæ in civitate Vienna dato pallio archiepiſcopum conſtituit. Qui ſepultus eſt in baſilica beati Petri apoſtoli, quarto Kalendas Decembris. Et ceſſavit epiſcopatus dies quatuor.

* ad altare in eccleſia ſanctiſalvatoris.

ANNO CHRISTI 731.

Notæ Severini Binii.

a *Gregorius.*) Anno 731. die 16. Februarii electus eſt Gregorius III. pontifex oprimus, quem ſanctus Bonifacius Germanorum apoſtolus ſemel per legatos, ſemel proprio ad urbem acceſſu de rebus fidei contra gentiles & hæreticos propagandis conſuluit. Hujus temporibus Alfonſus a populo Sarracenorum imperium execrante rex Hiſpaniarum eligitur: de quo hoc memoratu dignſſimum eſt, quod Recaredi catholici regis ſucceſſor eſſe, atque catholicus rex cognominari voluerit. Quem titulum cum ſucceſſores diu intermiſiſſent, Ferdinandus Aragonius Hiſpaniæ rex tanquam glorioſiſſimum regni ornamentum iterum uſurpavit, precibuſque emixis a Julio II. impetravit, ut ejuſmodi titulus eſſet hæreditarius omnium regum Hiſpaniæ. Luitprandus Longobardorum rex urbem Romam obſedit, teſte Anaſtaſio in vita Zachariæ, & baſilicam ſancti Petri expoliavit, ut videre eſt in epiſtola ſexta ad Carolum infra. *De eodem*, inquit Vvalfridus, *veluti inauditum quiddam & novum refertur, quod omnes pſalmos memoriter tenuerit.* Quibus calumniis eumdem Magdeburgenſes perſtringant, infra in notis epiſtolæ ad Bonifacium indicabo.

Gregorius quando pontifex factus

Titulus regis Hiſpaniæ catholicus

b *Sedit annos* 10. *menſes* 8. *dies* 20.) Anno 741. quarto Kalendas Decembris defunctus, poſt decennium, menſibus 19. & 12. diebus ſediſſe, recte ſcribit Baron. anno prædicto num. 7.

Tempus ſed

c *Fuit autem temporibus Leonis & Conſtantini.*) Ulti-

(a) *boris* (b) XXIX. (c) & *introgreſſionem* (d) *carie* (e) *detecti*
(f) *ad accubita* (g) *perfecit* (h) & *potuit cauſam finire*
(i) *in Eccleſia ſanctæ Dei genitricis, ſanctorum* &c. (k) & *cæteræ in diverſis Eccleſiis*
(l) *ut ſervata ſunt ſecundum conſtitutum quod* &c. (m) *de ſacro corpore* &c.
(n) *Sacerdotes*. Deſunt cætera, ſed ſtatim continuatur Vita Zachariæ.

Ultimo anno pontificatus Gregorii Leo Isaurus obiit: Constantinus Copronymus impietatis imperiique successor solus regnavit, & contra venerandas imagines edictum ferens, *Ne existimet*, inquit, teste Theophane, *Filium Dei esse quem genuit Maria, quique dicitur Christus, sed purum hominem. Maria autem eum peperit, sicut me peperit mater mea.* Quibus blasphemiis populus valde commotus & probra & contumelias in eum jecit.

d *Persecutione.* Hac persecutione Æmilianus Cyzicenus episcopus, Basilius, Procopius Decapolita, & Theophilus monachus relegati leguntur in menologio Græcorum.

e *Mœsore fidei ardore permotus.*) Vide quæ dicemus infra in notis concilii Romani II.

f *Misit alia scripta commonitoria pro erigendis imaginibus.*) Eadem Hadrianus in epistola ad Constantinum imperatorem. *In magnam tribulationem utorque Gregorius Romani pontifices, per ea tempora sanctissimi, conjecti sunt. Sæpius etiam pravum vestræ serenitatis admonuerunt, ne sineres venerandas imagines de statu suo dejici, verum illorum salutiferæ preces animum illius nequaquam commoverunt.*

g *Et iterum faciens adhortatorias literas pro erigendis fecerit imaginibus.*) Quas in oriente dejecerat. Nihil sanctum pontificem apud impium imperatorem scriptis suis effeciſſe reliqua eventa declarant. Quando Theodorum Mansurem Graphorum episcopum, ut ait Theophanes, aliosque plures sacrarum reliquiarum cultores in longiora exilia amandavit, & Hypatium Lydorum episcopum cum Andrea presbytero, dire exanimato necavit.

h *Hic concessas sibi columnas.*) Sacrarum imaginum usum, contra Leonem scriptis defensum, etiam re ipsa confirmavit, quando magni pretii, Salvatoris, Dei genitricis, apostolorum, & sanctarum virginum imagines in ecclesia beati Petri erexit.

i *Hic fecit oratorium.*) In hoc oratorio idem pontifex sanctorum omnium reliquias, quas toto orbe Christiano colligere poterat, honorifice collocavit; idque ideo quod a Leone Iconoclasta sanctorum reliquiæ contemnerentur.

k *Sacras claves direxit, &c. navali itinere ad partes Franciæ Carolo sagacissimo viro.*) Sunt qui hanc legationem confundant cum illa ad eumdem Carolum a Gregorio II. missa: fuisse autem utramque plane diversam ex eo convincitur, quod prior adversus imperatorem, posterior adversus Longobardos missa, quodque illa, non hæc, reciproca fuerit. Auctor appendicis ad Gregorium Turonensem binæ legationis expresse meminit. Eadem confirmantur auctoritate epistolæ illius quam scripsit ad Carolum.

I. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Mittit illi pallium archiepiscopale, docetque quomodo uti eo debeat. Potestatem facit novos episcopatus instituendi. De quodam presbytero, & de diversis ejus interrogationibus respondet.

*Reverentissimo ac sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circumquaque in umbra mortis morantibus gentibus in errore constitutis ab hac apostolica * sede directo, Gregorius servus servorum Dei.*

* Edit. Rom. Dei Ecclesia directo

1 MAgna nos habuit gratulatio lectis sanctissimæ fraternitatis tuæ literis, cum in eis, relecta serie, fuisset repertum, Domini nostri Jesu Christi gratia plurimos te a gentilitate & errore ad veræ fidei agnitionem convertisse. Quod quia divina institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum; in talis commercii lucro cum toto plaudimus ecclesia. Hinc jure tibi sacri pallii direximus munus, quod beati Petri apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos unus, Deo auctore, præcipimus ut censearis. Qualiter autem eo utaris, ex mandato apostolico informatus agnosce. Itaque dum missarum solemnia agis, vel episcopum te contigerit consecrare, illo tantummodo tempore eo utaris. Quia vero turbas Domini gratia in iisdem partibus ad rectam fidem asseris esse conversas, ideoque nequire te occurrere omnibus, & quæ salutis sunt impendere vel intimare, cum jam longe lateque gratia Christi ejus fides in illis * propagetur; præcipimus ut juxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore apostolicæ sedis debeas ordinare episcopos: pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus. Presbyterum namque, quem præterito asseruisti anno ad nos veniſſe, nostroque judicio fuisse a suis nefariis absolutum actionibus, credas neque nobis confessionem aliquam feciſſe, nec a nobis ut suos expleat libitus absolutum fuisse. Sed si eum errori deditum repereris, hunc apostolicæ sedis vigore ut juxta sanctorum canonum censuram corrigas & emendes præcipimus: vel si quos forsan tales inveneris. Ille enim veniens, Presbyter sum, ait, & commendatitias ad filium nostrum Carolum literas expetiit. Nullam illi aliam concessimus licentiam: quem vitari, si prave conversatur, cum reliquis volumus.

ANNO CHRISTI 731.

* partibus propagetur 16. q. 1. Præcipimus ut juxta

I.

Eosdemque, quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizes in nomine sanctæ Trinitatis mandamus.

De consec. dist. 4. Quos a paganis.

II.

Inter cætera agrestem caballum aliquantos comedere adjunxisti, pleroſque & domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, sanctissime frater, sinas, sed quibus potueris Christo juvante modis per omnia compesce, & dignam eis impone pœnitentiam: immundum est enim atque execrabile.

III.

Pro obeuntibus quoque consuluisti si liceat * offerre. Sancta sic tenet ecclesia, ut quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque eorum memoriam faciat presbyter. Et quamvis omnes peccati subjaceamus, congruit tamen ut sacerdos * non nisi pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat. Non enim pro impiis, quamvis Christiani fuerint, tale quid agere licebit.

* oblationes offerre 13. quæst. 2. Pro obeuntibus.

* deest: non nisi

IV.

* Eos etiam qui se dubitant fuisse baptizatos, vel qui a presbytero Jovi mactante, & carnes immolatitias vescente baptizati sunt, ut rebaptizentur præcipimus.

* Nam & eos qui se dubitant fuisse baptizatos, an non, vel qui presbytero Jovi mactanti, & immolatitias carnes vescenti junguntur, ut baptizentur præcipimus.

V.

Progeniem vero suam unumquemque usque ad septimam generationem observare decrevimus.

VI.

Et si valueris, * devitandum doce, ne cui uxor obierit, amplius quam duabus debeat copulari.

* devita, ne amplius cui mulieres obierint, duabus debeat copulari. Ivo p. 2. c. 179.

VII.

De his vero qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderint, dicimus ut toto vitæ tempore corpus Dominicum non suscipiant, nisi in suo exitu pro viatico. Abstineant etiam se a carnis comestione, & potu vini, donec advixerint: jejunent secunda, quarta & sexta feria, ut sic possint deflentes diluere commissum scelus.

VIII.

Hoc quoque inter alia crimina agi in partibus illis, dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venumdent mancipia. Quod ut magnopere corrigere debeas, frater, commonemus, nec sinas fieri ultra: scelus est enim, & impietas. Eis ergo qui

hæc perpetraverunt, similem homicidæ indices pœnitentiam.

ANNO CHRISTI 731.

IX.

At quoties episcopum consecraveris, duo vel tres conveniant tecum episcopi, ut Deo sit gratum quod geritur, & eis convenientibus, ipsisque præsentibus consecres. Hæc te, frater charissime, diligenter observare volumus, & studio pietatis cœptum negotium salutis exequi; ut de lucro apportato valeas a Domino Deo nostro mercedem percipere in æterna retributione. Privilegium vero juxta quod petisti facientes, his junctum direximus; optantes te Domini Dei nostri præsidio de conversione errantium Christo Domino plenissimum * apportare lucrum. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater.

* atque integrum apportare

Notæ Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Magna non habuit.*) Hanc vero Gratianus idem 16. quæst. 1. *Præcipimus*, Gregorio juniori attribuit. Quo nomine licet Gregorium III. designare interdum solerent, ut dixi, hunc tamen a Gratiano non intelligi eo liquet, quod eamdem epistolam Gregorio II. diserte tribuat 13. quæst. 2. *Pro obeuntibus*, & de consecrat. dist. 4. *Quos a paganis*. Et Gratiano favet, quod in quibusdam manuscriptis in hujus epistolæ fine legitur: *Hucusque Gregorius a primo secundus, hinc Gregorius a secundo junior*, id est tertius. Quibus verbis Gregorio II. persoicue adscribitur. Cæterum Gregorii III. epistolam esse, vel missi ad Bonifacium pallii mentio declarat. Missum quippe a Gregorio III. tradit auctor vitæ Bonifacii lib. 1. cap. 31. Hinc ergo rectius in eadem vita tribuitur, & apud Ivonem parte 10. cap. 179.

II. AD OMNES EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET ABBATES.

Commendat Bonifacium in Germaniam redeuntem, ut illum adjuvent, &, si quis illi se adjungere velit, non prohibeant.

* Edit. Rom. Episcopus servus &c.

Gregorius * *servus servorum Dei dilectissimis nobis omnibus episcopis, venerabilibus presbyteris, religiosis abbatibus, omnium provinciarum.*

DOmino cooperante, & sermonem confirmante, præsens sanctissimus vir Bonifacius frater coepiscopus noster, qui verbum veritatis a decessore nostro sanctæ recordationis Gregorio præsule in Germaniæ partes missus fuerat prædicare; jam post multum tempus, anhelanti desiderio orationis, ad limina sacra beatorum apostolorum adveniens, se nobis præsentare voluit. Qui etiam completa oratione, ad cœptum laborem, angelo Domini * præveniente, a nobis est dimissus. Cui vestra obsecro omnium dilectio, seu reverentia & religiositas, propter Christi amorem juvamina impendere dignetur, dum agnoscitis quæ Dominus noster Jesus Christus promisit dicens: *Qui suscipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui suscipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Et si forsitan aliquis ex vestris ministris sese ipsi sanctissimo viro in ministerio exhortationis sanctæ catholicæque fidei adjungere voluerit, nullo modo prohibeatis, charissimi: sed magis concursum præbete, & ex vestro ovili adjutores tribuite, qui possint per Dei gratiam sufficienter gentibus ministrare verbum prædicationis, ut omnipotenti Deo animas lucrifaciant, ut & vestra communitas boni operis portionem sortiatur, atque illi mereantur dominicam vocem audire: *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Bene valete.

* prævenienti a nobis est absolutus.

Matth. 10.

Matth. 19.

III. AD OPTIMATES ET POPULUM PROVINCIARUM GERMANIÆ.

Redeunte ad illos Bonifacio monet ut ei obediant, atque ut paganicos omnes ritus procul abjiciant.

Gregorius papa universis optimatibus, & populo provinciarum Germaniæ, Thuringis, & Hessis, Botharis & Nistresir, Vvedrinis, & Lognais, Suduodis & Graveldis, & omnibus in orientali plaga constitutis.

* Edit. Rom. Thesis, Botharis, & Nistresis, Undredis, & Lognais, Suonodis, & Graffeldis &c.

QUoniam decessor noster sanctæ recordationis Gregorius præsul, nutu divino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præsentium portitorem literarum Bonifacium reverentissimum fratrem nostrum & coepiscopum ordinans ad vos usque destinavit, eumque regulam & normam apostolicæ & catholicæ fidei Romanæ, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ edocens direxit, & post temporum spatia orationis causa ad limina beatorum apostolorum sese præsentavit, & quæ ad salutem animarum pertinent a nobis poposcit imbui; nos, Deo favente, ut sacra docet scriptura, eum edocentes, ad vos, charissimi, remeaturum absolvimus, hortantes vos in Domino, ut digne suscipiatis ad eo verbum exhortationis, & episcopos vel presbyteros quos ipse ordinaverit per apostolicam sibi datam auctoritatem, in ecclesiæ ministerio recipiatis. Et si quos forsan deviantes invenerit a rectæ fidei tramite, seu canonica doctrina, eosque prohibuerit, a vobis nullo modo impediatur, & quod eis impositum fuerit obediendo propter Deum suscipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, sibi ipsi damnationem acquirit. Vos autem, charissimi, qui in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis, abstinete & prohibete vosmetipsos ab omni cultu paganorum, non tantum vosmetipsos corrigentes, sed & subditos vestros. Divinos autem & sortilegos, vel sacrificia mortuorum, seu lucorum vel fontium auguria, vel phylacteria, & incantatores, & venefícos, & maleficos, & observationes sacrilegas, quæ in vestris finibus fieri solebant, omnino respuentes atque abjicientes, tota mentis intentione ad Deum convertimini, ipsumque timete, adorate, honorificate; *Sanctorum memoriis communicantes*, ut ait apostolus. Si enim fides vestra, secundum Domini nostri dicta, fuerit sicut granum sinapis, dicetis monti huic * Transfer, & transfertur. Ipse enim Dominus & Salvator noster in suo sacro eloquio docet: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* Et iterum: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo qui in cælis est.* Item & alibi promittit dicens: *Quodcumque petieritis patrem in nomine meo fiet vobis*: &: *Petite & accipietis; quærite & invenietis; pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur.* Et vos, charissimi, facite fructus dignos, ut in die adventus Domini nostri Jesu Christi sidereas mereamini adipisci mansiones. Bene valete.

Rom. 12. Matth. 17.

* transi hinc

Matth. 22. Matth. 10 Joan. 14 Luc. 11

IV. AD

ANNO CHRISTI 731.

IV. AD EPISCOPOS BAJOARIÆ ET ALAMANNIÆ.

Ut Bonifacium ſedis apoſtolicæ agentem vices congrue ſuſcipiant, & ad concilia quæ indixerit conveniant.

*Dilectiſſimis nobis epiſcopis in provincia Bajoariorum & Alamannia conſtitutis, * Vvigoni, Luidoni, Rodulfo, Vivilo, ſeu Addæ, Gregorius papa.*

Editio Rom. ggo Luidoni, Ridolfo, Pliphilo, & Sevadæ.

CAtholica ſanctorum patrum auctoritas jubet, ut bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani, ſeu exhortatione adoptionis filiorum, ſynodalia debeant celebrari, & cauſarum canonicarum examinatio provenire, ut unicuique, prout neceſſitas uniuſcujuſque popoſcerit, pia judicatione ſubveniatur. Unde ſecundum apoſtoli doctrinam admoneo & hortor vos, chariſſimi, per miſericordiam Dei, ut digne ambuletis ea vocatione qua vocati eſtis, ut miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Domino. Opportunum namque eſt vos noſſe, fratrem & coepiſcopum noſtrum præſentem Bonifacium, noſtram agentem vicem, cum digno ac debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & miniſterium eccleſiaſticum cum fide catholica ſecundum morem & normam ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Dei eccleſiæ, cui miſericordia Dei præveniente præeſſe videmur, ſicut apoſtolica auctoritate a nobis deſtinatus eſt, ab eo ſuſcipientes dignanter teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam, vel venientium Britonum, vel falſorum ſacerdotum * & hæreticorum, * aut undecumque ſint, renuentes ac prohibentes adjiciatis: & ut populum vobis a Deo commiſſum piis admonitionibus edoceatis, & a ſacrificiis mortuorum omnino abſtineatis: & juxta quod fueritis a prædicto noſtro conſacerdote edocti, ita catholicam & apoſtolicam doctrinam tenentes, Domino Deo & Salvatori noſtro placere ſtudeatis, & in quo vobis loco ad celebranda concilia convenire mandaverit, ſive juxta Danubium, ſive in civitate Auguſta, vel ubicumque judicaverit, pro nomine Chriſti parati eſſe inveniamini, quatenus cognoſcamus per ejus mandatum de veſtro conventu, ut in die adventus Chriſti Jeſu cum fructu boni operis ante ejus tribunal aſſiſtere mereamini dicentes: Ecce nos, & pueri quos dediſti nobis, Domine, non perdidimus ex eis quemquam, ut & vos dominicam vocem audire mereamini dicentem: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Bene valete.

ANNO CHRISTI 731.

* *forſit &* * *ſive adulteros, aut &c.*

Iſai. 8.

Matth. 25

JOANNIS DOMINICI MANSI
DE CODICE CAROLINO HIC EDENDO
PRÆMONITIO.

CArolinum codicem, quo Carolus Magnus Romanorum Pontificum epiſtolas ad Carolum Martellum, Pippinum & ad ſe datas complexus eſt, eruditi omnes ſat norunt. Ex his Labbeus nonnullas in collectionem ſuam intulit; aliarum ſummam tantummodo produxit, quaſdam etiam omiſit. Quo conſilio id egerit, mihi profecto incompertum eſt; neque enim intelligo cur aliæ promendæ eſſent, aliæ tantum indicandæ, aliæ ſupprimendæ, niſi forte ea illi mens fuerit Baronii veſtigia relegere, qui in Annales ſuos ſelectas tantummodo intulit, aliarum meminit tantummodo, alias illaudatas reliquit. Quidquid ſit ego integrum codicem hic repreſentandum judicavi, ut de epiſtolis ſingulorum Pontificum nihil deſiderandum relinqueretur. Muratorii editione Rer. Italic. t. III. p. II. utor, utpote omnium accuratiſſima. Si quid tamen inter epiſtolas ſingulorum Pontificum a Labbeo relatum offendi, ejus lectionem intactam retinui, ſignatis tamen majoris momenti variantibus. Integras etiam ejuſdem Muratorii notas ſervandas cenſui, eas præſertim, quæ ad ſanandum textum conferunt. Porro Muratorius textum Gretſerianæ editionis exhibet, ac varias ex editione rariſſima Lambecii adnotat. Id pariter & hic a me factum eſt, ſaltem in iis epiſtolis, quas ex eodem Muratorio huc primus invexi. Adiicienda modo eſt inſcriptio eidem collectioni præmiſſa, quam Gretſerus ex cod. membranaceo venerandæ vetuſtatis, ut ipſe ait, evulgavit.

„ REgnante in perpetuum Domino & Sal-
„ vatore noſtro Jeſu Chriſto, anno incar-
„ nationis ejuſdem Domini noſtri DCCXCI.
„ Carolus excellentiſſimus, & a Deo electus
„ rex Francorum & Langobardorum, ac pa-
„ tricius Romanorum, anno feliciſſimo regni
„ ipſius XXIII. divino nutu inſpiratus; ſicut
„ ante omnes, qui ante eum fuerunt, ſapien-
„ tia & prudentia eminet, ita in hoc opere
„ utiliſſimum ſui operis inſtruxit ingenium, ut
„ univerſas epiſtolas, quæ tempore bonæ me-
„ moriæ domini Caroli avi ſui, nec non &
„ glorioſi genitoris ſui Pipini, ſuiſque tempo-
„ ribus de ſumma ſede apoſtolica beati Petri
„ apoſtolorum principis, ſeu etiam de imperio,
„ ad eos directæ eſſe noſcuntur, eo quod ni-
„ mia vetuſtate, & per incuriam jam ex par-
„ te dirutas atque deletas conſpexerat, denuo
„ memorabilibus membranis ſummo cum cer-
„ tamine renovare ac reſcribere decrevit. Inci-
„ piens igitur, ut ſupra diximus, a principa-
„ tu præfati principis Caroli, avi ſui, uſque
„ præſens tempus, ita omnia exarans, ut nul-
„ lum penitus teſtimonium ſanctæ eccleſiæ pro-
„ futurum ſuis deeſſe ſucceſſoribus videatur,
„ ut ſcriptum eſt: *Sapientiam omnium antiquo-*
„ *rum exquirat ſapiens.*

V. AD CAROLUM MARTELLUM MAJOREM DOMUS REGIÆ FRANCIÆ.

Pro ſuſcipienda ſanctæ eccleſiæ Romanæ defenſione adverſus reges Longobardorum, qui illam armis ſui vexabant.

*Domino excellentiſſimo filio * Carolo ſubregulo Gregorius papa.*

Eſt primus edictis Caroli. Dat Labbeus.

NImia fluctuamus tribulatione, & lacrymæ die noctuque ab oculis noſtris non deficiunt,

ciunt, quando conſpicimus quotidie & undique ecclesiam ſanctam Dei a ſuis, in quibus ſpes erat vindicandi, deſtitui filiis. Propterea coarctati dolore in gemitu & luctu conſiſtimus, dum cernimus id quod modicum remanſerat præterito anno pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminarium concinnatione, in partibus Ravennatum, nunc gladio & igne cuncta conſumi a Luitprando & Hilprando regibus Longobardorum. Sed in iſtis partibus Romanis mittentes plures exercitus ſimilia nobis fecerunt & faciunt, & omnes * ſcalas ſancti Petri deſtruxerunt, & peculia quæ remanſerant abſtulerunt. Et nulla nobis abs te, excellentiſſime fili, refugium facientibus pervenit hactenus conſolatio. Sed, ut conſpicimus, dum indultum a vobis eiſdem regibus eſt motiones faciendi, quod eorum falſa ſuggeſtio plus quam noſtra veritas apud vos recepta eſt, & timemus ne tibi reſpiciat ad peccatum; quando nunc, ubi reſident ipſi reges, ad exprobrationem noſtram ita proferunt verba dicentes: Adveniat Carolus, apud quem refugium feciſtis, & exercitus Francorum, & ſi valent adjuvent vos, & eruant de manu noſtra. O quam inſanabilis dolor pro his exprobrationibus in noſtro retinetur pectore, dum tales ac tanti filii ſuam ſpiritualem matrem, ſanctam Dei eccleſiam, ejuſque populum peculiarem non conantur defendere! Potens eſt, chariſſime fili, ipſe princeps apoſtolorum, ob a Deo ſibi conceſſam poteſtatem, ſuam defendere domum & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam: ſed filiorum fidelium mentes probat. Non credas, fili, falſidicis ſuggeſtionibus & ſuaſionibus eorumdem regum. Omnia enim tibi falſo ſuggerunt, ſcribentes circumventiones, quod quaſi aliquam culpam commiſſam habeant * eis duces, id eſt Spoletinus & Beneventanus. Sed omnia mendacia ſunt. Non enim pro alio (ſatisfaciat tibi veritas, fili) eoſdem duces perſequuntur crimine, niſi pro eo quod noluerunt præterito anno de ſuis partibus ſuper nos irruere, &, ſicut illi fecerunt, res ſanctorum apoſtolorum deſtruere, & peculiarem populum deprædari, ita dicentes ipſi duces: Quia contra ecclesiam ſanctam Dei ejuſque populum peculiarem non exercitamus, quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipſa eccleſia fidem accepimus: ideoque mucro eorum deſævit contra eos. Nam ipſi prædicti duces parati fuerunt & ſunt ſecundum antiquam conſuetudinem eis obedire: ſed illi retinentes iram, pro eo quod ſuperius diximus, per exquiſitam occaſionem volentes illos & nos deſtruere & invadere; ideo utroſque perſequentes veſtræ bonitati ſuggerunt falſa, ut & duces illos nobiliſſimos degradent, & ſuos ibidem pravos ordinent duces, & multo amplius quotidie, & ex omni parte Dei eccleſiam expugnent, & res beati Petri principis apoſtolorum diſſipent, atque populum peculiarem captivent. Tamen ut rei veritas vobis penitus declaretur, Chriſtianiſſime fili, jubeas poſt ipſorum regum ad propria reverſionem tuum fideliſſimum miſſum, qui non præmiis corrumpatur, huc dirigere, ut propriis oculis perſecutionem noſtram, & Dei eccleſiæ humiliationem, & ejus rerum deſolationem, & peregrinorum lacrymas * conſpicetur, & tuæ devotioni omnia pandat. Sed hortamur tuam bonitatem coram Domino, & ejus terribili judicio, Chriſtianiſſime fili, ut propter Deum & animæ tuæ ſalutem ſubvenias eccleſiæ ſancti Petri, & ejus peculiari populo, eoſdemque reges ſub nimia celeritate refutes, & a nobis repellas, & jubeas eos ad propria reverti. Non deſpicias deprecationem meam, neque claudas aures a poſtulatione mea; ſi non tibi princeps apoſtolorum claudat cæleſtia regna. Conjuro te per Deum vivum & verum, & per ipſas ſacratiſſimas claves confeſſionis beati Petri, quas vobis ad regnum direximus, ut non præponas amicitiam Longobardorum amori principis apoſtolorum; ſed velocius ſub nimia feſtinatione ſentiamus poſt Deum tuam conſolationem ad noſtram defenſionem; ut in omnibus gentibus declaretur veſtra fides & bonum nomen: quatenus & nos cum propheta mereamur dicere: *Exaudiet te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob*. Harum autem literarum portator Anchardus veſter fidelis, quod oculis ſuis vidit, & nos ei injunximus, omnia tuæ benignæ excellentiæ viva voce narrabit. Et petimus bonitatem tuam, coram Deo teſte & judice, ut nimis feſtinanter lenias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittas nuncia, ut læto affecti animo die noctuque pro te tuiſque fidelibus coram ſacris ſanctorum principum apoſtolorum Petri & Pauli confeſſionibus Domino fundamus preces. Ps. 19.

ANNO CHRISTI 731.

ANNO CHRIST 731.

* Gretſer. falas

* Labbee. eis eorum

* conſpiciat

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Carolo ſubregulo.*) Edita eſt cum ſequenti a Gretſero noſtro in codice epiſtolarum pontificiarum. In utraque autem ſubregulum vocat pontifex, quem deceſſor ejus Gregorius alter ducem in epiſtola 3. vocarat, & in epiſtola 8. patricium; Carolum videlicet Martellum, præfectum palatii, ſeu majorem domus regiæ. Idem rurſus in proxima ad Bonifacium epiſtola princeps Francorum dicetur: quo titulo uſum fuiſſe Carolum Martellum non meminimus; uſos eſſe Karlomannum & Pippinum Martelli filios docent acta ſynodi Liptinenſis & Sueſſionicæ.

VI. AD CAROLUM MARTELLUM

MAJOREM DOMUS REGIÆ FRANCORUM.

Item pro defenſione eccleſiæ Romanæ.

Domino excellentiſſimo filio Carolo ſubregulo Gregorius papa.

Est II Ce Carol. I Labbeus.

OB nimium dolorem cordis & lacrymas iterata vice tuæ excellentiæ neceſſarium duximus ſcribendum, confidentes te eſſe amatorem filium beati Petri principis apoſtolorum & noſtrum; & quod pro ejus reverentia noſtris obedias mandatis ad defendendam Dei eccleſiam, & peculiarem populum, qui jam perſecutionem & oppreſſionem gentis Longobardorum ſufferre non poſſumus. Omnia enim luminaria ad honorem ipſius principis apoſtolorum, & quæ a veſtris parentibus, vel a vobis oblata ſunt, ipſi abſtulerunt. Et quoniam ad te poſt Deum confugium facimus, propterea ipſi Longobardi in opprobrium habent & opprimunt. Unde & eccleſia ſancti Petri denudata eſt, & in nimiam deſolationem redacta. Tamen omnes noſtros dolores ſubtilius in ore poſuimus præſenti portatori tuo fideli, quos in auribus tuæ excellentiæ ſuggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipſo principe apoſtolorum, hic & in futura vita coram omnipotente Deo noſtro, ſicut pro ejus eccleſia & noſtra defenſione diſpoſueris & decertaveris ſub omni velocitate: ut cognoſcant omnes gentes tuam fidem & puritatem, atque amorem quem habes erga principem apoſtolorum beatum Petrum, & nos,

ejuſ-

ejusque peculiarem populum, zelando & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam vitam acquirere.

ANNO CHRISTI 731.

VII. AD BONIFACIUM ARCHIEP.

Probat quod Bajoariam in quatuor episcopatus divisit. Aliquot ejus quæstionibus respondet. Concilium juxta ripam Danubii celebrari jubet.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio Gregorius servus servorum Dei.

DOctoris gentium egregii B. apostoli Pauli vox est dicentis: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Agnoscentes itaque in syllabis fraternitatis tuæ, quæ innotuisti jam de Germaniæ gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum liberavit, & ad centum millia animas in sinu matris ecclesiæ, tuo conamine, & [a] Caroli principis Francorum, aggregare dignatus est: sed & in Bajoariorum provincia quæ a te acta sunt agnoscentes, datori omnium bonorum Domino Deo nostro extensis ad cælum palmis gratias retulimus, qui januam misericordiæ & pietatis in illis partibus Hesperiis ad cognoscendam viam salutis ostium misericordiæ aperuit, & misit angelum suum, qui præparavit viam tuam ante te. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Igitur quia indicasti per rexisse te ad gentem Bajoariorum, & inveniisse eos extra ordinem ecclesiasticum viventes, dum episcopos non habebant in provincia, nisi unum nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus: & quia cum assensu Otilonis ducis eorumdem Bajorariorum, seu optimatum provinciæ illius, tres alios ordinasses episcopos, & in quatuor partes provinciam illam divisisses, id est in quatuor parochias, ut unusquisque episcopus suam habeat parochiam, bene & satis prudenter peregisti, frater, quoniam apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, & sicut tibi præcipimus ita peregisti. Itaque non desinas, frater reverentissime, docendo eos sanctam catholicam & apostolicam Romanæ sedis traditionem, ut illuminentur rudes, & viam salutis teneant, per quam possint ad æterna præmia pervenire. [b] Presbyteros vero quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint viri a quibus sunt ordinati, & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinaverunt; si bonæ actionis & catholici viri sunt illi presbyteri, & in ministerio Christi omnique lege sancta edocti atque apti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur, & sic ministerio sacro fungantur. [c] Illi vero qui baptizati sunt per diversitatem & declinationem linguarum gentilitatis, tamen quia in nomine * Trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem & sacri chrismatis unctionem confirmari. Nam Vivilo a nobis episcopus est ordinatus; & si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce & corrige eum juxta Romanæ ecclesiæ traditionem, quam a nobis accepisti. De concilio vero, ut juxta ripam Danubii debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuæ apostolica auctoritate ibidem præsentari. Et in quantum Dominus tibi vires dederit, prædicare verbum salutis ne cesses, ut religio Christiana in nomine Domini crescat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, frater, pro jure cœpti laboris in uno morari loco: sed confirmatis cordibus fratrum & omnium fidelium, qui rudes sunt in illis Hesperiis partibus, ubi tibi Dominus aperuerit viam, salutis verbum prædicare non desistas: & ubi locum inveneris necessarium, secundum canonicam regulam episcopos ordina ex nostra vice, & apostolicam atque catholicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo nostro facies plebem perfectam. Non pigeat, dilectissime frater, itinera carpere aspera & diversa, ut Christiana fides longe lateque tuo conamine extendatur. Scriptum namque est: *Arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam*. *Matth. 7.* Operare itaque, frater, bonum opus quod cœpisti, ut in die Christi Dei nostri merearis dicere inter cœtum sanctorum probabilium patrum assistens: *Ecce ego & pueri quos dedisti mihi*; *Isai 8.* *non perdidi ex eis quemquam*. Et iterum: *Domine, quinque talenta tradidisti mihi*; *ecce alia quinque superlucratus sum*. *Matth. 25.* Et ut subsequenter merearis vocem Domini audire dicentis: *Euge serve bone & fidelis, qui supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui*. *Ibidem* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data IV. Kalendas Novembris, imperante domno piissimo Augusto Leone, imperii ejus anno XXIII. sed & Constantino magno imperatore ejus filio, anno XX. indictione VIII.

Notæ Severini Binii.

a *Caroli principis Francorum*.) Hoc argumento pluribusque aliis a Baronio anno 741. allegatis, convincitur fabulosum esse quod de Caroli Martelli anima apud inferos condemnata refert Gratianus 16. quæst. 1. post canonem 59. Refellitur fabula de Caroli Martelli anima.

b *Presbyteros vero*) Ex hoc loco Centuriatores Gregorium III. redarguunt, sed magna cum injuria: nihil enim aliud hoc loco præcipit, quam ut ordinati a non veris vel dubiis episcopis iterum consecrentur. Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 12.

c *Illi vero qui baptizati sunt*.) Hoc loco expresse tradit Gregorius Papa, non esse iterandum illorum baptisma, qui gentilium ministerio & idiomate in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizati essent, sed per manus impositionem, & chrismatis unctionem ut Christianos esse recipiendos. Vera igitur est interpretatio epistolæ, qua a paganis sine expressa Trinitatis invocatione baptizatos iterum mandat baptizari in nomine sanctissimæ Trinitatis. Vide epistolam Zachariæ Papæ, quæ incipit: *Sacris liminibus*, qua rescripto ad Bonifacium dato prædecessoris sui Gregorii exemplo respondet, non legitime per expressam sanctissimæ Trinitatis invocationem baptizatos iterum legitima forma baptizari debere.

AD EPISTOLAS GREGORII III. PAPÆ

APPENDIX.

Gregorius omnibus episcopis in Tuscia Langobardorum.

MEminit fraterna sanctitas vestra, tempore ordinationis suæ per chirographum & sacramenti vinculum beato Petro principi apostolorum spopondisse, ut in emergentibus sanctæ ejus ecclesiæ totis viribus elaboraretis. Igitur quia præsentes viros Anastasium dilectum filium nostrum presbyterum, & Adeodatum Regionarium subdiaconum, nostros fideles, ad obsecrandum & Deo favente obtinendum, pro quatuor castris, quæ anno præterito beato Petro ablata sunt, ut restituantur a filiis nostris Luitprando & Hilprando supplicare destinavimus; ecce, dilectissimi fratres, tempus acceptabile, ut juxta chirographum vestrum, boni operis fru- Supplem. Mansi pag. 541. Apud Fontan. de Antiquit. Hortæ Append. n. 10 pag. 385.

fructum beato Petro ferratis: cujus auctoritate vos hortamur in Domino, ut ad eosdem cum prædictis filiis nostris properetis, ut a Deo inspirati protectoribus eorum beatis principibus Apostolorum Petro & Paulo eadem castra restituantur. Nam si, quod non credimus, distuleritis iter accipere propter Deum, ego, quamquam imbecillis sim præ infirmitate corporis, iter arripiam laboriosum, & videbo ne vestra negligentia vobis ad obligationem ex nodo pacti pertineat. Data Idus Octobris Indictione IX.

ANNO CHRISTI 731.

EXCERPTUM A BEATO GREGORIO PAPA III. EDITUM, EX PATRUM DICTIS CANONUMQUE SENTENTIIS.

De diversis criminibus & remediis eorum.

PRÆFATIO.

CErnimus in ecclesia, quod nos valde solicitat, quoniam ita confusa sunt judicia pœnitentium in presbyterorum nostrorum opusculis, atque ita diversa & inter se discrepantia, & nullius auctoritate suffulta; ut vix propter dissonantiam possint discerni. Unde fit ut concurrentes ad remedium pœnitentiæ, tam pro librorum confusione, quam etiam pro ingenii tarditate, nullatenus eis valeant subvenire. Quapropter ex multis allegoriarum floribus, & de magnorum tractatibus prolatisque sermonibus, patrum dictis, canonumque sententiis, id est Isidori, Augustini, Gregorii, Bedæ, Gelasii, Innocentii, Theodori, Cassiani, Egberti, vel cæterorum, ad opus consacerdotum nostrorum excerpere, atque insimul colligere hunc libellum pœnitentialem studuimus. Et merito pœnitentialis dicitur, eo quod sit pœnitentiæ conveniens. Pœnitentia autem dicta est a pœnitendo, quod scilicet aliquis corde pœniteat, & se peccasse coram Deo erubescat; quia Deo donante nihil potest contra nos diabolus in sua proficere nequitia, si puram volumus agere pœnitentiam, id est ut vulnera vulneribus non superadjiciamus, & sanata nostra sauciemus, quia posteriora vulnera pejora sunt prioribus. Et hoc animadvertendum est, quod si carnales medici, contra infirmitates corporum diversa constituunt medicamina, quanto magis sacerdotes Dei contra illicitos operæ carnis fructus innumerabilia medendi debent recompensare solatia? Cum ingenti timore dicimus, quia sunt nonnulli nostri similes, tantæ tarditatis ignavia pressi, qui nec sui nec subditorum errata valent ad purum deducere, & per medicamentum pœnitentiæ minime lapsos sciunt solatiari. Ut arbitramur, de talibus scriptum est: *Canes muti non volentes latrare*. Et si indocti ad sacerdotium proveniuntur, considerandum est quid de gregibus agatur, quando lupi pastores fiunt. Et sunt nonnulli qui sarcinam sacerdotalem non propter Deum, sed (quod nefas est dicere) magis propter terrenum ambiunt lucrum. Cæci divinæ sapientiæ! de talibus quidam doctor veridicus ait: Timeo, inquit, quod canes assequuntur pastorale officium. Post hæc, necessarium censuimus ut in hoc libello pœnitentiali discretiones personarum, sive culparum, vel temporum prolixitudine, promulgare studeremus, quomodo unusquisque aut qualiter vel quamdiu cum omni sagacitate * in discernenda judicia unanimes haberemus. Et maxime providendum, ut unicuique peccanti Domini adhibeatur misericordia, quia scriptum est: *Fili, in judicando esto misericors*. Unde & apostolus: *Judicium sine misericordia erit illi qui non fecit misericordiam*. Ideoque mensuram temporis in agenda pœnitentia non satis attente præfigunt canones pro unoquoque crimine, sed magis in arbitrio antistitis vel presbyterorum relinquendum statuunt, propter misericordiam, quia apud Deum non tam valeat mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum, sed mortificatio potius vitiorum; propter quod tempora pœnitentiæ fide & conversione pœnitentium abbrevianda præcipiunt. Hanc epistolam commatico sermone perstrinximus, ut ejus breviatio lectori nocivum demat fastidium, & cordis ejus proficuum levet & aperiat intellectum; brevis etenim lectio avidius legitur, citius intelligitur, & memoriæ facilius commendatur, & firmiter retinetur. Necesse est ergo ut hæc medicinalis exceptio frequenter a fidelibus legatur sacerdotibus, & ipsis sapienter, assidue, humiliterque recitetur, quia ibi invenitur sanitas cordis, & animæ medicina reperitur. Constat enim in hoc libello consolatio magna lugentium, spes beata justorum, sanitas infirmorum, fortitudo & refugium periclitantium. Ergo cor pœnitens compungitur, & proficuus ab eo lacrymarum imber roratur: remissio peccatorum in eo concedi promittitur, & laborantibus refectio cum gloria perpetua feliciter præparatur. Est enim in eo thesaurus sapientiæ & scientiæ absconditus, qui vitam æternam fidelibus ministrat pœnitentibus, & sine defectu lugentibus ad aperiendum perpetuus. Nolumus, fratres, accensam in nobis sub modico ponere lucernam, sed præcelso eam superponere candelabro, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt fratribus. Hujus laboris atque operis illius gratia nobis superveniat, qui duobus discipulis euntibus tertium se socium addidit in via, & aperuit illis sensus, ut sanctas intelligerent scripturas. Spiritus paracletus omni virtute & doctrina perfecta cum charitatis scientia illustret pectora nostra, benignissimi fratres. Domine Deus rex cælestis, qui nos indignos famulos tuos sanctæ ecclesiæ præferri voluisti, ut congruo pœnitentes atque lugentes consolaremur medicamine, da propitius, ut hic diutina corporis & animæ sospitate valeamus potiri, & denuo præmiis regni cælestis feliciter participari, ut per salubria medicamina a prædecessoribus inculcata populus instanter gaudeat, & ipsi cui servit totius concentus cæli una nobiscum gratificas laudes in æternum lætus decantet. Hæc autem epistola nulli vilescat, sed sciat a majoribus nostris ex sanctorum sententiis esse collectam, a nobis quidem excerptam, ne nimia prolixitate negligentibus lectoribus fastidium generaret.

Isai. 56.

* for in discernendo

Tob. 4. Jacob 2.

INCIPIUNT JUDICIA CONGRUA POENITENTIBUS.

I.

[1] Prima itaque est remissio, qua baptizamur in aqua, secunda, charitatis effectus, tertia, elee-

Quæ sit remissio peccatorum.

1 Ex Cassiano ist ud excerptum Collect. 20. c. 8. & ex aliis. *Hard.*

eleemosynarum fructus, quarta, perfusio lacrymarum, quinta, afflictio cordis & corporis, sexta, emendatio morum, hoc est abrenunciatio vitiorum, septima, intercessio sanctorum, octava misericordiæ & fidei meritum, nona, conversio & salus aliorum, decima, indulgentia & remissio nostra, undecima, passio martyrii, spes unica salutis, (a) indulgente, & latroni crucifixo Deo respondente: *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.*

ANNO CHRISTI 731.

II.

homicidio.

Sacrilegium, id est sacrarum rerum furtum, & hoc maximum est peccatum: sacrilegus dicitur qui sacra violat, vel qui sacra furatur. Placuit secundum humaniorem definitionem, qui in hoc vitio corruunt, si episcopus fuerit, duodecim annos pœniteat, presbyter decem, diaconus septem, subdiaconus quinque, clerici & laici quatuor. Sed valde considerandum est, & domini misericordia adhibenda, ut ipse beatus adjecit Gregorius. Ex persona namque furis pensandum est qualiter valeat corrigi; sunt enim quidam qui habent subsidia, & furtum perpetrant, & sunt qui in hac re ex inopia delinquunt. Unde necesse est ut quidam damnis, quidam autem verberibus, quidam districtius, ut judicatum est, quidam autem levius corrigantur, & cum paulo districtius agitur, ex charitate agendum est, & non cum furore, quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur; ne gehennæ ignibus tradatur.

III.

Qui occiderit episcopum aut presbyterum vel diaconum, regi dimittendum est ad judicandum. Qui occiderit minoris ordinis clericum, in judicio episcopi est judicandus, ut arma relinquat, & in monasterio Deo serviat, vel septem annos cum luctu pœniteat. Si quis clericus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, & ex his septem exul fiat. Qui patrem vel matrem, sororem aut fratrem occiderit, secundum humaniorem diffinitionem quatuordecim annos pœniteat, & ex his septem exul fiat. Si laicus occiderit alium laicum, quadraginta dies abstineat se ab ecclesia, & secundum antiquam diffinitionem quinque annos pœniteat: si odii meditatione, quatuor: si per iram, tres: pro vindicta fratris, duos: si casu, unum, qui in prælio &c. Si qua femina furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat; si voluntate, septem annos pœniteat; si casu, quinque: quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiet communionem.

IV.

de adulterio.

Adulterium dicitur, cum quis alterius violat uxorem vel sanctimonialem. Adulter vocatur violator maritalis pudoris, eo quod alterius torum polluit. Si episcopus adulterium commiserit, duodecim annos pœniteat, presbyter decem, diaconus septem, subdiaconus quinque, clerici & laici tres. Si autem in conscientia populi devenerit, extra ecclesiam fiant, & inter laicos pœniteant quamdiu vivunt. Si qua femina cum conscientia mariti fuerit adulterata, & ipse consentit habitare cum ea, placuit nec in finem dandam eis esse communionem. Si vero eam reliquerit, post quintum annum acciA piat communionem. Et si quis vir, vel si femina usque in finem mortis suæ cum aliena femina, vel ipsa cum altero viro, fuerint adulterati, placuit nec in finem percipere communionem.

ANNO CHRISTI 731.

V.

De fornicatione.

Si quis pontifex faciens fornicationem secundum humaniorem diffinitionem septem annos pœniteat; presbyter quinque, diaconus quatuor, subdiaconus tres, clerici & laici duos. Si cum sanctimoniali intelligant se adulterium perpetrasse, secundum antiquam constitutionem plus addatur jejunium; episcopus decem annos pœniteat, presbyter septem, diaconus quinque, subdiaconus quatuor, clerici & laici tres. Qui B sæpe faciunt fornicationem, sive clerici, sive laici, sive femina, primus canon judicavit ut septem annos pœniteat. Sed si paruerint, humanius definierunt ut tres annos eorum pœnitentia sit.

VI.

De concupiscentia non consummata.

In canone Neocæsariense ita habetur: Placuit ut si quis concupiscent mulierem, etiamsi ejus concupiscentia desiderium habeat, non autem subsequuntur effectus, manifestum est hunc fuisse per divinam gratiam liberatum. Ridiculosum est ut pro tactu vel osculo & amplexu mulierum quis damnatus inveniatur.

VII.

De perjurio.

Si quis in altare ubi reliquiæ habentur, vel C in evangello perjurium incurrerit, secundum antiquam diffinitionem septem annos pœniteat. Qui alium in perjurium ignorantem inducit, & ipse similiter septem annos pœniteat. Qui autem deductus est ignorans, & postea recognoscit, duos annos pœniteat. Qui vero suspicatur quod in perjurium deducatur, tamen jurat per consensum, & ipse similiter duos annos pœniteat. Si quis coactus pro qualibet culpa causa necessitatis, tres annos pœniteat. Si quis vero in manu episcopi, vel presbyteri, vel in cruce consecrata, secundum antiquam diffinitionem tres annos pœniteat. Humanius unum annum diffinierunt.

VIII.

De ebrietate.

Placuit, secundum antiquam diffinitionem, D si quis episcopus, presbyter aut diaconus in consuetudinem habuerit vitium ebrietatis; aut desinat, aut deponatur. Sed humanius diffinierunt, ut episcopus, presbyter aut diaconus per ebrietatem vomitum facientes quadraginta dies pœniteant: clerici & laici facientes, septem dies. Si presbyter aut diaconus pro infirmitate, aut quia longo tempore se abstinuerunt, & in consuetudine non erit ejus multum manducare & bibere, & præ gaudio natalis Domini aut paschæ, saltem pro alicujus sanctorum commemoratione hoc fecerunt, & tamen plus non acceperunt quam decretum est a senioribus, nihil eis nocuit. Prorsus quicumque taliter ineE briatur, ut statum mentis mutet, & lingua balbutiet, & oculi turbentur, & ventris distensione dolor insequatur, & tunc evomuerit eucharistiam, episcopus nonaginia dies pœniteat, presbyter septuaginta, diaconus quadraginta, subdiaconus viginti, clerici & laici decem. Et si canes comedant tale vomitum, centum dies pœniteant; si non sciunt, quadraginta. Si infirmitas id agere compulerit, in Domini pendeat

(a) Ita emendavi hanc lectionem ex Pœnitentiali quod superius Bedæ vindicavi, cum vetus lectio minus apte ferret *salutis indulgentia, & latroni cruento respondente Domino: Amen &c.* Manſi.

deat arbitrio. Qui cogit aliquem humanitatis gratia ut inebrietur, ut ebrius pœniteat: si per odium aut pro aliqua nequitia, judicio sacerdotis pœniteat, hoc est quadraginta dies.

ANNO CHRISTI 731.

IX.

De furto. Si quis furtum capitale commiserit, id est aurum, argentum, quadrupedes, vel domos effregerit, si potest reddere quod injuste abstulit, multum breviavit pœnitentiam ejus: sin autem, quinque annos pœniteat. Quod si sæpe illud fecerit, septem annos pœniteat. Humanius tres annos diffinierunt. Si puer amplius decem annorum fecerit furtum, quadraginta vel viginti dies pœniteat, prout ætas est & qualitas eruditionis. Pro modico furto, viginti dies pœniteat. Puer decem annorum, aliquid furti faciens, septem dies pœniteat.

X.

De idololatria. Prohiberi placuit ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit accepto non ferant: si post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporum a communione esse arcendos.

XI.

De incestis. Incesti dicuntur, qui proprie illicitam commixtionem perpetrant. Vocati incesti quasi incasti. Incesti namque tales dicti sunt, si filius cum matre, si frater cum sorore, si quis novercam duxerit, aut cognatam, si quis consobrinus consobrinam, aut sororis filiam, si quis relictæ avunculi misceatur aut patrui, vel privignæ concubitu polluatur, vel qui duas sorores, aut illa quæ duos fratres. Si quis filius cum matre tam funestum atque * necessarium vitium perpetraverit, secundum antiquam diffinitionem inermis quindecim annos cum fletu & luctu pœnitentiæ, & uxorem nunquam accipiat, & ex his septem annos extra metas ipsius terræ exul fiat, & non communicet nisi urgente mortis periculo. Si cum filia & sorore, simili sententiæ subjaceat. Si cum nepte vel cum matre, vel quæ superius nominatæ sunt, secundum paternam diffinitionem, duodecim annos se * pœnitentiæ subdat, uxorem nunquam accipiat, & ille vir arma relinquat & exul fiat, nec communicet, nisi imminente diei mortis periculo. Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineantur usque ad mortem, in mortem autem eis detur communio pro misericordia. Si vero supervixerint communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto in eodem concilio. Si quis post obitum uxoris suæ sororem duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri, nisi forte dari pacem velocius necessitas coegerit infirmitatis.

* nefarium *arbitror esse legendum.*

* F. *pœnitat.* Hard.

Concil. Eliber. can. 61.

XII.

De delatoribus. Delator dictus, eo quod detegit quod latebat. Si quis delator extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit * præscriptus vel interfectus, placuit nec in finem percipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Sed sic humanius definierunt, post tres annos percipere communionem.

Concil. Eliber. can 73.

* Lege, *prescriptus*, Hard.

XIII.

De falsis testibus. Falsus testis prout est crimen abstinebitur: si tamen non fuerit mortale quod objicit, & probare nequiverit crimen quod impegit, biennii tempore abstinebitur: si autem probaverit, convento clero placuit per quinquennium abstineri.

Concil. Eliber. can

XIV.

De iis qui cusant, probant Concil. ber. can Si quis episcopum, vel presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare nequiverit, nec in finem dandam eis esse communionem censuimus.

XV.

De odio Odium pax pellit. Quicumque fratrem suum oderit, necesse est ei ut reconcilietur. Sciat se unusquisque, quamdiu in corde tenuerit odium, tamdiu in pane & aqua pœnitentiæ subdi. *Quia si homo homini servat iram, a Deo non potest quærere medelam*; dicente Domino: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.*

Eccli. 28

Luc. 6.

XVI.

De augu vel div tionibus [1] Augures dicuntur, qui in volatus avium vel voces intendunt. Harioli sunt, qui circa aras idolorum sacrificant. Auspicia sunt quæ ab itinerantibus observantur. Si quis auguria, auspicia, divinationes, vel qui votum voverit præter ecclesiam, vel qui divinationes faciunt in incantationibus suis, quod omnino diabolicum est, tres annos pœniteant. Humanius, duos vel unum, aut dimidium juxta qualitatem peccantium.

XVII.

De mul bus for riis & tum fa tibus. Si qua mulier fornicaverit, & infantem occiderit qui exinde fuerit natus, & quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est necare, aut certe ut non concipiat elaborare, sive ex adulterio, sive ex legitimo conjugio; has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt: nos tamen pro misericordia sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsarum, decem annos agere pœnitentiam judicamus. Si mulier pauperula occiderit filium suum, * in canone septem annos dicit pœnitentiam ejus. Mulier quæ concipit & occidit filium aut filiam in utero ante quadraginta dies, homicida pœniteat. Si per culpam sine baptismo, tres annos pœniteat: sine culpa, tres quadragesimas. Illæ namque quæ infantes suos opprimunt negligenter, ut homicidæ pœniteant: sin aliter, in judicio pendeat sacerdotis.

* Turbat hic lec nem si Pœnitet Anonyn *Manss.*

XVIII.

De virgi corrupti Si quis virginem corruperit, nec eam postea sibi uxorem acceperit, aut in sponsam alterius tale facinus attentaverit, secundum antiquam diffinitionem quinque annos pœniteat. Humanius autem tres annos diffinierunt. (*a*) Si quis sponsæ alterius hominis [2] sorori ejus forsitan intulerit, eique inhæserit tanquam suæ, & sibi expetendam se copulaverit, hanc autem deceptam postea uxorem duxerit desponsatam: illa vero quæ vitium passa est, si forsitan necem sibi intulerit, omnes hi qui hujus facti conscii,

1 Beda de remediis peccatorum tit. de augurilis. Burchard. lib. 10. cap. 9. *Hard.*

(*a*) Vitiatæ huic lectioni medela affertur ex canone XXIV. Ancyrensi Isidoriano, cujus hæc sunt verba: *Si quis sponsam habens sororis ejus forsan intulerit violentiam, eique inhæserit tanquam suæ; hac autem decepta postea uxorem duxerit desponsatam; illa vero quæ vitium passa est* &c. Canonem accepit Gregorius ex Pœnitentiali quod ego Bedæ asserui in quo cum verba illa: *hac autem decepta* mendose exprimantur *hanc autem deceptam*, ipsum pariter mendum Gregorius retinuit. *Manss.*

2 Sic est in priore editione Regia, & in Labbeana. Forte legendum, *& sororis ejus stuprum intulerit* &c. Hard.

ANNO CHRISTI 731.

scii, decem annos pœniteant secundum canonum institutionem: sed nonnulli septem annos diffinierunt.

XIX.

De his qui in prævaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate; placuit ut circa eos illa Nicæni statuti serventur, id est ut septem annos inter catechumenos, & duos inter laicos, & postea moderatione & clementia fidelibus in oblatione & eucharistia communicent.

XX.

Si quis clericus aut laicus in demoliendis sepulchris deprehensus fuerit, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguineum dicitur, oportet in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri, & pœnitentiæ triennio deputari.

XXI.

Si quis ordinatus in scelere sodomitico coinquinatus fuerit, quod in tantum coram Deo abominabile describitur vitium, ut etiam igne & sulphure eorumdem civitates legantur subversæ, decem annos secundum antiquam constitutionem pœniteat. Quidam humanius septem annos diffinierunt. Illi autem qui nesciunt vim hujus flagitii, tres annos præfixerunt ut pœniteant. Pueri vero qui illud exercere sciunt, oportet ut emendare festinent, videlicet quinquaginta dies pœniteant, insuper & verberibus afficiantur: quia necesse est ut seges quæ male pullulat resecetur.

XXII.

Si quis autem post vicesimum annum habens uxorem in hoc fœdissimo vitio corruerit; si cum bucula, decem annos pœniteat, & lac ejus nec caro manducetur, sed canibus tradatur. Cum cæteris vero animalibus secundum humaniorem diffinitionem, juniores ætates minusque capaces septem annos pœniteant, aut tres, aut unum.

XXIII.

Maleficia dicuntur quæ malefacte vel credite auctores suos excruciant, & ad ima demergunt, nisi pœnituerint. Si quis maleficus aut malefica filium suum aut filiam supra tectum aut in fornace pro sanitate febrium posuerit, vel quando luna obscuratur, vel clamoribus suis, vel maleficiis sacrilego usu se defensare posse confidunt, [1] vel ut frater in honore Jovis vel Beli aut Jani, secundum paganam consuetudinem, honorare præsumpserit, placuit secundum antiquam constitutionem sex annos pœniteant. Humanius tres annos judicaverunt.

XXIV.

Si quis per impugnationem mentis violenter coinquinatus est, septem dies pœniteat, vel quousque cogitatio vincatur. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat cantetque genua flectendo septem psalmos pœnitentiales, id est *Domine ne in furore*, & cæteros; & in mane triginta psalmos cantet. Volens autem in somnis peccare, si pollutus sit sine voluntate, duodecim psalmos cantet. Peccans non pollutus tredecim psalmos cantet. In somno peccans, si ex cogitatione pollutus, viginti duos psalmos cantet: si in somno peccans sine cogitatione, duodecim psalmos cantet. Si semen fuderit in ecclesia dormiens, cantet psalterium, vel tres dies pœniteat: si voluntario semen fuderit in ecclesia mala cogitatione, si clericus est quatuordecim dies, diaconus viginti duos, presbyter quadraginta, episcopus quinquaginta. Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, quæ subtiliter pensari debeat: ex qua re accidit menti dormientis, aliquando ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, aliquando ex necessitate, aliquando ex infirmitate. Omni modo hæc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulit.

ANNO CHRISTI 731.

XXV.

De menstruo

Vir ad mulierem menstruo tempore non accedat: quod si fecerit, quadraginta dies pœniteat. Mulieres menstruo tempore in ecclesiam non intrent; quod si præsumpserint, ut tres hebdomadas pœniteant, nonnulli patres ita definierunt. Si qua mulier consuetudine menstrua patitur, prohiberi in ecclesiam intrare non debet, quia naturæ superfluitas ei in culpa non valet reputari, & per hoc quod invita patitur, justum non est ut ab ingressu ecclesiæ privetur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens, vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimenta tangere, cur quæ menstrua patitur sanguine, ei non liceat Domini ecclesiam intrare? Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni ex persona infirmitatis conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus quæ naturæ suæ vitio infirmantur? Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debent prohiberi. Si autem ex veneratione magna accipere non præsumit, laudanda est; sed si susceperit, non dijudicanda. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est; videlicet quia naturaliter accidit.

XXVI.

De his qui dæmonibus immolant.

Qui immolat dæmonibus in minimis causis, id est ad fontes, vel ad arbores, unum annum pœniteat. Qui in machinis dæmonibus immolaverit, secundum canonicam institutionem decem annos pœniteat. Sed humanius septem annos diffinierunt. Ut arbitror, dæmoniis in machinis immolare, est suis turpissimis imaginationibus credere, vel cum per quasdam quas sanctorum sortes falso vocant divinationis scientiam profitentur, sive in præcantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscumque rebus suspendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars dæmonum ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exorta. Unde vitanda sunt a Christianis, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda.

XXVII.

De fidelibus conjugatis si cum gentili peccaverint. Concil. Eliber.

Si quis fidelis homo habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si eum alius detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

XXVIII.

De eucharistia neglecta

[2] Si quis eucharistiam, id est sacrificium, causa negligentiæ perdiderit, unum annum vel tres quadragesimas pœniteat. Quod si in terram causa negligentiæ ceciderit, quinquaginta psalmos cantet. Qui negligit sacrificium, ita ut vermes in eo inveniantur, aut colorem saporemque perdiderit, triginta vel viginti dies pœni-

1 Forte, *ut fertur*. Hard.

2 Inter Capitula Theodori Cantuar. cap. 57. *Hard.*

niteat, & in ignem accendatur. Qui fundit calicem in finem missæ solemnitatis, quadraginta dies pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat, & linteamina quæ tetigerit stilla per tres abluantur vices, calice subterposito; aqua ablutionis in ignem projiciatur.

ANNO CHRISTI 731.

XXIX.

De suffocato & sanguine non edendo.

Suffocatum dicimus quod sine sanguinis effusione perimitur, vel quod in laqueo necatur. Si quis a lupo vel a cane aut in laqueo suffocatum invenerit, nullatenus manducetur: nec sanguinem alicujus bestiæ quis manducare aut bibere præsumat. Quod si quis fecerit, quadraginta dies pœniteat.

XXX.

De diversis minoribusque culpis.

Si quis autem per temeritatem baptizavit non ordinatus, abjiciendus est & ab ecclesia, & nunquam ordinatus sit. Si quis pœnitentiam vel baptismum negaverit episcopus & presbyter, reus erit animarum, dicente Domino: *In quacumque die peccator conversus fuerit, vita vivet & non morietur*. Confessionem suam unicuique soli Deo, si necesse est, licet facere. Si quis abrenunciaverit sæculo, & postea reversus fuerit in sæcularem habitum, secundum antiquam diffinitionem septem annos pœniteat. Si quis contempserit indictum jejunium contra decreta seniorum, quadraginta dies pœniteat: si vero in quadragesima hoc fecerit, annum integrum. Si quis contempserit Nicænum Concilium, & fecerit pascha cum Judæis decimaquarta luna, exterminabitur ab omni ecclesia in mortem suam, nisi pœnitentiam egerit. Si quis in die dominico per negligentiam jejunaverit, totam hebdomadam abstinere debet. Si illud iteraverit, quadraginta dies pœniteat. Si qua mulier cum altera coitum fecerit, quatuor quadragesimas pœniteat. Molles unum annum pœniteant. Si quis vir cum uxore sua retro nupserit, corripiendus est ne faciat, & in seipso pœniteat. Si qua mulier ante mundum sanguinem ecclesiam intraverit, quia nec in usu habetur, quadraginta dies pœniteat. Si his temporibus nupserit, viginti dies pœniteat. Qui nupserit die dominico, petat a Deo indulgentiam, & unum vel tres dies pœniteat. Qui causa invidiæ detrahit fratrem suum, vel libenter audit detrahentem, septem dies pœniteat. Si quis clericus venationes exercuerit, unum annum pœniteat, diaconus duos, presbyter tres. Si quis per iram alium percusserit, aut debilitaverit, quadraginta dies pœniteat. Si quis aream aut domum cujuscumque voluntarie igne cremaverit, secundum antiquam diffinitionem tres annos pœniteat. Si quis cujuslibet hominis voluntarie membrum truncaverit, tres annos pœniteat: humanius unum annum diffinierunt. Qui morticinia comederit inscius, viginti dies pœniteat; sciens, quadraginta. Quicumque furtivum comederit, & scit, si pauper est vel hebes, septem dies pœniteat; sani qui sciunt, quadraginta; qui sæpe hoc faciunt, tres quadragesimas. Qui comederit vel biberit sordidatum a cane vel a mure, quinquaginta psalmos cantet; sæcularis tres dies pœniteat. [2] Qui dederit alicui liquorem, in quo mus vel mustella mortua inveniuntur, septem dies pœniteat: qui postea noverit quod tale potum biberit, psalterium cantet; sæcularis tres dies pœniteat. Si in farina, aut in aliquo sicco cibo, aut in melle, in oleo, aut in lacte coagulato, mus vel mustella mortuæ inveniuntur, quod circa corpora eorum est projiciatur; reliqua aqua sancta conspersa, sana sumantur mente. Si piscis in piscina mortuus fuerit inventus, nullatenus manducetur, & si quis manducaverit septem dies pœniteat.

ANNO CHRISTI 731.

XXXI.

De his qui pœnitentiam petunt in infirmitate.

[2] Si casu, dum ad eum sacerdos invitatus veniet, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrænesi inventus fuerit, dent testimonium hi qui cum audierant, & sic accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus, infundatur ori ejus eucharistia, & in Domini pendeat arbitrio. Si supervixerit, commoneatur a supradictis testibus petioni suæ satisfactum, & subdatur pœnitentiæ tempus.

XXXII.

De his qui quacumque violentia sibi mortem inferunt.

[3] Item placuit ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentiam inferunt mortis, nullus in oblatione commemorationem faciat eorum, neque cum psalmis eorum corpora ad sepulturam deportentur. Multi enim hoc sibi per ignorantiam usurparunt. Similiter & de his placuit qui pro suis sceleribus puniuntur.

XXXIII.

De his qui injuste de gradu suo ejecti fuerunt.

Episcopus, presbyter, aut diaconus, si gradu suo injuste dejectus, in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat. Quod si episcopus fuerit, recipiat coram altare de manibus episcoporum orarium & planetam; si diaconus, orarium & albam: subdiaconus patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus ad reparationem sui suscipiant, quæ cum ordinarentur perceperant.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Concinnatum ex sanctis patribus veterumque conciliorum canonibus a venerabili, ut volunt, Beda libellum pœnitentialem judiciis Gregorii III. Papæ subjecissemus tanquam huic maxime loco convenientem. Verum cum a regio collectore in Luparea editione Egberti Eboracensis archiepiscopi excerptionibus adnexus sit, nos illius ordinem interturbare noluimus hac in antecessum admonitione contenti. Illi porro plura ad marginem pagellarum inscripsimus ex Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis annotationibus selecta. Addidimus quoque ejusdem Egberti dialogum brevem de institutione ecclesiastica per interrogationem & responsionem anno 1664. editum primo Dublinii cum duabus Bedæ epistolis a Joanne Vvaræo equite aurato.

a [1] CON-

1 Apud Burchardum lib. 19. cap. 106. *Harduinus*.
2 Apud Burchardum lib. 18. cap. 10. *Harduinus*.
3 Apud Burchardum lib. 19. cap. 130. *Harduinus*.

ANNO CHRISTI 731.

ANNO CHRIST. 731

CONCILIUM ROMANUM I.

IN CAUSA GREGORII PRESBYTERI

Legati ſedis apoſtolicæ:

Anno DCCXXXI. habitum ſub Gregorio III.

[a] *Concilium.*) Ad extirpandam Iconoclaſtarum hæreſin ſcripſerat Gregorius ad Leonem imperatorem epiſtolam adhortatoriam, qua eum ab errore avocare conabatur: hanc Gregorius presbyter legationis apoſtolicæ munere functurus acceperat, ut eam imperatori coram traderet; ſed humano terrore motus non porrexit. Quod cum ille Romam reverſus A pontifici enarraſſet, literaſque acceptas agnita culpa reddidiſſet, hac ſynodali congregatione ſententiam depoſitionis a presbytero incurriſſet, niſi cœtus epiſcoporum præſentium pœnam deprecati fuiſſent. Rem geſtam narrat Anaſtaſius ſupra in vita Gregorii his verbis: *Fuit temporibus Leonis*, &c.

☞CONCILIUM IN RAVENNATENSI PROVINCIA,

In quo pia donatio Ravennatenſibus Monachis facta confirmatur,

Circa annum 731. habitum.

ex Manſi Supplem.

„ CONcilium hoc ignotum hactenus, non „ ante multos annos ad poſterorum no„ titiam deduxit lapis qui in parietum claſſen„ ſis templi loco ſublimi collocatus, & forte „ etiam ſitu obſitus, vix ac ne vix quidem „ ſaltem integer legi ab ſtantibus in imo pavi„ mento eruditis potuit. Tandem paucis ab „ hinc annis ſolicita eruditorum monachorum „ Cœnobii illius cura e pariete divulſus, de„ poſitus ac repurgatus lectionem integram „ permiſit. Annum præfert 731. ita deſigna„ tum: *Leone quidem* (Iſauro) *clementiſſimo „ imperatore anno* XV. *Conſtantino vero a Deo „ coronato &c. anno* XI. IV. *Kal. Februarias „ ind.* XIV. Niſi artifex in exerundo lapide „ erravit, valent hæc ad emendandam Leonis „ Iſauri chronologiam; cum enim principis „ huius exordia Pagius anno 717. die XXV. „ Martii alligaverit; profecto annus 731. „ quem ſignat indictio XIV. cum die IV. „ Kal. Feb. compoſitus, annum Leonis XIV. „ tuliſſet. Melius igitur cum Baronio Leonis „ hujus initia anno 716. aſſignarentur. Con„ ſtantini vero anni recte procedunt. En ve„ ro inſcriptionem ipſam unde concilium e„ ruitur.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti imp. piiſſimis DD. NN. Leone & Conſtantino a Deo coronat. pacificis magnis imp. Leone quidem Clementiſs. imp. anno XV. Conſtantino vero a dom. coron. imp. anno XI. guvernante Italiam dom. Eutuchio excell. patricio & exarc. IV. Kal. Februarias, Ind. XIV. Hic titulus monſtrat opus laudavile factum quod pio conſilio concepit mente præſul Johannes almus pontifex junior, in nomine Quintus, qui cura pervigilii æterni præmia regni fidus ut poſſideat ægenorum agmina præcant, liminibus ſacris hoc ſibi monumentum locavit, Apollenari ſco. commendans pulverea membra, quæ ſurrectura credit, carnis reſumto vigore, contulit & donum quod ſervis Domini proſit, qui laudes adſiduas marturi ſco. libant, fundum Gammillaria caſalibus undique valatum, cum ſuis terminibus, ſicut textus donationis deſignat, aptum ſervis D. Ravennati terr. ſitum, fertilem, ſecundum, ignis ad uſum lignamen & ſueſt quod pabulent ſilvarum glandifera poma, dans ſcæ. eccl. commutata ad vicem loca fundum tregintuia faventin. terr. conſtituto atq. fundum pittulis cornil. terre. jacenem. ſimulque argenti quater dena pundera mundum, quod ſibi legitime genitorum contulit jura ut ſit ilivatum nec revocetur umquam, quod huc collegio monachorum ſtipendiis ad vicem ceſſit, ex cujus reditibus præparentur a feaviles dapes his qui ejus nomini annuæ coluerint diem quo juſſo dominantis migraverit ad cæleſtia regna, hoc quoram concilio ſtatuit atque firmavit, ut ſi quis ſucceſſor ſedis eccleſieq. actor vel abba prepoſitus hujus venerabilis templi prænominat fundum Gammillaria ex partem vel totum per quovis ingenio, abuſum ſervor. Dom. hic deſervientium alienare præſumpſerit vel commutare aut per enfuteuſeos chartula largire æternam condemnationem ſuſtineat cum traditore Juda & his qui petierit & qui largire temtaverit conſtrictus anatematis vincul ſcor trecentor dec & octo Patrum.

CON-

1 Præter ea quæ de hac & ſequenti Synodo tradit libri Pontificalis Compilator, extant etiam hodie in Cryptis Baſilicæ Vaticanæ bina fragmenta marmorea, quibus utriuſque Synodi Acta, ſed literis jam penis exeſis inſcripta ſunt. Prius præter aliquot Presbyterorum & diaconorum nomina nihil niſi initium allocutionis Gregorii Papæ ad Synodum continet. Poſterius, quæ in ſecunda Synodo geſta ſunt, miſere mutilata. Utramque inſcriptionem, qualis qualis eſt, exhibet cl. Ciampinus lib. de S. Ædificiis Conſtantini M. c. 4. ſect. 15. pag. 101. 102.

ANNO CHRISTI 732.

CONCILIUM ROMANUM II.

PRO IMAGINUM CULTU CELEBRATUM,

Anno DCCXXXII. ſub Gregorio III.

[a] *Concilium*.) Gregorium presbyterum ſecunda vice cum literis commonitoriis ad Leonem imperatorem deſtinaverat pontifex: quem cum imperator Iconomachus in Sicilia aliquamdiu retinuiſſet, ablatiſque ſcriptis in exilium amandaſſet; collecto hac de cauſa Romæ nonaginta trium epiſcoporum concilio, primum ad confirmandum antiquas patrum traditiones de uſu ſacrarum imaginum conſtitutum edidit, eoſque diro anathemate percuſſit, qui huic decreto adverſarentur. Additum præterea ex ſynodo ad eumdem imperatorem commonitoriam epiſtolam mittendam eſſe. Habet hæc omnia Anaſtaſius ſupra in vita Gregorii III. his verbis. *Majore fidei ardore permotus Gregorius papa ſynodale fecit decretum*, &c.

☞ AD SYNODUM ROMANAM I.

Sub Gregorio III. anno 731. celebratam

ADDITIO.

Ex Supplem. Manſi pag. 543.

AD hanc ſynodum in primordio conſecrationis ſuæ a Gregorio III. celebratam quædam pertinent, quæ in Collectione Veneto-Labbeana omiſſa, hìc ſupplenda ſunt. Huc igitur ſpectare arbitror lapidem in criptis Vaticanis ad noſtram uſque ætatem ſuperſtitem, in quo fragmentum extat orationis a Gregorio in ſynodo habitæ. Cum vero grates in ea pontifex rependat Deo ob collatam ſibi pontificiam dignitatem, hinc non obſcure docemur eam ſynodum paulo poſt ordinationem ſuam a pontifice coactam fuiſſe; eandemque ſynodum plane diverſam eſſe ab ea quæ hoc ipſo anno 731. ad Kalendas Novembris indicta fuit; inde colligimus, poſtremæ huic adfuiſſe Antonium Gradenſem patriarcham, ut ex epiſtola Gregorii invitatoria mox recitanda, & ab Anaſtaſio in libro Pontificali ad vitam Gregorii monemur. In hoc vero ſynodi fragmento inter patrum adſtantium concilio nomina Antonius iſte non legitur. Congruit Anaſtaſii teſtimonium, qui ſynodum cui Antonius interfuit, poſteriorem eſſe ſcribit alteri, in qua Gregorius presbyter ob male geſtam legationem Conſtantinopolitanam increpitus damnationem vix evaſit. Cedo mihi ex Romano lapide ſynodi hujus fragmentum.

B PEtro, Theophano, Sergio, Jordane, ſeu Joanne, Adſtantibus quoque diaconibus. Moſcho archidiacono, Zacharia, Johanne, Theophylacto, atque Gemmulo, vel cuncto clero. Antefactus D. Gregorius apoſtolicus papa dixit: *Reduco ad animum (ſanctiſſimi fratres mei) qualia mihi & quanta mirabiliter Chriſtus D. noſter contulerit bona, & quomodo me indignum ad tanti apicis faſtigium ſua pietate dignatus fuerit evocare, & ſtupeſco nihil aliud valens retribuere potentiæ ejus, niſi ſolas agere gratias, & indeſinenti prece C glorioſum ejus collaudare nomen.* Quis enim (*ut ait propheta*) loquatur potentias Domini, auditas faciat omnes laudes ejus, * vel: quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. *

[b] Ex Joh. Cian de ſacris dificiis c. XV. num. pag. 191.

*Pſalm. 105.

*Pſalm. 115.

AD ROMANUM CONCILIUM II.

A Gregorio III. celebratum pro cultu imaginum anno 731.

ADDITIO.

Ex eodem pag. 545.

CConcilio huic, cujus hiſtoriam ex Labbeo tom. VIII. pag. 218. edit. Venet. repetas, Antonium Gradenſem cum Joanne Ravennate, aliiſque interfuiſſe tradit liber Pontificalis. Gregorii Epiſtolam, qua Gradenſem patriarcham accivit ad ſynodum, Venetus Ughelli editor haud ita pridem vulgavit in Gradenſibus tom. V. pag. 1090. nov. D edit. Ex hac epiſtola, quam hic ſubdimus annus & menſis habiti concilii eluceſcit; accitos enim epiſcopos ad diem Kalendarum Novembris XV. indictionis conſtat, qui duo characteres annum 731. & Novembrim ineuntem repreſentant, ex quibus corrigas Labbeum, qui ſequenti anno ignoto menſe convenisse Patres indicat.

EPISTOLA GREGORII III. AD ANTONIUM GRADENSEM,

Ut Romam veniat ad concilium.

GRegorius tertius Pont. dilectiſſimo fratri Antonio Gradenſi archiepiſcopo, ſeu dilectiſſimis E nobis epiſcopis ejuſdem ordinationi ſeu concilio pertinentibus.

Inter

ANNO CHRISTI 732.

Inter diversas continuationum ærumnas, quæ nos hinc inde in sæculo positos circumstant & obruunt, orta est vana & pernicioſa calamitas, quæ graviter semper ecclesiam, quasi quibusdam ventosis procellis conturbat, inaniter attemptata. Est enim infelix impietas apud regiam urbem, ut credimus, notum habetis, & per diversas provincias, ita ut quod lugentes dicimus, & voce promimus lacrymosa, sanctorum imagines ab ipsius Domini & redentoris nostri Jesu Christi omnibus projiciantur ecclesiis, dilacerentur, atque ipsius Dei ecclesiæ, quod fatale malum est, & intolerabile exitium, habitationes hominum, viliumque efficiantur armentorum, ut in istis nulla debeat laus Deo cantari. Unde cum Propheta * lamentabili voce dicendum est: Quis dabit capiti meo aquas, aut oculis meis lacrymarum fontes, ut tantum defleamus exitium? Proinde, charissime frater, atque dilectissimi nobis ecclesiarum Dei rectores, hortamur dilectionem vestram, ut pro Domini nostri Jesu Christi nomine, juxta apostolicam vocem, cunctas subjectas vobis ecclesias commonere, atque instruere magnopere debeatis: Attendite, inquam, dilectissimi fratres, vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, ut juxta traditionem SS. Patrum & ven. antiquitatis omnes veram fidem defendant, & sancta, si contigerit, corpora ponant, & sanguinem fundant: quia ecce venit dies acceptabilis, ecce nunc dies salutis. Notis, charissimi, quod sancti per fidem vicere regna. Hæc vestra sit, fratres, ad omnem populum Christi commonitio, ut ipsi propriæ saluti regem Christianum defendentes possint constantia fidei prodesse. Vos vero, charissimi omnes, qui domos Domini diligenter regetis, ad defendendam, & confirmandam veritatem Kalendas Novembris succedentis quintædecimæ indictioni apud hanc apostolicam sedem convenite omnes, sepositа negligentia, ut communi conventu, atque tractatu auctoritate beati Petri apostolorum principis super tale capitulum sententia promulgetur, atque statuatur, qualiter rabiem adversantium prævenia-mus, & nostrarum procuremus animarum, vel subjectorum salutem; consortes quoque mereamur pro intuitu Sanctorum fieri prædecessorum, & quorum clara nos post Christi præsidium fovet doctrina. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

ANNO CHRISTI 732.

Ad hoc idem concilium pertinent ea quæ in epitome Chronicorum Casinensium sub ementito Anastasii Bibliothecarii nomine vulgavit Muratorius Rer. Ital. tom. II. Sed de veritate eorum quæ ibidem narrantur vadem me nequaquam constituo.

Ita vero scriptor ille: Gregorius III. zelo sanctæ religionis permotus, synodali decreto cum sacerdotali conventu coram sacrosancta confessione sacratissimi corporis B. Petri apostolorum principis, residentibus cum eodem summo & venerabili papa Antonino Gradensi archiepiscopo, necnon Johanne Ravennatensi archiepiscopo, & aliis XCIII. Episcopis, seu presbyteris sanctæ apostolicæ sedis; astantibus quoque diaconibus, & cuncto clero, & nobilissimis etiam consulibus, & omni Romano populo, statutum est:

Murat. Rer. Ital. to. II. par. I. pag. 357.

Ut si Arelianenses, & Cenomannenses sanctas Reliquias, quas eatenus retinuerant, reddere contemnerent, essent exortes a corpore & sanguine Christi, & totius ecclesiæ unitate, atque compage. Post peractum igitur hoc constitutum, misit scripta commonitoria pro requirendis sacrosanctis Reliquiis, quæ similiter, ut reliquorum antecessorum suorum contempta sunt. *Agitur hic de restitutione sacrarum Reliquiarum S. Benedicti & Scholasticæ, quas in Gallias sublatas historicus hic in superioribus narraverat.*

CONCILIUM WIGORNIENSE

Ad asserendas possessiones quasdam cœnobio de Wudiandun

Anno 738. celebratum.

ex eodem ex Wilkins tom. I. pag. 86.

IN hoc concilio negotium cœnobii de Vvudiandun in agro Vvigornienſi tractabatur, cujus fit mentio in regiſtro ecclesiæ Vvigornienſis in bibl. Cottoniana adſervato: ubi inter alia: *Quo tandem omni negotio ad sanctam sacerdotalis concilii synodum perlato, decrevit omne venerabile concilium, cum reverendissimo archiepiscopo Nothelmo, hanc cartulam donationis præfatæ abbatissæ Hortvvari reddi, ejusque possessionem monasterii firmissimam esse; damnato nimirum eo, atque anathematizato synodi sacratissimæ decreto, qui cartam illam subripere præsumpserit. Atque hoc decrevit sacra synodus, ut post obitum ejus, sicut ante statutum fuit, a senioribus ejus, ad episcopalem sedem castrum Vvegrin liber hic cum terra reddatur.* Decretum hoc synodale archiepiscopus Nothelmus, & novem alii Episcopi subscripserunt.

TARMANENSIS SYNODUS JACOBITARUM

In qua Joannes patriarcha cum Athanasio episcopus reconciliatus est.

Inter annum 1051. & 1066. Græcorum,

Christi 740. & 755. *celebrata.*

ex eodem ex Assemani Bibl. Clem. Orient. to. II. pag. 338.

JOannes quidam Athanasii Sandalensis & Maipheractæ episcopi fraude in patriarcham Jacobitarum renunciatus, obtenta malis hisce artibus dignitate in perniciem auctoris sui abusus est. Quare mutuas in se invicem simultates ambo illi exercuerunt. Synodus tandem coacta in Tarmana Cyrensis ditionis pago, in qua Athanasius a Joanne veniam petiit.

VITA

ANNO CHRISTI 741.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA ZACHARIÆ PAPÆ.

Dantur variantes ex Cod. Luc.

ZAcharias, natione Græcus, ex patre Polychronio, [b] sedit annos decem, menses tres, * (a) dies quatuordecim. Vir mitissimus, atque suavis, omnique bonitate ornatus, amator cleri & omnis populi Romani, tardus ad irascendum, & velox ad miserandum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum meritum tribuens, sed pius ac misericors a tempore ordinationis suæ omnibus factus, etiam & his qui ante sui fuerant persecutores bona pro malis reddidit, eosque honoribus promovens simul & facultate ditavit. Hic invenit totam * Italiam provinciam valde turbatam, simul & ducatum Romanum, persequente Luithprando Longobardorum rege ex occasione * Trasimundi ducis Spoletani, qui in hac Romana urbe, eodem rege persequente, refugium fecerat. Et dum a prædecessore ejus beatæ memoriæ Gregorio papa, atque ab Stephano quondam patricio & duce, vel omni exercitu Romano prædictus Trasimundus redditus non fuisset, obsessione facta, pro eo ab eodem rege (b) ablatæ sunt a Romano ducatu civitates quatuor, id est Ameria, * Hortas, Polimartium, & Blera. Et sic isdem rex ad suum palatium est reversus per mensem Augustum, indictione septima. Trasimundus vero dux habito consilio cum Romanis collectoque generali exercitu ducatus Romani * ingressi sunt per duas partes in fines ducatus Spoletani. Qui continuo timore * ducti, præ multitudine exercitus Romani, videm Trasimundo se subdiderunt Marsicani, & Forconini, atque (c) * Baluenses, seu Prinenses. Deinde ingressi (d) per * Sabinense territorium venerunt in Reatinam civitatem. * Qui Reatini continuo & ipsi se subdiderunt. Exinde pergentes * ingressus est Spoletum per mensem Decembris (e) prædicta indictione. Eratque magna turbatio inter Romanos & Longobardos. Quoniam & Beneventani & Spoletani cum Romanis * tenebant. Sed dum idem Trasimundus Spoletanus dux noluit implere quæ prædicto pontifici & patricio simul & Romanis promiserat pro recolligendis quatuor civitatibus quæ pro eo perierant, & aliis quæ spoponderat capitula, & prænominatus rex * ad motionem contra ducatum Romanum se præpararet, in his prædictis beatæ memoriæ Gregorius papa divina vocatione ex hac luce subtractus est, & divino nutu prænominatus sanctissimus Zacharias in pontificatum est electus. Cui omnipotens Deus tantam contulit gratiam, ut etiam pro salute populi Romani suam ponere animam non dubitaret. Missa igitur legatione apud jam dictum regem Longobardorum, salutaria illi prædicavit. Cujus sancti viri admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor quas a * ducatu Romano abstulerat civitates reddere promisit. Dumque, motione (f) militum facta ad comprehendendum Trasimundum ducem Spoletanum conjungeret se exhortatione sancti viri, exercitus Romanus, in adjutorium prædicti regis * egressi sunt. Et dum ipse Trasimundus suam deceptionem conspiceret, egressus a Spoletana civitate sese prædicto tradidit regi. Dumque isdem * rex protraheret dilationem ad reddendum juxta suam promissionem jam * factam quatuor civitates, prænominatus pontifex, (g) aut vere pastor populi sibi a Deo crediti, spem ponens in Deum, egressus ex hac Romana civitate eum sacerdotibus & clero perrexit fiducialiter & audacter ad ambulandum in locum Interamnensium urbis, ubi in finibus Spoletanis ipse residebat rex. Qui dum in Ortanam conveniisset civitatem, ipseque rex ejus cognovisset adventum, misit Grimoaldum missum suum, qui ei obvius factus usque ad Narniensem perduxit civitatem. Ad cujus sancti viri (b) adventum obviam jam nominatus rex misit duces, satrapas suos, * pluremque exercitum, & a Narniensium civitate octavo fere milliario eodem rege eum suscipiente. Sextæ feriæ die perrexerunt ad basilicam beati Valentini episcopi & martyris, sitam in prædicta Interamnensium urbe ducatus * Spoletini. Ante cujus fores basilicæ isdem rex (i) cum reliquis optimatibus & exercitu suo sanctum virum suscepit. Factaque oratione (k) * mutua, & salutatione sibi persolventes, dum divinis fuisset ab eo commonitus colloquiis, impensaque charitate ab eadem egressus ecclesia in ejus obsequium rex dimidium fere milliarium perrexit, & sic in suis tentoriis uterque eadem feriæ sextæ die sunt morati. Sabbato vero iterum convenientes, divina perfusus gratia, Deo placitis admonitionibus eum est allocutus, prædicans * ei ab hostili motione & sanguinis effusione quiescere, & ea quæ pacis sunt semper sectari. Cujus piis eloquiis flexus, * & constantiam sancti viri & admonitionem admiratus, omnia quæcumque ab eo petiit, per gratiam Spiritus sancti obtinuit, & prædictas quatuor civitates, quas ipse ante biennium per obsessionem factam pro prædicto Trasimundo duce Spoletano ablstulerat, eidem sancto cum eorum habitatoribus redonavit viro. Quas & per donationem firmavit in oratorio Salvatoris sito intra ecclesiam beati Petri apostoli in ejus nomine ædificato. Nam & Sabinense patrimonium, quod per annos prope triginta fuerat ablatum, atque Narniense etiam & Auximanum, (l) atque Anconitanum, (m) nec non

* dies xv.
* Italiæ
* Trasamundi
* Ortas,
* ingressus est
* ducti
* Valvenses, atque Penenses.
* Persianimense, vel Ravennense
* quibus
* ingressi sunt Spoletinum
* junctí erant.
* admonitione exercitus facta.
* duce
* egressus est
* Luithprandus
* jam fatas.
* magnumq;
* Spoletani
* mutuam salutationem
* eum
* de constantia.

(a) *dies XV.* (b) *ablatæ sunt* (c) *Balbenses seu Ginnenses.*
(d) *per Ravinienſem territurium* (e) *indictione VIII.* (f) *militum* deest
(g) *ut vere paſtor* (h) *in obviam jam nominatus rex &c.* (i) *cum reliquo exercitu ſuo ſanctum eorum &c.* (k) *mutuas ſalutationes ibi perſolventes &c.* (l) *atque Anconitanum* deest.
(m) *nec non & Humanatem*

ANNO CHRISTI 741.

non & * Numanatenſe, & vallem quæ vocatur Magna, ſitam in territorio Sutrino, per donationis titulum ipſi beato Petro apoſtolorum principi reconceſſit, & pacem cum ducatu Romano ipſe rex (*a*) in viginti confirmavit annos. Sed & captivos omnes quos detinebat ex diverſis provinciis Romanorum, miſſis literis ſuis tam in Tuſciam ſuam, quamque trans Padum, (*b*) una cum Ravennatibus captivis, Leonem, Sergium, Victorem, & * Agnellum * conſules prædicto beatiſſimo redonavit pontifici. In prædicta vero baſilica beati Valentini, per ejuſdem regis petitionem, in locum (*c*) * Conſignenſis antiſtitis, qui tranſierat, alium ordinavit epiſcopum. In cujus conſecratione dum adeſſet ipſe rex cum ſuis judicibus, compunctione inſpirationis divinæ, tanta orationis dulcedine illa ab eo ſunt prolata, ut cum ſanctum virum conſpicerent fundere preces, plures ex eiſdem Longobardis ad lacrymas ſint permoti. Eodem vero die dominico poſt peracta miſſarum ſolemnia ad prandium eumdem regem ad apoſtolicam benedictionem ſuſcipiendam ipſe beatiſſimus pontifex invitavit. Ubi cum tanta ſuavitate eſum ſumpſit, & hilaritate cordis, ut diceret ipſe rex tantum ſe nunquam meminiſſe * comeſſatum. Alia vero die, quæ fuit ſecunda feria, vale faciens ei ipſe rex, miſit in ejus obſequium (*d*) * Agiprandum ducem Cluſinum nepotem ſuum, ſeu Tacipertum (*e*) caſtaldum in ejus obſequium, & * Ramingum caſtaldum Tuſcanenſem, atque Grimoaldum, qui eidem ſancto viro uſque ad prædictas civitates obſequium facerent: eaſdemque civitates cum ſuis habitatoribus traderent, quod & factum eſt: in primis Amerinam civitatem, deinde Hortanam. Dumque in Polimartio caſtro conveniſſent, eumque recepiſſet, & fuiſſet itineris longitudo per circuitum finium reipublicæ eundi uſque in Bleranam civitatem per partes Sutrinæ civitatis per fines Longobardorum Thuſciæ, quia de propinquo erat, id eſt per caſtrum * Viterbium, ipſe miſſus regis Grimoaldus eumdem beatiſſimum pontificem perduxit uſque ad Bleranam civitatem. Quam & ipſi ſancto viro prænominatus Ramingus caſtaldus, & jam dictus Grimoaldus miſſus contradiderunt. Et ſic regreſſus eſt Deo propitio cum victoriæ palma in hanc urbem Romam. Qui etiam omnem populum aggregans, eos eſt allocutus, ut ad perſolvendas omnipotenti Deo gratiarum actiones ab eccleſia Dei genitricis, quæ vocatur Ad martyres, egreſſi omnes cum litania generaliter properarent ad beatum principem apoſtolorum, & ita factum eſt. His autem expletis decima indictione, in ſubſequenti undecima indictione, dum nimium opprimeret prædictus rex provinciam Ravennatium, fuiſſetque præparatus ad motionem faciendam, & obſidendam Ravvennatium urbem, cognita * motione ejuſdem regis, Eutychius excellentiſſimus patricius & exarchus una cum Joanne archiepiſcopo eccleſiæ Ravennatis, atque univerſo populo prædictæ civitatis, ac civitatum Pentapoleos & Æmiliæ, facta in ſcriptis obſecratione prædicto ſancto miſerunt viro, petentes ut pro eorum * curreret liberatione. Qui ſanctus vir miſſa legatione & muneribus ad obſecrandum eumdem regem per Benedictum epiſcopum & vicedominum atque Ambroſium primicerium notariorum, petiit ut a * motione ceſſaret, & Cæſenatenſe Ravennatibus reddoret caſtrum, ſed paſſus non eſt. Cujus dum duram perſeverantiam conſpiceret jam nominatus ſanctiſſimus vir, trophæo fidei munitus, relicta Romana urbe jam dicto Stephano patricio & duci ad gubernandum, non ſicut mercenarius ſed ſicut vere paſtor relictis ovibus, ad eas quæ perituræ erant redimendas occurrit. Quo egreſſo itinere dum ſe orationibus commendaret beato apoſtolorum principi Petro cum ſuis ſacerdotibus & clero, cum viatoribus nutu omnipotentis Dei, ut non calore urerentur per diem uſque ad locum ubi tentoria figebant, nubes eos tegebat, quæ ad veſperum * reſidebat. Alio autem die in eorum protectione erat divinitus inſtituta, cui obviam occurrit denominatus excellentiſſimus exarchus uſque ad baſilicam beati Chriſtophori poſitam in loco qui vocatur ad Aquilam, quinquageſimo fere milliario a Ravennatium urbe. Ipſa vero nubes cum eis uſque ad baſilicam ſancti Apollinaris in Ravennatium urbem tegendo conviavit. Exinde factum eſt ſignum, ut ſanctum pontificem quo erat iturus in Ticinenſium urbem acies igneæ in nubibus præcederent. Egreſſus autem de civitate Ravennatenſi, viri ac mulieres diverſi ſexus & ætatis agentes gratias omnipotenti Deo profuſis lacrymis eumdem ſanctum ſuſceperunt pontificem, clamantes atque dicentes: * Bene venit paſtor noſter, qui ſuas reliquit oves, & ad nos qui perituri eramus liberandos occurrit. Ex eadem quoque Ravennatium urbe miſit papa ad prænominatum regem, Stephanum presbyterum & Ambroſium primicerium, qui annunciarent ei ſuum adventum. Qui viri ingreſſi in * finibus Longobardorum, in civitatem quæ vocatur Imola, cognoſcentes (*f*) qui * præpeditionem nitebantur facere prædicto ſancto viro, ne illuc ambularet, per epiſtolam ſcriptam per noctis ſilentium nunciaverunt. Quo cognito jam nominatus pontifex, luceſcente die ſabbato, non mortis timore perterritus, ſed Chriſti fretus auxilio, audacter egreſſus de Ravennatium urbe in * finibus Longobardorum ingreſſus, ſequipes factus eſt ſuis miſſis. Quos quidem præcedentes ante eum, jam dictus rex dolore perculſus ſuſcipere noluit. Ipſe vero ſummus pontifex vigeſimo octavo die menſis Junii ad Padum (*g*) convenit. Ubi & ad ſuſcipiendum eum ipſe rex ſuos miſit optimates. Cum quibus Ticinium conveniens, ubi ipſe reſidebat rex, foris muros ejuſdem civitatis pertranſiens ad horam orationis nonam pro vigiliarum beati apoſtolorum principis Petri celebrandi ſolemniis miſſarum, in baſilicam ejus, quæ vocatur Ad cælum aureum, perrexit. (*h*) Et poſt * completam oblationem in eamdem urbem ingreſſus, moratus eſt. Alio quoque die, pro natali celebrando ipſius principis apoſtolorum in prædicta eccleſia a prænominato rege invitatus, miſſarum ſolemnia celebravit. Ibique mutuo ſe invicem ſalutantes, pariter ſuſceperunt (*i*) cibos, & ſic in prænominatam civitatem

Agellum conſulares

Conſentini al. Conſtantini

comeſſe al. a ſe comeſum.

Aldeprandum

Raningum

Laternium

munitione

occurreret

munitione

Venit venit

fines

proditionem

fines

expleta libatione

(*a*) *in decimo confirmavit anno.* (*b*) *una cum Ravinianis captivis.* (*c*) *Coſinenſis*
(*d*) *Aprandum.* (*e*) *gaſtaldum Tuſcenanſem, atque S. Grimoaldum, qui eidem &c.*
(*f*) *quod* (*g*) *conjunxit.* Et ſic ſemper. (*h*) *Et poſt ſuppletam libationem.*
(*i*) *cives.*

tatem regressi sunt. Quem sanctum virum alio die isdem rex per optimates suos ad suum palatium procedere invitavit. * Et ab eodem rege nimis honorifice susceptus salutaribus monitis eum allocutus est, obsecrans ne amplius Ravvenatium provinciam opprimeret (*a*) facta motione, sed magis (*b*) & ablatas Ravennatium urbes sibi redonaret, simul & castrum Cæsenatense. Qui prædictus rex post multam duritiam inclinatus est fines Ravennatium urbis dilatare, * sicut primitus detinebantur. Et duas partes territorii Cæsenæ castri ad partem reipublicæ restituit. Tertiam vero partem de eodem castro sub obtentu retinuit, inito constituto, ut usque ad Kalendas Junias, dum ejus missi a regia reverterentur urbe, idem castrum, & tertiam partem, quam pignoris causa detinebat, parti reipublicæ restitueret. Post hæc autem is ipse rex egressus de loco in locum usque ad Padum * eidem sancto viro (*c*) conviatus eum deduxit. In quo loco ei vale faciens cum digna ordinatione eum ad repedandum absolvit, dans in obsequium ejus duces & primates suos, sed & alios viros, qui sæpedicta Ravennatium territoria, & Cæsenam redderent, & ita factum est. Operatus est autem Deus mirabiliter & Ravennatium atque Pentapolensium populos ab oppressione & calamitate qua detinebantur liberavit, & saturati sunt frumento, oleo, & vino. Regressus autem in urbem Romanam cum omnibus qui secum erant, gratias * agentes Deo, denuo natale beatorum principum apostolorum Petri & Pauli cum omni populo celebravit, & sese in orationibus dedit, petens ab omnipotenti Deo misericordiam, & consolationem fieri populo Ravennatium & Romano ab insidiatore & persecutore illo Luithprando rege. Cujus preces non despiciens divina clementia, eumdem regem (*d*) ante diem superius constitutum de hac subtraxit luce, & quievit omnis persecutio. Factumque est gaudium non solum Romanis & Ravennatibus, sed etiam genti Longobardorum, quoniam (*e*) & Aldeprandum nepotem suum, quem ipse reliquerat regem (*f*) malivolum projecerunt de regno, & Rachisum, qui fuerat dux, sibi Longobardi elegerunt in regem. Ad quem missa * relatione ipse beatissimus pontifex continuo reverentiam principis apostolorum, & ejus precibus inclinatus * usque ad viginti annorum spatium inita pace universus Italiæ quievit populus. Hic in Lateranensi patriarchio ante basilicam beatæ memoriæ Theodori papæ * a novo fecit triclinium, quod diversis marmoribus, & vitro, metallis, atque musivo, & pictura ornavit, sed & sacris imaginibus tam oratorium beati Silvestri, quamque & porticum decoravit. Ubi etiam & omnem substantiam suam per manus Ambrosii primicerii notariorum introduci mandavit. Fecit autem a fundamentis ante scrinium Lateranense porticum atque turrem, ubi & portas æreas, atque cancellos instituit, & * per figuram Salvatoris ante fores ornavit. Et per ascendentes scalas in superioribus super eamdem turrem triclinium & cancellos æreos construxit. Ubi & orbis terrarum descriptionem depinxit, atque diversis versiculis ornavit, & omne patriarchium pene a novo restauravit. In magna enim penuria eumdem locum invenerat. Hic in ecclesiis apostolorum principum Petri & Pauli pendentia vela inter columnas ex pallis * Syricis fecit. Hic in ecclesia prædicti principis apostolorum omnes codices domus suæ proprios, qui in circulo anni leguntur (*g*) ad matutinum in armarii opere ordinavit. Hic domum * cultam Lauretum noviter ordinavit, adjiciens & massam (*b*) * Fontejanam, quæ cognominatur (*i*) * Paunaria.

Hic viginti auri libras pro emendo oleo annue, ut de lucro eorum in * luminariis apostolicis proficiat, instituit. Et constitutum sub anathematis vinculo obligavit. Hic fecit vestem super altare beati Petri ex auro textam (*k*) habentem nativitatem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, ornavitque eam gemmis pretiosis. Simulque & vela serica alithyna quatuor, & quæ ornavit * cum rotis, & ornamentis variis auro textis. Item fecit coronam de argento purissimo cum delphinis ex proprio suo, pensantem libras centum viginti. [d] Hic beatissimus vir juxta ritum ecclesiasticum & fidei suæ sponsionem orthodoxam synodicam ecclesiæ misit Constantinopolitanæ, simulque & aliam suggestionem dirigens sereniſſimo Constantino principi. Et pergentibus apostolicæ sedis responsalibus ad regiam urbem, * invenerunt intra palatium regiæ potestatis invasorem quemdam & rebellem (*l*) * Artausum nomine: dum enim isdem imperator ad dimicandum contra Agarenorum properasset gentem, * illico prælatus Artausus datis populo qui in regia remanserunt urbe præmiis, imperiale arripuit solium. Et postmodum aggregans orientalium exercituum multitudinem * antelatus Constantinus princeps, pergensque Constantinopolim, eamdem viriliter expugnans atque extrinsecus circumvallans comprehendit civitatem, & pristinum regni sui adeptus est fastigium. Statimque jam fati Artausti, ejusque filiorum eruit oculos, & plures ex suis rebellibus exules a propriis fecit habitaculis. Post hæc requirens * missum apostolicæ sedis, qui ibidem in tempore perturbationis contigerat adveniſſe, eumque repertum ad sedem absolvit apostolicam, & juxta quod beatissimus pontifex postulaverat, donationem in scriptis de duabus * (*m*) mansis, quæ Nymphas, & Normias appellantur, juris existentes publici eidem sanctissimo ac beatissimo papæ sanctæ Romanæ ecclesiæ jure perpetuo direxit possidendas. Hujus temporibus Carlomannus filius Caroli Francorum * regis præsentis vitæ relinquens gloriam, atque potestatem terrenam, ad beatum Petrum apostolum principem devotus cum aliquantis suis advenit fidelibus, seseque eidem Dei contulit apostolo, atque in * speciali habitu se fore respondens permansurum, clericatus jugum ab eodem sanctissimo suscepit (*n*) pontifice. Et inter alia multa dona obtulit beato Petro apostolo ante confessionem arcum argenteum majorem pensantem libras septuaginta. Et post aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinensium finibus situm est,

pro-

ANNO CHRISTI 741.

* Qui

* quos primitus detinebat.

* eumdem sanctum virum conveniens *al.* comitatus

* ad

* agens

* legatione

* rex

* renovavit

* feticis

* occultam Laurentii

* Fontinia num

* Paunasia

* luminaeri

* in Rhod *al.* in vot

* Artavasd

* Artavasd

* illic

* antefatus

* missos

* massis

* ducis siv subregulb

* spirituali

(*a*) *prafata motione* (*b*) *& abstulit Ravennatium Urbem redonaret finibus, simul &c.*
(*c*) *conviatos deduxit. In quo &c.*
(*d*) *ante constitutum de hac &c.* (*e*) *Ilprandum* (*f*) *malivotum projecit de regno*
(*g*) *ad matutinos armario opere ordinavit* (*h*) *fontanam* (*i*) *Pannaria*
(*k*) *& gemmis ornatam simulque & vela sirica alithina IV. Fecit coronam &c.* (*l*) *Ajtausum nomine*, & sic semper. (*m*) *massis* (*n*) *pontifice. Et post aliquantum temporis ad beati &c.*

profectus est monasterium, in quo & suam finiri vitam jure professus est jurando. Porro eodem tempore contigit plures Veneticorum hanc Romanam advenisse in urbem negotiatores, & mercimonii nundinas peragentes, multitudinem mancipiorum virilis scilicet & feminini generis emere visi sunt, quos & in Africam ad paganas gentes nitebantur deducere. Quo cognito isdem sanctissimus pater fieri prohibuit, hoc judicans quod justum non esset, ut Christi abluti baptismo paganis gentibus deservirent. Datoque eisdem Veneticis pretio, quod in eorum emptione se dedisse probati sunt, cunctos a jugo servitutis redemit, atque more liberorum degendos absolvit. [f] Ipsis itaque temporibus * Ratchis Longobardorum rex ad capiendam civitatem Perusinam, sicut cetera Pentapoleos oppida, vehementi profectus est cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens sanctissimus papa, continuo spe divina fretus, assumptis aliquantis ex suo (*a*) clero, cum optimatibus, quantocius ad eamdem pervenit civitatem. Impensisque eidem regi plurimis muneribus atque oppido eum deprecans, opitulante Domino, ab * obsessione ipsius civitatis eum amovit. Cui & salutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum ejus ad spirituale studium inclinare. Et post aliquantos dies isdem Ratchis rex relinquens regalem dignitatem, devote cum uxore & filiis ad beati Petri principis apostolorum conjunxit limina, acceptaque a præfato sanctissimo papa oratione, clericusque effectus, monachico indutus est habitu cum uxore & filiis. Hujus denique temporibus magnum thesaurum Dominus Deus noster in hac Romana urbe per eumdem almificum pontificem propalare dignatus est. In venerabili itaque patriarchio sacratissimum beati Georgii martyris isdem sanctissimus papa in capsa reconditum reperit caput, in quo & * pittacium invenit pariter literis exaratum Græcis, ipsum esse significantes. Qui sanctissimus papa omnino hilaris & satisfactus, illico aggregato Romanæ urbis populo, cum hymnis, & canticis spiritualibus in venerabilem diaconiam ejus nominis sitam in hac Romana civitate, regione secunda, Ad velum aureum dictam, illud deduci fecit. (*b*) Ubi immensa miracula & hereficia omnipotens Deus ad laudem nominis sui per eumdem sacratissimum maryrem operari * dignatur. Hujus temporibus defunctus Theodorus major filius * megisti Cataxanti, ob veniam suorum delictorum, prædium, quo ex hereditate fruebatur paterna, situm quinto ab hac Romana urbe milliario, via Tiburtina, in quo & oratorium sanctæ * Cæciliæ esse dignoscitur, beato Petro reliquit. Quod ipse beatissimus papa magnæ constructionis fabricis atque picturis decoravit, ampliavitque in eo fines ex omni parte. Data enim digna recompensatione his qui in vicino ejusdem loci possessiones tenere videbantur, nemini vim inferens, sed magis, ut condecet patri, cuncta secus eumdem locum amica pactione pretio emit prædia. Et domum cultam beato Petro eumdem locum jure perpetuo statuit permanendum. Quæ domus culta sanctæ Cæciliæ usque in hodiernum diem vocatur. Construxit quippe & in ea oratorium sancti * Abbacyri, ubi & multas sanctorum condidit reliquias. Quam videlicet domum cultam usui proprio dominicæ videlicet traditionis descripsit. Hic constituit aliam domum cultam in decimo quarto milliario ab hac Romana urbe * patrimonium Tusciæ, & constitutionibus obligavit usui ecclesiæ permanendum, * etiam loca quæ ab Anna relicta quondam Agathonis primicerii beato Petro videntur esse concessa. Hic massas, quæ vocantur Antias & Formias, sub studio jure beati Petri acquisivit, quas & domos cultas statuit.

Et de omnibus superius annexis * domocultis apostolicæ * exarationis constituta faciens, atque sacerdotale collegium aggregans, sub anathematis interdictionibus statuit: nulli quoquo modo successorum ejus pontificum, vel alii cuilibet personæ licere ipsas domos cultas ab usu ecclesiæ quoquo modo alienare. Hic fecit vestem super altari beati Andreæ apostoli ad beatum Petrum nimis optimam.

Hic beatissimus papa statuit, ut crebris diebus alimentorum sumptus, qui & eleemosyna usque nunc appellatur, de venerabili patriarchio * a paracellariis pauperibus, & peregrinis qui ad beatum Petrum morantur, deportari, eisque erogari; nec non & omnibus & inopibus & infirmis per universas regiones istius Romanæ urbis constitutis, eamdem similiter distribui ipse alimentorum constituit eleemosynam. Hujus temporibus contigit subito * tegumen tituli B. Christi martyris Eusebii cadere. Qui sanctissimus vir cum tota sua decertans virtute, prudenterque elaborans, sicut antiquitus fuit, rursus quod ceciderat reparavit, atque optime restauravit. Hic præcipuus pontifex multa loca sanctorum in meliorem statum perduxit. Et vestes optimas super altaria earumdem Dei ecclesiarum fecit. Hic dilexit clerum suum valde, atque presbyteria eis annue in duplo & amplius tribuit. Omnes utpote pater & bonus pastor amplectens, & utiliter fovens, & penitus quempiam minime tribulari permittens. Hujus itaque temporibus in magna securitate & lætitia populus a Deo illi commissus degens vixit. Hic beatissimus papa suo prudentissimo studio, quos beatæ recordationis Gregorius papa fecit, quatuor dialogorum libros de Latino in Græcum transtulit eloquium, & plures qui Latinam ignorant lectionem per ejusdem lectionis illuminavit historiam. Hic fecit ordinationes tres per mensem Martium, creavit presbyteros 30. diaconos 5. episcopos per diversa loca 85. Qui sepultus est ad beatum Petrum apostolum Idibus Martii, indictione 5 & cessavit episcopatus ejus dies 12.

ANNO CHRISTI 741.

* abbatis Cyri

* in patrimonio

* ut tam loca quam annua relicta quædam

* domibus cultis

* rationis

* a cellariis

* tegumentum

ANNO CHRISTI 741.

Nota-

(*a*) *Clero optimatibus.*

(*b*) *educi fecit.* Post hæc verba ita legit Codex Luc. *& fecit per diversa loca demo culta* (sic) *& disruptas Ecclesias restauravit, sicut ab antiquo fuerant restaurata; & vestes, & dona obtulit. Hic præcipuus Pontifex dilexit Clerum suum valde, atque presbyteria ejus annue in duplo, & amplius tribuit omnibus, utpote pater & bonus pastor amplectens, & utiliter fovens, & penitus quempiam minime tribulare permittens. Hujus denique temporibus in magna securitate & lætitia populus a Deo illi commissus degens vixit. Hic beatissimus Papa suo prudentissimo studio, quos beatæ record. Grogorius Papa fecit IIII. dialogor. libros de latino in græco transtulit eloquio, & plures qui latinam ignorant lectionem per eorum illuminavit lectionis historiam.* Nec ultra additur in eodem Cod. sed erasi videntur de industria versus tres, post quos statim subditur in eodem pagella Vita Stephani.

ANNO CHRISTI 741.

Notæ Severini Binii.

Zacharias quando pontifex.

a *Zacharias*.) Anno 741. 5. Decembris, qui erat octavus post obitum Gregorii, Zacharias summo omnium consensu creatus est pontifex. Longobardi ad eadem urbi inferendam parati electionem solito citius accelerarunt. Carolus Martellus initio pontificatus Zachariæ defunctus, citra gravem auctoritatem ad inferos delatus esse scribitur a Grat. dist. 16. qu. 1. post can. 59. Successit illi Carlomannus, qui transacto in regno biennio, relicto sæculo monasticam vitam amplexus est. Hujus temporibus Francorum reges, qui a Meroveo rege Merovingi appellabantur, mollitia, luxu & ignavia sic diffluxerunt, ut sensim præter cassum & inane nomen regis nihil haberent; sed omnis pro imperio & summa sua potestate obtinerent & administrarent qui *majores domus* dicebatur. Et quidem Chilpericus * omnium ultimus, qui his temporibus vivebat, nequitia stuporeque animi & ignavia omnes ante se priores vicit & superavit. Qua de causa visum est tum potentissimo majori domus Pippino, aliisque Francorum optimatibus, & populo universo, ut qui regni rem ac vim non haberet, etiam regis nomine careret: & contra, cui regni opes, potentia & virtus adesset, regis quoque nomen gereret. Et quia isti principes ac populi Christiani erant, hæc sua consilia neque posteris rata, neque Deo grata satis futura existimabant, nisi a communi ecclesiæ Christianæ patre ac pastore Christi Domini vicario sanctique Petri successore vim & auctoritatem acciperent. Legatos igitur, in quibus facile omnium primus fuit S. Burchardus Herbipolensis episcopus, ad Zachariam Romam miserunt, qui præfata ab eo peterent. Annuit is, decrevitque ac rescripsit, ut detruso in monasterium Chilperico, Pippinum Francorum in Germania & Gallia regem S. Bonifacium renunciaret & inungeret. Paruit Zachariæ pontifici Bonifacius Moguntinensis ecclesiæ episcopus: Chilpericum (qui & Childericus dicitur) auctoritate sedis apostolicæ exauctoravit, ejusque in locum Pippinum subrogavit. Ita Eginhartus in Caroli Magni vitæ principio. Annal. Francorum anno DCCLI. Paul. diac. lib. 22. Marianus Scot. lib. 3. Regino lib. 2. anno dominicæ incarnationis 749. Sigebertus in chron. Lambert. in hist. Germ. Otth. Frising. lib. 5. cap. 21. Ado ætate 6. fol. 213. Aimoinus lib. 4. cap. 61. Recentiores, Naucleros, Æmilios, aliosque plurimos prætermitto. Imo ne ipsi quidem hæretici nostri temporis historiam negant; ut videre est apud Serar. lib. 3. hist. Mogunt. notatione 38. Duas tantum historiæ circumstantias acriter impugnant: Quarum prior est, magna cum injuria Chilperici translationem regni contigisse: posterior est, prædictam translationem, concilii, optimatum & populi consensu citra auctoritatem sedis apostolicæ factam esse.

Regnum Franciæ a Merovingis transfertur ad Pippinum.

* Childericus III.

Justam fuisse regni translationem probatur contra hæreticos.

Justam fuisse regni transferendi causam, his rationibus confirmat Serarius; primo, quod translationem optimi quique fieri postulaverint & exoptarint, & ad impetrandam illam consilio auxilioque cooperati fuerint; secundo, quod Sanctus Burchardus Herbipolensis episcopus legationis munere functus apud sedem apostolicam pro futura translatione solicitarit: tertio, quod Zacharias eam fieri mandaverit, & sanctissimus Bonifacius jussu pontificis executus fuerit, quodque divino testimonio approbatam, inter sacros canones 15. qu. 6. cap. *Alius*, relatam, a nullo historicorum antiquorum, de quibus supra, non laudatam vel improbatam, soli novatores hæretici, novitatis, arrogantiæ & perduellionis amantissimi, suo perverso judicio per contumelias & mendacia duntaxat improbarint. Auctoritate sedis apostolicæ a Chilperico in Pippinum factam esse translationem, tam expresse omnes, quos supra enumeravi, enarrant historici, ut mirum sit qua fronte novantes hæretici illud in dubium vocare ausint. Nisi prolixitas nimia prohiberet, singulorum verba hoc loco recenserem: quisquis ea in unum locum congesta requirit, Serarii historiam Moguntiacam, notatione 43. legat. An Pippinum Sanctus Bonifacius, vel, ut opinantur alii, Stephanus Papa II. inunxerit, dicam infra in notis ad vitam Stephani II.

Translatio facta est auctoritate apostolica.

Ad postremum illud hoc loco non est prætereundum, ab eodem hoc Zacharia pontifice Pippino regi Francorum concessam esse nominationem, quam vocant, sive postulationem episcoporum pro ecclesiis in regno suo vacantibus. Unde si alibi legas, quod reges Galliæ ecclesiæ episcopos dederint, memineris id non jure proprio, sed concessione sedis apostolicæ factum esse. Frustra itaque hoc argumento freti gloriantur novatores hæretici, qui ecclesiam regibus subjicere conantur. Vide Baronium anno 752.

b *Sedit annos 10. menses 3. dies 13.*) Supra assignatum numerum annorum, & mensium 10. dies decem sedisse ex initio & fine suscepti pontificatus recte colligitur.

c *Denique idem rex Luitheprandus.*) Hæc anno 742. magna omnium admiratione contigerunt. Nam ut inermis vicarius Christi, armatum hostem conveniens vicerit & fugarit, prope miraculum fuisse videtur.

Indictione 11. anno 743. Ex his vide, inquit Baronius, quam injustæ sint querelæ orientalium de Romano Pontifice, quod exuerit occidentali imperio orientales imperatores.

d *Hic beatissimus vir.*) A Zacharia Pontifice sæpius ad resipiscentiam monitum esse Constantinum Copronymum, testatur Hadrianus Papa in epistola ad Constantinum & Irenem, actione 2. concilii Nicæni II.

e *Invenere invasorem & rebellem.*) Arcabasdum nomine, de quo plura apud Theophanem in annalibus.

f *Ipsis temporibus Rachis Longobardorum rex.*) Hic successerat Luithprando. Qui non obstante vicennalis pacis fœdere cum papa inito, turbata tota Italia Perusiam obsedit, Dei permissu, ut sic regem justitiæ & religionis amantissimum, peracta in statu religionis digna pœnitentia ad sublimiorem gloriæ gradum in cælis sublimaret. Hæc eadem describit Leo Ostiensis in chr. Cass. cap. 8. ubi hæc addit: *Moxque ad hoc sanctis Benedicti monasterium, eodem apostolico jubente perveniens, ac sub regulari magisterio se instituendum tradens, post aliquot in sancto religionis proposito ac Deo placita conversatione peractos annos, Deo spiritum reddidit*, &c. Successit Rachisi in Longobardorum regno Aistulphus ejus frater, de quo plura infra apud Anastasium in vita Stephani.

Rachis Luprandi successor monasterium ingressus.

g *Domum cultam.*) Per domum cultam intellige Istifundium, cui ad culturam adscriptæ sunt familiæ colonorum, quæ satis esse possent, quibusque ad habitandum domus erectæ fuerant. Quæ domus nominantur cultæ, quod omnibus ad cultum agri necessariis refertæ sint. Non enim vox, *culta*, ad ornatum, sed ad utilitatem spectat; ob id, quod domus ipsa hominibus, jumentis, & rusticis instrumentis, aliisque utensilibus ad agri cultum spectantibus bene composita esset. Baronius anno 752. num. 6.

Domus c quæ dica

EPISTOLA BONIFACII EPISCOPI AD ZACHARIAM PAPAM.

I. *Quod tres episcopatus in Germania instituerit.*
II. *Quod Carlomannus synodum in regno Franciæ congregari cupiat.*
III. *Quid statuendum de episcopis, presbyteris, diaconibus, qui fornicarii vel sanguinarii fuerint deprehensi.*
IV. *De eligendo sibi successore.*
V. *De incestis nuptiis laici cujusdam viri primarii.*
VI. *De paganis ritibus, qui Romæ observari dicebantur.*
VII. *De indignis episcopis & presbyteris, qui concessam sibi a sede apostolica ministrandi facultatem obtendunt.*

Domino charissimo, summi pontificatus insula prædito, viro apostolico Zachariæ Bonifacius servus servorum Dei.

CONfitemur, domine pater, quia postquam per nuncios referentes audivimus, quod venerandæ memoriæ apostolatus vestri prædecessor Gregorius, pontifex apostolicæ sedis, ergastulo corporis absolutus ad Dominum migravit, majorem lætitiam, & majus gaudium nobis non audivimus, & suspensis ad æthera palmis Deo gratias agimus, quam quod clementem paternitatem vestram altissimus arbiter canonica jura regere, & apostolicæ sedis gubernacula tenere concessit. Ergo non aliter quam ut ante vestigia vestra geniculantes intimis subnixe flagitamus precibus, ut sicut prædecessorum vestrorum pro auctoritate sancti Petri * servi devoti, & subditi discipuli fuimus, sic & vestræ pietatis servi obedientes subditi sub jure canonico fieri mereamur, optantes catholicam fidem & unitatem Romanæ ecclesiæ servando dilatare, & quantoscumque audientes vel discipulos in ista legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam apostolicæ sedis invitare & inclinare. *

Editio P Petri p tis servi &c.

non ce Necesse

I. Ne-

ANNO CHRISTI 741.

I.

Neceſſe quoque habemus indicare paternitati veſtræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum percuſſis vel correctis, tres ordinavimus epiſcopos, & provinciam in tres parochias diſcrevimus, & illa tria oppida ſive urbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus. Unam eſſe ſedem epiſcopatus decrevimus in caſtello quod dicitur Vvirtzburg; & alteram in oppido quod nominatur Buraburg; tertiam in loco qui dicitur Erpesfurt, qui fuit jam olim urbs paganorum ruſticorum. Hæc tria loca * propria auctoritate & charta apoſtolatus veſtri roborari & confirmari diligenter poſtulamus; ut, ſi Dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum ſancti Petri juſſionibus apoſtolicis fundatæ & ſtabilitę ſint tres in Germania epiſcopales ſedes; & ut præſentes & futuræ generationes non præſumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum ſedis apoſtolicæ.

* charta auctoritate &c.

II.

Notum ſimiliter ſit paternitati veſtræ, quod Carlomannus dux Francorum me accerſitum ad ſe rogavit in parte regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, ſynodum incipere congregare, & promiſit ſe de eccleſiaſtica religione, quæ jam longo tempore, id eſt non minus quam per LX. vel LXX. annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter ſi hoc, Deo inſpirante, veraciter implere voluerit, conſilium & præceptum ſanctæ veſtræ auctoritatis, id eſt apoſtolicæ ſedis, habere & ſapere debeo. Franci enim ut ſeniores dicunt, pluſquam per tempus octoginta annorum ſynodum non fecerunt, nec archiepiſcopum habuerunt, nec eccleſiæ canonica jura alicubi fundabant vel renovabant. Modo autem maxima ex parte per civitates, epiſcopales ſedes traditæ ſunt laicis cupidis ad poſſidendum, vel adulteratis clericis, ſcortatoribus & publicanis ſæculariter ad perfruendum. Nam ſi per verbum veſtrum hoc negotium, duce rogante ſupradicto, * movere & incipere debeo, præceptum & judicium apoſtolicæ ſedis cum canonibus eccleſiaſticis præſto habere cupio.

* monere, & præcipere debeo,

III.

* Sic invenero inter illos diaconos quos nominant, qui a pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulteris, & in omnibus ſemper ſpurcitiis vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad diaconatum, & modo in diaconatu concubinas quatuor, vel quinque, vel plures noctu in lectulo habentes, evangelium tamen legere, & diaconos ſe nominari nec erubeſcunt nec metuunt; & ſic in talibus inceſtis ad ordinem presbyteratus venientes, in eiſdem peccatis perdurantes, & peccata peccatis adjicientes, presbyteratus officio fungentes, dicunt ſe pro populo poſſe intercedere, & ſacras oblationes offerre; ac noviſſime, quod pejus eſt, ſub talibus teſtimoniis per gradus ſingulos aſcendentes ordinantur & nominantur epiſcopi: ut habeant præceptum & conſcriptum auctoritatis veſtræ, quid de talibus definiatis, & per reſponſum apoſtolicum convincantur & arguantur peccatores. Et inveniuntur quidam inter eos epiſcopi, qui licet dicant ſe fornicarios vel adulteros non eſſe, ſunt tamen ebrioſi * & iniurioſi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu

* ſi

* & incurioſi

A ſanguinem hominum, ſive paganorum, ſive Chriſtianorum. Et quia ſervus & legatus apoſtolicæ ſedis eſſe dignoſcor, unum ſit verbum & meum hic, & veſtrum ibi, ſi contingat ad judicium auctoritatis veſtræ ut pariter miſſos dirigamus.

ANNO CHRISTI 741.

IV.

Præterea de una re & conſilium quærere, & licentiam petere neceſſe habeo: eo quod venerandæ memoriæ prædeceſſor veſter, ſicut audiſtis, in præſentia veſtra mihi præcepit, ut presbyterum poſt obitum meum, Deo volente, in eccleſiaſtico miſterio heredem & ſucceſſorem conſtituere deberem. Et hoc mihi, ſi Dei voluntas eſt, placet: ſed modo dubito, B & neſcio ſi fieri poſſit; quia poſtea frater illius avunculum ducis Francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter iſta diſcordia pacificari & finiri valeat. Obſecro itaque, ut auctoritatis veſtræ licentia ſit, ut cum conſilio ſervorum Dei de iſta electione faciam quod nobis in commune, pro Deo & pro utilitate eccleſiæ, vel fructu ſpiritali & defenſione religionis, optimum eſſe videatur: ut conſenſum veſtrum habeam de hoc facere quod optimum eſſe videatur, & mihi inſpirate dignetur Deus, quia hoc non videtur poſſe fieri, ſi contrarius princeps fuerit.

V.

Præterea quærere & interrogare paternitatis C veſtræ conſilium debeo de quadam confuſione & ſcandalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens mentem noſtram conturbavit, & ſacerdotibus eccleſiarum verecundiam incuſſit. Quia laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens, dicebat ipſi ab apoſtolicæ ſedis pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi ſui, quæ & ipſa fuit uxor conſobrini ſui, & ipſa, illo vivente, diſceſſit ab eo, & iſti viro, qui nunc eam accipere deſiderans affirmat ſibi licentiam datam, in tertio geniculo propinqua eſſe dignoſcitur, & votum vovit Deo caſtitatis, & velata fuit, & iterum abjecto velamine maritata. Tale enim matrimoD nium ſupradictus homo ab apoſtolica ſede ſibi affirmat eſſe conceſſum. Quod non æſtimamus verum; quia ſynodus & eccleſia, in qua natus & nutritus fui, id eſt * in tranſmarina Saxonia Lundunenſis ſynodus, quæ in primis a diſcipuli ſancti Gregorii, id eſt Auguſtino, Laurentio, Juſto, Mellito arciepiſcopis, conſtituta & ordinata fuit, talem copulam & matrimonium maximum ſcelus & inceſtum, & horribile flagitium, & damnabile piaculum eſſe ex auctoritate ſanctæ ſcripturæ judicabant. Quapropter paternitas veſtra hujus rei veritatem nobis indicare non dedignetur, ut eccleſiæ ſacerdotibus vel populo Chriſtiano inde ſcandala, vel ſchiſmata, vel novi errores non oriantur, vel conſcreſcant: quia carnales homines E idiotæ, Alamanni, vel Bajuarii, vel Franci, ſi juxta Romanam urbem aliquid fieri viderint ex his peccatis quæ nos prohibemus, licitum & conceſſum a ſacerdotibus eſſe putant: & dum nobis improperium deputant, ſibi ſcandalum vitæ accipiunt.

* id eſt, in Anglia *Mard.*

VI.

Sicut affirmant ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana urbe, & juxta eccleſiam ſancti Petri, in die vel nocte quando Kalendæ Januarii intrant, paganorum conſuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium,

lium, & cantationes sacrilegas celebrare, & mensas illa die vel nocte dapibus onerare, & nullum de domo sua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino suo præstare velle. Dicunt quoque se ibi vidisse mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas in brachiis & in cruribus ligatas habere, & publice ad vendendum venales * ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia eo quod ibi a carnalibus & insipientibus videntur, nobis hic improperium & impedimentum prædicationis & doctrinæ faciunt. De talibus ait apostolus increpans: *Dies observatis & tempora: timeo ne sine causa laboraverim in vobis*. Et Sanctus Augustinus dixit: Nam qui prædictis malis, id est caragis, & divinis, & aruspicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuslibet auguriis crediderit, etsi jejunet, etsi oret, etsi jugiter ad ecclesias currat, etsi largas eleemosynas faciat, etsi corpusculum suum in omni afflictione cruciaverit, nihil illi proderit, quamdiu sacrilegia illa non reliquerit. Nam si istas paganias paternitas vestra ibi in Romana urbe prohibuerit, & sibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina ecclesiastica perficiet.

* Ea vox ad comparandum non est apud Baron. Hard.

Serm. de tempore 241.

VII.

Episcopi quoque & presbyteri generis Francorum qui fuerunt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos in gradu episcopatus vel presbyterii fornicationum filii nati arguunt, revenientes ab apostolica sede, dicunt sibi Romanum pontificem licentiam dedisse ministerium episcopale in ecclesia ministrare. Quos contra contendimus, quia apostolicam sedem nequaquam contra decreta canonum audivimus judicasse. Hæc omnia, domine charissime, propterea vobis nota facimus, ut vestræ auctoritatis responsum talibus dare possimus, ut per cautelam vestræ doctrinæ oves ecclesiæ non seducantur, & lupi rapaces convicti & superati pereant. Interea munuscula parva vobis direximus; non quia sint digna paternitate vestra, sed pro indicio charitatis, & obedientiæ devotionis: id est villosam unam, & argenti & auri tantillum. Dextera Domini protegente incolumem valere, & in Christo proficere beatitudinem vestram in longitudine dierum optamus.

Te Deus altitonus sancta conservet in æde
Sedis apostolicæ rectorem in tempora longa,
Melliflua gratum populis doctrina per orbem
Perficiatque Deo dignum pia gratia Christi:
Splendida perficiat florens sua gaudia mater
Atque domus Domini lætetur plebe secunda.

EPISTOLA I. ZACHARIÆ PAPÆ

AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

Respondet ad singula capita epistolæ præcedentis.

I. *Probari sibi episcopatus in Germania institutos.*
II. *Item ut synodus in Franciæ regno celebretur.*
III. *Interim ut fornicarios & sanguinarios sacerdotio fungi non permittat.*
IV. *Ut sibi successorem, nisi instante morte, non designet.*
V. *Non credendum illi qui sibi incestas nuptias concessas fuisse ajebat.*
VI. *Paganicos ritus, qui Romæ erant, interdictos in posterum fuisse.*
VII. *Fides ne habeatur sacerdotibus illis, qui sibi a sede apostolica indultum jactabant.*

ANNO CHRISTI 741.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio episcopo Zacharias servus servorum Dei.

Susceptis sanctissimæ fraternitatis tuæ literis per Deneardum religiosum presbyterum tuum, quia sospitem te, ut semper cupimus, esse cognovimus, omnipotenti ac misericordissimo Deo nostro magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis prosperari dignatur. Magnam enim in cordibus nostris infundis lætitiam, quoties nobis sanctitatis tuæ scripta mittuntur, quando reperimus quæ ad salutem respiciunt animarum: dum quotidie in gremio sanctæ matris ecclesiæ per tuam prædicationem novi populi adduntur.

I.

Ubi & tres episcopos per loca singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse cognovimus, qui eidem populo, quem sibi Dominus Deus noster per tuam sanctitatem aggregare dignatus est, præesse debeant, & petisti ut per auctoritatem nostræ sedis episcopales ibidem sedes firmentur. Sed tua sancta fraternitas mature pertractet, & subtili consideratione discernat, si expedit, aut si loca vel populorum turbæ talia esse probantur, ut episcopos habere mereantur. Meministi enim, charissime, quid in sacris canonibus præcipimur observare, ut minime in villulas, vel in modicas civitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi. Sed nos tuis sinceritissimis atque a nobis dilectis syllabis provocati, quæ poposcisti absque mora concedi patimur, & statuimus per apostolicam auctoritatem episcopales illic esse sedes, quæ per successionem episcopos mereantur, & populis præsint, atque in quibus prædicationis verbum subjectis insinuetur: id est in castello quod dicitur Vvirtzburg, & alterum in oppido quod nominatur Buraburg, tertium in loco qui dicitur Erphesfurt: ita ut nulli post hæc liceat cuiquam hæc quæ a nobis sancita sunt quoquomodo violare, quæ auctoritate beati Petri apostoli firma esse decrevimus.

II.

De eo autem quod nobis intimasti, quod te Carlomannus filius noster ad se rogavit accedere, ut in urbe regni Francorum, in sua ditione sive potestate constituta, synodum celebrare debeas, eo quod omnis ecclesiastica regula, sive disciplina ab eadem provincia funditus est abolita, quod nimis mœrendum est, quod per spatia temporum ibidem synodus sacerdotum minime celebrata sit; & hoc libenter concedimus, & fieri præcipimus. Neque enim quid sit sacerdotium, neque quid fiat ab eis qui se sacerdotes nominant, cognoscitur.

III.

Sed dum, juvante Deo, quæ a præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas in memorato concilio consederit cum eodem excellentissimo viro, si quos repererit episcopos, presbyteros, aut diaconos, contra canones vel statuta patrum excessisse, id est si in adulterio * vel fornicatione inventi fuerint, vel si plures uxo-

* vide c. Liptin. * inedit. I. deest for catione. venti fue

res

rei habuerunt, aut si sanguinem Christianorum sive paganorum effuderunt, [1] vel etiam aliis [*] capitulum canonum obviasse eos reperit tua sanctitas, nulla ratione apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, quia tales a suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, & pejores ac deteriores sæcularibus esse noscuntur, qui se neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abstinent, neque ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias. Quales se esse sacerdotes existiment, aut quid inde sentiant, dicente Deo: *Sacerdotes mei semel nubant*? Et apostolus: *Unius uxoris virum* &c. Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprie conjugio prohibendi sunt. Quomodo sacerdotio fungi desiderant, qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur, ut neque sæculares fideles his facinoribus obvolutos optemus? Quomodo non pertimescunt divina mysteria contingere? aut quomodo ad orandum pro peccatis accedere præsumunt, dum sacri canones neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti enim e contrario non solum post susceptum sacerdotium se abstinere ab una uxore nolunt, imo luxuria obvoluti pejora sæcularium scelera committunt, ut plures uxores habere præsument, quibus neque unam concessum est post susceptum ministerium attrectare. Sed ista parvipendentes, atque Deum ad iracundiam provocantes, majora committunt facinora, dum propriis manibus Christianos atque paganos homines necant. Et fit, ut quibus in remissionem peccatorum debuerunt lavacrum regenerationis impendere, atque Christi sacramenta donare, ne in æternum perirent, eorumdem sacrilegis manibus ipsi extinguantur. Quis enim sapiens habens cor eos æstimet sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstinent, neque ab effusione sanguinum manus servant innoxias? Quisve eorum sacrificiis Deum credit esse placatum, dicente Propheta: *Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus*? Isti namque, ut præmisi, ne sacerdotio fungantur, neque divina contingant mysteria, commonemus. Quidquid vero aliud, ut dictum est, eos contra ecclesiasticam regulam excessisse repereris, canones sive instituta patrum præ manibus habeto, & juxta quod in eis edoctus fueris discerne.

IV.

De eo autem quod tibi successorem [*] constitui velle dixisti, ut te vivente in loco tuo eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta patrum esse monstratur. Sed volumus ut tibi ministret, & sit in evangelio Christi adjutor, dicente apostolo: *Si quis bene ministraverit, bonum sibi gradum acquiret*. Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, ut te vivente tibi alium substituamus. Sed hoc commonemus, ut quamdiu te divina jusserit clementia supersesse, sine intermissione ores, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum, quem ad suam gratiam per tuæ sanctitatis industriam vocare voluit, irreprehensibiliter regere valeat, atque ad viam vitæ elaboret perducere. Nam quomodo hæc quæ poposcisti, [2] si & voluerimus, concedere possumus, dum nos fragiles homines existentes, & sub conditione mortis constituti ignorantes quid superventura dies pariat, non valeamus investigare quis de nobis prior de præsenti sæculo migret? Sin autem & eumdem divina voluerit clementia post tui diem transitus supersesse, si eum aptum esse cognoveris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora qua te præsenti sæculo migraturum cognoveris, præsentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli alii concedi patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus.

ANNO CHRISTI 741.

8. q. 1. Petisti. §. Si eumdem.

V.

De illo namque qui viduam avunculi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobrini sui, & sacrum velamen habere monstrata est, & a beatæ memoriæ prædecessore nostro sibi licentiam concessam esse divulgavit, ut eam in pernicioso matrimonio assumere debuisset, absit ut hoc prædecessor noster ita credatur præcepisse. Nec enim ab hac apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse patrum sive canonum institutis inveniantur. Ergo admonere, hortari, increpare eos, frater, ne cesses, quatenus a tali scelesti recedant matrimonio, ut non in æternum pereant. Reminiscantur enim se Christi sanguine redemptos esse, & non sponte se contradant (nisi ab ipso recesserint incesto matrimonio) diaboli potestati: sed magis ipsi Deo, & Christo filio ejus, & Spiritui sancto, in cujus nomine ab illius antiqui hostis erepti sunt potestate. Elabora namque, sanctissime frater, in eis, quia scriptum cognoscis: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & suorum operit multitudinem peccatorum*. Nam & nos pro hoc commonitoria scripta direximus.

Jac. 5.

VI.

De Kalendis vero Januariis, vel cæteris auguriis, vel phylacteriis, & incantationibus, vel aliis diversis observationibus, quæ gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum, vel in urbe Roma; hoc & nobis, & omnibus Christianis detestabile & perniciosum esse judicamus, dicente Deo: *Non augurabimini, nec observabitis somnia*. Et iterum: *Non est augurium in Israel, nec observatio in domo Jacob*. Ita & a nobis cavendum esse censemus, ut nullis auguriis vel observationibus attendamus, quia omnis hæc abscissa esse a patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die qua nos jussit divina clementia (quamquam immeriti existamus) apostoli vicem gerere, illico omnia hæc amputavimus. Pari etenim modo volumus tuam sanctitatem populis sibi subditis prædicare, atque ad viam æternæ perducere vitæ. Nam & sanctæ recordationis prædecessoris atque nutritoris nostri domni Gregorii papæ constitutione omnia hæc pie ac fideliter amputata sunt, & alia diversa quamplura, quæ diabolo suggerente pullulabant in Christi ovile: cujus [*] instar pro illius populi salute dirigere maturavimus.

Levit. 19. Num. 23.

[*] instrumenta

VII.

Nam & de sacerdotibus illis qui falsa opinantur, qui etiam adulteri & fornicatores probantur, & sibi ab apostolica sede indultum esse testantur, & e contrario licentiam sibi prædica-

1 Baronius legit; *vel etiam aliis capitalibus vitiis, quibus canones obviasse reperit tua sanctitas*. Hard.
2 Baron. *Si etiam voluerimus*. Hard.

ANNO CHRISTI 741.

dicationis conceſſam eſſe ; hoc nulla ratione credat tua ſancta fraternitas ; ſed ſimiliter in eis canonicam exercere vindictam , quemadmodum de his de quibus ſuperius a nobis edoctus monſtraris. Non enim aliud te agere volumus, præterquam quæ ſacri præcipiunt canones, vel etiam ab hac apoſtolica ſede inſtructus eſſe dignoſceris. Secundum tuæ namque ſanctitatis petitionem , & tribus epiſcopis tuis ſingulas confirmationis epiſtolas miſimus, quas per tuæ ſanctitatis manus eis largiri volumus : & Carlomanno filio noſtro alia ſcripta direximus , ut quæ tibi promiſit adimplere feſtinet, atque admiaicula præſtet . Sed hæc, frater chariſſime , de omnibus ſuperius comprehenſis capitulis, ut Dominus donavit , reſpondimus ad amputanda omnia diabolicæ fraudis ſcandala . Tua vero ſancta fraternitas , ſi quid de cætero evenerit, ut ſacri docent canones, ſtudeat emendare in plebibus ſibi a Deo commiſſis . Non enim aliud nobis convenit prædicare , præter quod a ſanctis patribus ſumus edocti. Si vero novi aliquid inimici aſtutia agente acciderit, quod tua ſancta fraternitas minime per canonum inſtituta diſcernere poſſit , hoc nobis non pigeat te inſinuare : quatenus Deo juvante quæcumque ad emendationem novæ plebis eſſe poſſunt, tibi abſque tarditate reſpondere maturemus. Cognoſcat enim, frater chariſſime, tua ſancta fraternitas , ita dilectionem tuam nos habere in noſtris præcordiis , ut te præſentialiter videre quotidie deſideremus , & ita te in noſtro conſortio habeamus , ut certe miniſtrum Dei , & diſpenſatorem eccleſiarum Chriſti . De cætero namque confortare in Domino, frater chariſſime , & eſto robuſtus , & elabora in opus, ad quod te divina voluit vocare clementia . Magna enim te ſpes remunerationis exſpectat , quam promiſit Deus diligentibus ſe . Et nos licet peccatores exiſtamus , tamen Dei noſtri non ceſſamus abſque intermiſſione immenſam exorare clementiam, ut qui cœpit in vobis perficiat opus bonum uſque adhuc. Et beatus apoſtolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis, quæ ei parere deſideras. Deus te incolumem cuſtodiat , reverentiſſime & ſanctiſſime frater. Data Kalendis Aprilis , imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno imperatore , anno XXIV. imperii ejus anno ſecundo, indictione XI.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 742. *n.* 6. & 7.

Hæ literæ ante Synodum Germanicam ſine dubio datæ : cum ea nondum celebrata Bonifacius Zachariam conſuluerit , hicque prædictæ Synodi convocationem non ſolum permiſerit , ſed etiam præceperit . Et tamen Synodus illa incerto loco in Germania habita , his verbis in omnibus Editionibus inchoatur : *Ego Carlomannus Dux & Princeps Francorum , anno ab Incarnatione Domini* 742. *videlicet Kalendas Maii*. Quare errorem vel in numeros in Epiſtola expreſſos, vel in Synodo memoratos irrepſiſſe neceſſe eſt. At certum exiſtimo Synodum conſtitam, die in ea enunciata , literaſque Zachariæ duobus circiter antea menſibus Romæ ſcriptas eſſe , ideoque errorem irrepſiſſe tam in annos Conſtantini , quam in Indictionem , ac menſem quibus eæ datæ dicuntur . Cum enim Artabaſdus anno 741. poſt diem 27. M. Junii Imperator ſalutatus ſit, ſi Zacharias anno 743. literas illas ad Bonifacium miſiſſet , non annos Conſtantini , ſed annos Artabaſdi in iis appoſuiſſet , ut poſtea in more habuit . Quare in ſubſcriptione ejuſdem Zachariæ epiſtolæ expungendus annus 2. imperii in editione Romanini & Labbeanam perperam intruſus, eaque ſic reſtituenda : *data Kalendis Februarii imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno* 22. *Indictione* 10.

ANNO CHRISTI 741.

II. AD BURCHARDUM EPISCOPUM VVIRTZIBURGENSEM.

Confirmat ejus ſedem epiſcopalem a Bonifacio archiepiſcopo inſtitutam.

[1] *Dilectiſſimo nobis Burchardo ſanctæ eccleſiæ Vvirtziburgenſis epiſcopo Zacharias papa.*

DOmino cooperante , & ſermonem confirmante , ad dilatandam Chriſtianitatis legem , & orthodoxæ fidei tramitem, ad docendum juxta quod prædicat ſancta hæc Romana, cui Deo auctore præſidemus, eccleſia, innotuit nobis ſanctiſſimus ac reverentiſſimus frater & coepiſcopus noſter Bonifacius , nuper ſe diſcreviſſe & ordinaſſe in Germaniæ partibus epiſcopales ſedes, ubi præeſt veſtra dilectio , & provinciam in tres diviſiſſe parochias. Quo cognito, cum magna exultatione extenſis ad ſidera palmis , illuminatori & datori omnium bonorum Domino Deo , & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto gratias egimus, qui facit utraque unum. Flagitavit autem a nobis per ſuas ſyllabas jam dictus ſanctiſſimus vir, per apoſtolicam auctoritatem veſtras confirmari ſedes. Pro quo & nos ardenti animo, & divino juvamine, ac auctoritate beati Petri apoſtolorum principis , cui data eſt a Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto ligandi ſolvendique poteſtas peccata hominum in cælo & in terra , confirmamus , atque ſolidas permanere veſtras epiſcopales ſedes ſancimus . Interdicentes ipſius principis apoſtolorum auctoritate omnibus præſentibus & futuris generationibus , ut nullus audeat contra eamdem veſtram venire ordinationem ; quæ dignante Deo ex noſtra præceptione in vobis facta eſt. Et hoc interdicentes , ut nullus audeat , juxta ſanctorum canonum traditionem , ex alio epiſcopatu ibidem translatari , aut ordinare epiſcopum , poſt veſtram de hoc ſæculo evocationem , niſi is qui apoſtolicæ noſtræ ſedis in illis partibus præſentaverit vicem . Sed nec quiſquam alterius parochias invadere , aut eccleſias ſubtrahere præſumat . Nam , quod non credimus, ſi quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentaverit, ſciat ſe æterno Dei judicio anathematis vinculo eſſe innodatum . Si quis vero apoſtolica ſervaverit præcepta, & normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit aſſecutus, benedictionis gratiam conſequatur . De cætero petimus divinam clementiam , ut confirmet & corroboret hoc quod operatus eſt Dominus in vobis. Et charitas Dei & pax , * atque gratia ſit cum ſpiritu veſtro , ſanctiſſimi & dilectiſſimi nobis , toto conamine elaborate pro fide Chriſti , & ad miniſterium ejus perficiendum decertate, ut cum egregio apoſtolo mereamini dicere : *Bonum certamen certavi , curſum conſummavi , fidem ſervavi . De reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ , quam reddet mihi Dominus in illum diem juſtus judex*. Salutantes vos in Domino valere optamus . Bene valete . Data Kalendis Aprilis, imperante domino Conſtantino magno impera-

* edit. Ro vera ſit ſpiritu

2. *Tim.* 4

[1] In Collectione Epiſtolarum ſummorum Pontificum , legitur : *Dilectiſſimo nobis Vvitta , ſanctæ Eccleſiæ Barbarenæ , Zacharias Papa*. Hard.

peratore anno XXIV. imperii ejus anno 2. indictione XI.

ANNO CHRISTI 741.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 742. n. 11.

Zacharias eodem die, quo ad Bonifacium, scripsit & ad novarum sedium Episcopos ab eo institutos, ad Burchardum scil. Episcopum Vvirtzburgensem, ad Vvittam Episcopum Buraburgensem, & ad Adhelarium Episcopum Erphesfurdiensem. Inter Epistolas Bonifacianas Episcopis Vvittæ & Burchardo Epistolæ 131. & 133. inscribuntur. In editione Serarii prior præfert hunc titulum: *Dilectissimis nobis Vvittanæ sanctæ Ecclesiæ Barbarenæ Zachariæ Papa.* Inter Epistolas Zachariæ, hæc secundum locum obtinet, & a Binio publicata est cum hoc titulo: *Dilectissimo nobis Vvittæ sanctæ Ecclesiæ Barbarenæ Zachariæ Papa.* Sirmondus, cum Episcopum Ecclesiæ Vvirtzburgensi non Vvittam, sed Burchardum præpositum fuisse sciret, eamdem secundam Epistolam hac inscriptione donavit, & post eum Labbeus in editione Conciliorum; *Dilectissimo nobis Burchardo sanctæ Ecclesiæ Vvirtzburgensis Episcopo Zachariæ Papa.* Verum, ut inquit Cointius, an. 742. n. 19. inter Epistolas Bonifacianis insertas alia Vvittæ, alia Burchardo inscribitur; Vvittæ Epist. 131. ut jam dictum est, Burchardo Epist. 133. his verbis: *Dilectissimo nobis Burchardo sanctæ Ecclesiæ Vvirtzburgonensis Zachariæ Papa.* Serarius in Norat. 29. ad vitam S. Bonifacii pag. 501. secundam Zachariæ Epistolam sic inscriptam ait: *Dilectissimo nobis Vvittæ sanctæ Ecclesiæ Birburgensis Zachariæ Papa.* Et in notis ad eamdem Epistolam observat, primum inscriptionis vocabulum non dilectissimo, sed dilectissimis in Codice Cæsareo legi, quod Epistola tribus Episcopis, Burchardo scil. Vvittæ, & Adelhario communis esse videatur. Quæ opinio probabilissima, & earum literarum exemplar tria cum eodem titulo tribus Episcopis, singula singulis directa, ut earum tenor indicat. Epistola dicitur *data Kalendis Aprilis, imperante domino Constantino magno Imperatore, anno vigesimo quarto, Imperii ejus anno secundo, Indictione undecima.* Verum hæ notæ temporariæ eo modo emendandæ, quo in mox relata Epistola Zachariæ Papæ ad Bonifacium; cum utraque eodem pene tempore data sit.

III. AD FRANCOS ET GALLOS.

Referente nobis Bonifacio, *&c. Extat infra post Concilium Liptinense.*

IV. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

Mittit pallia pro tribus metropolitanis: & de duobus pseudoprophetis in Francia deprehensis.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

Legimus in libro actuum apostolorum Spiritum sanctum apostolis præcepisse: *Separate mihi Barnabam & Paulum in opus quo assumpsi eos*, id est ut prædicationem Christianæ religionis, & ejusdem Spiritus sancti gratiam, mundum illuminarent universum. Quorum illuminatione prædicationis atque doctrinæ Christi præsidio mansit & manet catholica Dei ecclesia præfulgens, horum & beati apostolorum principis Petri illuminata doctrinis: & eorum sequipedem ex inspiratione divina tuam sanctissimam fraternitatem in partibus illis credimus esse destinatam, ut etiam instar eorum idem Spiritus sanctus in eodem te assumpsit opere ad illuminationem gentium illarum. Unde nimis exultamus in Domino, & ejus omnipotentiæ immensas referimus laudes. Dum vero & series syllabarum tuarum nobis panderetur per singula, multo amplius lætati sumus in Domino, qui tibi suam gratiam ita largiri dignatus est, ut sic duræ gentis corda lenires, quatenus libenti animo inclinarentur ad obediendum fidei, & divinis obtemperarent præceptis. Indicasti enim nobis, quomodo & qualiter tetigisset Deus corda excellentissimorum filiorum nostrorum Pippini & Carlomanni, ut tibi in prædicatione socii & adjutores esse niterentur ex inspiratione divina: quorum merces copiosa manet in cælis, quoniam benedictus homo per quem benedicitur Deus. De episcopis vero metropolitanis, id est Grimone, quem nos jam compertum habemus, [1] & de Abel & Artberto, quos per unamquamque metropolim per provincias constituisti, hoc per tuum testimonium confirmamus, & pallia dirigimus ad eorum firmissimam stabilitatem, & ecclesiæ Dei augmentum, ut in meliori proficiant statu. Qualiter enim mos pallii sit, vel quomodo fidem suam exponere debeant hi qui pallio uti conceduntur, eis direximus, informantes eos, ut sciant quod sit pallii usus, ut subjectis viam prædicent salutis, & ut ecclesiastica disciplina in ecclesiis eorum * servetur, & maneat inconcussa, & ut sacerdotium, quod in eis fuerit, non pollutum, ut antea fuit, sed mundum & acceptum Deo esse possit, quantum humana conditio valet: ita ut nullus inveniatur eorum a sacris deviare canonibus, & sacrificium eorum mundum Deo immoletur: ita ut Dominus eorum placetur muneribus, & populus Dei purificatis mentibus, ex omni vitiorum squalore sincerum valeat Deo servitium exhibere. Retulisti etiam nobis, charissime frater, quod duos pseudoprophetas in eadem Francorum provincia invenisses, quos non pseudoprophetas, sed magis pseudochristianos appellare debemus. Ex quibus unum quidem novum * Simonem juxta tenorem tuarum syllabarum reperimus; qui & sacerdotium sibi vindicabat, & a luxuria minime se continebat, seducens populum, & inania prædicans: non solum suam animam juri diaboli tradens, sed & populorum corda in interitum demergens, (a) & ab ecclesia Dei eos seductionibus suis abstrahens, & cruces in campis statuens, & oratoriola ad seducendum populum instituens, publicasque & antiquas ecclesias relinquens, & sanctitatis nomine se vocari faciens, & in suo nomine ecclesias consecrans; nomina etiam angelorum, imo magis dæmoniorum se scire affirmans. * Alium vero ita luxuriæ deditum, ut concubinam haberet, & duos ex ea filios procrearet: & tamen sacerdotium sibimet vendicabat, affirmans hoc justum esse juxta traditionem veteris testamenti, ut defuncti fratris superstes frater ducat uxorem: & quia Christus resurgens ab inferis nullum ibi reliquisset, sed omnes inde abstraxisset: quæ omnia hæc detestabilia & scelesta judicamus. Bene enim tua fraterna sanctitas juxta

* *Edit. Rom.* in utilitate servetur

* Adelbertum intelligit

* De Clemente loquitur.

1 Baronius legit, *Abel sive Alberto*. Hard.

(a) *Edit. Rom. sic legit sequentia verba:* & seducens populum per falsitates itaut eum ab ecclesia Dei subtraheret, & a christiana lege discordaret, & cruces statuens in campis & oratoriola, illic populum seducebat relinquens ecclesias publicas concurrens ad illa signa, quæ ab eo falsæ fiebant, & sanctitatis nomine se vocari censuit, & in suo nomine ecclesias consecravit affirmans se etiam angelorum nomina scire, quorum in tuis syllabis conscripta direxisti; quæ nomina nos non angelorum, sed magis dæmonum affirmamus. Alium vero &c. *Manss.*

ANNO CHRISTI 741.

ta ecclesiasticam regulam eos damnavit, & in custodiam recluſit, & optime vocavit antichristi ministros & præcursores. De cætero decerta, charissime, & viriliter age, & pervigil permane in ministerio Christi, ut amplius Christi grex augeatur, & tibi præmium æternæ retributionis maneat copiosum, & cum sanctis & electis Dei, ut credimus, habeas consortium. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data x. Kalendas Julias, imperante domino [1] Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno 3. post consulatum ejus anno 3. sed & Nicephoro magno imperatore anno 3. indictione * XII.

edit. Rom. x.

Adnotatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 743. n. 1. & seqq.

Hac Epistola confirmat Zacharias, quæ in Synodo Liptinensi acta fuerant. Duo sibi præcipue significata a Bonifacio testatur Romanus Pontifex. Primum, quod non unum dumtaxat Carolomannum, sed ambos simul fratres, Carolomannum & Pippinum in prædicatione socios & adjutores expertus sit. Secundo loquitur de tribus Metropolitanis a Bonifacio suis literis commendatis, Grimonem ab aliis duobus distinguit, declaratque Grimonem sibi jam notum esse, Abelem vero & Artbertum novissime Archiepiscopos institutos. Grimo ante aliquot annos ad Archiepiscopatum Rotomagensem evectus fuerat, de quo legendus Anonymus in Actis Archiep. Rotomagensium a Mabillonio Tom. 2. Analect. publicatus, qui Gregorio VII. Pontifice Romano vixit. Abel institutus est Archiep. Remensis, quam Ecclesiam Milo Trevirensis Archiep. pessumdabat, & utrumque Archiepiscopatum dilapidabat. Ardebertus, seu Artbertus constitutus Episcopus Senonensis.

Harum literarum subscriptio magnam patitur difficultatem, & varis modis apud alios Auctores effertur. De die conveniunt omnes, qui tamen mendose descriptus est, ut mox demonstrabimus. Conveniunt & de anno 3. Artabasdi & Nicephori Augustorum; sed cum uterque mense Novembri anni Ch. 743. solio exturbatus fuerit, & Nicephorus circa Kal. Majas anni Ch. 743. a patre coronatus sit, non dubium, quin loco, *sed & Nicephoro Magno Imperatore anno* 3. legendum sit, *sed & Nicephoro Magno Imperatore anno* 1. Subscriptio itaque hujus Epistolæ sic restituenda: *Data* 10. *Kalend. Octob. imper. D. Artabasdo a Deo coronato Magno Imperatore anno* 3. *P. C. anno* 3 *sed & Nicephoro Magno Imperatore anno* 1. *Indictione* 12. Zacharias Papa, postquam has literas scripsit, literas alias a Bonifacio accepit, quæ ad nos non pervenere, sed quarum mentionem facit Zacharias, & quibus respondet Epistola 5. data Nonis Novembris. In iis enim ait Pontifex: *Suscipientes fraternitatis tuæ literas &c. in ex tasi quadam incidimus..... Eo quod nimis reperta sunt dissonare ab eis syllabis, quæ a tua directa sunt fraternitate per elapsum mensem Augustum, ubi nobis indicasti, quod concilium* &c. Cum itaque Epistola Bonifacii ad Zachariam, qua tria Pallia ab eo postulavit, data sit mense Augusto, teste ipsomet Zacharia, Epistola ejusdem Pontificis IV. novis. per Librariorum errorem dicitur data 10. Kal. Julias; cum enim Epistola Bonifacii mense Augusto exarata fuerit, & ad eam Zacharias respondeat, mittatque tria pallia ab eo petita, responsum post mensem Augustum datum fuisse necesse est; alioquin illud trium Palliorum petitionem non subsecutum esset, sed præcessisset, cum tamen Zacharias contrarium scribat, eaque Pallia a se postulata diserte asserat.

Cæterum utramque Zachariæ Epistolam tam ordine 4. quam ordine 5. currente Indictione 12. & anno Ch. 745. post celebrationem Concilii Leptinensis Kalend. Martii habiti, scriptam esse ostendunt laudata Zachariæ verba: *Concilium, adjuvante Deo & Carlomanno præbente consensum, factum est;* Liptinæ enim, ut inter omnes convenit, in Carolimanni Majoratu erant. Quare errarunt Sirmondus & Cointius, qui utrasque literas post Concilium Suessionense datas fuisse contendunt; cum Suessio non ad Carolomannum, sed ad Pippinum pertinuerit. Præterea cum in utraque subscriptione mentio sit Artabasdi Aug. quem certum est mense Novembri an. Ch. 743. imperio dejectum, quomodo ex literæ an. 744. quo Concilium Suessione habitum, ut vult Sirmondus, vel an. 745. ut arbitratur Cointius, datæ esse potuere?

V. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

ANNO CHRISTI 742.

I. *Miratur quod pallium pro uno Grimone nunc petat, cum pro tribus antea postularit.*

II. *Refellit calumniam de labe simoniaca, cujus insimulabatur.*

III. *Suas illi vices non in Bajoaria solum, sed per Galliam omnem delegat.*

SUscipientes sanctissimæ fraternitatis tuæ literas per præsentium gerulum, & relegentes tes quæ in eis continebantur, in ecstasi quadam incidimus, & admiratione magna, eo quod nimis repertæ sint dissonare ab eis syllabis quæ a tua directæ sunt fraternitate per elapsum Augustum mensem: ubi nobis indicasti, quod & concilium, adjuvante Deo, & Carlomanno præbente consensum & contestante, factum est, & qualiter falsos sacerdotes, qui divinum digni non erant attrectare ministerium, a sacro munere suspendisti, & quia tres archiepiscopos per singulas metropoles ordinasses reseratti, id est Grimonem in civitate quæ dicitur * Rodomas, secundum vero Abel in civitate quæ dicitur Rhemorum, tertium quoque Artbertum in civitate quæ dicitur Sennis: qui & apud nos fuit, & tua nobis & Carlomanni atque Pippini detulit scripta, per quæ suggessisti, ut tria pallia iisdem tribus prænominatis metropolitanis dirigere deberemus; quæ & largiti sumus pro adunatione & reformatione ecclesiarum Christi. Nunc autem denuo tuas suscipientes syllabas, valde sumus, ut diximus, mirati, eo quod antea nobis una cum memoratis principibus Galliarum pro tribus palliis suggessisti, & postea pro solo Grimone. Sed volumus ut tua nobis indicet fraternitas, cur nobis ita direxisti antea pro tribus, & postmodum pro uno, ut & nos certi redditi ex hoc nullam ambiguitatem retineamus.

* Legendu Rodomus vel Rod mum, o Rodomen epiſcopus Remigius apud Sig bertum, no 751 id Rothoma genſis.

II.

Reperimus etiam in memoratis tuis literis, quæ nimis animos nostros conturbant, quod talia a te nobis referantur, quasi nos corruptores simus canonum, & patrum rescindere traditiones quæramus; ac per hoc, quod absit, cum nostris clericis in simoniacam hæresim incidamus, accipientes & compellentes, ut hi, quibus pallia tribuimus, nobis præmia largiantur, expetentes ab illis pecunias. Sed, charissime frater, hortamur charitatem tuam, ut nobis deinceps tale aliquid minime tua fraternitas scribat: quia fastidiosum a nobis & injuriosum suscipitur, dum illud nobis ingeritur quod nos omnino detestamur. Absit enim a nobis & a nostris clericis, ut donum, quod per Spiritus sancti gratiam sulcepimus, pretio venumdemus: dum & illa tria pallia, quæ te suggerente, ut prædiximus, sumus flagitati, nullum ab eis quispiam commodum expetiit. Insuper & chartas, quæ secundum morem a nostro scrinio pro tua confirmatione atque doctrina tribuuntur, de nostro concessimus, nihil ab eis auferentes; absit ut sic quidpiam a tua fraternitate criminis nobis simoniaci objiciatur. Anathematizamus namque omnes quicumque ausi fuerint donum Spiritus sancti pretio venumdare.

III.

[1] Artavasdum cum filiis excæcatum fuisse mense Novembri Indict. XII. hoc est, anno Ch. 743. ajunt Theophanes, & Zonaras. Card. Baronius ad an. 743. Indictionem in his Epistolis corrigendam putat. *Hard.*

ANNO CHRISTI 741.

III.

Suggessisti etiam nobis per alia tua scripta, quod in Bajoaria unum reperisses falsum sacerdotem, qui affirmabat quod a nobis fuisset episcopus ordinatus; & tua hoc fraternitas optime egit, dum ei non credidit, quia falsus homo omnia falsè suggessit, & falsum reperiens sacerdotio suspende. Sic enim auctoritate B. Petri apostolorum principis tibi præcipimus, ut quemcumque repereris sacris canonibus deviare, nulla ratione patiaris sacrum ministerium tractare. Et quia scisscitatus es an deberes in Bajoaria provincia jus habere prædicationis, quam a decessore nostro habuisti concessam; nos Deo auxiliante ea quæ tibi largitus est decessor & prædecessor noster non minuimus, sed augemus: & non solum Bajoariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam, donec te divina jusserit supereſſe majestas, nostra vice per prædicationem tibi injunctam, si repereris contra Christianam sentire religionem, vel canonum instituta, spiritaliter ad normam studeas rectitudinis reformare. Dominus te incolumem custodiat, reverentissime & sanctissime frater. Data [1] Nonis Novembris, imperante domno piissimo Augusto Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno III. post consulatum ejus anno III. sed & Nicephoro magno imperatore ejus filio anno III. [a] indictione XIII.

acm. ep. 6.

In edit. Rom. [a] Indict. IIIX.

VI. AD BONIFACIUM EPISCOPUM.

Non iterandum esse baptismum, quem imperitus sacerdos infractis verbis administrat.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio episcopo Zacharias servus servorum Dei.

edit. Rom. Sodomus De consecr. dist. 14. Retulerunt nunc.

VIrgilius & * Sidonius religiosi viri apud Bajoariorum provinciam degentes, suis apud nos literis usi sunt, per quas intimaverunt, quod tua reverenda fraternitas eis injungeret Christianos denuo baptizare. Quod audientes nimis fuimus conturbati, & in admirationem quamdam incidimus, si habetur ut dictum est. Retulerunt quippe quod fuerit in eadem provincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat; & dum baptizaret, nesciens Latini eloquii, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu sancta; ac per hoc tua reverenda fraternitas considerabit rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizavit non errorem introducens aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizentur: quia (quod tua bene compertum habet sancta fraternitas) quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nullo modo debet rebaptizari, sed per solam manus impositionem purgari. Nam, sanctissime frater, si ita est, ut nobis relatum est, non amplius a te illis prædicentur hujusmodi, sed, ut patres sancti docent & prædicant, tua sanctitas studeat conservare. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data Kalendis Julii, imperante domno piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno [2] XXVI. imperii ejus anno IV. indictione XIV.

ANNO CHRISTI 741.

VII. AD PIPINUM MAJOREM DOMUS, ITEMQUE AD EPISCOPOS, ABBATES, & proceres Francorum.

Respondet de diversis capitulis a Pipino per Ardobanium missis.

I. *De honore metropolitanorum.*
II. *De damnatis episcopis, presbyteris, & diaconis.*
III. *De presbyteris superbientibus.*
IV. *De presbyteris agrorum.*
V. *De monachis ancillis Dei.*
VI. *De viduis non velandis.*
VII. *De laico pellente suam conjugem.*
VIII. *De presbyteris & diaconis qui seorsum collectas faciunt.*
IX. *De clericis & monachis non manentibus in suo proposito.*
X. *De clericis qui sunt in parochiis, monasteriis, & martyriis.*
XI. *Qui clerici ab uxoribus abstinere debeant.*
XII. *De iis qui uxores aut viros dimittunt.*
XIII. *De monachis qui clerici fiunt.*
XIV. *De presbyteris & diaconis in crimen prolapsis.*
XV. *De ecclesiis quas laici in suis proprietatibus construunt.*
XVI. *De clericis qui suas ecclesias relinquunt.*
XVII. *De episcopis qui aliorum clericos suscipiunt.*
XVIII. *Qui clerici uxores ducere possint.*
XIX. *Ut presbyteri & diaconi sine commendatitiis non suscipiantur.*
XX. *De virginibus velatis, si deviaverint.*
XXI. *De non velatis virginibus, si deviaverint.*
XXII. *De his quæ duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores uxores acceperint.*
XXIII. *De his qui homicidium sponte perpetrant.*
XXIV. *De his qui homicidium non sponte perpetrant.*
XXV. *De his qui adulteras habent uxores, vel ipsi sunt adulteri.*
XXVI. *De monachis & virginibus propositum non servantibus.*
XXVII. *De his quæ suscepto virginitatis proposito nubunt.*

Domino excellentissimo atque Christianissimo Pipino majori domus seu dilectissimis nobis universis episcopis ecclesiarum, & religiosis abbatibus, atque cunctis Deum timentibus principibus in regione Francorum constitutis, Zacharias episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ & apostolicæ Romanæ in Domino salutem. Gratia vobis & pax a Deo patre omnipotente, & Domino Jesu Christo unico filio ejus, & Spiritu sancto ministretur.

GAudio magno gaudemus in Domino, addiscentes per relationem subtilissimi atque

1 Cum inter omnes constet hanc Epistolam eodem, quo superior, anno scriptam esse, non dubium, quin legendum sit: *Data Nonis Novembris, imperante domino piissimo Aug. Artabasdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, post Consulatum ejus anno tertio, sed & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno primo Indictione XII.* quæ mense Novembri Anni 743. obtinebat, quove Artabasdus & Nicephorus a Constantino Imperii excæcati sunt. *Pagius ad An. Ch.* 743. *n. XI.*

2 Error cubat in anno XXVI. legendum enim anno XXV. & Indictio XII. retinenda. Scripta est Epistola anno Christi 744. Vide Pagium ad dictum an. n. 2.

ANNO CHRISTI 741.

que a Deo ſervati prædilecti filii noſtri Pippini veſtram omnium bonam converſationem: & quod ut in bonis & Deo placitis diſpoſitionibus unanimes atque cooperatores eſtis, ita & eccleſiæ Dei venerabilia loca per univerſam veſtram provinciam ſita, atque eorum præſules, ſacerdotes, & religioſos abbates, ut condecet, in ſancto habitu & converſatione ſacerdotali conſervetis, vacantes orationibus, inſiſtentes precibus ad implorandam divinam potentiam, & cælitus victoriam tribuendam adverſus paganas & infideles gentes propugnatoribus veſtris. Etenim vobis in vera confeſſione & ſimplici corde ad Deum accedentibus, ſicut Moyſes ille amicus Dei orando pugnabat, & Jeſu Nave cum populo Iſrael bella Domini præliando vincebat, ita & vos agere oportet, chariſſimi mihi, ut ſitis adjutores populo veſtro orando, & bonis actibus inhærendo, declinantes a curis & negotiis ſæcularibus. Scriptum eſt enim: *Vacate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus*: Et iterum: *Accedite ad eum & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcent*. Principes & ſæculares homines, atque bellatores, convenit curam habere & ſolicitudinem contra inimicorum aſtutiam, & provinciæ defenſionem. Præſulibus vero, ſacerdotibus, atque Dei ſervis pertinet ſalutaribus conſiliis & orationibus vacare; ut vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præſtante, provincia ſalva perſiſtat, fiatque vobis in ſalutem, laudem, & mercedem perpetuam. Ex hoc quippe præſulatus veſter apparebit in ſanctitate, & principatus dilecti filii noſtri Pippini approbabitur per ſubjectorum poteſtatem, & bonum diſpoſitum. Itaque ut flagitavit a nobis cum veſtro conſultu ſuperius effatus filius noſtes Pippinus, ut de omnibus capitulis quibus innotuit reſponſum demus, in quantum Domino valemus; de unoquoque capitulo inferius conſcriptum, juxta quod a ſanctis patribus traditum habemus, & ſacrorum canonum ſanxit auctoritas: etiam nos, quod Deo inſpirante apoſtolica auctoritate decernere potuimus, mandavimus in reſponſis.

Exod. 17.

Pſalm. 45. Pſal. 33.

I.

Quomodo honorari debeat metropolitanus epiſcopus coram epiſcopis & parochialibus presbyteris, in canone ſanctorum apoſtolorum capitulo xxxv. ſcriptum eſt: [1] Epiſcopos gentium ſingularum ſcire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter ejus conſcientiam gerant, quam illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ, & villis quæ ſub ea ſunt, competant: ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto. Item in canone concilii Antiocheni, capitulo IX. continetur ita: Per ſingulas regiones epiſcopos convenit noſſe metropolitanum epiſcopum totius provinciæ ſolicitudinem gerere; propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrent. Unde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum cæteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent poſſeſſioneſque ſubjectas. Unuſquiſque enim epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis quæ ſub ejus eſt poteſtate. Ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter antiſtitem metropolitanum; nec metropolitanus aliquid gerat ſine cæterorum ſacerdotum conſilio. Item ex libro decretorum beati Leonis, capitulo XXXII. continetur [2]: Igitur ſecundum ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regulis præſtitutis nulla aut negligentia aut præſumptione diſcedant; aut in habitu, aut inceſſu ſanctitatis. Nam & nos ab apoſtolica auctoritate ſubjungimus, ut epiſcopus juxta dignitatem ſuam indumentis utatur. Simili modo & presbyteri cardinales, & qui in monaſtica vita velle habeant vivendi, plebi quidem ſibi ſubjectæ præclariori veſte induti debitum prædicationis perſolvant, & in ſecreto propoſitum ſervent ſui cordis, ut qui videt in abſcondito Deus, reddat illis in palam. Scriptum quippe eſt: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini*. Non enim nos honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum. Monachi vero lanea indumenta, juxta normam & regulam monaſticæ diſciplinæ, atque traditionem ſanctorum probabilium patrum, ſine intermiſſione utantur. Si enim abrenunciantes ea quæ ſæculi ſunt, tota ſe Deo intentione contulerunt, de omnibus illicitis debent abſtinere: ut quantum corpore ſuo ſuſtinuerint laborem, tantum remunerationis præmium a Deo percipere mereantur. Apoſtolis quippe divinum datum eſt mandatum duas tunicas non habendi. Tunicas dixit Chriſtus, utique laneas, non lineas. Qui ergo obedierit dominico præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam. Item ex canone Antiocheni concilii, capitulo X. de his qui vocantur chorepiſcopi decretum eſt: [3] Qui in vicis vel poſſeſſionibus chorepiſcopi nominantur, quamvis manus impoſitionem epiſcoporum perceperint, & ut epiſcopi conſecrati ſint; tamen ſanctæ ſynodo placuit, ut modum proprium recognoſcant, & gubernent ſubjectas ſibi eccleſias, earumque moderamine curaque contenti ſint. Ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare præter civitatis epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentaverit, depoſitus quo utebatur honore privetur. Chorepiſcopum vero civitatis epiſcopus ordinet, cui ille ſubjectus eſt.

Matth. 10.

II.

De epiſcopis presbyteris, & diaconis damnatis, quod priſtinum officium uſurpare non debeant, ex libro canonum ſanctorum apoſtolorum, capitulo XXIX. dictum eſt [4]: Si quis epi-

1 Vide Codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ a Franc. Pithœo editum typis Regiis an. 1687. p. 13. *Hard.*
2 Vide Codicem ſupradictum pag. 242. *Hard.*
3 Vide Codicem ſupraſcriptum pag. 68. *Hard.*
4 Vide Codicem ſupradictum pag. 12. *Hard.*

ANNO CHRISTI 741.

episcopus, aut presbyter, aut diaconus depositus juste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.

III.

De presbyteris superbientibus, ex concilio Carthaginensi, capitulo IX. [1] Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Ab universis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus, secernendo se ab episcopi sui communione subduxerit, ac separatim cum aliquibus faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam justam adversus episcopum non habuerit, inquirendum erit.

IV.

De presbyteris agrorum, quam obedientiam debeant exhibere episcopis, & presbyteris cardinalibus, ex concilio Neocæsarienſi, capitulo XIII. ita continetur: [2] Presbyteri ruris in ecclesia civitatis, episcopo præsente, vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem & formam septuaginta videntur esse, [3] ut cum ministraverint, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

V.

De monachis, id est ancillis Dei, de quibus flagitatum, si liceat eas ad missarum solemnia, aut sabbato sancto publice lectiones legere, & ad missas psallere, aut alleluja, vel responsorium: de his in libro decretorum beati Gelasii papæ, capitulo XXVI. destinatum est: [4] Quod nefas sit feminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his quæ virorum sunt officiis deputata præsumere. Nihilominus impatienter audivimus tantum sacrarum rerum subiisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare ferantur, & cuncta, quæ non nisi virorum famulatui deputata sunt, sexum cui non competit exhibere: nisi quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxiorum reatus omnis & crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant.

VI.

De viduis, si possint in propriis habitaculis suis salvare animas, item ex eodem libro capitulo XXI. ita continetur: [5] Ut viduæ non velentur a pontificibus; & si professam continentiam, proposito mutato, calcaverint, ipsæ pro se rationem Deo pro suis sint actibus redituræ. Nam de viduis sub nulla benedictione velandis, superius latius duximus differendum, quæ si propria voluntate professam conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum interierit, quali Deum debeant satisfactione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum apostolum nullatenus nubere vetabantur, sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiæ fidem debuerunt custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solam adhortationem præmi sempiterni, pœnasque proponere divini judicii; ut nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio.

ANNO CHRISTI 741.

VII.

De laico pellente suam conjugem ex canone sanctorum apostolorum, capitulo XLVIII. [6] Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

VIII.

De presbyteris & diaconibus, qui se a ministerio ecclesiastico subtrahunt, & seorsum collectas faciunt, ex canone Antiocheni concilii capitulo V. promulgatum est: [7] Si quis presbyter, aut diaconus, episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestravit, & seorsum colligens altare constituit, & commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum vocanti, hic damnetur omnimodo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si ecclesiam turbare & solicitare persistit, tamquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

IX.

De clericis & monachis non manentibus in suo proposito quod interrogatum est, in canone Chalcedonensi, capitulo VII. decretum est [8]: Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam: sed hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quo minus redeant ad id quod propter Deum primitus elegerant, anathematizari.

X.

De clericis qui sunt in ptochiis, monasteriis, atque martyriis ex canone Chalcedonensis concilii, capitulo [9] IX. ita decretum est: Clerici qui præficiuntur ptochiis, vel qui ordinantur in monasteriis, & basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo desiliant. Qui vero audent evertere hujusmodi formam quocumque modo, nec proprio subjiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subjacebunt; si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

XI.

Qui clerici etiam ab uxoribus abstinere debeant, ex concilio Africano, capitulo XXXVII. ita continetur [10]: Præterea cum de quorumdam clericorum (quamvis erga proprias uxores) incontinentia referretur, placuit episcopos & presbyteros, seu diaconos, secundum propria statuta, etiam ab uxoribus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico officio removeantur. Ceteros autem clericos ad id non cogi, sed secundum uniuscujusque ecclesiæ consuetudinem observari debere.

XII.

Tom. 5.

NOTÆ HARD.

1 Forte, XI. Vide Codicem supradictum pag. 133.
2 Vide Codicem supradictum pag. 57.
3 Ex Dionysio Exiguo, lege, *ut comministri autem*.
4 Vide Codicem supradictum pag. 270.
5 Vide Codicem supradictum pag. 270.
6 Vide Codicem supradictum pag. 14.
7 Vide Codicem supradictum pag. 67.
8 Vide Codicem supradictum pag. 100.
9 Lege VIII. Vide Codicem supradictum pag. 100.
10 Vide Codicem supradictum pag. 152.

ANNO CHRISTI 741.

XII.

De his qui uxores aut viros dimittunt, ut sic maneant, ex concilio suprascripto Africano, capitulo LXIX. ita continetur [1]: Placuit ut secundum evangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungantur; sed ita maneant, aut sibi invicem reconcilientur: Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur.

XIII.

Quod inquisitum est, monachus, si clericus factus fueris, quid agi debeat, ex decreto beati Innocentii papæ capitulo XVII. continetur: [2] De monachis, qui diu morantur in monasteriis, & postea ad clericatus ordinem pervenerint, non debere eos a proprio proposito deviare. Aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diu servavit, in meliori gradu positus amittere non debet: aut si corruptus postea baptizatus, & in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non potest, quia nec benedici cum sponsa potest jam antea corruptus. Quæ forma servatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisque corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

XIV.

Quod presbyteri, aut diaconi, si in aliquo crimine prolapsi fuerint, non possint per manus impositionem pœnitentiæ remedium consequi, in decreto beati Leonis papæ capitulo XVI. decretum est ita [3]: Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo?* Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei secreta est expetenda secessio, ubi illis satisfactio fuerit digna, & etiam fructuosa.

1 *Reg.* 2.

XV.

Pro eo quod interrogatum est de laicis qui ecclesias in suis proprietatibus construunt, quis ipsas debeat regere, aut gubernare; a sanctis patribus ita statutum est, & in præceptis apostolicis sic continetur, juxta petitoris imploratum, ut si in quolibet fundo cujuscumque juris oratorium sive basilica fuerit constructa, pro ejus devotione in honorem cujuscumque sancti, in cujus episcopi parochia fuerit fundatum oratorium, percepta primitus donatione legitima, id est præstante tot, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solemniter consecrabit: ita ut in eodem loco, nec futuris temporibus baptisteria construantur, nec presbyter constituatur cardinalis: sed & si missas ibi facere maluerint, ab episcopo noviter presbyterum postulandum, quatenus nihil a quolibet alio sacerdote ullatenus præsumatur, nisi ab episcopo fuerit ordinatum.

Gregorius I. l. 7. part. 2. epist. 71.

XVI.

De clericis qui proprias ecclesias relinquunt, A quid de eis agi debeat, ex canone sanctorum apostolorum capitulo XV. ita continetur [4]: Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patiamur: præcipue si vocatus ab episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseverans. Verumtamen tamquam laicus ibi communicet.

ANNO CHRISTI 741.

XVII.

Item pro episcopis qui alterius clericos susceperint, ut excommunicentur, in eodem canone capitulo XVI. continetur [5]: Episcopus vero, apud quem [6] memoratos esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tamquam clericos forte susceperit, velut magister inquietudinis communione privetur.

XVIII.

Qui clerici uxores sortiri debeant, in XXVII. capite canonum sanctorum apostolorum decretum est [7]: Innuptis autem, qui ad clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint uxores accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo.

XIX.

Ut nullus presbyter, aut diaconus, sine commendatitiis epistolis suscipiatur, in eodem canone sanctorum apostolorum continetur [8]: Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, seu diaconorum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis: & cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur, si prædicatores pietatis extiterint: sin minus, neque necessaria subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia a surreptione multa proveniunt.

XX.

De virginibus velatis, si deviaverint, quid de illis agendum sit, in libro decretorum beati Innocentii papæ capitulo XIX. assertum est [9]: Quæ Christo spiritaliter nubunt, & a sacerdote velantur, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se junxerant, de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit habeatur adultera, nec eis agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?

XXI.

Item de non velatis virginibus, si deviaverint, in eodem libro XX. capite continetur [10]: Hæ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere; licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit? Nam si apostolus Paulus, quæ a proposito viduitatis discess-

NOTÆ HARD. 1 Vide Codicem suprædictum pag. 161. 2 Vide Codicem suprædictum pag. 195. 3 Vide Codicem suprascriptum pag. 239. 4 Vide Codicem suprædictum pag. 11. 5 Vide Cod. suprad. pag. 11. 6 Al. *meratos*. 7 Vid. Codicem suprad. pag. 12. 8 Cap. 34. Vid. Codicem suprad. pag. 12. & 13. 9 Vide Codicem suprad. pag. 199. 10 Vid. Codicem suprad. pag. 199.

ANNO CHRISTI 741.

discesserant, dixit eas habere damnationem, quæ primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem frangere sunt conatæ?

XXII.

De his quæ duobus fratribus nupserunt, vel qui duas sorores acceperint, in concilio Neocæsariensi capitulo 11. continetur [1]: Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti. Nos autem, gratia divina suffragante, juxta prædecessorum & antecessorum pontificum decreta, multo amplius confirmantes dicimus, ut dum usque sese generatio cognoverit, juxta ritum & normam Christianitatis & religionis Romanorum, non copuletur conjugiis. Sed nec spiritualem, id est commatrem, aut filiam, quod absit, quis ducat temerario ausu uxorem. Est nanque nefas, & pernicioſum peccatum coram Deo & angelis ejus. Intantum enim grave est, ut nullus sanctorum patrum, neque sanctarum synodorum assertione, vel etiam in imperialibus legibus quispiam judicatus sit, sed terribile judicium Dei metuentes siluerunt sententiam dare.

XXIII.

De his qui homicidium sponte perpetraverunt in XXI. capitulo Ancyrani concilii continetur [2]: Qui voluntarie homicidium fecerunt, pœnitentiæ jugiter se submittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

XXIV.

De his qui homicidium non sponte perpetraverunt, in eodem canone XXII. capitulo continetur [3]: De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septem annorum pœnitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda vero quinquenii tempus explere.

XXV.

De his qui adulteras habent uxores, vel ipsi adulteri comprobantur in concilio Ancyrano capitulo XIX. continetur [4]: Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi secundum pristinos gradus.

XXVI.

De monachis & virginibus propositum non servantibus in libro decretorum beati Siricii papæ capitulo VI. continetur: Præterea monachorum quosdam, atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo vel sub monasteriorum prætextu illicita ac sacrilega se contagione miscuerint; postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint, quod & publicæ leges, & ecclesiastica jura condemnant. Has igitur impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu clericorumque conventibus eliminandas esse; quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificato possint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

ANNO CHRISTI 741.

XXVII.

De his quæ non coacte, sed propria voluntate virginitatis propositum susceperunt, quod delinquant cum nupserint, etsi nondum fuerint consecratæ, in libro decretorum beati Leonis papæ capite XXVII. continetur [5]: Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo judicio, virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit: cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

Hæc itaque, charissimi nobis & dilectissimi, quæ superius annexa sunt, in quantum miserante Deo valuimus, inter cætera capita deflorantes, tam sanctorum apostolorum, quam etiam beatorum patrum sanctiones, seu etiam probabilium beatissimorum pontificum decreta, ut uniuscujusque capituli sententia continet, in brevi eloquio perstringentes, ad vestri præsulatus notitiam & prædicationem, atque populi vobis a Deo crediti ædificationem, mandavimus ministranda atque perficienda: hortantes vestram omnium prudentissimam sanctitatem, & procerum dilectionem, ut omnimoda ratione non declinantes a dextris aut sinistris, sed viam regiam incedentes, constantissime observetis apostolica mandata. Cæterum hæc, amantissimi nobis, dedimus vobis in mandatis, ut nec nos coram Deo de taciturnitate judicemur, nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere rationem, sicut scriptum est in dominico præcepto: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent*. Joan. 15. Itaque nihil excusationis adhibentes, omnium rationabilium animarum salutem procuretis, ita currentes in agone, ut non vituperetur ministerium vestrum, sed magis de palma victoriæ bravium accipiatis, juxta egregii apostoli dictum, habentes bonis actibus inhærendo repositam coronam justitiæ in siderea mansione, quam vobis reddat in illum diem justus judex Dominus Deus & Salvator noster Jesus Christus, qui vivit in unitate cum Deo Patre omnipotente, & Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum. Amen.

VIII. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Ut recitentur in concilio quæ ad Pippini capitula rescripsit, discutianturque iterum Aldebertus, Godolsatius, & Clemens.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

Egregie nos admonet beatus Paulus in eo quod ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*. 1. Cor. 11. Hinc est ergo, ut per * speciale charitatis vinculum, etsi corpore absentes, spiritu vero semper sanctæ fraternitati tuæ simus præsentes: ita ut in nostris visceribus te habentes charissimum fratrem & consacerdotem, licet peccatores, tamen spe divina freti, assidue in nostris orationibus & memoriam tui agere non desistimus, petentes immensam Christi Dei nostri

* Edit. Rom. spiritale

1 Vide Codicem suprad. pag. 56. *Hard.*
2 Vide Godicem suprad. pag. 53. *Hard.*
3 Vide Codicem suprad. ibid. *Hard.*
4 Vide Codicem suprad. ibid. *Hard.*
5 Vide Codicem suprad. pag. 240. *Hard.*

ANNO CHRISTI 741.

nostri divinitatem, ut in peragendum suum te confirmet ministerium: quatenus in diem adventus ejus illam placabilem merearis exprimere vocem: *Ecce ego, & pueri quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Ut continuo altisona & desiderabilis vox inter illos, qui ab initio mundi ei placuere, consonanter te illorum invitatione submittat, in qua dicturus est: *Venite benedicti patris mei, percipite vobis paratum regnum ab origine mundi.* His ita se agentibus agnoscas, charissime, flagitasse a nobis Pippinum excellentissimum majorem domus gentis Francorum per suum hominem, nomine * Ardobanium, religiosum presbyterum, aliquanta capitula de sacerdotali ordine, & quæ ad animarum salutem pertinent; simul etiam & pro illicita copula, qualiter sese debeant custodire juxta ritum Christianæ religionis, & sacrorum canonum instituta. Et quamquam de hoc jam experta sit tua fraterna sanctitas quæ a nobis sunt decreta, illius tamen votis aurem accommodantes, in brevi eloquio conscripta apostolica documenta direximus. Pro quibus ut in sacerdotali collegio lectione pandantur, & tuam fraternam sanctitatem inibi evocari dedimus in mandatis: & dum pro hac re fuerit aggregatum concilium, ad medium deducantur sacrilegi illi & contumaces, Aldebertus, & Godolsatius, & Clemens exepiscopi, ut eorum denuo subtili indagatione cribraretur causa. Quos si deviantes a rectitudinis tramite usquequaque repereritis, & convicti fuerint inclinati ad viam converti rectitudinis, ut bonum atque placitum in oculis vestris paruerit, cum principe provinciæ disponite secundum sacrorum canonum sancita. Sin autem in superbia perstiterint, contumaciter proclamantes reos se non esse, tunc cum probatissimis atque prudentissimis sacerdotibus, duobus vel tribus, prædictos ad nos dirigatis viros, ut profunda inquisitione coram sede apostolica eorum inquiratur causa, & juxta quod meruerint finem suscipiant. Age itaque, dilectissime frater, in ministerio tibi commisso, ab omnipotente Deo mercedis præmium recipiens, æternam vitam consequi merearis. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data Nonis Januarii, imperante domno nostro piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore [1] anno XXVIII. imperii ejus anno VI. indictione XV.

Isa. 8.

Matth. 25.

* Edit. Rom. Ardochaium

Nota Severini Binii.

2 *Epistola.*) Hæc epistola sine anno & indictione data habetur in vita S. Bonifacii apud Serarium in historia Moguntina: in Romana (quam nos hic secuti sumus) editione data habetur anno XXVIII. Constantini, ex quo cum patre regnare cœpit: & anno sexto, ex quo solus regnavit post obitum patris. Verumtamen, inquit Baronius, errorem in numerum oportet irrepsisse, si quidem non sibi cohæreant: nam vigesimus octavus imperii annus idem octavus erit, & non sextus, ex quo solus regnare cœpit, cum tamen uterque numerus reperiatur esse mendosus. Vide infra acta concilii Romani II.

IX. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOP.

ANNO CHRISTI 741.

Rescribit ad ternas ejus literas, inter alia de censu annuo duodecimo denariorum ecclesiis pendendo a singulis conjugiis servorum, de actis in synodo Romana contra Aldebertum & Clementem, & de metropolitana sede Coloniæ Agrippinæ constituenda.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

CUM nobis sanctissimæ fraternitatis tuæ syllabæ delatæ fuissent, atque per singula relegi fecissemus, & reperissemus in earumdem literarum tuarum serie, quod peccatis nostris facientibus, dum dominici tritici semina quæreres elaborare ad augendam segetem spiritalem, subito inimici superseminant zizania, ut sanctitatem tuam in bono opere impediant, indoluimus. Sed tua sancta fraternitas elaborare non desinat, & incessanter orationi cum fratribus qui tecum sunt intendat; & spiritales sarculos construens, & zizania eradicans deportet ad comburendum, ut ait B. Gregorius papa: Bonum enim, inquit, * vobis opus sit in voluntate: nam ex divino adjutorio erit in perfectione. His ita se habentibus, charissime frater, confortare in Domino, & ipse erit adjutor tuus. De incursione autem gentium, quæ in tuis plebibus facta est, mœrendum nobis est. Sed hæc adversitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet, quia & Romana civitas ex accidentibus facinoribus sæpius est depopulata: & tamen omnipotentia sua Dominus ex supernis dignatus est eam consolari. Sic etenim credimus; quia & vos consolabitur. Populo ergo tibi commisso, reverentissime frater, prædica jejunium, & supplicationes ad Deum litantarum, & supereminens ejus clementia adjuvabit vos. Te autem, ut prædiximus, nullatenus adversa perturbent: sed in bono opere quod cœpisti nullo modo deficias. Nos vero, licet immeriti & peccatores, nostris precibus, vel consacerdotum nostrorum, in quantum possumus, adjuvabimus. De synodo autem congregata apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino & Carlomanno excellentissimis filiis nostris, juxta nostrarum syllabarum commonitionem, peragente nostras vices tua sanctitate, qualiter egeris cognovimus, & omnipotenti Deo nostro gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adjutores tui existerent: & omnia optime & canonice peregisti, tam de falsis episcopis, & fornicariis, & schismaticis, quam etiam & in reliquis nomine sacerdotibus, contra canonum statuta agentibus, vel contra catholicam Dei & apostolicam ecclesiam, de quibus secundum tuam relationem per singula respondemus. De eo namque quod suggessisti, quod elegerunt civitatem unam omnes Francorum principes, contingentem usque ad paganorum fines, & partes Germanicarum gentium, ubi ante prædicasti, quatenus ibi sedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, ut inde cæteros episcopos ad viam instruas rectitudinis, & post te tui successores perpetuo jure

Gregor. P. I. Ep. 1. ad Bonifac. Moguntin.

* Edit. Rom. nobis

1 Labbeus in Chronologia dicit scribendum esse, anno XXVII. & esse annum Christi 747. *Harduinus*. Vide Pagium idem pluribus comprobantem ad An. Ch. 744. n. 4. & seqq.

re possideant ; hoc quod decreverunt læto nos susci-
ANNO CHRISTI 741. pimus animo, eo quod ex Dei nutu constat esse factum. Quod vero quidam falsi sacerdotes & schismatici hoc impedire conati sunt, eorum vanum agonem Dominus dissipabit, & illa faciet stabilita, quæ sanctorum patrum statutis conveniunt concordare. Et quia tibi ipsi principes Francorum in hoc etiam adjutores extiterunt, retribuat illis omnipotens Deus vicissitudinis præmium, & innumera largiatur bona. [1] Nam similiter de illo falso episcopo, quem dixisti adulterati clerici & homicidæ filium, ac in adulterio natum, & absque disciplina nutritum, & cætera mala horribilia quæ per singula enarrasti, ac per hoc & sui similes sacerdotes consecravit ; de hoc meminit tua reverenda fraternitas, * quot vicibus jam tibi scripsimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat attrectare : sed neque pœnitens, aut talis, qualem sacri canones prohibent esse sacerdotem. De baptizatis vero ab illo, seu ecclesiis consecratis, requirat tua fraternitas, si aut ecclesias in nomine sanctæ Trinitatis consecravit, aut parvulos similiter baptizavit, dum sacerdotio fungebatur, & sic & consecratio ecclesiarum & parvulorum baptisma sint confirmata. Et hoc pariter suggessisti, quod illi qui a te projecti sunt sacerdotes, a nobis se absolutos apud Francorum provinciam divulgent : quod tua sanctitas nullo modo credat : quia, quod impossibile est, si hoc feciſſemus, tuæ charitati per nostras indicassemus literas. Sed hoc quod impossibile est, nullo modo credas, quia non aliud prædicamus, & aliud agimus, aut dirigimus, ut illi garriunt, sed, auxiliante Deo, illud quod prædicamus fine tenus observandum censemus. Hoc autem sanctitatem tuam firmissime ut teneas hortamur, ut sanctorum patrum institutis, & consultis sacrorum canonum omnino obsequi debeas, quia nos nullatenus aliud prædicamus, & aliud agimus. Nam & de eo quod obsecrasti, ut Francorum principibus vel cæteris Francis scriberemus, ut petisti eis per singula scripsimus, ut tibi & amici sint, & adjutores in dominico opere existant. De censu vero expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum ecclesiis vel monasteriis non potuisti aliud, quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio servorum XII. denarii reddantur; & hoc gratias Deo quia potuisti impetrare, & dum Dominus donaverit quietem, * augeantur & luminaria sanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit Saracenorum, Saxonum vel Frisonum, sicut tu ipse nobis innotuisti. De eo namque quod interrogasti, quod illi qui depositi sunt pro capitalibus peccatis de gradu sacerdotali, dum eos reperisses adulteros aut homicidas, ut nec sacerdotes, nec clerici esse possint, nec sub pœnitentia monachi esse volunt ; sed pergentes apud palatium regis Francorum, rogant ut eis loca tribuat ecclesiarum vel monasteriorum, ut laica vita vivant, & dispergant loca sanctorum : sed & de hoc pariter qualiter fieri debeat, Francorum principibus commonentes direximus.

In alia quippe tua epistola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerunt falsi & schismatici episcopi Aldebertus & Clemens, per quæ omnia acta ipsorum & impiissimum errorem * indicasti. Nos vero congregatis fratribus & consacerdotibus nostris, eorumdem pravorum sceleratissima acta in eorum præsentia relegi fecimus : & dum nobis coram omni concilio relecta fuissent, pio studio omnes eadem schismatica dogmata ipsorum, atque iniquissimas traditiones, seu sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus conscribere fecit, damnaverunt, & una voce exclamaverunt, ut igne cremarentur. Sed nos hoc non rectum judicavimus, pro eo quod ad reservandum, sive in æternum eos condemnandum, in scrinio sanctæ ecclesiæ reservanda mandavimus, conscribentes ipsi dignam sententiam : cujus * instar actionis ad tuam direximus, frater, sanctitatem, ut relecta ea in provincia Francorum, omnis schismaticus audiens taliter a sancta Dei catholica & apostolica ecclesia judicatum, a sensus sui pravitate resipiscat.

In tertia quoque tua epistola intimasti nobis de alio seductore, nomine Geolebo, qui antea falso episcopi nomine & honore fungebatur. Sed quia sine cujuscumque licentia & consultu ad nos properat, dum advenerit, ut, Domino placuerit, ita fiet. Tua autem reverentia, ut, Domino auxiliante, cœpit, vice nostra volumus ut omni anno apto tempore in Francorum provincia concilium debeat celebrare, ut frequentia sacerdotum, sive institutis sacrorum canonum mediantibus, illic quid adversum nullo modo audeat pullulare, sed magis ecclesiæ Dei unitate, & disciplina ecclesiastica atque apostolica ubique in illis partibus dilatata, cunctæ populorum turbæ etiam in occiduis partibus veri catholici esse possint, & non amplius per falsos sacerdotes erroribus involuti demergantur in interitum. Dum vero concilium aggregaveris, sic tua fraternitas conflictum habeat cum metropolitanis quos confirmavimus, de eo quod dixisti, ut nullus sine commendatitiis epistolis suscipiatur. Tamen & pro hoc ipso, & pro omnibus utilitatibus sanctæ ecclesiæ, Francorum principibus commonitionis direximus literas, ut jam superius fati sumus. De civitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, per nostræ auctoritatis præceptum nomini tuo metropolim confirmavimus, & tuæ sanctitati direximus pro futuris temporibus ejusdem metropolitanæ ecclesiæ stabilitatem. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & charissime frater. Data pridie Kalendas Novembris, imperante domno piissimo Augusto [2] Constantino a Deo coronato magno imperatore, [a] anno XXVII. imperii ejus anno V. indictione XIV.

ANNO CHRISTI 741. singillatim indicasti

* instrumenta.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Zachariæ epistola* IX.) Citatur hujus epistolæ locus : *Nam similiter de illo falso episcopo*, ab Ivone Carnotensi parte I. capite 150. sed falso titulo, tanquam ex epistola Gregorii III. cum sit Zachariæ.

2 *Constantini anno* XXVII.) Res exigit ut legatur anno XXVI. sicut in synodo Romana : scripta enim est continuo post synodum, ut inscriptionis quoque nota indicat, & sequens epistola Gemmuli diaconi.

X. AD

[a] Sirmondus emendat XXVI. Labbeus in Chronologia sic emendat, *anno* XXVI. *imperii ejus anno* V. *Indict.* XIII. & ait esse annum Christi 745. *Hard.* Sed retinenda Indictio XIV. quæ cum Novembri anni 745. concurrebat.

ANNO CHRISTI 741.

X. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

Respondet ad literas quas Burchardus episcopus attulerat, præcipue de forma & ministro baptismi, de vagis quibusdam episcopis & presbyteris, de Samsonis presbyteri Scoti hæresi circa baptismum, de Virgilio item presbytero, ejusque alio errore. De sede metropolitana non Coloniæ, sed Moguntiæ defixa. Permittit denique, ut sibi deligat successorem.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

SAcris liminibus beati apostolorum principis Petri, & nostris obtutibus præsentatus præsens Burchardus, dilectus nobis episcopus, fraternæ sanctitatis tuæ nobis attulit affatus, per quorum scriptum tenorem agnovimus magnum habere certamen, & studiose elaborare fraternitatem tuam in prædicatione evangelii Christi Dei nostri, & exhortatione sanctæ catholicæ & orthodoxæ rectæ fidei, quam a redemptore nostro Deo & Domino Jesu Christo, per institutum a se beatum principem apostolorum Petrum, & vas electionis Paulum, omnesque apostolos traditam suscepimus. Quibus agnitis, etsi peccatores extensis ad æthera palmis omnipotenti Deo immensas egimus gratias, petentes ejus ineffabilem divinitatem, ut multo amplius confirmet atque corroboret cor fraternitatis tuæ, & sospitem atque robustum corpore annuat permanere, usquequo ejus divinitatis te superstitem in hac jusserit esse vita, ad perficiendum ministerium tibi impositum, & ad portandum lucrum animarum in diem Christi Jesu, ut illam merearis audire vocem desiderabilem; quam dicturus est Dominus diligentibus se: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum paratum vobis ab origine mundi*. Erant autem inserta in eisdem tuis affatibus diversa capitula, de quibus judicium & consilium atque solatium sedis apostolicæ tibi dirigi flagitasti. Primum capitulum pro synodo provinciæ, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum & Saxonum in Britannia insula primi prædicatores ab apostolica sede missi, Augustinus, Laurentius, Justus, & Honorius, & novissime tuis temporibus Theodorus ex Græco Latinus ante philosophus, & Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio sublimatus, ad præfatam Britanniam transmissus, judicabat & gubernabat. In illa tale decretum & judicium firmissime præceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, ut quicumque sine invocatione Trinitatis lotus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est, quia si mersus in fonte baptismatis quis fuit sine invocatione Trinitatis, perfectus non est, nisi fuerit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatus. De illo autem quod per quosdam affirmari scripsisti, ut si evangelicis quis verbis, invocata Trinitate, juxta regulam a Domino positam, quicumque mersus esset in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quod sacramentum sine dubio haberet: & ita fortiter verbis evangelicis fuisset consecratum baptisma, ut quamvis sceleratissimus quisque hæreticus, vel schismaticus, aut latro, aut A fur, sive adulter, hoc homini petenti ministraret, tamen Christi esset baptisma verbis evangelicis consecratum: & e contra, licet minister justus fuerit, si Trinitatem juxta regulam a Domino positam in lavacro non dixisset, verum baptisma non esset quod dedit. De illis itaque immundis & incertis viris hæreticis atque schismaticis, qui in nomine Trinitatis petentes baptizant; sed & de his qui sine invocatione Trinitatis mergunt in fonte baptismatis, fraternitati tuæ notum est, quid de illis sacrorum canonum series continet, quod & tenere te firmiter hortamur. Scriptum quippe est dicente Domino: *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum*. Quod suscepisti, tra- B ter, a prædecessore nostro sanctæ recordationis Gregorio, hujus apostolicæ sedis pontifice, in eo permane, & ab evangelica & apostolica, seu sanctorum patrum tradita doctrina nullo modo declines: sed indutus loricam fidei & galeam salutis, viriliter contra nequitiam diabolicæ fraudis apostolicam præsentando vicem resiste. Scriptum namque est: *Ecce dedi faciem tuam potentem adversus faciem eorum, & constantiam tuam confortabo adversus contentiones eorum, & erit fortior petra constantia tua*. Pro sacrilegis itaque presbyteris, ut scripsisti, qui tauros & hircos diis paganorum immolabant, manducantes sacrificia mortuorum, habentes & pollutum ministerium, ip- C sique adulteri esse inventi sunt & defuncti; modo vero incognitum esse, utrum baptizantes Trinitatem dixissent, an non; & timent illi qui vivi sunt, quod in tali ministerio non sint baptizati: quibus respondens, justisti omnes baptizare. Hoc quoque observasse in dicta synodo sacerdotes, ut qui vel unam de Trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptisma verum esse non posset: quod pro certo verum est, quia qui unam ex sancta Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianus esse non potest. Qui enim confitetur Patrem & Filium, si confessus non fuerit Spiritum sanctum, nec Patrem habet, nec Filium: & qui confessus fuerit Patrem, D & Spiritum sanctum, & Filium non fuerit confessus; nec Patrem habet, nec Spiritum sanctum, sed vacuus est a gratia divina. Eos autem quos reperisse affata est fraternitas tua pseudosacerdotes, multo majoris numeri quam catholicos, erroneos simulatores sub nomine episcoporum vel presbyterorum, qui nunquam ab episcopis catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo, & ministeria ecclesiæ confundentes & conturbantes, * falsos, gyrovagos, adulteros, homicidas, molles, masculorum concubitores, sacrilegos, hypocritas, & multos servos tonsuratos, qui fugerunt dominos suos, servos diaboli transfigurantes se in ministros Christi, qui sine episcopis proprio ar- E bitrio viventes, populares defensores habentes contra episcopos, ut sceleratos mores eorum non confringant, seorsum populum consentaneum congregant, & illud erroneum ministerium non in ecclesia catholica, sed per agrestia loca, per cellas rusticorum, ubi eorum imperita stultitia celari episcopos possit, perpetrant: nec fidem catholicam paganis prædicant, nec ipsi fidem rectam habent, sed nec ipsa verba solemnia, quæ debet unusquisque catechumenus, si talis ætatis est ut jam intellectum habeat, sensu cordis sui percipere & intelligere, nec * vocant, nec quærunt ab

ANNO CHRISTI 741.

Matth. 25.

De consecr. dist. 14. In synodo Anglorum.

Levit. 11.

Ezech. 3. apud Septuaginta

Cap. eodem §. Hoc quoque

* Edit. Rom. aut falsos

* Edit. Rom. docent

eis

ANNO CHRISTI 741.

eis quos baptizare debent, id est, Abrenunciare satanæ &c. Sed neque signaculo Christi eos muniunt, quæ præcedere debent baptismum : sed nec aliquam credulitatem unius deitatis, & sanctæ Trinitatis docent, neque ab eis quærunt ut corde credant ad justitiam, & oris confessio fiat illis in salutem. Hos itaque ministros satanæ, & non Christi, ubicumque repereris, charissime nobis, aggregato provinciali & sacerdotali collegio omni modo devita, & sacerdotali honore privatos sub regula monachica & pœnitentia summissos, vitam finire ordinabis : ut carne afflicti quandoque ad viam rectitudinis redeant, & si corde crediderint, oris eorum vera confessio illis fiat in salutem. Si vero non fuerint conversi, tua prædicantis non periet justitia. Habebis enim solatiantem te contra nequitiam malignantium, sanctorum apostolorum & cæterorum probabilium patrum canonicam sanctionem. Confortare itaque, reverentissime mihi, & prævale in lege, & in evangelio Christi, & prædicatione catholicæ ac orthodoxæ fidei, quia ipsa glorificabit te. Tribulatio enim corporis nostri temporalis est, & finem habet ; probatio autem, spem : *Spes vero non confundit*, ut ait apostolus, *quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Quis namque nos separabit a charitate Christi ? tribulatio, an angustia ?* & cætera. Et si dejicimur, frater, non perimus : * consecramus autem mortem Jesu in corpore nostro, ut vita Jesu in die adventus sui fiat in corpore nostro manifesta, sicut per ejus divinam edocti sumus vocem : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam eorum est regnum cælorum*. Conforta itaque & dilectissimos nobis omnes orthodoxos episcopos, & sacerdotes atque Levitas, vel clericos, vel religiosos abbates, & monachos, seu glorioſissimos duces, cunctosque optimates Christianæ legis servatores, ut nobis sint adjutores contra adversarios orthodoxæ fidei, omnesque hæreticos & schismaticos : quatenus & ipsi de fructu boni operis gaudere mereantur in cælestibus regnis, sicut scriptum est : *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, & scribam super illum nomen meum*. Interea scripsit reverenda fraternitas tua, reperisse quemdam presbyterum genere Scotum, nomine * Samson, errantem a via veritatis, dicentem & affirmantem, sine mystica invocatione, aut lavacro regenerationis, posse fieri catholicum Christianum per episcopalis manus impositionem. Hic autem qui dicit hoc, vacuus est Spiritu sancto, & alienus a gratia Christi, atque a consortio sacerdotali abjiciendus. Quis enim nisi baptizetur, juxta præceptum Domini, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & sic per manus impositionem consecretur, potest esse catholicus? Hunc nequissimum virum talia prædicantem ab ecclesia sancta Dei condemnatum expelle. Illos autem viros qui ab hæreticis baptizati sunt, & dubietas tenet quod in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti non sint baptizati, inquisita rei veritate, si ab erroneis sacerdotibus baptizati sunt, hos sine dubio, juxta prædecessoris nostri bonæ memoriæ Gregorii papæ & sacrorum canonum traditum tibi mandatum, implere non emittas, ne in æternum pereant, sed potius evangelica consecratione salventur. Intuiti autem sumus & volumen a te directum univer-

om. 5.

idem.

Edit. Rom. conferamus

Matth. 5.

poc. 3.

Edit. Rom. am

sis episcopis, presbyteris, diaconibus, vel cæteris religiosam vitam degentibus, de unitate fidei catholicæ & doctrina apostolica scriptum, & valde nobis acceptabile esse cognoscas, quoniam per Spiritus sancti gratiam in te diffusam, charissime, hoc operari studuisti. Interea per alia scripta fraternitatis tuæ petisti, ut sacerdos a nobis dirigatur in partibus Franciæ & Galliæ ad concilia celebranda. Sed dum, Deo propitio, tua sanctitas superstes existit, quæ sedis apostolicæ & nostram illic præsentat vicem, alium illic dirigere necessarium non est. Quos autem repereris, amantissime frater, habentes scientiam sacræ doctrinæ, & sanctam tenentes legem, atque orthodoxam sine dubio defendentes fidem, hos mittere stude, in quibus prævideris locis, ad prædicandum verbum salutis. Concilia vero aggregatis episcopis provincialibus, ut tibi & ubi rectum videtur, celebranda procura, & quos deviantes inveneris, confunde facies eorum ignominia, ut sint coram hominibus sine honore. Dominus enim Deus noster erit tecum. Suscepimus vero & chartam conscriptam veræ atque orthodoxæ professionis & catholicæ unitatis, quam cum dilectissimis nobis episcopis partis Francorum tua direxit reverenda fraternitas, quam referantes nimio gaudio sumus repleti, innumerabiles gratias agentes Deo Patri omnipotenti, quia unanimitatem eorum ad societatem nostram revocare dignatus est, ut spiritualis eorum mater sancta lætetur ecclesia. Nostra autem vice, charissime, omnes in osculo pacis Christi saluta : quia & nos dilectioni eorum gratias agentes apostolicas misimus literas. Nam & hoc intimatum est a tua fraterna sanctitate, quod Virgilius ille, nescimus si dicatur presbyter, malignatur adversum te, pro eo quod confundebatur a te erroneum se esse a catholica doctrina, immissiones faciens Otiloni duci Bajoariorum, ut odium inter te & illum seminaret, ajens quod & a nobis esset absolutus, ut unius defuncti ex quatuor illis episcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, diœcesim obtineret : quod nequaquam verum est, quia mentita est iniquitas sibi. De perversa autem & iniqua doctrina ejus, qui contra Deum & animam suam locutus est, si clarificatum fuerit ita eum confiteri, quod alius mundus, & alii homines sub terra sint, seu sol & luna, hunc habito consilio ab ecclesia pelle, sacerdotii honore privatum. Attamen & nos scribentes præfato duci, evocatorias prænominato Virgilio mittimus literas, ut nobis præsentatus, & subtili indagatione requisitus, si erroneus fuerit inventus, canonicis sanctionibus condemnetur. Qui enim seminat dolores, ipsi metunt eos. Sic enim scriptum est : *Perversæ cogitationes separant a Deo : probata autem virtus corripit insipientes*. Pro Sidonio autem supradicto & Virgilio presbyteris quod scripsit sanctitas tua cognovimus. Illis quidem ut condecebat scripsimus comminando : tuæ autem fraternitati plus credulitas quam illis * admittitur Si autem placuerit Domino, vita comite, sedi apostolicæ eos missis apostolicis literis, ut prælatum est, evocamus. Docuisti enim eos, & non susceperunt, & factum in illis sicut scriptum est : *Sapientiam qui docet fatuum, quasi qui congluti-nat testam. Arenam, & salem, & massam ferri facilius est portare, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium* : quoniam *qui mi-*

Stap. 1.

admittatur

Eccl. 22.

Ibidem.

Eccl. 16.

ANNO CHRISTI 741.

noratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat stulta. Non ergo ad iracundiam provocetur cor tuum, frater: sed in patientia tua ubi tales repereris admone, obsecra, argue, increpa, ut convertantur ab errore ad viam veritatis: & si conversi fuerint salvatti animam eorum; si vero in duritia permanserint, mercedem ministerii tui non perdes. Illos autem juxta vocem apostoli devita. Alia denique scriptura tuæ fraternitatis continebat quod jam olim de Agrippina civitate scripsisti, quod Franci non perseveraverunt in verbo quod promiserunt, & nunc moratur tua fraternitas in civitate Moguntina. Petisti autem ut cum nostro consultu superveniente tibi senectute, & plena dierum ætate, atque imbecillitate corporis, si invenire potueris alium, in eamdem sedem, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Tu vero, charissime, legatus & missus es, ut fuisti, sedis apostolicæ. Nos vero, adjutore Deo, consilium præbemus tuæ reverendæ sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium factore Christo, sedem quam obtines sanctæ Moguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas: ut impleatur dominicum in te præceptum: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Sin vero, si Dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere & curam pro salute animarum, pro tui persona illum ordinabis episcopum, eritque in evangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens & confortans ecclesiam Dei. Oramus itaque Dominum & redemptorem nostrum, ut sacris interventionibus sanctæ suæ genitricis semper virginis Mariæ dominæ nostræ, & beatorum principum apostolorum Petri & Pauli, orantem pro nobis fraternam sanctitatem tuam sospitem & incolumem conservare dignetur. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & sanctissime frater. Data Kalendis Maii, imperante domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno pacifico imperatore, anno XXIX. post consulatum ejus anno VII. indictione I.

1. *Tim.* 3.

2 quæst. 1. Petisti ut eum.

Matth. 10.

Anno Christi 748.

XI. AD DIVERSOS EPISCOPOS GALLIÆ ET GERMANIÆ.

Laudat illorum inter se, & cum ecclesia Romana conjunctionem: hortaturque ut ministeriis suis constanter insistant cum Bonifacio archiepiscopo, sedis apostolicæ vicario.

* *Edit. Rom.* dilectissima

* *Edit. Rom.* Corsopien.

* *Edit Rom.* Cenomanensi

Dilectissimo nobis Reginfrido Rotomagensi episcopo, Raimberto Amabiensi episcopo, Deodato Bellovacensi episcopo, Elisæo Noviomensi episcopo, Fulcario Tungrensi episcopo, [2] David [*] Spironensi episcopo, Ætherio [*] Tarvanensi episcopo, Trevvardo Cameracensi episcopo, Burchardo Vvirizburgensi episcopo, Genebaudo Laudunensi episcopo, Romano Meldensi episcopo, Agilulfo Colonensi episcopo, Heddo Strasburgensi episcopo, & cæteris amantissimis coepiscopis, presbyteris etiam & diaconis, cunctisque orthodoxis ecclesiarum Dei clericis apostolicam doctrinam tenentibus, Zacharias divina gratia præditus, apostolicæ sedis pontifex, servus autem servorum Dei in Domino salutem dicit.

GRatias ago Deo Patri omnipotenti, & Domino Jesu Christo unico filio ejus, & Spiritui sancto, qui vestra omnium corda inflamA mare dignatus est per infusam a se gratiam, ut in unitate fidei, & vinculo pacis ambuletis, & sit splendor Domini Dei nostri super vos, dilectissimi mihi, & abundans gratia pacis & charitatis, ut sitis unum corpus spiritalis matris vestræ sanctæ catholicæ & apostolicæ Dei ecclesiæ, in qua Deo auctore *, quamvis tanto fastigio viribus longe impares, præsumus, implentes illud propheticum dictum: *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Etenim & si pro itineris longitudine, corpore simus absentes, in spiritu tamen dilectionis semper sumus vobis præsentes, habentes vos in visceribus nostris, & assidue orantes, ut Deus & Dominus noster B Jesus Christus multo amplius confirmet corda vestra, & corroboret in exhortatione evangelii in ministerio quo fungimini, ut credita vobis plebs vestris admonitionibus, adjutore Deo, a diabolica fraude liberata salva persistat, vosque mereamini de eorum animabus in diem Christi apportare lucrum. Scriptum quippe est: *Filii sapientiæ ecclesia justorum, & natio eorum obedientia & charitas. Obsecro ergo vos,* charissimi mihi, *ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, ut decet sanctos, cum multa patientia, supportantes invicem in charitate, soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis & charitatis*: quia *finis præcepti charitas est, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* C Gaudeo in vobis, charissimi, quoniam fides vestra, & unitas erga nos pretiosa est & manifesta, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, dum * ad favorem & magistrum vestrum a Deo constitutum beatum apostolorum principem Petrum benignissima voluntate conversi estis. Laudabilis fides vestra & bona fama, quoniam idipsum sapitis quod oportet sapere. Et nunc Deo cooperante est aggregata sanctitas vestra nostræ societati in uno pastorali ovili: & est nobis unus pastor, qui a pastore pastorum Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo princeps apostolorum, & noster doctor est institutus. Habetis itaque nostra vice ad confirmandum dilectio- D nem vestram, & collaborandum vobis in evangelium Christi, sanctissimum ac reverentissimum Bonifacium fratrem nostrum archiepiscopum, apostolicæ sedis legatum, & nostram præsentantem vicem. Sit ergo constantia vestra adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt, & non quæ Dei sunt: & erit fortior petra constantia vestra sicut est scriptum: *Ne timueritis* * *ex eis, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam vero non possunt occidere. Quod autem in* * *ore auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere & mittere in gehennam. Fratres mei, in carne ambulantes non secundum carnem militemus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia,* E *sed potentia sunt Deo, ad destructionem munitionum inimici* * *consilia salubria impendentes,* * *& omnem impetatem extollentem se adversus scientiam Dei destruentes, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, & omnem cogitationem in obsequium Christo perducentes. De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus.* Pax vobis multa, & gratia a Deo & Domino nostro Jesu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur ac si præsentes, charitatem vestram in unitate spiritus, in vinculo pacis & charitatis Christi. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis,

ANNO CHRISTI 341.

* *Edit. Rom.* addit & collocatore

Psalm. 132.

Eccl. 2

Ephes. 4.

1. *Tim.* 1

* *Edit. Rom.* ad fautorem

Matth. 10.

* *Edit. Rom.* ab eis

* *Edit. Rom.* aure

2. *Cor.* 10.

* *Edit. Rom.* consilia destruentes

Ephes. 6.

Notæ

ANNO CHRISTI 741.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Zachariæ epistola* XII.) Nulla est hujus epistolæ subscriptio, quæ annum doceat. Sed cum in manuscriptis postponatur concilio Romano, & ex Ragenfredi Rothomagensis episcopi nomine constet, aliquanto post obitum Grimonis, de quo in superioribus epistolis actum est, scriptam fuisse, facile assentior Baronio, qui anno Christi DCCXLVIII. scriptam putat, cum altera Zachariæ ad Bonifacium per Burchardum missa. Quare eo potius transferenda est.

2 *David Spironensi.*) A Spira Nemetum, quæ Spiracia ab eodem Zacharia dicitur in epistola XIII. Male autem *Corisopitensi* legebatur, & mox *Ærberio Cenomanensi*, pro *Tarvanensi*, seu Morinensi.

XII. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOP.

Respondet ad epistolam Bonifacii, & ad varias ejus quæstiones, quas per Lullum proposuerat.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei,

BEnedictus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui dispersa congregat, & congregata conservat, augetque fidem & fiduciam servis suis ad prædicandum verbum evangelii Jesu Christi Domini nostri, cum eodem Patre, in * unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum: ipsi gloria & laus, qui adjutor & protector est in se credentibus. Ipse enim dixit: *Qui credit in me, vita vivet, & non morietur*: quoniam *ego sum via veritas, & vita*. Laudamus & superexaltamus sanctum nomen ejus, læti & gaudentes per horum gerulos, & sanctæ fraternitatis tuæ literis allatis superstitem in hac vita, & in Domino te valere cognoscentes, petentes immensam Dei nostri divinitatem, ut ad prædicandum multo amplius evangelii atque sanctæ fidei ejus sacramentum, longævum te servet, suaque protectione te muniat, & ab adversantium insidiis pie miserando custodiat. Suggessit itaque sancta fraternitas tua in suis apicibus, quod prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius, hujus sanctæ sedis apostolicæ præsul, dum ad prædicandum verbum evangelii tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, ab eo te esse commonitum, ita ut orthodoxos episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares quod & factum est: si quos vero seductores episcopos, aut pseudopresbyteros, vel quoscumque a recto fidei tramite deviantes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio; quod te Deo solatiante usque ad præsens spiritaliter servasse confessus es: vel si omnino, propter principalem & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses corporaliter abstinere non valuisti, cogente necessitate ecclesiarum Dei; attamen in eorum concilio & consensu communionis anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc quod cum eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo. Te enim prædicante si obedirent, salvi essent: sin autem in iniquitate sua permanerent, ipsi perirent. *Tu autem*, juxta prophetæ dictum, *salvasti animam tuam*. De episcopis autem & palliis Francorum scripsisti, quod juxta promissionem suam nondum quod dixerant impleverunt. Qui si impleverint juxta verbum suum, habebunt ex eo laudem: sin vero aliter egerint, ipsi videbunt. Nos enim, divina gratia largiente, quod gratis accepimus gratis damus. Tua quidem propter hoc benigna voluntas a nobis suscepta est. Igitur & hoc petisti, monasterium in vastissima solitudine, & in medio gentium quibus prædicas constitutum & a te fundatum, atque in honore Salvatoris Dei nostri dedicatum, ubi etiam & monachos sub regula beati Benedicti degere ordinasti, hoc, inquam venerabile monasterium petisti privilegio sedis apostolicæ muniri. Quod votis tui acquiescentes ordinavimus juxta petitionem & desiderium tuum. Congruit enim divini ministerii prædicatorem, optimumque ministrum ad desiderata pertingere, & cœptum bonum opus in finem usque perducere, sicut scriptum in dominico præcepto: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Et: *Beatus servus ille, quem cum venerit dominus, invenerit sic facientem: etenim super omnia bona sua constituet eum.* Interea prædictus tuus gerulus Lul, cum cæteris suis concomitibus, quæ injuncta fuerunt a tua sancta fraternitate, tam in verbo quam in scripto, omnia liquidius suggerentes innotuerunt, de quibus tam in verbo quam in scripto responsum dantes, tuæ remisimus fraternitati. Continebant enim capitula in pitacio ab eis porrecto, quæ inferius annexa sunt, de quibus flagitasti a nobis quæ recipienda, vel quæ respuenda sunt. In primis de volatilibus, id est de graculis, & corniculis, atque ciconiis, quæ omnino cavendæ sunt ab esu Christianorum: etiam & fibri, atque lepores, & equi silvatici multo amplius evitandi. Attamen, sanctissime frater, de omnibus scripturis sacris bene compertus es. De igne autem paschali quod inquisisti, a sanctis priscis patribus, ex quo per Dei & Domini nostri Jesu Christi gratiam, & pretioso sanguine ejus ecclesia dedicata est, quinta feria paschæ, dum sacrum chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis candelis ecclesiæ oleo collecto, in secretiori ecclesiæ loco ad figuram interioris tabernaculi * insistente, indeficienter cum multa diligentia ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem. De quibus candelis sabbato sancto pro sacri fontis baptismate sumptus ignis per sacerdotem renovabitur. De crystallis autem, ut asseruisti, nullam habemus traditionem. De his qui regio morbo vexantur inquisisti, sive homines, sive equi sint, quid faciendum sit de illis. Si homines ex nativitate, aut genere, hujus morbi sunt, hi extra civitatem commanere debebunt, ad eleemosynam vero accipiendam a populo non devitari. Si autem contigerit magnum vel parvum non nativitate, sed superveniente ægritudine vexari, non est projiciendus, sed si possibile est curandus. Attamen in ecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium * impletionem erit ingressurus ad participandum munus. Equi vero, qui præfato morbo fuerint inquinati, si curari non valuerint, in puteis & foveis projiciendi sunt, ne ejusdem morbi contagione cæteri coinquinentur. De animalibus autem, quæ a furentibus, id est rabidis lupis & canibus fuerint lacerata, oportet ea a cæteris separari, ne per furentes & mordentes cætera coinquinentur. Quod si pauca sunt, ut supra diximus, in foveas projicienda sunt. Nam & hoc inquisivit fraternitas tua, si liceat sanctimonialibus feminis, quemadmodum viris,

* Edit. Rom. & Spiritu Sancto in unitate vivens &c. Joan. 11. Joan. 14.

1. 2. quæst. 1. Quod prædecessor.

Matth 10. Idem 24.

* inspectæ

* supplementum.

Ezech. 33.

ris, sibi invicem pedes abluere, tam in cœna Domini, quamque in aliis diebus. Hoc dominicum præceptum est, quod qui per fidem impleverit, habebit ex eo laudem. Etenim viri & mulieres unum Dominum habemus qui in cælis est. Pro benedictionibus autem quas faciunt Galli, ut nosti, frater, multis vitiis variantur. Nam non ex apostolica traditione hoc faciunt, sed per vanam gloriam hoc operantur, sibi ipsis damnationem adhibentes dum scriptum est: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod evangelizatum est, anathema sit.* Regulam catholicæ traditionis suscepisti, frater amantissime: sic omnibus prædica, omnesque doce, sicut a sancta Romana, cui Deo auctore deservimus, accepisti ecclesia. Inquisisti etiam & hoc, si ante tricesimum annum liceat sacerdotem ordinari. Bonum & congruum est, charissime frater, si fieri & inveniri potest, ut provectæ ætatis & boni testimonii viri, juxta sacrorum canonum instituta, ordinentur sacerdotes. Si autem minime reperiuntur, & necessitas exposcit, a viginti quinque annis & supra Levitæ & sacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege Domini continetur. De Milone autem, & similibus ejusmodi, qui ecclesiis Dei plurimum nocent, ut a tali opere nefario recedant, juxta apostoli vocem, *opportune, importune prædica*. Si acquieverint admonitionibus tuis, salvabunt animas suas. Sin vero, ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis; tu autem, qui recte prædicas, non perdes mercedem tuam. Nam & hoc inquisisti, post quantum temporis debet lardum comedi. Nobis a patribus constitutum pro hoc non est. Tibi autem petenti consilium præbemus, quod non oporteat illud mandi priusquam fumo siccetur, aut igne coquatur. Si vero libet ut incoctum manducetur, post paschalem festivitatem erit manducandum. Episcopus autem condemnatus, de quo inquisisti, qui * pugnator & fornicator exstitit, atque res ecclesiæ post degradationem sibi vendicare nititur, hic omnino ac detestabiliter respuendus est. *Quæ enim portio fideli cum infideli? aut quæ communio Christi ad Belial?* Hunc & sanctorum patrum traditiones, & sanctorum canonum instituta condemnaverunt. De ordinatione etiam presbyterorum & diaconorum, cogente necessitate & paupertate rogantium non legitimis temporibus & diebus a te promoveri, * te offensionem incurrisse insinuasti. Dicimus autem tibi, frater, ut bene nosti, quod sacri canones docent aptis temporibus sacerdotes ordinandos. Attamen in eo quod a te propter zelum fidei actum est, a Domino Deo nostro indulgentiam postulamus. De censu autem ecclesiarum, id est solidum de casata suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sanctarum ecclesiarum juxta canonum instituta. Si quos vero presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus causis obvoluti, celantes peccatum suum ordinati sunt, postmodum vero manifestata est eorum iniqua actio; hos sacerdotali habitu privatos pœnitentiæ submitte. Non enim odit Deus peccantem & confitentem, sed peccantem & negantem. Nam & hoc flagitasti a nobis, si liceat persecutionem paganorum fugere, an non. Et pro hoc, frater, salutare consilium damus. Si fieri potest, & locum inveneris, insta ad prædicandum illis: si autem supportare non valueris eorum persecutionem, habes præceptum dominicum, ut in aliam ingrediaris civitatem. Nam & hoc inquisisti, quid fiendum sit de excommunicato episcopo, & apostolicam auctoritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo & hominibus, cui condemnato incondemnatus non communicabit. Ipsi enim condemnabuntur in die iræ, & revelationis Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, cum sederit ad judicandum genus humanum, sicut scriptum est: *Superbis ego resistam, dicit Dominus*. Etenim de Sclavis Christianorum terram inhabitantibus, si oporteat censum accipere, interrogasti. Hoc quidem consilio non indiget, dum rei causa est manifesta. Si enim sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vindicabunt terram. Si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipsam terram habere. Nam & hoc flagitasti a nobis, sanctissime frater, in sacri canonis * celebratione quot in locis cruces fieri debeant, ut tuæ significemus sanctitati. Votis autem tui clementer inclinati, in rotulo dato Lul religioso presbytero tuo, per loca signa sanctæ crucis quanta fieri debeant infiximus. His autem ita se habentibus, Domini deprecamur clementiam, licet peccatores, ut suo te muniat & confortet auxilio, nosque annuat prosperitatis tuæ semper læta suscipere nuncia. Deus te incolumen custodiat, reverentissime frater. Data II. Nonas Novembris, imperante domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato magno imperatore, anno XXXII. post consulatum ejus anno XI. indictione V.

ANNO CHRISTI 741.

Gal. 1

Dist. 78 Si triginta annorum.

2. Tim. 4.

* impugnator

2. Cor. 6.

* si aliquam offensionem ex hoc haberes insinuasti.

ANNO CHRISTI 741. Matth. 20.

Jacob. 4.

* prædicatione.

Anno Christi 751.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Zachariæ epistola* XII.) Milo is est cui pulso sancto Rigoberto episcopatum Rhemensem concesserat Marcellus. Flodoardus lib. II. cap. 2. *Carolus Rigobertum episcopatu deturbavit, & cuidam Miloni soli tonsura clerico, qui secum processerat ad bellum, dedit episcopatum.* De eodem Milone iterum agens inferius, hæc ipsa etiam Zachariæ verba commemorat.

XIII. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Moguntinæ sedis in metropolim erectio.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

QUaliter Dominus Deus noster sanctæ ecclesiæ propitiatus sit, & laboribus sanctissimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per singula edicere longum est: tamen ut hæc quæ objicimus confirmemus, quæ ex parte te narrante perspeximus, enarramus. Igitur dum in Germania provincia tua fraterna sanctitas ad prædicandum fuisset directa a sanctæ recordationis prædecessore nostro domno Gregorio papa, & post inchoatum opus, & aliqua ex parte spiritaliter ædificatum, Romam reversus, ab eo episcopus ordinatus, & illic ad prædicandum denuo remissus es, & laborasti Deo prævio nuncupque per annos XXV. in eadem prædicatione, ex quo episcopatum suscepisti. Sed & in provincia Francorum nostra vice concilium egisti, & juxta canonum instituta, Deo eis annuente, omnes flexi sunt obedire. Et dum in his piis operibus occupata esset tua fraternitas, nuncupque cathedralem sedem minime sibi vindicavit. At vero ubi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti ut tibi cathedralem ecclesiam vel successoribus tuis confirmare debeamus, juxta eorumdem filiorum

Hincm. ep. v

rum Francorum petitionem. Et idcirco beati Petri apostoli auctoritate sancimus, ut supra dicta ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis in metropolim sit confirmata; habens sub se has quinque civitates, id est Tungris, Coloniam, Vvormatiam, Spiraciam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit. His a nobis definitis, per hujus confirmationis paginam, in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservandam esse mandamus. Bene valete. Data pridie Nonas Novembris imperante domno piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXXII. post consulatum ejus anno XI. indictione V.

ANNO CHRISTI 741.

XIV. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Privilegium monasterii Fuldensis.

Zacharias papa Bonifacio episcopo, & per eum in monasterio ab eo constructo successuris abbatibus in perpetuum.

QUoniam semper sunt concedenda quæ rationabilibus congruunt desideriis, oportet ut devotio conditoris piæ constructionis oraculo in privilegiis præstandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasterium Salvatoris a te constructum, situm in loco, qui vocatur * Buchonia, erga ripam fluminis Fuldæ, privilegii sedis apostolicæ infulis decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ constitutum, nullius alterius ecclesiæ ditionibus submittatur. Pro qua re piis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem in præfato monasterio ditionem quamlibet habere hac auctoritate, præter sedem apostolicam, prohibemus. Ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum solemnitatem ibidem quispiam præsumat omnimodo celebrare, ut profecto, juxta id quod subjecti apostolicis privilegiis consistunt, inconcusse locus dotatus permaneat. Constituentes per hujus decreti nostri paginam, atque interdicentes omnibus omnino cujuslibet ecclesiæ præsulibus, vel quacumque dignitate præditis personis, sub anathematis interpositione, qui hujus præsumpserit præsentis constituti a nobis præfato monasterio indulti, quolibet modo existere temerator. Bene valete.

Edit. Rom. Bothonia.

* EPISTOLA BONIFACII AD GRIPHONEM FRATREM PIPPINI MAJORIS DOMUS.

Commendat illi clericos & monachos qui sunt in Thuringia, ut eos defendat ab injuriis paganorum.

Bonifacius servus servorum Dei Griphoni filio Caroli optabilem in Christo salutem.

OBsecro & adjuro pietatem vestram, per Deum patrem omnipotentem, & per Jesum Christum filium ejus, & per Spiritum sanctum, per sanctam trinitatem, & unitatem Dei, ut si tibi Deus potestatem donaverit, ut adjuvare studeas servos Dei sacerdotes presbyteros qui sunt in Thuringia, & monachos & ancillas Christi defendere contra paganorum malitiam, & adjuvare Christianum populum, ut eos pagani non perdant, ut ante tribunal Christi mercedem habeas perpetuam. Et cognoscite, quod memoria vestra nobiscum est coram Deo, sicut & pater vester vivus & mater jam olim mihi commendarunt. Deprecamur Deum Salvatorem mundi, ut dirigat viam vestram & vitam ad salutem animæ vestræ, ut in gratia Dei semper hic & in futuro sæculo permaneatis. Interea mementote, filii charissimi, qui juxta vocem psalmographi: *Omnis homo sicut fœnum dies ejus, & sicut flos agri ita floresçit.* Et apostolus ait: *Totus mundus in maligno positus est.* Et item in evangelio veritas dixit: *Quid enim proderit homini, si lucretur universum mundum, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Et iterum in evangelio de gloria justorum: *Ecce fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum.* Et Paulus apostolus de beatitudine vitæ æternæ: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod præparavit Deus diligentibus se.* Facite ergo, filii, ut mercedis vestræ præmia in alto cælorum culmine claresçant & cresçant. Valere vos in longitudine dierum in Christo optamus.

Psal. 108. *1. Joan.* 5. *Matth.* 16. *Matth.* 25. *1. Cor.* 2.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Epistola ad Griphonem.*) Extat inter epistolas Bonifacii numero 16. Griphonis autem, ejusque cum Pippino fratre dissidii, meminere per hos annos annales tum Pithœani, tum alii, qui post Caroli magni vitam ab Eginharto scriptam editi sunt sine auctoris nomine, revera autem ejusdem sunt Eginharti, ut docet præfatio libelli manuscripti de miraculis S. Sebastiani Ludovico Pio regnante compositi.

XV. AD EPISCOPOS FRANCORUM.

De concordia & pace inter Pippinum & Griphonem concilianda, & de corpore sancti Benedicti Cassinatibus restituendo.

Zacharias episcopus servus servorum Dei omnibus sacerdotibus & presbyteris Francorum.

EGregius apostolus docet: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et iterum idem ipse: *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* In alio autem loco scriptura testatur: *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Ergo quia innotuerunt nobis Optatus religiosus abbas presbyter monasterii sancti Benedicti, & Carolomanus Deo amabilis monachus germanus filii nostri Pippini excellentissimi majoris domus, per hos religiosos Dei servos monachos, concordiæ & pacis sermones inter eum & Griphonem fratrem ejus mississe, ut & nos in ea ipsa admonendo dirigamus excellentiam eius, ut ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacifice mediantibus: verum etiam & pro corpore beati Benedicti, quod furtive ablatum est a suo sepulchro, ut restituatur. In hoc opere æquitatis & misericordiæ libenter aurem accommodantes, hortamur dilectionem ac sanctitatem vestram, ut primum omnium frater cum suo fratre ad pacis redeant unitatem, & confundatur iniquitas in medio eorum. Caritas vero Dei vobis prædicantibus & ministrantibus exuperet inter eos. Deinde & præfati B. Benedicti corpus, juxta petitionem Dei servorum monachorum, illius sublimitas, & vestra sanctitas indu-

Rom. 8. *Gal.* 6. *Rom.* 10.

ANNO CHRISTI 741.

indubie ad proprium remittat locum: ut & ipſi gaudeant de ſuo reſtituto patre, voſque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quod juſte operati fueritis ipſum ad ſuum reverti tumulum, ex quo clam titulus eſt. Nec enim habet ſanctitas veſtra quid offenſionis in hoc bono opere reſtitutionis ejus pertimeſcere debeat coram Deo, dum creditur quia ad obtinendum hoc opus, ipſius ſuffragantibus orationibus, & voluntate præfati religioſi Dei ſervi ſunt permoti. Bene valete.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Zachariæ epiſtola* XV.) Hanc vero deſcripſimus ex chedis Pithœanis, quamquam eadem etiam legitur apud Adrevaldum lib. 1. de miraculis ſancti Benedicti cap. 15. Sed alieno loco eam recitat, Zachariæ & Stephani tempora confundens; Optati præterea nomen omiſit, abbatis Caſinenſis, cujus meminit Stephanus papa ſub finem epiſtolæ VIII. ad Pippinum in codice Carolino: ad quem etiam extat Bonifacii epiſtola numero CVI. *Reverentiſſimo fratri, imo dilectiſſimo conſacerdoti, Optato abbati, & univerſæ ſanctæ congregationi ſub cura illius regularis vitæ normam cuſtodienti, Bonifacius.*

EPISTOLA BONIFACII ARCHIEPISCOPI AD ZACHARIAM PAPAM PER LULLUM presbyterum miſſa.

Exponit quomodo in iis ſe geſſerit quæ Gregorius II. papa ipſi præceperat: & de monaſterio Fuldenſi quod conſtruxerat.

Reverentiſſimo patri dilectiſſimo domino cum timore & honore venerando magiſtro, apoſtolici honoris privilegio prædito, pontificatus infulæ apoſtolicæ ſedis ſublimato Zachariæ, Bonifacius exiguus ſervus veſter, licet indignus & ultimus, tamen legatus Germanicus devotiſſimus, optabilem in Chriſto immarceſcibilis charitatis ſalutem.

PAternæ pietatis veſtræ ſanctitatem ſubnixis precibus obſecro, ut hunc presbyterum meum, portitorem literarum mearum, nomine Lul, grato animo clementer ſuſcipiatis. Habet enim ſecreta quædam mea quæ ſoli pietati veſtræ profiteri debet, quædam viva voce vobis dicere, quædam per literas notata oſtendere, de quibuſdam vero neceſſitatibus meis inquirere & interrogare, & mihi paternitatis veſtræ reſponſum & conſilium ex auctoritate ſancti Petri principis apoſtolorum ad ſolatium ſenectutis repræſentare: ut his omnibus auditis & conſideratis, ſi quæ ſint quæ vobis placeant facta, adaugere Deo volente ſtudeam; ſi autem quid, ut timendum eſt, diſpliceat, ex præcepto apoſtolatus veſtri vel indulgentiam merear, vel dignam pœnitentiam perſolvam. Anteceſſor enim præceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me conſtrinxit, ut canonicis & juſtis epiſcopis & presbyteris, in verbo & facto, in conſenſu adſtipulator & adjutor fierem: hoc autem cum divina gratia implere ſtudui: falſos autem ſacerdotes, hypocritas & ſeductores populorum vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem a communione ipſorum: quod ex parte ſervavi, & ex parte cuſtodire & implere non potui Spiritaliter implevi ſacramentum, quia in conſenſum & in conſilium illorum non venit anima mea. Corporaliter autem ab eis omnino abſtinere non potui, dum veniſſem ad principem Francorum, cogente eccleſiarum neceſſitate, cum tales ibi reperi, quales nolui: ſed tamen in ſancta communione corporis Chriſti illis non communicavi. Præcepit quoque mihi præfatus apoſtolicus pontifex, ut populorum, quoſcumque viſitaſſem, converſationem & mores apoſtolicæ ſedis pontifici indicarem; quod in Domino confido me feciſſe. De eo autem quod jam præterito tempore de archiepiſcopis, & de palliis a Romana eccleſia petendis, juxta promiſſa Francorum, ſanctitati veſtræ notum feci, indulgentiam apoſtolicæ ſedis flagito, quia quod promiſerunt, tardantes non impleverunt; & adhuc differtur & ventilatur; quod inde perficere voluerint ignoratur; ſed mea voluntate impleta eſſet promiſſio. Eſt præterea locus ſilvaticus in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis noſtræ, in quo monaſterium conſtruentes monachos conſtituimus ſub regula ſancti patris Benedicti viventes, viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque carne & vino, abſque ſicera & ſervis, proprio manuum ſuarum labore contentos. Hunc locum ſupradictum per viros religioſos & Deum timentes, maxime Carlomannum quondam principem Francorum, juſto labore acquiſivi, & in honore ſancti Salvatoris dedicavi. In quo loco, cum conſenſu pietatis veſtræ, propoſui aliquantulum vel paucis diebus feſſum ſenectute corpus requieſcendo recuperare & poſt mortem jacere. Quatuor enim populi, quibus verbum Chriſti per gratiam Dei diximus, in circuitu loci hujus habitare dignoſcuntur, quibus cum veſtra interceſſione, quamdiu vivo vel ſapio, utilis eſſe poſſum. Cupio enim veſtris orationibus, comitante gratia Dei, in familiaritate Romanæ eccleſiæ, & veſtro ſervitio, inter Germanicas gentes, ad quas miſſus fui, perſeverare, & præcepto veſtro obedire. ſicut ſcriptum eſt: *Judicium patris audite, filii dilecti; & ſic facite ut ſalvi ſitis.* Et alibi: *Qui honorat patrem ſuum vita vivet longiore.* Et iterum: *Honora patrem tuum, ut ſuperveniat tibi benedictio a Domino*; &: *Benedictio patris firmat domos filiorum.* Eccl. 3. Ibidem 7.

XVI. AD FRANCOS ET GALLOS.

Illa mox ſubjicietur poſt concilium Liptinenſe. * * pag. 283.

XVII. AD AUSTROBERTUM ARCHIEP. VIENNENSEM.

Mittit exemplar ſynodi Romæ celebratæ XI. Kal. Aprilis, ac reſcribit quid agendum ſit de epiſcopis per pecuniam ordinatis.

Zacharias ſervus ſervorum Dei reverentiſſimo fratri Auſtroberto ſanctæ eccleſiæ Viennenſis archiepiſcopo.

VEnit ad nos presbyter Clemens miſſus a ſanctitate veſtra, referens a concuſſione gentium turbatas eccleſias provinciæ veſtræ. Unde & nos valde triſtes effecti ſumus. Sed quid ſanctitas veſtra de talibus miratur, cum omnia prædicta a Domino in evangelio cognoſcat? Abundavit, inquit, iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum. Nam & Longobardi, quorum ſævitia ubique crevit, ita noſtros fines devaſtant, ſicut de rege Babyloniæ propheta dicit: Exoſſaverunt nos. Conſideremus Matth. 1. Jer. 50.

Dei

ANNO CHRISTI 741.

Dei juſta judicia & contabeſcamus iniquitatibus noſtris. Cæterum XI. Kalendas Aprilis ſynodum Romæ fecimus, cujus exemplar dilectus presbyter noſter veſtræ ſanctitati portabit. De epiſcopis vero per pecuniam ordinatis hoc vobis reſcribimus, ut ſi utiles ſint, pro tali facto ſeveriſſime corrigantur, non tamen penitus dejiciantur a ſuo ordine, doleantque ſe per quod illicite in tanto ordine ab eis commiſſum eſt. Deinceps tamen videat veſtra prudentia, ne talis hæreſis in provincia veſtra locum habeat. Dalmaticam uſibus veſtris miſimus, ut quia eccleſia veſtra ab hac ſede doctrinam fidei percepit, morem habitus ſacerdotalis ab iſta etiam percipiat decorem honoris. Data Nonas Martii Conſtantini Auguſti B anno imperii primo.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 742. n. 13.

Videtur ſuppoſititia hæc epiſtola. Annus enim primus Conſtantini Auguſti Nonis Martiis convenit quidem in Chriſti annum 742. ſed XI. Kal. Aprilis quo die Concilium dicitur celebratum, ad annum Chriſti ſuperiorem pertinet, quo tempore nondum Zacharias Pontifex Romanus erat, & Leo Iſaurus adhuc vivebat. Præterea dicit Pontifex accepiſſe ſe a Clemente ab eodem Archiepiſcopo miſſo, *a concuſſione gentium turbatas eccleſias provinciæ* Viennenſis, quod nonniſi de irruptione Saracenorum anno 739. in Gallias facta intelligi poteſt; poſt eum enim annum Eccleſia Viennenſis devaſtata non fuit. Tertio ait Pontifex: *Longobardi, quorum ſævitia ubique crevit, & ita fines noſtros devaſtant, ut ſicut de Rege Babylonis Propheta dicit: Exoſſaverint nos;* Jerem. 50. quæ repugnant iis, quæ habet Anaſtaſius in vita Zachariæ Papæ, ubi accurate narrat, quæ prioribus annis ejuſdem Pontificis cum Luitprando Rege Longobardorum geſta ſunt. Denique Vvilicarius Auſtroberto ſucceſſit, ut teſtatur Ado Viennenſis ætate vt. qui addit tam Viennenſem, quam Lugdunenſem provincias *aliquot annis ſine Epiſcopis* fuiſſe. Quare cum Vvilicarius ante an. 742. Monachum induerit, Zacharias Papa an. 742. Auſtroberto ejus deceſſori ante Vvilicarii præſulatum demortuo ſcribere non potuit, & hoc anno pluribuſque aliis Eccleſia Viennenſis Epiſcopo viduata fuit.

AD SEQUENTEM EPISTOLAM

ADMONITIO.

Manſi ppl. pag. 7.

Quam hic ſubdo Zachariæ Romani Pontificis epiſtolam, omnes quidem conciliorum collectores dederunt, ſed nemo integram. Ante Labbeum unicum tantum ejus fragmentum prodierat, deſumptum ex can. Pytacium XXX. q. 4. *Alterum e manuſcripto codice idem Labbeus adjecit. Ego tertium fragmentum profero cum variantibus non ſpernendis. Hæc omnia ſuppeditavit vetus ille codex Burchardiani decreti, quo ſæpe utiliter in hoc opere uſus ſum. Quamquam non ex Burchardo deſumpta ſunt hæc, ſed ex eo, qui additamenta quædam huic noſtro codici de ſuo adjecit. Nec ſane inutilem operam me Eccleſiæ præſtitiſſe credo integriorem exhibendo Epiſtolam* E *Zachariæ ad Theodorum Ticinenſem, quippe quæ celebris eſt apud veteres, nam ad illam provocat Nicolaus I. in reſponſis ſuis ad Bulgaros c. 39., ſicut etiam idem Nicolaus in epiſtola ſua ad Carolum Moguntinum, quam epiſtolam vide apud Labbeum in Veneta editione tom. 9. pag. 1269.*

ANNO CHRISTI 741.

XVIII. AD THEODORUM EPISCOPUM TURINENSEM.

Non licere filium in matrimonium ducere illam quam pater de ſacro fonte baptiſmatis ſuſcepit.

ZACHARIAS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei reverentiſſimo ac ſanctiſſimo Fratri Theodoro Epiſcopo Eccleſiæ Ticinenſis.

PYtacium (*a*) nobis tua reverenda (*b*) fraternitas obtulit, per quod nobis ſciſcitare curaſti, ſi liceat filium, cujus pater alterius filiam ex ſacro baptiſmate ſuſcepit, (*c*) ideſt ſpiritualem patrem (*d*) ejuſdem patris filiam, quod dici crudele eſt, in matrimonium ſuſcipere, quod apud te enormiter reſeraſti (*e*) contigiſſe. Sed bene tua fraternitas compertum habet quid Dominus per Moyſem præcipiat dicens: (*f*) *Turpitudinem Patris tui non revelabis*; filia enim patris tui turpitudo tua eſt. (*g*) Turpitudinem enim non revelari dicitur, dum a propria conſanguinitate præcipi- C tur abſtineri. (*h*) Multo magis dicitur a ſpirituali patris noſtri filia omnino, omni occaſione, aut argumento ſepoſito ſub nimia deteſtatione cavere nos convenit, ne ira Divini examinis (*i*) incidat, ſi quis tale facinore mixtus minime reſtrinxerit fræna (*k*) luxuriæ (*l*). Unde & omnes cavendæ ſunt talis ſceleris commixtiones, (*m*) ne incautus in æternum pereat. Sed is, (*ſic*) qui hujus pernicioſæ temeritatis, (*n*) animæ ſuæ ſalutem deſpiciens, impiiſſimo ſe commiſit matrimonio per omnia tua fraternitas ſtudeat ſeparare, & pœnitentiæ dignæ ſubmittere, quatenus ab æterna erutas damnatione animas eorum lucreris, ipſo præſtante Domino, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto. D

De filiis autem, qui ex eis nati eſſe probantur requiſiſti ſi liceat eos conjugio copulari, an non. Sed hi cur prohibeantur a conjugio, aut pro hujuſmodi pœnitentiam agere compellantur? Dum ex hoc abſque condemnatione eſſe probentur; quia non pater pro filio, nec filius pro patre ſuſtinebit tormenta, dicente Domino per Prophetam: *Anima patris, anima filii mea eſt; animaque peccaverit, illa punietur.* (*o*) (*p*)

Sed hæc, frater chariſſime, dixiſſe ſufficiat. Cave autem te ne aliter agere ſubjectis concedas, ne a recto tramite inveniaris deviare, (*q*) ſed magis apoſtolicæ ſedis noſtræ præcepta omnino aſſequi elabora, quatenus inoffenſe ante omnium conditorem Dominum Deum noſtrum, dum ad judicandum venerit, conſiſtere merearis, ac dicere: *Ecce ego, & pueri, quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam.*

(*a*) Can. Pyttacium XXX. q. 3. (*b*) *Edit.* Veneranda. (*c*) *Ed.* habet ſuceptum.
(*d*) *Ed.* ejuſdem patris filium. (*e*) *Ed.* aſſeruiſti. (*f*) Levit. XVIII. 7.
(*g*) *Ed.* Turpitudinem patris &c. Turpitudinem ſororis tuæ non revelabis. Filia enim prius his eſt. Turpitudo enim patris tui, & turpitudo ſororis tuæ turpitudo tua eſt. Turpitudinem &c. (*h*) *In edit. deeſt uſque ad:* omni occaſione &c. (*i*) *Ed.* hominis. (*k*) *Ed.* venam.
(*l*) *Huc uſque Gratian.* (*m*) *Edita adduns:* Duriſſime reſtringi cogatur. (*n*) *Ed. adduns:* auctor. (*o*) Ezech. XVIII. 4. (*p*) *Edita:* Anima patris mea eſt, anima filii mea eſt. (*q*) *Hic deſinunt edita, reliqua ex MS. ſupplentur.*

ANNO CHRISTI 741.

quam. (*a*) Et ab ipso audias dicente : (*b*) *Euge serve bone*, & reliqua.

De illo vero capitulo, quod nobis insinuasti, in qua debeatur generatione de propria cognatione conjungi, quod alii sibi vendicare volunt hoc, quod a Sancto Gregorio directum apud gentem Anglorum observandum usque in quartam progeniem. Sed ipse pius pater ut rudibus, & noviter ad Christum venientibus lecire quædam imposuit, ne si graviora imposuisset, duriter ferrent, & dura gens omnia, quæ suscepissent, penitus abjicerent. Nos autem volumus ut non populus tibi commissus, sicut qui noviter Christum susceperunt, debeat observare ; sed sicut qui in sancta catholica sunt a cunabulis nutriti ecclesia, ut dum utique se de propria cognoverunt cognatione, modis omnibus abstineant, sicut hoc sancta Dei catholica, & apostolica tenet, & prædicat Romana ecclesia.

ZACHARIÆ PAPÆ

DECRETA

Ex Gratiano, & aliis.

ADMONITIO.

Ex eodem Mansi pag. 549.

Nescio quo fato acciderit, ut cum nonnulla Zachariæ papæ decreta in collectionem suam transfuderit Gratianus, ea omnia Labbeus neglexerit. Cujus omissionis cum nullam idoneam causam reperire potuerim ; ideo tamquam casu præterita, hic supplenda censui, præstare ratus, ut superflua potius nonnulla dare, quam necessaria omittere videar. Cum præsertim integrum habeam pontificis hujus decretum, ex MS. Cod. Pistoriensi producendum. Quamquam vero injuria ejus qui librum compegit ita erasum est in codice, ut literæ plures interdum desint, diligentia tamen viri docti & in vetustis scripturis legendis exercitatissimi Josephi Borelli Pistoriensis sacerdotis, amici mei, ita difficultates omnes superatæ sunt, ut integrum ferme exhiberi potuerit.

EX DECRETO ZACHARIÆ PAPÆ.

Can. 23. XXXII. q. 7.

CONcubuisti cum sorore uxoris tuæ ; si fecisti, neutram habeas ; & si illa quæ uxor tua fuerit conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino, cui velit. (*c*) Tu autem & adultera sine spe conjugii permaneatis, & quandiu vixeritis, juxta præceptum sacerdotis pœnitentiam agite.

ZACHARIAS, ET DEUS DEDIT.

ANNO CHRISTI 741.

NON oportet filiam, quam de sacro fonte susceperit, aliquando viro suo in matrimonium tradere, quia divina sententia germani esse inveniuntur. Si quis tali facinore commixtus minime restrinxerit fræna luxuriæ, ab ecclesia catholica abominabitur. Sed si conversus fuerit, post separationem septem annis pœnitentiam gerat. Conscii simul cum auctore sit ista conditio ; idest, (*d*) simul cum cooperatoribus, & consentientibus pœniteat. Cap. 3 XXX. q. 1.

EX DECRETIS ZACHARIÆ.

Ex MS. Cod.

DE gradibus propinquitatis, super quibus parvitatem meam vobis consulere placuit, quæ ego cum omnibus orthodoxæ fidei cultoribus sentio, ratum duxi paucis absolvere. Ab his omnino dissentio qui perverse parentelæ successiones supputantes gradum diducunt. Denuo duos constituunt, ac pro hoc primum gradum secundum ; secundum vero tertium efficiunt : sicque ex parte seriem generationum corrumpunt, cum arborem, quæ de parentela compingitur, ab ipsis abscissam conspicimus, corpus, ut ita dicam, truncatum suis artubus videatur. Igitur parentelæ gradus a nobis taliter computatur. Siquidem ego & frater meus una generatio sumus, primum gradum facimus nulloque gradu distamus : Rursus filius, & fratris mei filii secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec a se gradu aliquo separantur ; atque ad hunc modum cæteræ successiones numerandæ sunt. Porro autem de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte uxoris, seu quæ ex parte viri ad uxorem pertinet, manifestissima ratio est, quia si secundum divinam sententiam ego & uxor mea una caro sumus ; profecto mihi & illi mea, suaque parentela, propinquitas una efficitur. Quocirca ego & soror uxoris meæ in uno & proximo gradu erimus ; filia vero ejus secundo gradu ; neptis vero tertio ; eoque modo utrinque in cæteris agendum est successionibus. Uxorem vero propinqui mei, cujuscumque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus in aliqua femina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum uxori meæ de propinquarum suarum viris, & cunctis generationis gradibus convenit observare. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt.

ANNO CHRISTI 742.

DE SYNODIS IN GERMANIA, GALLIA, ET ITALIA A S. BONIFACIO ET S. ZACHARIA PAPA habitis,

Et de literis mutuis Zachariæ papæ, & S. Bonifacii

ANNO CHRISTI 742.

DISSERTATIO.

SYnodorum a S. Bonifacio, vel in causa ejus habitarum, tum & epistolarum Zachariæ pontificis ad S. Bonifacium, & sancti Bonifacii ad illum obscura est adeo chronolo- Egia, ut doctissimos ætatis nostræ scriptores diu occupaverit : nec illorum laboribus res ita profecit, ut in lucem apertam adhuc protracta sit. Tenebras hasce discutere ego pariter in meis ad Ba-

(*a*) Jo. XII. (*b*) Matth. XXV. (*c*) Vetusta manus in meo Lucensi codice addit supra lineam hæc verba : *Post mortem tuam*. (*d*) MS. Luc. II.

ANNO CHRISTI 741.

Baronium animadversionibus conatus sum; sed quanquam in nonnullis res mihi feliciter successisse confido, in aliis tamen veritatem minime assequutum & modo sentio, & ingenue confiteor. Res igitur ex integro tractanda est, quod ut prospere contingat, deferendam censeo epocham Imperatorum, quæ in monumentis illis signatur, utpote quam variam esse in variis codicibus MSS. nec satis accurate a Theophane indicetur, teste Pagio in Critica Baronii. Chronologiam itaque illam dirigam juxta ac exhibent ipsæ litteræ, & synodi inter se collatæ; adjumentum etiam præbentibus indictionibus, quibus singula hæc muniuntur.

ncilium ermanicum no 743.

Igitur omnium primum constituto concilium quod Germanicum dicitur, cum de certo loco quo episcopi convenerunt nihil quidquam sciamus. In ejus quidem præfatione coiviſſe episcopos illos legimus anno Christi DCCXLII. die XI. Kal. Majas; sed cum epocha illa Incarnationis raro ætate illa adhiberetur; huic, utpote forte additiciæ, nihil insistendum arbitror. Constat utique Burchardum quendam episcopum inter patres ejus concilii assediſſe, qui tunc alius non erat a Burchardo Virtzburgensi, quem a S. Bonifacio episcopum jam constitutum Zacharias papa in episcopali sede confirmat epistola secunda apud Labbeum tom. XII. Signatur vero illa die Kalendas Aprilis indictione XI. nempe anno 743. Ex quo recte conficias, Burchardum paulo ante Aprilim anni illius episcopatum obtinuisse. Quomodo ergo anno 742. aprili mense inter episcopos residere potuisset? Ponatur ergo concilium anno uno serius quam huc usque constitutum est, nempe anno 743. quo die XI. Kal. Majas (quæ dies in actis ejus concilii signatur) in dominicam incidebat. Concilia vero antiquo more die dominica exordiri sæpe alias animadverti. Concilium hoc præcesserunt literæ tres, prior quidem S. Bonifacii ad S. Zachariam, quem de institutis in Germania episcopis tribus, inter quos Vvirtzburgensis, facit certiorem; geminæ vero S. Zachariæ, alia quidem ad S. Bonifacium, cui concilium in Francia celebrari mandat, altera vero ad Burchardum, quam supra indicavimus, ambæ datæ sunt Kalendis Aprilis indictione XI. ideſt anno 743. paulo ante concilium Germanicum.

ueſſionenſe oncilium an- nl 744.

Succedenti anno 744. concilium Sueſſionense convenit, quod cum habitum in ejus præfatione legatur die VI. vel ut codices emendatiſſimi fuerunt, *VI. nonas Martias luna XIV.* ex his temporum characteribus anno 744. dies 2. Martias indicatur. In eo vero Adalbertus hæresis damnatur, *Abel & Adalbertus ſuper ordinatos per civitates epiſcopos* archiepiscopi, ille quidem Remensis, hic vero Senonensis renunciantur. Concilii hujus annum, quem designavimus, indicat epistola Zachariæ ad S. Bonifacium inter Labbeanas quarta, cum in ea mittere se dicat pontifex pallia Abeli, & Adalberto, *quos*, ait, *per unamquamque metropolim per provincias conſtituiſti*; nempe in concilio Sueſſionensi, ut jam animadverti. Data est epistola die X. Kal. Julias indictione XII. ideſt anno 744.

oncilium Romanum anni ejuſ- dem.

Non diu post Sueſſionense, eodem scilicet anno die XI. Kal. Aprilis Zacharias concilium Romæ habuit legendum apud Labbe tom. XII. De concilii hujus epocha ita differui in meis ad Pagium animadversionibus ad An. 743. 15.

Concilium hoc Romanum anno 744. die XI. Kal. Aprilis celebratum fuisse mihi penitus exploratum est. Annum indicant temporariæ notæ, quas acta concilii præferunt. Annus Luitprandi trigesimus secundus a mense Junio anni 743. usque ad eundem mensem sequentis anni fluxit. Annus secundus Artabasdi indicat epocham ejus imperii a nobis in nota ad An. 741. signatam, cœptamque a Junio mense anni 742. Indictio XII. currebat a septembri anni 743. usque ad Septembrim anni 744. Superest dies & mensis, sed & hunc nobis indicat epistola S. Zachariæ papæ ad Austrobertum, quam genuinam esse in nota ad annum 742. 13. demonstravi. Cum vero epistolæ illius annus vitiatus sit, demonstrandum mihi incumbit, concilium in ea expressum, Romanum hoc indicare. Id vero ex eo deduco, quod concilium illud habitum ferat epistola die XI. Kal. Aprilis sub Zacharia pontifice. Porro dies illa anno 744. in dominicam incidit, qua die cogi concilia per hæc tempora consueviſſe sæpe diximus. Cum igitur in annum 744. & concilii inscriptio, & dies & menses congruant, alia concilio sedes nulla quærenda est.

ANNO CHRISTI 744.

Ejus vero concilii Acta sequenti anno Zacharias misit ad Austrobertum Viennensem archiepiscopum cum epistola *nonis Martii* signata inter Labbeanas n. XVI. Pagius in Critica Baronii de scripti hujus sinceritate ambigit; nos genuinum ita defendimus in nota ad An. 742. num. 13. Epistolæ Zachariæ ad Austrobertum sinceritas mihi plane explorata est, quamquam notas ejus chronicas emendandas esse, ex iis quæ Pagius egregie deducit, non diffiteor. Sed ex mendosa temporis adscriptione argumentum contra epistolæ sinceritatem desumere plane iniquum est; cum præsertim Pagius tam multas Zachariæ epistolas, alioqui genuinas, hoc vitio notaverit. Præter hoc argumentum alterum infert Pagius ex eo, quod in eadem epistola resciviſſe se scribit pontifex a Clemente quodam ab Austroberto Viennensi archiepiscopo missо, *a concuſſione gentium turbatas esse eccleſias provinciæ*, quibus designari Saracenorum in Gallias excursiones Pagius optime censet. Quamquam vero excursio illa anno 739. accidit; mala tamen quæ eccleſiis intulit, non adeo cito sanari potuisse facile intelligimus. Hinc de ærumnis illis eccleſiæ suæ anno forte 743. adhuc perseverantibus, conqueri Austrobertus cum Zacharia potuit. Qui vicissim pontifex cum illo communicavit mala quæ Longobardi in Romanam ditionem inferebant. Quamquam enim Luitprandus eorum rex æquiorem se pontifici præbuit; non tamen ab ea affligenda penitus cessavit, cum anno 743. post conceſſam Romanis pacem, rogante pontifice, iterum infestis armis Ravennensem urbem, quæ pontificiæ clientelæ commissa erat, afflixerit. Vide Pagium ad An. 743. 14. Cessatum est equidem haud diu post ab armis; sed non cessatum a metu, teste enim Anastasio S. Zacharias impetrata pace in urbem regressus *se se orationibus dedit, petens ab omnipotenti Deo conſolationem fieri populo Ravennatum, & Romano ab inſidiatore & percuſſore illo Luitprando rege*. Hinc merito in epistola illa, per hæc tempora scripta, vexari fines Romanos a Longobardis sanctus pontifex queritur. Superest ut Pagii argumentum expediatur ex eo deductum, quod Vvilicarius, qui Austroberto succeſſit, ante annum

Veritas epiſtolæ S. Zachariæ ad Auſtrobertum aſſeritur

ANNO CHRISTI 742.

num 742. episcopatu dimisso monachum induit. Quomodo ergo, ait Austrobertus anno 745. quo datam epistolam illam credimus, episcopum gerit? Fateor quidem Austrobertum Vvilicario præcessisse; sed nec Addo Viennensis, nec alius ex antiquis annum indicavit, quo Vvilicarius episcopatum ascendit. Ado quidem successionem episcoporum Viennensium in historia sua per intervalla notat; sed certum annum quo quisque episcopus cœpit non signat. Ex hac epistola dicimus Austrobertum episcopatum suum usque ad annum 745. prorogasse. Igitur epistolam hanc ab omni suppositionis suspicione liberam puto, sed ab anno 742. ad annum 745. revocandam esse censeo, cum concilium illud Romanum in ea indicatum ipsum esse putem Romanum concilium, cujus acta supersunt, quod ab anno 743. ad annum 744. revocandum esse in nota ad An. 743. 15. demonstravi.

Anni ejusdem 744. Novembri mense datam arbitror epistolam S. Zachariæ ad S. Bonifacium inter Labbeanas V. cum in ea pontifex constitutos meminerit a S. Bonifacio metropolitas Abelem & Adalbertum quod in synodo Suessionensi præstitutum superius adnotavimus. Signantur literæ die nonarum Novembris indictione XIII. ideſt anno 744.

Liptinense concilium anni 745.

Pone sequitur annus 745. in quo primo omnium sese offert Liptinense concilium, quod denotari credo verbis illis epistolæ IX. S. Zachariæ ad Sanctum Bonifacium datæ pridie Kal. Novembris indictione XIV. ideſt anno 745. *De synodo congregata apud Francorum provinciam mediantibus Pippino & Carlomanno &c.* Hanc Synodum ipsam esse Liptinensem non ambigue demonstrant verba illa ejusdem epistolæ: *De censu vero expetendo eo quod impetrare a Francis aliud non potuisti, quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio servorum duodecim denarii* (nempe quod idem est solidus unus) *reddantur &c.* Quis non agnoscat expressum hisce canonem II. Liptinensis: *ut annis singulis de unaquaque casata solidus ideſt duodecim denarii ad ecclesiam reddantur?* Convenit ergo concilium hoc ipso anno die, ut in actis legitur, *Kalendarum Martiarum*, quæ tunc incidit in feriam secundam, qua die pro veteri more concilia exordiebantur. Cum vero concilium istud ex Gallis & Germanis coaluerit, ut ex verbis epistolæ S. Zachariæ colligitur, non abs re opinaremur epistolam XI. S. Zachariæ ad episcopos Galliæ & Germaniæ, quibus eos laudat deconjunctione cum ecclesia Romana, eorumque cum S. Bonifacio consensu, statim post concilium illud datam fuisse.

Concilium Romanum ejusdem anni.

Romanum concilium a S. Zacharia die 25. Octobris cœptum, in quo a sacerdotali munere remoti sunt Adalbertus & Clemens hæreticæ superstitionis ex ipsis eorum gestis convicti, quos, nisi deinceps resipuissent, anathemate damnandos patres illi edixerunt. Acta concilii habes apud Labbeum Tom. XII. Venet. edit. Porro concilium istud celebrasse se S. Zacharias epistola IX. pridie Kal. Novembris ejusdem anni S. Bonifacio nunciavit.

Annus 746. Kal. Julii, indictione XIV. exhibet literas n. VI. S. Zachariæ ad S. Bonifacium de non iterando baptismate, quod sacerdos inflexis barbarice verbis contulerat. Eodemque forte anno inclinante data est epistola VII. ad Pippinum majorem domus ad ea respondens, de quibus ab eodem Pippino interrogabatur. Notis chronicis epistola illa caret. Statim in exordio succedentis anni 747. S. Zacharias epistola VIII. per literas S. Bonifacio mandat, ut in *sacerdotali collegio lectione pandantur* ea quæ ipse ad Pippini quæsita pro responsione scripserat. Datæ sunt literæ nonis Januarii indictione XV. ideſt anno 747. ineunte; atque in iis pariter injungitur, ut *dum pro hac re fuerit aggregatum concilium*, Adalberti, Clementis & Godolsatii causa, *iterum* discutiatur, de quibus, si *ad viam converti rectitudinis* deprehendantur, ad normam canonum disponant. Secundum has literas facile coactum est concilium illud quod sub nomine Germanici II. dedit Labbeus Tom. XII. eidemque sedes facile hoc anno constitueretur. Præter duo hæc Germanica concilia sub S. Bonifacio celebrata, tertium aliud, quamquam apud Labbeum Tom. XII. distinguitur, nequaquam agnosco. Quod enim tertium concilium appellat Labbeus, in quo Adelbertus & Clemens damnati sunt, vel idem est cum concilio Suessionensi, si de priori Adelberti damnatione agatur, vel cum secundo Germanico, si de causa hæreticorum iterum judicata sit sermo.

Germanicum II. concilium anni 747.

Germanicum III. concilium anni 747. est falsum.

Aliud etiam apud Venetum Labbei editorem occurrit, quod animadversione dignum judico. Cum enim Tom. XII. Concilium quoddam Germanicum III. sub S. Bonifacio anno 745. recensuisset; dein Tom. XII. tertium aliud Germanicum concilium anni 747. sub S. Bonifacio invehit, quod quintum esse ex conciliis a S. Bonifacio habitis ex Vvillibaldo scriptore Vitæ S. Bonifacii notat. Accepta sunt hæc ex Pagio in Critica ad annum 747. num. 2. & 3. Sed male inter se cohærent. Primo enim si concilium hoc Germanicum tria alia Germanica præcesserunt, additisque pariter Suessionensi & Liptinensi, quibus S. Bonifacius interfuit, Germanicum hoc anni 747. præterquamquod non tertium, sed quartum Germanicum supputandum erat, sextum esset, non quintum, ex conciliis a S. Bonifacio celebratis. Qui hæc cohæreant cum Vvillibaldo qui concilia quinque a S. Bonifacio habita notat? Igitur ut hæc sibi constent omnia, & sua fides Vvillibaldo coævo scriptori asseratur, censeo synodum hanc, ipsam esse Germanicam, quam secundam ideo appello, ut morem supputandi a Labbeo servatum sequar. Habita est illa post nonas Januarii anni 747. Carolomanno adhuc rerum potiente, ad obsequendum monitis pontificis, quibus injungebatur Bonifacio, ut aggregato concilio responsiones ejusdem pontificis ad capitula Pippini palam legeret, causam Adelberti & aliorum iterum tractaret; ac denique actum in ea fuisse de confirmatione præcedentium quatuor synodorum, quas S. Bonifacius jam habuerat, tradit Vvillibaldus in Vita S. Bonifacii cap. X. At enim quomodo concilium hoc postremum, quintum appellaretur, cum ex iis quæ huc usque deduximus, concilia non ultra quatuor resultent, nempe Suessionense, Liptinense, Germanicum unum, ac dein alterum hoc Germanicum? Fateor ego quidem concilium aliud supereſſe quærendum, idque forte hæc omnia, quæ deduximus, concilia præcesſit; nec abs re opinaremur concilium istud tunc coegisse S. Bonifacium, cum tres in Germania Episcopales sedes constituit, de quibus in epistola sua ad S. Zachariam, cui idem pontifex respondet epistola sua data Kalendis Aprilis indictione XI.

ideſt

ANNO CHRISTI 742.

ideſt anno 743. Epiſcopalium ſedium inſtitutio A plerumque in conciliis tunc definiebatur. Quare concilium a S. Bonifacio habitum circa annum 742 in Germania haud abs re ſtatuetur, idque præceſſiſſe oportet concilium illud Germanicum anno 743. de quo ſupra in exordio hujus diſſertationis, quod proinde non primum, ſed ſecundum appellandum eſſet:

Anno illo 747. exeunte, vel ſuccedente altero 748. S. Bonifacius ſcriptas ad S. Zachariam literas, quæ tamen non extant, tranſmiſit, quibus pontifex reſpondet epiſtola x. ſignata *Kalendis Maji*, *indictione* I ideſt anno 748. Cum vero in ea reſciviſſe ſe pontifex ſcribat de ſede epiſcopali Bonifacii ex Agrippina Moguntiam translata, hinc non immerito deduce- B remus epiſtolam XIII. S Zachariæ ad S. Bonifacium pro erectione Moguntinæ ſedis ad eundem annum, & forte diem ac menſem, qua prior illa, pertinere, quamquam epiſtolæ annus 751. forte non bene ſubjicitur.

Anni 749. & 750. nihil afferunt inveſtigandum, ſuccedens vero 751. die pridie nonas Novembris indictione V. exhibet epiſtolam XII. Zachariæ ad S. Bonifacium, qua pluribus ejus interrogationibus per epiſtolam ſuam a Lullo delatam requiſitis, reſpondet. Epiſtolam ergo illam quam Labbeus male ſubjecit, huic ſancti Zachariæ epiſtolæ præferas. Priori eidem epiſtolæ S. Zachariæ adjungenda eſt altera num. XIV. pro monaſterio Fuldenſi, quod S. C Bonifacius in ſua ad illam epiſtola conſtruxiſſe ſe aſſerit.

Hæc diſſeruiſſe juvit ad rectam chronotaxim conciliorum coactorum occaſione & tempore S. Bonifacii, ao epiſtolarum quas mutuo inter ſe S. Zacharias pontifex & S. Bonifacius habuerunt. Supereſt ut quæ ſuſius deducta ſunt, ſub uno veluti conſpectu expanſa chronologica tabula exhibeantur.

TABULA CHRONOLOGICA

Conciliorum & epiſtolarum S. Zachariæ & S. Bonifacii.

Anno Chriſti	
742	COncilium Germanicum, a nullo veteri aut recentiori ſcriptore indicatum, in quo epiſcopales ſedes tres in Germania a S. Bonifacio erectæ, de quibus S. Bonifacius certiorem facit S. Zachariam per epiſtolam apud Labbeum tom. XII. pag. 311. legendam.
743	S. Zacharias reſpondet S. Bonifacio epiſtola I.
	II. ejuſdem ad Burchardum Vvirteburgenſem epiſcopum, non ita pridem electum.
	Concilium Germanicum quod a Labbeo cæteriſque primum dicitur.
744	Senonis Concilium agitur, in quo E Adalbertus damnatur, Abel & Adalbertus, ille Remenſis, hic Senonenſis metropolitæ conſtituti.
	Romanum I. concilium S. Zachariæ.
	Epiſtola S. Zachariæ IV. ad Sanctum Bonifacium.
	Epiſtola S. Zachariæ V. ad Sanctum Bonifacium.
745	Concilium Liptinenſe.
	Epiſtola III. & XVI. & XI. S. Zachariæ ad Francos & Gallos.
	Epiſtola XVII. S. Zachariæ ad Auſtrobertum, ad quem Romani concilii anni præcedentis acta tranſmittit.
	S. Bonifacius epiſtolam ſcribit ad pontificem de erroribus Adelberti lectam in ſequenti Romano concilio.
	Concilium Romanum II.
	Epiſtola IX. S. Zachariæ ad S. Bonifacium.
746	Epiſtola VI. S. Zachariæ ad S. Bonifacium de baptiſmate minime iterando.
	Ejuſdem S. Pontificis epiſtola VII. qua ad plura Pippini conſulta reſpondet.
747	Epiſtola VIII. S. Zachariæ ad S. Bonifacium, cui injungitur ut data ad capitula Pippini reſponſa in concilio ſtatim celebrando recitet.
	Concilium Germanicum quod tertium eſt Labbeo, & conciliorum, quæ eo uſque S. Bonifacius habuerat, quintum.
	S. Bonifacius literis per Buchardum miſſis Romanum pontificem de multis conſulit. Literæ ipſæ non extant.
748	S. Zacharias epiſtola X. ad præcedentia S. Bonifacii conſulta reſpondet.
749	
750	
751	S. Bonifacius epiſtola per Lullum tranſmiſſa apud Labbeum Tom. XII. legenda, S. Zachariam iterum conſulit.
	Cui S. Zacharias tribus epiſtolis XII. XIII. XIV. reſpondet.

Hæc conciliorum S. Bonifacii & S. Zachariæ pontificis cum mutuis amborum epiſtolis chronotaxis. Epiſtolam S. Bonifacii ad Griphonem cum temporis adſcriptione careat, ubi collocaretur non inveni. Epiſtolam XV. S. Zachariæ ad epiſcopos Francorum, utpote dubiam, cum controverſiam de ſublato corpore DS. Benedicti tangat, neglexi.

Statuta S. Bonifacii, quæ varia ex multis dedit Labbeus, reliqua omnia admitto; una ſupereſt collectio canonum, quam ſub S. Bonifacii nomine vulgavit Dacherius Spicileg. tom. IX. veter. edit. ex quo idem Labbeus. Tom XII. Hanc enim fœtum eſſe ſcriptoris ætatis a S. Bonifacio alienæ demonſtrat canon XV. in quo *monaſteria canonicorum*, & *monachorum*, perſpicue exprimuntur, & diſtinguuntur. Id vero diſcrimen nuſpiam in veterum ſcriptis reperias, niſi poſtquam opera Caroli Magni & Ludovici Pii eccleſiarum canonici ſub communi regula & contubernio agere juſſi ſunt. Inſuper canonum iſtorum quidam ipſi ſunt canones ad verbum conciliorum Moguntini & Arelatenſis V. quæ ſub exitum vitæ Caroli Magni anno nempe 813 celebrata ſunt. Confer canonem S. Bonifacii XIV. qui eſt Moguntini caput XXVI. Moguntinum XIX. eſt S Bonifacii XV. Arelatenſe VI. canoni XII. Bonifaciano reſpondet, ſicut & canon hujus V. canonem XXVII. Moguntinum totidem fere verbis reddit. Denique capitulare Caroli anni XIII. imperii nonnullos ex his Bonifacii canones repræſentat. Has igitur conſtitutiones vel labente Caroli regno vel ſub Lodovico pio datas opinor.

CON-

ANNO CHRISTI 742.

CONCILIUM APUD CLOVESHO

CELEBRATUM,

Anno Domini DCCXLII. præsidente eidem Æthelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiscopo Doroberniæ, cæterisque episcopis simul assidentibus,

In quo inclytum regis Withredi privilegium de libertate ecclesiarum Cantii, ab Æthelbaldo confirmatur per regnum Merciorum observandum.

ANno dominicæ incarnationis DCCXLII. congregatum est magnum concilium apud Clovesho, præsidente eidem concilio Æthelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiscopo Doroberniæ, cæterisque episcopis simul assidentibus, diligenter examinantes: circa necessaria totius religionis, & de symbolo ex antiquis sanctorum patrum institutionibus tradito, studioseque perquirentes qualiter in primordio nascentis ecclesiæ hic in Anglia jubebatur haberi, aut ubi honor cœnobiorum secundum normam æquitatis.

Privilegium regis Withredi producitur.

Hæc & his similia anxius inquirentes, antiquaque privilegia recitantes, tandem pervenit ad manus libertas ecclesiarum, & institutio vel præceptum Vvithredi glorioſi regis, de electione & auctoritate cœnobiorum in regno Cantiæ, quomodo & qualiter secundum imperium & electionem Cantuarensis metropolitani fieri & stare præcipitur. Ex præcepto itaque Æthelbaldi lectum est coram omnibus privilegium præfati Vvithredi glorioſi regis, & placuit cunctis hoc audientibus, pariterque dixerunt: Nullum aliud tam nobile tamque prudenter constitutum decretum inveniri potuisse secundum ecclesiasticam disciplinam, & ideo hoc ab omnibus firmari sanxerunt.

Et confirmatur.

Igitur ego Æthelbaldus rex Merciorum, pro salute animæ meæ, & stabilitate regni mei, proque reverentia venerabilis archiepiscopi Cuthberti, propria manu mea munifica subscribens confirmo: ut per omnia libertas, honor, auctoritas, & securitas Christi ecclesiæ a nulla persona denegetur, sed sit libera ab omnibus sæcularibus servitiis, & omnes terræ ad illam pertinentes, exceptis expeditione, pontis & arcis constructione. Et, sicut ipse præfatus rex Vvithredus pro se suisque constituit servandum, ita per omnia irrefragabiliter & immutabiliter perdurare præcipimus.

Anathema.

Si quis autem regum successorum nostrorum, seu episcoporum, seu principum hoc salubre decretum infringere tentaverit, reddat rationem Deo omnipotenti in die tremendo.

Si autem comes, presbyter, diaconus, clericus, vel monachus, huic constitutioni restiterit, sit suo gradu privatus, & a participatione corporis & sanguinis Domini separatus, & alienus a regno Dei, nisi ante placita satisfactione emendaverit, quod malo superbiæ inique gessit. Scriptum est enim: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo.* Matth. 16.

Cl. Vvilkins in nota ad præsens concilium hæc habet. Ex Archivorum Cantuariensis ecclesiæ valde mendoso exemplari, Saxonicis exarato characteribus Cl. Vvharton acta synodi Cloveshovensis volumini MSS. suorum F. notato fol. 106. & in Bibliotheca Lambethana adservato inseruit; unde nomina confirmantium concilium excerpsi. Ex Wilkins to. I. pag. Ex Supplem. Mansi p. 338.

En igitur quas ex illis archivis dedit subscriptiones.

†† Ego Æthelbald rex, divino suffragio fultus, gentis Merciorum regens imperium, signum sanctæ crucis subscribo.

† Ego Cuthbertus archiepiscopus propria manu subscripsi.

† Ego Unita episcopus consensi & subscripsi.

† Ego Torhthelm episcopus consensi & subscripsi.

† Ego Vvilfred. episc. cons. & subs.

† Ego Cuthbert episc. cons. & subs.

† Ego Huætlac episc. cons. & subs.

† Ego Eanfrid. episc. cons. & subs.

† Ego Egelaf episc. cons. & subs.

† Ego Alunig episc. cons. & subs.

† Ego Hunvvald episc. cons. & subs.

† Ego Daniel episc. cons. & subs.

† Ego Aldvvulf episc. cons. & subs.

† Ego Æthelfrith episc. cons. & subs.

† Ego Herevvald episc. cons. & subs.

† Ego Sigega episc. cons. & subs.

† Ego Redvvulf episc. cons. & subs.

† Ego Offa patricius cons. & subsc.

† Ego Aldvvulf dux cons. & subs.

† Ego Athelmod indolis Merc. cons. & subs.

† Ego Heardberht dux cons. & subs.

† Ego Ealbald dux cons. & subs.

† Ego Bercul dux cons. & subs.

† Ego Cyneberth cons. & subs.

† Ego Freothorus cons. & subs.

† Ego Vvermund abbas cons. & subs.

† Ego Cuthred abbas cons. & subs.

† Ego Brunn abbas cons. & subs.

CON-

1 De hac prima Synodo Clofvehovienſi legendus Vvillelmus Thorne in Chron. pag. 2209. in Eviden. eccleſiæ Cantuarienſis.

ANNO CHRISTI 743.

CONCILIUM [a] * GERMANICUM [b]

AUCTORITATE SANCTI BONIFACII

[c] Ratisbonæ, vel Augustæ Vindelicorum

Celebratum XI. Kalendas Maii, anno Domini DCCXLII. tempore Zachariæ papæ, sub Carolomanno majore domus regiæ. (a)

TITULI CAPITULORUM

I. *De episcopis in Germania constitutis, & de synodo singulis annis congreganda.*

II. *Ut clerici arma non tractent, neque ad exercitum pergant, præter eos qui sacrorum causa electi fuerint. Item ut a venationibus abstineant.*

III. *Ut presbyteri parochiarum episcopo suo sint subjecti, & ministerii sui rationem illi reddant; paratique sint ad illum in visitatione suscipiendum: ab illo chrisma novum accipiant: illum castitatis, vitæ, fidei, & doctrinæ suæ testem habeant.*

IV. *Ut ignoti episcopi ac presbyteri sine probatione ad ministerium non admittantur.*

V. *Ut episcopus cum comite provideat, ne populus paganus observationes faciat.*

VI. *De pœna clericorum, vel monachorum, aut monialium, quæ in fornicationem inciderint.*

VII. *Ut presbyteri & diaconi sagis non utantur, sed casulis, & ut in domo sua mulieres non habeant. Item, ut monachi & moniales juxta sancti Benedicti regulam vivere studeant.*

PRÆFATIO.

Karlomannus

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego * Carlomannus dux & princeps Francorum, anno ab incarnatione Domini DCCXLII. XI. videlicet Kalendas Maji, cum consilio servorum Dei, & optimatum meorum, episcopos qui in regno meo sunt, cum presbyteris ad concilium & synodum pro timore Christi congregavi: id est Bonifacium archiepiscopum, & * Burchardum, & Regenfridum, * Vvintanum, & * Vvitbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos episcopos, cum * presbyteris eorum, ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei, & ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dissipata corruit; & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire possit, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

Burghardum Huvitanum Villabaldum. presbyteriis

CANONES. [2]

I.

Itaque per consilium sacerdotum religiosorum, & optimatum meorum, ordinavimus * per civitates episcopos, & constituimus super eos archiepiscopum Bonifacium, qui est missus sancti Petri. Statuimusque per annos singulos synodum congregari; ut nobis præsentibus canonum decreta, & ecclesiæ jura restaurentur, & religio Christiana emendetur. Et fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesiis restituimus: * falsos vero presbyteros, * vel fornicatores diaconos & clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus,

* canon isto tribuitur Liptinensi synodo apud Hincmarum (1) ep. 37. & in ep. Attiniacensis synodi ad Ludovicum Germaniæ regem data anno 855. ut in observatione paulo post monebimus.

* & reddimus

* & adulteros

II.

Servis Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibuimus: nisi illis tantum, qui propter divinum mysterium, missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt: id est unum vel duos episcopos, cum capellanis & presbyteris eorum Princeps secum habeat: & unusquisque præfectus unum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare, & indicare pœnitentiam possit. Nec non & illas venationes, & silvaticas vagationes cum canibus, omnibus servis Dei interdiximus: & ut accipitres & falcones non habeant.

III.

Decrevimus quoque juxta sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parochia habitans subjectus sit illi episcopo in cujus parochia habitat; & semper in quadragesima rationem & ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus & de ordine missarum, ipsi episcopo reddat & ostendat. Et quandocumque jure canonico episcopus circumierit parochiam ad confirmandos populos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini semper novum chrisma accipiat ab episcopo. Et ut episcopus testis

(a) Quamquam hoc Concilium habetur etiam in Capitularibus Baluzii to. I. pag. 150. edition. Paris, hic relinquendum duxi propter variantes ab Holstenio ex Cod. Palatino-Vatic. datas quæ in Baluzio desunt. Porro Baluzii Capitularia integra in Append. hujus & sequentium voluminum recusa sunt. *Mansi.*

1 Canones septem hic numerantur. Alii in sedecim distinguunt. In aliis, ut apud Lunigium tom. 1. Spicil. Eccles. pag. 558. seq. nulla plane Canonum distinctio.

2 Canon, quem Hincmarus Epist. 31. tom. 2. opp. pag. 657. ex Synodo apud Liptinas habita affert, nec in hoc Germanico, nec proximo Liptinensi legitur.

ANNO CHRISTI 743.

stis sit castitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.

IV.

Statuimus etiam ut secundum canonicam cautelam, omnes undecumque * supervenientes ignotos episcopos, vel presbyteros, ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.

V.

Decrevimus quoque, ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parochia solicitudinem gerat, adjuvante * Ideest, Comite. gravione, qui defensor ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganias non faciat, sed * ut omnes spurcitias gentilitatis abjiciat & respuat; sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos, vel divinos, sive phylacteria & auguria, sive incantationes, sive hostias immolatitias, quas stulti homines juxta ecclesias ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum & sanctos suos ad iracundiam provocantes: sive illos sacrilegos ignes, quos * Nedfratres vocant, sive omnes, quæcumque sunt, paganorum observationes diligenter prohibeant.

* Nedfyr, habet c. Pal. & in adjuncto indiculo paganiarum scribitur Nodfyr. p. 1541. C.

VI.

Statuimus similiter, ut post hanc synodum, quæ fuit XI. Kalendas Maji, quisquis servorum Dei, vel ancillarum Christi, in crimen fornicationis lapsus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et si ordinatus presbyter sit, duos annos in carcere permaneat, & antea flagellatus & scorticatus videatur, & post episcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum inciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, vertente anno ibi pœnitentiam agat. Similiter & nonnæ velatæ eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus.

VII.

Decrevimus quoque, ut presbyteri vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis utantur, ritu servorum Dei: & nullus in sua domo mulieres habitare permittat. Et ut monachi, & ancillæ Dei monasteriales, juxta regulam sancti Benedicti, cœnobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare, vivere studeant: & vitam propriam degere secundum prædicti patris ordinationem non negligant.

NOTÆ SEVERINI BINII.

A quo indictum.

a *Concilium*) Zacharias pontifex per literas præceperat sancto Bonifacio, ut juxta ripam Danubii concilium celebraret; quas cum accepisset, solicitus jussa illius implere, continuo se contulit ad Carlomannum, deque congreganda episcoporum synodo consensum impetravit, ut patet in vita sancti Bonifacii apud Surium tom. 3. die 5. Junii, & apud Serar. lib. 3. hist. Mogunt. cap. 41.

ANNO CHRISTI 743.

Quot synoda Bonifacius in Germania celebrata

b *Primum.*) Othlonus in vita sancti Bonifacii apud Serar. lib. 3. hist. Mogunt. cap. 41. 42. & 44. significare videtur, hunc conventum unicum fuisse. Sed intelligendus, inquit doctissimus Serarius, sive in eo generatim conventus, sive unus, sive alter & tertius fuerit; aut conventus synodorum, quotquot hæ tandem fuerint. Fuisse autem plures ab eo, qui & archiepiscopus & apostolicæ sedis legatus erat, convocatas synodos, persuadet non tantum pontificis Gregorii præceptio, de qua duabus epistolis supra, sed etiam Vvillibaldi de ingravescente illius ætate, ob quam non ita frequenter uti antea conciliis interesse posset, admonitio. Clare vero Egilvvaldus lib. 1. cap. 3. *Generalia*, inquit, *Concilia Cisalpinis in ecclesiis congregavit, ibique multa corrigenda correxit.* Benedictus Levita in lib. 5. præfat. *Sequuntur*, ait, *duo synodales conventus, quos sanctæ, & apostolicæ Romanæ ecclesiæ archiepiscopus, vice papæ Zachariæ, una cum Carlomanno Francorum principe canonice tenuit.* Duos item synodos recenset generatione 25. Nuclerus. Et cum tam a Benedicto quam a Nuclero synodales duo tradantur conventus, jam quidem una plures demonstrantur synodi, non tamen duabus plures negantur. Ideoque tres ad minimum statuendas esse sentit Baronius, unam anno Domini 742. alteram 743. tertiam 745. Hæc Serarius prædicto loco. Duarum priorum synodorum statuta a Benedicto & Baronio locis citatis ita dividuntur, ut prima finiatur exclusive ibi: *Decrevimus quoque, ut presbyteri vel diaconi non sagis*; a Nauclero autem ad eadem verba usque inclusive. Quia vero in secunda synodo tam propter temporis quam rerum vicinitatem recepta sunt omnia quæ in prima sancita erant, idcirco interdum velut una & eadem conjunguntur. Ita enim apud Benedictum loquuntur ejusdem secundæ patres: *Modo in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias, in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei, & comites, & præfecti prioris synodi decreta consentientes firmaverunt, seque ea implere vello & observare promiserunt.* Tertia synodus gesta tantum, nulla autem statuta continet.

Acta synodorum quæ.

c *Ratisbonæ vel Augustæ.*) Augustam Vindelicorum fuisse locum hujus synodi primæ existimant aliqui, conjectura accepta ex Gregorii III. epistola 4. quæ incipit *Catholica*, verbis hisce; *Bonifacio, in quo vobis loco ad celebranda concilia convenire mandaverat, sive juxta Danubium, sive in civitate Augusta, vel ubicumque indicaverit, pro nomine Christi parati esse inveniamini.* At, inquit liber de SS. Augustanorum imaginibus, hæc concilium nihilo magis Augustæ, quam sive ad Danubium, sive alio quocumque loco indictum evincunt. Baronius anno 740. num. 1. *Augustæne*, inquit, *an alibi prope Danubium fuerit celebratum concilium (uterque enim locus literis pontificiis nominatus reperitur) haud satis exploratum habetur.* Serarius, libro de sancto Kiliano capite nono, pluribus rationibus confirmat hanc synodum Ratisbonæ fuisse celebratam. Primo, cum Gregorius pontifex epistola, quæ incipit *Catholica*, tria loca disjunctive notasset, aut Danubianum, aut Augustanum, aut alium, quicumque, vel ubicumque libuisset, antequam ei responderet sanctus Bonifacius, e tribus unum locum delegit, eumque solum ceteris omissis abs se delectum pontifici rescripsit: eratque is Danubius prout Ratisbona est. Colligitur autem illud, non ex ista Bonifacii rescriptione, quæ an uspiam extet nescio; sed ex pontificis ad eam rescriptionem responsoria epistola supra extante, *De concilio*, ait, *ut juxta ripam Danubii debeas celebrare, nostra vice præcipimus fraternitati tuæ apostolica auctoritate se eodem præsentari.* Secundo videtur Danubianus iste locus sancto Bonifacio ex Italia venienti, Bavariamque collustranti placuisse adeo, ut episcopum ei novum dederit; & Othlonus lib. 1. cap. 39. in vita sancti Bonifacii apud Serarium, eam urbem præ tribus aliis, quibus novos etiam præfecerat ille pontifices, commendat, vocans eam non simpliciter *civitatem Ratisbonensem*, sed addens, *quæ metropolis Bagoariæ est.* Tertio, ubi aut commodius aut utilius, quam in tanta metropoli sacrum haberi potuerat concilium, cum ad illam præsertim Bavari ducis Utilonis in religionem & sanctum Bonifacium summa invitaret observantia? Quarto erat eadem urbs in Carlomani * regno: at in eo synodum ille congregari cupiebat, ut ex Bonifacii ad Zachariam pontificem epistola constat. Unus est scrupulus, quo movetur Serarius, Qua ratione Gouviboldus Ratisbonensis episcopus concilio ibidem celebrato non adscriptus habeatur. Vide illius historiam Mogunt. lib. 3. notatione 31.

An prima synodus Augustæ celebrata fuerit

Ratisbonæ celebratam fuisse probat Serar.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

* ducatu.

OB-

ANNI CHRISTI 743.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 742. n. 8. & seqq.

In Concilii *Germanici* Præfatione præter Bonifacium Archiepiscopum, cui fixa non erat Sedes, enumerantur *Burchardus*, qui Vvirseburgensem Diœcesim regebat, *Voittanus*, qui Birburgensem, *Vvillibaldus*, qui Aychistadianam, & *Reginfredus*, qui Colonienſem. *Dadanus* Episcopus Regionarius, quales non pauci in Gallia Belgica hoc tempore erant, & *Addanus*, qui vocatur *Eddanus* in Capitularibus Karlomanni memoratus, idem est ac *Eddus*, Episcopus *Strateburgensis*, idest, Argentoratensis. Ex Episcopis quorum Sedes Bonifacius in Hassia, in Francia Orientali, & in Thuringia nuper erexerat, solum defuisse *Adelbarium* Erphesfurdiensem Episcopum, quia Saxones idolorum cultores irruptione facta Thuringiam inquietabant, existimat Cointius anno DCCXLIII. n. 39. qui addit, e Germania Prima tres defuisse, Vvormacienſem, Moguntiacenſem, & Nemetenſem; Leodienſem e Germania Secunda. At eosdem interfuisse, aut saltem ex illis aliquos, eruo ex Præfatione Concilii, in qua Carlomannus ait: *Episcopos, qui in Regno meo sunt, cum Presbyteris ad Concilium, & Synodum pro timore Christi congregavi: id est Bonifacium Archiepiscopum, & Burchardum, & Regenfridum, Vvintanum, & Vvithaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac* RELIQUOS EPISCOPOS, *cum Presbyteris eorum*. Quare præter septem memoratos, aliqui alii innominati Concilio præsentes fuere. Bonifacius, Metropolitanum munus per utramque Germaniam cis Rhenum, nec non per Hassiam, Franciam Orientalem, Thuringiam, & Alamanniam, trans eumdem fluvium exercuit; Episcoposque suffraganeos habuit tredecim, IV. in Germania Prima, Moguntiacenſem, Vvormacienſem, Nemetenſem, & Argentoratenſem, III. in Germania Secunda, Colonienſem, Ultrajectinum & Leodienſem; in Hassia Birburgenſem; Erphesfurdienſem in Thuringia; duos in Francia Orientali, Vvirceburgenſem & Aychistadianum; totidem in Alamannia, Augustanum & Constantienſem; ipse vero certa determinataque Sede caruit usque ad annum DCCXLVII.

Præfuit huic Concilio inter Bonifaciana primo ipsemet *Sanctus Bonifacius*, juxta quod sibi mandatum fuerat a Zacharia Papa. Gregorius quidem III. aliquod Concilium convocandi Bonifacio facultatem fecerat, ut anno DCCXXXVIII. n. 2. diximus, sed nullum tunc habitum fuit, aut ob incompositam Ecclesiarum Germaniæ Oeconomiam, aut ob mortem Gregorii III. aut ob rationes alias nobis ignotas. Baronius enim, aliique qui Concilium illud, quod Gregorius III. celebrari jussit, ab eo de quo agimus, distinctum esse autumarunt, non animadverterant, Bonifacium Legationis suæ tempore quinque tantum Concilia congregasse, ultimumque coegisse anno DCCXLVII. statim atque Ecclesiæ Moguntinæ affixus fuit. Quinque autem illa Concilia alia esse non possunt, quam Germanicum primum, Liptinense, Suessionense, Germanicum II. quintumque a Conciliorum Collectoribus, aliisque hactenus prætermissum. Si enim aliud Gregorii tempore celebratum fuisset, *Bonifacius* non quinque, sed sex Conciliis dusante sua Legatione præfuisset, contra disertum testimonium Vvillibaldi in Vita Sancti Bonifacii, in ultimo Concilio Bonifaciano anno DCCXLVII. a nobis memorandum. Bonifacius anno superiori ad Zachariam Papam scripsit, jam ab annis octoginta & amplius in Francia, ad quam missus fuerat, Transrhenana nempe, nullum Concilium indictum esse, quod si Concilium hoc anno habitum, aliud antecessisset, Carolomannus in ejus Præfatione non diceret: *Cum consilio servorum Dei & Optimatum meorum Episcopor, qui in Regno meo sunt, cum Presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Christi congregavi*, &c. *ut mihi consilium dedissent, quomodo Lex Dei & Ecclesiastica Religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum dissipata corruit; & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire possit, & per falsos Sacerdotes deceptus non pereat*. Carolomannus enim eodem fere modo loquitur de deplorando Ecclesiæ Francicæ statu per complurium annorum decursum, ac Bonifacius in Epistola ad Zachariam Papam, cujus verba anno præcedenti in medium adduximus. Quod si aliud Concilium ad disciplinam Ecclesiasticam renovandam biennio antea indictum fuisset, non solum Carolomannus hoc loquendi modo non uteretur; sed etiam Episcopi Decreta illius hoc anno confirmassent, sicuti in Synodo Liptinensi anno sequenti coacta, hujus Synodi, quam priorem vocant, Canones confirmarunt: *Prioris Synodi Decreta consentientes firmaverunt, seque ea implere velle & observare promiserunt*, dicunt Episcopi in primo Canone Synodi *Liptinensis*. In hac prima Synodo Germanica Canones sexdecim conditi sunt, ad restaurationem disciplinæ sub præcedentibus principibus pessumdatæ. Othlonus in Vita Sancti Bonifacii locum, in quo Concilium illud congregatum, tacet, neque in Capitularibus, aut alibi proditur.

Baronius n. 26. & seqq. recitat Epistolam Zachariæ Papæ *universis Episcopis*, &c. *omnibusque Deum timentibus per Gallias & Francorum Provincias constitutis*, cujus initium: *Referente nobis filio nostro Bonifacio*, &c. quæ inter Bonifacianas ordine est CXXXVII. data postquam de Synodo Germanica Nuncios accepit. In ea Zacharias ait, Synodum habitam, *mediantibus filiis nostris Pippino & Carlomanno Principibus vestris, peragente etiam vicem nostram prafato Bonifacio*. Hanc vero Epistolam recte Baronius ad hanc Synodum revocat, licet Othlonus lib. 2. cap. 7. eam memoret post aliam Epistolam anno DCCXLVIII. scriptam. Is enim Epistolas a Bonifacio vel ad eumdem datas ordine Chronologico non disposuit, & ipsemet Zacharias testatur, istam a se mitti, postquam in Provincia eorum, quibus scribit, celebrata est Synodus, in qua Bonifacii commonitionibus obediere, & a se Sacerdotes expulerunt, *falsos & Scvismaticos, & homicidas & fornicarios*, ubi de hac Synodo Germanica eum verba facere, ostendunt ejusdem Concilii Canones apud Baronium n. 22. Ad hoc Concilium referenda etiam Epistola CV. inter Bonifacianas, *Cuthberto* Dorovernensi Archiepiscopo a Bonifacio data, in qua huic significat res in eo salubriter constituras. Baronius quidem eam recitat anno DCCXL. n. 3. & seqq. quia tunc aliud Concilium Germanicum a Bonifacio indictum fuisse credidit. Verum collatio inter res in hac Synodo gestas, easque quas memorat Bonifacius in ea ad Cuthbertum Epistola, demonstrat, Bonifacium alia *Cuthberto* non nunciare, quam quæ in hac Synodo decreta sunt.

ANNO CHRISTI 743.

CONCILIUM [b] LIPTINENSE,

ANNO CHRISTI 743.

IN QUO APPROBANTUR SUPERIORIS

Synodi Germanicæ decreta, novaque sanciuntur, [c] sub Carlomanno majore domus regiæ celebratum Kalendis Martiis anni DCCXLIII.

TITULI CANONUM. E CANONES.

I. *De prioris synodi canonibus communi consensu receptis & approbatis.*
II. *De pecunia ecclesiastica sub precario & censu in subsidium exercitus præstanda.*
III. *De incestis matrimoniis, & ut mancipia Christiana paganis non tradantur.*
IV. *Ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, quindecim solidis multetur.*

I.

[a] MOdo autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias, in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei, & comites, & præfecti, prioris synodi decreta consentientes firmaverunt, seque ea implere velle & observare promiserunt. Et omnis ecclesiastici ordinis cle-

ANNO CHRISTI 743

clerus, episcopi, & presbyteri, & diaconi, cum reliquis clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle ecclesiastica jura moribus, & doctrinis, & ministerio recuperare. Abbates vero & monachi receperunt regulam sancti patris Benedicti, ad restaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores autem & adulteros, qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, præcepimus inde tollere, & ad pœnitentiam redigere. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint, prioris synodi judicium sustineant. Similiter & monachi & nonnæ.

II.

Statuimus quoque, cum consilio servorum Dei & populi Christiani, propter imminentia bella, & persecutiones cæterarum gentium, quæ in circuitu nostro sunt, ut sub precario & censu aliquam partem ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitus nostri, cum indulgentia Dei, aliquanto tempore retineamus, ea conditione ut annis singulis de unaquaque [d] casata solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel monasterium reddantur: eo modo ut si moriarus ille cui pecunia commodata fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita sit. Et iterum, si necessitas cogat, aut princeps jubeat, [e] precarium renovetur, & rescribatur novum. Et omnino observetur, ut ecclesiæ vel monasteria penuriam paupertatemque non patiantur, quorum pecunia in precario præstita sit: & si paupertas cogat, ecclesiæ vel domui Dei integra reddatur possessio.

III.

Similiter præcipimus, ut juxta canonum decreta, adulteria & incesta matrimonia, quæ non sunt legitima, prohibeantur & emendentur episcoporum judicio. Et ut mancipia Christiana paganis non tradantur.

IV.

Decrevimus quoque, quod & pater meus ante præcipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur xv. solidis.

☞ CANONES ADDITI.

Extat in Fuldens. Carnot. epist. 33. ad Leutheric. archiep. Senon. Ex Mansi Suppl. pag. 519.

Invenitur statutum in concilio Liptinensi cap. 7. sub Zacharia papa, sub principe Carlomagno hoc modo.

Si quis filiastrum, aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore, & alteram non accipiat. Simili modo & mulier alterum non accipiat.

Item in eodem.

Nullus proprium filium, vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec matrem ducat uxorem, nec illam cujus filium, vel filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Ejusdem Liptinensis synodi mentionem habes in epistola 37. Hincmari archiepiscopi Remensis ad Rodulfum Bituricensem & Frotherium Burdigalensem archiepiscopos his verbis: *Et in synodo apud Liptinas habita cui sub Carolomanno principe Georgius episcopus & Joannes sacellarius ac S. Bonifacius, ex præcepto Zachariæ papæ præsederunt, legitur:* Ut si vir mulieri desponsatæ, dotatæ, ac publicis nuptiis ductæ secundum apostolum debitum conjugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confessione, aut certa qualibet approbatione fuerit manifestum, ut separentur: & mulier, si cõtinere nequiverit, alteri viro legaliter nubat. *Videlicet, quia secundum diffinitionem S. Leonis papæ*, &c. Ejusdem quoque Georgii episcopi apostolicæ sedis legati meminerunt Hincmarus idem aliique præsules qui anno 858. ex Carisiacensi synodo prolixam scripserunt epistolam ad Ludovicum Germaniæ regem cum ad occupandum Caroli fratris sui regnum seditiosorum impulsu venisset: *Quod cognoscens filius ejus* (Caroli Martelli) *Pippinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio legatus apostolorum sedis Georgius nomine. Num & synodum ipsam habemus, & quantumcumque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res ecclesiæ, a quibus ablatæ erant, restituere*, &c. Sunt quoque qui ad hanc synodum Liptinensem respexisse velint Lupum Ferrariensem abbatem in epist. 81. quam ex parte Guenilonis arch. Senonensis & Gerardi comitis scripsit ad Amulum præsidem Lugdunensem cum sit: *Nam Pippinus, a quo per maximum Karolum & religiosissimum Ludovicum imperatores ducit rex noster originem, expetita necessitate hujus regni Zachariæ Romano papæ in synodo, cui martyr Bonifacius interfuit, ejus accepit consensum, ut acerbitati temporis indulsisset sibi probatissimorum decedentibus episcopis mederetur, ne forte simplicitate pontificum posset contingere*, &c. Pippinus certe quæ a fratre Carlomanno per consilium sacerdotum, & optimatum in synodo Germanica decreta & Liptinis postea unanimi consensu confirmata fuerant, in alteram quoque sibi commissam regni Francici partem transtulit, consultoque prius ea de re Zacharia pontifice, ac per consilium sacerdotum & optimatum, constituit super electos a se episcopos Abelem Remorum & Ardobertum sive Artbertum Senonum archiepiscopos, ut docet tertius illius synodi Suessionicæ canon.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Sub Carlomanno.*) Duo, ut res docet, sub Carlomanno concilia fuerunt, unum in Germania, cujus locus non proditur, celebratum anno Christi DCCXLII. alterum anno sequenti apud Liptinas in Gallia, in quo superioris quoque concilii canones relecti & approbati sunt. Quinam ad Germanicam synodum episcopi convenerint, præfatio declarat: in Liptinensi qui adfuerint, non est proditum. Præfuisse utrique Bonifacium, sedis apostolicæ vicarium, compertum est.

2 *Modo autem in hac synodo.*) Hæc proprie spectant ad synodum apud Liptinas habitam; quod nomen olim palatii & villæ regiæ fuit in pago Cameracensi, ut ab aliis jam observatum. Leptinos scriptum est apud Aimoinum, qui situm loci aperte confirmat, lib 3. cap. 25. Caroli Calvi reditum describens a Procaspide super Mosam, ubi regnum Lotharii cum Ludovico fratre diviserat: *Ludovicus*, inquit, *Aquisgranum rediit, Carolus * Leptinos uxorem suam sibi obviam venire jussit. Inde per monasterium sancti Quintini ad Stivacum, & inde per Carisiacum Compendium venit.*

Nota Severini Binii.

a *Concilium.*) De hac secunda synodo Bonifacii Benedictus Levita in exordio libri quinti capitularium regum Francorum hæc scribit: *Item altera synodus a su-*

pra-

Liptinis Liptinas bent ani Bertinia unde ist. cerpta non ab. moino riacensi ab ejus tinensis anonym monach German Pratens

ANNO CHRISTI 743.

præscriptis episcopis ac principe auctoritate apostolica ad Kalendas Martias ad Liptinas habita. Ex qua hæc in capitularia infert.

Modo in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias, in loco qui dicitur Liptinas: &c. ut supra.

Hac eadem synodo a sancto Bonifacio damnatos fuisse duos impostores hæreticos sceleratissimos, Adalbertum natione Gallum, & Clementem Scotum, ex vita sancti Bonifacii affirmat Baronius, atque idem illud epistola Zachariæ ad Bonifacium hoc tempore scripta confirmat. Verum Othlonus in vita sancti Bonifacii, quam habet Serarius lib. 3. historiæ Moguntinæ cap. 44. horum coercitionem loco allegato ita describit, quasi eadem in synodo contigisset illa sequente, qua sanctus Bonifacius in throno archiepiscopali Moguntino collocatus fuit. Mirum est quod de hac disputatione notat Serarius, & ex quodam Hagiologo refert his verbis: *Revicit sanctus Bonifacius disputando Aldebertum: nam is pene reduxerat Carolum. Porro ab eo conflictu debortati fuerant Bonifacium sui clerici, Lullus, Megingausus, Sturmio, & alii. At ille respondebat: Major est qui in nobis regnat, quam diabolus qui illum possidet. Victus phantasia, & carcere Fuldensis monasterii reclusus diu vexabatur.* At nescio, inquiens Serarius subjungit, quo postea modo elapsus est, & novas rursum cum Clemente, ac tertio quodam Godalschalcho concitare turbas cœpit, adeo ut novum contra hydras istas prælium iterandum fuerit, prout indicat Zacharias pontifex in epistola quæ incipit *Sacris liminibus*, ad Bonifacium. *Decretum præterea hic fuit*, inquit Baronius allegato loco, *ut pro tribus metropolitanis episcopis, Trevirensi & duobus aliis, pallia peterentur ab ipso Romano pontifice*: idque probat ex epistola Zachariæ nona, *Legimus*, quam Zacharias papa rescripsit ad Bonifacium, qua indicatur quod horum gratia ipsi Francorum principes cum sancto Bonifacio ad Zachariam literas miserunt. Huic concilio interfuisse videntur præter alios tres, metropolitani hi, * Germo, Abel, Arbertus, sive Hartbertus: quia his pallia petita esse patet ex epistola Zachariæ nona & decima, quarum illa incipit *Legimus*; hæc *Suscipientes*. De confirmatione hujus concilii vide quæ habet Baronius anno 742. num. 16.

b *Liptinense*.) De loco hujus concilii hæc Serarius lib. 3. historiæ Moguntinæ notatione 31. *Secunda vero synodi locus in Benedicto Levita dicitur ad Leptinat: a Baronio Leptinensis synodus, & quidem in Germania, prout ejus habet margo in anno* DCCXLIII. *& a Magdeburgicis centuriatoribus, centuria* 8. *cap.* 9. *Liftiensis: sed cum Lepte ac Leptis e Ptolomæo ac Plinio nota mihi sit, hæ tamen in Germania Liptinæ ac Liftinæ ignotæ: ivi mente aliquando Lippiam, aliquando in Livoniam, quæ vulgo* Leiffiandt, *& quia, Regimone teste, fuit ad Valentinianas, anno* DCCLXXI. *synodus, suspicatus fortasse etiam sancti Bonifacii tempore aliquam fuisse quæ ad Veltinas diceretur, cum & hodie Valentinus vulgo* Veltin *dicatur. Sed cum inanes viderentur cogitationes, magistros consului plures, tam mutos quam loquentes. Ex his, quod præ aliis allubesceret, responsum dedit Joannes Hammerus societatis nostræ collegii Hildesheimensis exrector, in hæc verba: De nomine arbitror Liftinas vel Lipbtinas numero multitudinis, vel etiam Lipbtinam aut Liftinam dici, unde alii abjecta aspiratione fecerint Liptinas. Cur vero Baronius aliquoties Leptinas vel Leptinense nominet concilium, secundamque vocalem pro tertia usurpet, non video, nisi forsan affinitas, quam nomen hoc cum Græcis nonnullis vocibus habere videtur, ei persuaserit: ut n in e Latinum putaverit mutandum. At meo judicio barbarum hoc nomen est, quod diversi scriptores nunc Lipbtinas nunc Liptinas appellando juxta patriam quisque dialectum diversimode scripserint, cujusmodi varietas in nominibus propriis aut literarum aliqua immutatio non raro nec difficulter contingit, & apud auctores frequens est.*

De loco vero suspicor Lipbtinam seu Liptinam esse regiam quamdam sedem in Gallia Belgica non longe a Valentinianis aut Aquisgrano sitam, quam Baronius ex Surio, & Surius ex Eginharte, seu Eginbartus ipse vocat Liftinam, tom. 9. *Baronii anno* 827. *ibi namque commemorat Eginbartus miraculum apud reliquias sanctorum martyrum Petri & Marcellini Valentianis contigisse in juvene quodam de villa regis, quæ Liftina vocatur. Suspicor Egbinbartum scripsisse Liftinas, & Surium legisse Liftinas, nisi error typographo apud Surium imputetur. Unde etiam Baronius transcripserit pro Liftinas Liftinat, facilis fuit error, pro fi ponere aut legere ft. Nec verisimile est a Ludovico vel Carolo villam hanc regis primum ædificatam, sed patius a prioribus regibus, & inter hos a Carlomanno inhabitatam. Constat præterea imperatores hosce in ejusmodi villis regiis frequenter synodos cogere consuevisse, & maxime in Aquisgranensi ditione, eo quod suos comites, præfectos, & similes interdum advocarent ad concilia, ut ex hoc ipso Liftinensi patet; vel ut simul de aliis politicis tractarent, vel certo ut scirent quænam ipsis exequenda forent conciliorum decreta. In anonyma vero Caroli magni vita, super fluvium Adarna locus est, qui dicitur Libeß.* Post hæc in Moguntina historia edita emendans quæ de loco prius senserat, in notis epistolæ Bonifacii ait: *Recte in Iliad. a Eustathio: Ὀνήσιμος γνώσις μήτηρ ἡ ζητητικὴ ἱστορία. Quærendo & interrogando fit homo semper doctior. Ergo postea quam de Liftinis diu multumque, ut lib.* 3. *Moguntinæ historiæ notatione* 31. *inquisivi, ecce tibi Antuerpia vir doctissimus & antiquitatis egregie gnarus R. D. Aubertus Miræus, qui digito pene illas monstravit, dum illinc ad me sic*: Fulcuinus abbas Lobiensis in monasterii sui chronico, cujus fragmentum apud me est, manuscripto testatur eas olim sitas fuisse apud Lobiense seu Laubiense celeberrimum hodieque Benedictinorum in diœcesi Cameracensi monasterium, quod quidem tertio fere lapide distat a Bincejo Hannoniæ oppido.

c *Modo autem*.) Liptinensis concilii occasio refertur in Gratiano 16. qu. 1. post c. *Quia juxta*, ubi de Caroli Martelli anima damnato narrare sancto Bonifacio inducitur sanctus Eucherius Aurelianensis episcopus. Sed eam narrationem improbat reverendissimus Baronius anno 741. De anima Caroli Martelli damnata

d *Casata*.) Scribitur quoque cassata. Suspicor, aut in constitutione Caroli magni Amerbachius (velut hic casatam) esse Germanicum, ersi a Latino deflexum, *gesat*, aut rectius *lesat*, id est *fatum*. Sicque dum ait Carolus de casatis hoc aut illud dandum, intelligeretur census quidam arvalis, seu ex arvis vel agris. Subindicat idem tamen Amerbachius fortassis a casa, id est domo, dictum, ut sit quod hodie *Hauzinz*, *Rauchgelt*, *Herdschilling*.

e *Precarium*.) Precarium pecunia est quæ alicui ad ejus preces seu precario datur mutua, quoadusque voluerit qui dederit, lege prima, digestis de precario. Ludovicus Molina de contractibus 2. disputatione 294. & 298. Precarium quid.

f *Pater meus*.) Carolus Martellus. Hæc Serarius in notis epistolarum, & vita sancti Bonifacii.

Adnotatio P. Antonii Pagi

ad annum Ch. 743. *n.* 12. *&* 13.

Præter Canones Liptinenses in vulgatis editionibus memoratos alius mentionem facit Hincmarus in Epistola XXXVII. ad Rodulfum & Frotarium Aquitaniæ Metropolitanos cap. 5. his verbis: *In Synodo apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno Principe Georgius Episcopus & Joannes Sacellarius ac sanctus Bonifacius ex præcepto Zachariæ Papæ præsederunt, legitur ut si vir mulieri desponsata dotata, ac publicis nuptiis ducta secundum Apostolum debitum conjugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confessione, aut certa qualibet adprobatione fuerit manifestum, ut separentur, & mulier, si continere noquiverit, alteri viro legaliter nubat.* Quæ narratio confirmatur ex his, quæ Episcopi anno DCCCLVIII. in Concilio Carisiacensi congregati scripsere ad Ludovicum Germaniæ Regem in capitulis Caroli Calvi tit. 27. cap. 7. ubi legitur, Georgium Legatum Apostolicæ Sedis Synodo Liptinensi præfuisse cum Sancto Bonifacio. Et quoniam in Epistola illa scriptum est Synodum Liptinensem *Pippini* jussu habitam tempore belli Aquitanici adversus *Vuaifarium* gesti, eique præfuisse *Georgium*, qui anno tantum DCCLVI. in Franciam a Stephano II. Papa missus, & quia Decretum *de Nonis & Decimis* paulo aliter in ea expressum habetur, quam in Canonibus Synodi Liptinensis, non defuere qui crederent duas fuisse Synodos Liptinenses, unam sub Carolomanno Principe, aliam sub Pippino Rege, istam vero superioris Decretum de pecunia Ecclesiastica sub precario præstanda, exposuisse interpretatione sua ac plenius expressisse.

Verum secundam hanc Liptinensem Synodum fictitiam esse penes me certum. Canon quidem ab Hincmaro citato relatus in vulgatis Liptinensis Synodi editionibus non legitur, sed ex Hincmari verbis apparet Concilium Liptinense a quo Canon ille conditus, idem esse ac Liptinense præsidente Carolomanno hoc anno habitum; *In Synodo*, inquit Hincmarus, *apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno Principe Georgius Episcopus & Joannes Sacellarius ac sanctus Bonifacius ex præcepto Zachariæ Papæ præsederunt*. Neque mirum, si Canon aliquis in Concilio Liptinensi desideretur; cum in variis editionibus desint aliqui Canones in Conciliis in iisdem recitatis editi, aliique verbis inter se discrepantibus in iisdem describantur. Epistola Episcoporum *Carisiaci* coactorum duas Synodos Liptinenses fuisse non evincit; cum asserant, *Georgium* & *Bonifacium* Concilio Liptinensi, de quo loquuntur, præfuisse: quod nonnisi de Liptinepsi hoc anno celebrato intelligi pos-

ANNO CHRISTI 743.

sit. Quod si in eadem Epistola *Pippinus* dicatur Rex, & asseratur, Concilium Liptinense sub eo indictum esse, *Pippinus* ibi per anticipationem Rex appellatur, & de eo sermo habetur, quia Carolomanni frater ac collega erat, de quo solo Ludovicum Germanicum alloquentes verba facere instituerunt, quia ex eo Ludovicus prognatus erat, non vero ex Carolomanno. Ad hæc quomodo *Georgius* ac *Bonifacius* Zachariæ Papæ nomine *Pippino* in Regem uncto Liptinensi Synodo præsidere potuere; cum tunc Zacharias jam mortuus esset, & Georgius ad Pippinum Regem a Stephano Zachariæ Successore non nisi post Sancti Bonifacii mortem missus sit? Episcopi itaque *Carisiaci* congregati hoc solum intendunt, statuta in Synodo Liptinensi in Ecclesiarum favorem *Pippino* vivente, seu *Carolo Martello* jam mortuo executioni mandata non fuisse, quia postquam *Pippinus* ad solium Regium evectus est, longo & difficili bello adversus *Vvaifarium* suscepto, fere ad mortem usque occupatus bonorum Ecclesiasticorum restitutioni operam dare non potuit. Cæterum frustra quis majorem accurationem ab istis Episcopis desideraret, cum in tanta ignorantia versentur, ut fabulam de damnatione *Caroli Martelli*, a *Sancto Eucherio* post mortem in inferno visi, tamquam rem omnibus notam proponant.

Altera Observatio Philippi Labbe, S. J.

In antiquissima collectione canonum cod. MS. Palat. 542. * post concilium ad Liftinas habitum a Carlomanno duce, quod Sirmondus ex Ansegisi capitulari edidit Tom. I. conc. Gall. pag. 537. & ex Sirmondo collector regius, subjungitur teste Luca Holstenio V. C. abrenunciatio diaboli operumque ejus lingua Theotisca veteri, cum indiculo superstitionum paganicarum, a quibus populum episcoporum sollicitudine revocandum concilium illud statuit part. 1. can. 5. Indiculum proxime sequitur gemina allocutio ad plebem de incestis matrimoniis fugiendis, quæ idem concilium part. 2. can. 3. ab episcopis prohiberi præcepit. Itaque hæc ad concilii illius acta pertinere dubium non videtur.

* lege 577.

I. [1] *Abrenunciatio diaboli operumque ejus & superstitionum.*

FOrsachistu diobolæ? *Et respons.* Ec forsacho diobolæ. End alium diobol gelde? *Resp.* End ei forsacho allum diobol gelde. End allum dioboles vuercum? *Resp.* End ec forsacho allum dioboles vuercum, und vuordum thuna eren devuoden ende saxnote, ende albem them unholdum, the hira genotas sint. Gelobistu in got almehtigan fadaer? *Resp.* Ec gelobo in got almehtigan fadaer. Gelobistu in crist godes suno? *Resp.* Ec gelobo in Crist godes suno. Gelobistu in halogan gast? *Resp.* Ec gelobo in halogan gast.

II. [2] *Indiculus superstitionum & paganiarum.*

De sacrilegio ad sepulchra mortuorum.
De sacrilegio super defunctos. I. dadsisas.
De * spurcalibus in Februario.
De casulis, id est, fanis.
De sacrilegiis per ecclesias.
De sacris sylvarum, quæ Nimidas vocant.
De his quæ faciunt super petras.
De sacris Mercurii vel Jovis.
De sacrificio quod alicui sanctorum.
De filacteriis & ligaturis.
De fontibus sacrificiorum.
De incantationibus.

* Forte, *Lupercalibus*. Hard.

De auguriis, vel avium, vel equorum, vel boum stercorib. vel sternutationes.
De divinis vel sortilegis.
De igne fricato de ligno, id est Nodfyr.
De cerebro animalium.
De observatione pagana (*a*) in foco vel in inchoatione rei alicujus.
De incertis locis quæ colunt pro sanctis.
De petendo quod boni vocant sanctæ Mariæ.
De feriis quæ faciunt Jovi vel Mercurio.
De lunæ defectione, quod dicunt vinceluna.
De tempestatibus, & cornibus, & cocleis.
De sulcis circa villas.
De pagano cursu, quem Yrias nominant scissis pannis vel calceis.
De eo quod sibi sanctos fingunt quoslibet mortuos:
De simulacro de consparsa farina.
De simulacris de pannis factis.
De simulacro quod per campos portant.
De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.
De eo quod credunt quia feminæ lunam commendent, quod possint corda hominum tollere juxta paganos.

III. *Allocutio sacerdotum de conjugiis inlicitis ad plebem.*

Fili hominis speculatorem posui te in populo meo: audiens ergo ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me, non ex te. Si me dicente ad impium: Impie morte morieris; non fueris locutus ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Si autem adnunciaveris impio, & ille non fuerit conversus ab impietate sua & via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur; tu autem animam tuam lucri fecisti. Sed & si conversus justus a justitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, ipse morietur; quia non adnunciasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria justitiæ ejus quas fecit, sanguinem vero ejus de manu tua requiram. Si autem tu adnunciaveris justo, ut non peccet justus, & ille non peccaverit, vivens vivet, quia adnunciasti ei, & tu animam tuam liberasti. Ezech. 3.

Videte filii charissimi quale nobis incumbit periculum, si tacemus. Absit, absit, ut nostrum silentium vestrum fiat exitium, si vos amamus, prodere debemus quod lædit, ne veniat quod occidit. Ergo diligenter advertite voces Dei nostri, quibus vos vetat a conjugiis criminalibus, ut vivatis æternis ejus muneribus. Clamat ecce Deus noster, & humanæ libidinis inlicitam rabiem prævidens contestatur, ne quis polluatur cum matre, non cum noverca, non cum sorore ex patre nata, non cum sorore ex matre nata; sive intus, sive foris nata sit. Non cum filia filiæ, non cum nepte ex filia nata, non cum filia novercæ, non cum sorore patris, non cum sorore matris. Non cum uxore patrui, non cum

1 Vide Dieterici von Stade specimen Otfridi p. 16. ubi hanc abrenunciationem exhibet cum versione & notis: nec non Jo. Georgii Eccardi Catechesin Theotiscum p. 77. seq. & 47. Hermannum Adolphum Meinders de Statu Relig. & reip. sub Carolo M. & Ludovico Pio. Lemgov. 1711. 4. pag. 142. *Fabr. Bibl. Græc. t. XI. p. 479.*

2 Nonnulla hujus indiculi illustrantur a Jo. Reiskio in disquisitione edita Germanice de igne superstitioso. Francof. 1696. 8. & Casp. Sagittario in Antiquitatibus Ethnicismi, & Christianismi Thuringici, itidem Germanice vulgatis Jen. 1685. 4. lib. 1. cap. 3. Præcipue in laudato Meinderfii Commentario p. 144. seq. quo Capitularia duo Caroli M. de partibus Saxoniæ & indiculum illum erudite explicavit. *Idem ibidem.*

(*a*) Hanc voculam *in foco* adjeci ex fide MS. Cod. Vaticano Palatini, ex quo inserendam illam monuit cl. Auctor *Monumentor. Paderbornensium. Mansi.*

ANNO CHRISTI 743.

cum nuru, non cum uxore fratris. Non cum filia uxoris. Non cum filia filii uxoris tuæ, non cum filia filiæ ejus. Non cum sorore uxoris tuæ; non cum menstruata muliere, non cum uxore proximi, non cum duabus simul mulieribus, sive ancillæ sint, sive liberæ; seu libera & ancilla. Non cum masculo coitu femineo, non cum pecore aliquo: non cum socru tua. Non mulier succumbat jumento; non vir cum filia & matre: Non cum uxore avunculi tui. Dicit etiam de sacerdote futuro: non cum repudiata a marito, non cum scorto, non cum vidua, sed virgine. Ecce charissimi qualem ad vos legationem perferimus, non cujuscumque, qui pretio possit redimi; sed cujus sanguini pro vobis fuso estis obnoxii. Ammonemus sanctitatem vestram, vivite cum conjugibus licitis: vivite continenter. Nemo se ulterius inlicitis maculet. Nemo talibus sociatus ante pœnitentiæ dignum servitium ad tanti Domini corpus accedat: ne non remedium, sed vulnus accipiat. Quia quod indigne sumitur, pœna est, non medela. Charissimi homines sumus pleni squaloribus, & tamen nolumus ab inquinatis membra nostra contingi, & credimus quod unigenitus Dei filius nostrorum criminum sordes in suum corpus libenter excipiat. Fratres, ecce rex noster, qui nos dignos hac legatione credidit, post nos continuo sequitur, paremus ei mundas domus nostras, si eum in ipsis corporibus nostris volumus habitare.

IV. *Alia allocutio.*

Rogamus vos charissimi filii, rogamus vos viscera sanctæ matris ecclesiæ, ut qui soletis leges sæculi formidare, legem Dei nostri audire patienter dignemini. Ille est qui ad vos per linguæ nostræ servitium loquitur. Cujus paulo ante paschalia beneficia celebrastis. Qui unigenito suo inter manus persequentium parcere noluit, ut nos in hereditatem adscriberet filiorum. Si agnovistis quantum nobis munus in passione ejus * præstitum, celerius ipsius audite præceptum. Ne dum jussionibus ejus inobedientes existimus, ingrati beneficiis judicemur. Non est dubium, filii charissimi, esse quosdam, atque utinam paucos, qui de nostra negligentia conquerantur, quare tardius salutis vestræ remedia prædicamus: quorum tamen * justus dolor est, si vel modo voluerint facile percipere medicinam. Nam qui nec tardius curari se patitur, de medici tarditate quid queritur? Immo quanto longior præcessit infirmitas, tanto major succedere debet humilitas. Nam quis ferat ægrotum superbum, qui & incurrisse se causatur in ægritudinem, & non vult recipere sanitatem? Quam multos invenimus, filii charissimi, qui cum turpiter vivant, tamen calumniantur, dicentes, quare tardius Christus advenerit: quare tot millia hominum ante incarnationem suam perire perpessus sit. Horum si querelam recipimus, etiam post tanti munus medici necesse est ægrotemus. Quid accusas homo solem justitiæ quod tardius ortus sit; qui post ortum quoque ejus in tenebris ambulas? An quia frequenter nubes diutius occupant cælum, non debemus gaudere rediisse tranquillum? Quid fluctuaris frater, quid fluctuaris inaniter? Ecce jam licet ad serenitatis quietem reverti, quid iterum scopulosa desideras? Nemo te in tempestate periturum retinere voluit, quia tardius portus occurrit.

Forte, *sit præstitum*. Hard.

Forte, *injustus*. Hard.

V. *De Sabbato.*

Magnificentissimi patres nostri apud Laudiciam Phrygiæ congregati, memores salutis nostræ, multa censuerunt, quæ nos observare convenit. Inter cætera, filii charissimi, de Christianis qui sabbatizare, vel juxta quemdam modum judaizare noscuntur. Quia sub anathemate decreverunt, qui eos imitari noscuntur. Nam & nos vobis de eo insinuare curamus. Qui baptizati & regenerati estis in Christo, ecce facti estis membra Christi. Ammonemus vos, timemus vos, non tantum a paganis, non tantum ab hæreticis, sed etiam a perfidis Judæis, qui vos cupiunt judaizare & otiari in sabbato; ut nomen Christi, quod accepistis, in vobis maculetur. Sed ita agendum est secundum patrum definitionem, qui nobis jubent operari in sabbato; secundum Domini sententiam, qui in evangelio ait: Sabbatum propter hominem factum est; non homo propter sabbatum: itaque Dominus est filius hominis etiam sabbati. Et cum in synagoga observassent eum Judæi, si in sabbato curaret, ut accusarent eum, ait homini habenti manum aridam; Surge in medium, & dicit eis: Licet sabbatis bene facere an male? animam salvam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitatem cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam: & extendit, & restituta est manus illius. Item secundum Lucam evangelistam, erat Jesus docens in synagoga eorum sabbatis, & curavit ibi mulierem, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo. Dum ergo indigne ferrent Judæi, ait eis: Hypocritæ, unusquisque vestrum sabbato non solvet bovem suum, aut asinum a præsepi, & ducit adaquare? hanc autem filiam Abrahæ non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati. Etiam pro hoc erubescebant Judæi. Videtis, charissimi nobis, quia Dominus pro hoc sabbatis operabatur, quia nos qui Christiani sumus, secundum literam sabbatum observare non debemus. Christiani enim sabbatum observare ita debemus, abstinere nos a rapinis, a fraudibus, a perjuriis, a blasphemiis, ab inlicitis rebus, a munere accipiendo super innocentes, a jurgiis. Fornicationes enim sic timeamus, sicut mortem; non quæ animam solvit a corpore, sed ubi anima semper ardet cum corpore. Obsecro vos per nomen quod super vos invocatum est; per sacramenta, quæ accepistis, ut eos imitemini, quos in populo Dei bene agere videbitis; ut illius sacramentum maneat in vobis, qui de ligno descendere noluit, sed de sepulchro resurgere dignatus est. Qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu Sancto, in sæcula sæculorum.

Marc. 2.

Luc. 6.

Luc. 13.

DE

ANNO CHRISTI 731.

DE CANONIBUS ET STATUTIS

SYNODI A BONIFACIO JUSSU PONTIFICIS

Romani, & rogatu principum Francorum & Gallorum, celebratæ.

[1] Excerptum ex ejusdem Bonifacii epistola 105. ad Cudbertum archiepiscopum.

Eccl. 25. SCriptum est in libro Salomonis : *Beatus homo qui invenit amicum*. Post alia. Major enim nobis solicitudo ecclesiarum, & cura populorum propter pallia credita & recepta, quam cæteris episcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. Propterea, charissime, non quia vestræ prudentiæ opus sit rusticitatis nostræ statuta audire vel legere, sed propter bonam & humilem & sanctam voluntatem vestram, putamus vos libentius scire velle, quam nescire, quæ hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt vobis emendanda & corrigenda destinamus.

Decrevimus autem in nostro synodali conventu, & confessi sumus fidem catholicam, & unitatem, & subjectionem Romanæ ecclesiæ, fine tenus vitæ nostræ velle servare sancto Petro, & vicario ejus velle subjici, synodum per omnes annos congregare, metropolitanos pallia ab illa sede quærere, & per omnia præcepta Petri canonice sequi desiderare, ut inter oves sibi commendatas numeremur. Et isti confessioni universi consensimus, & subscripsimus, & ad corpus S. Petri principis apostolorum direximus, quod gratulando clerus & pontifex Romanus suscepit.

Statuimus ut per annos singulos canonum decreta, & ecclesiæ jura, & norma regularis vitæ in synodo legantur & recuperentur.

Decrevimus, ut metropolitanus, qui sit pallio sublimatus, hortetur cæteros, & admoneat, & investiget quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens servus Dei.

Venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ne accipitres & falcones habeant, prohibuimus.

Statuimus ut per annos singulos unusquisque presbyter episcopo suo in quadragesima rationem ministerii sui reddat, sive de fide catholica, sive de baptismo, sive de omni ordine ministerii sui.

Statuimus ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam circumeat, populum confirmare, & plebem docere, & investigare, & prohibere paganas observationes, vel omnes spurcitias Gentilium.

Interdiximus servis Dei, ne pompato habitu, vel sagis, vel armis utantur.

Statuimus quod proprium sit metropolitano, juxta canonum statuta, subjectorum sibi episcoporum investigare mores, & solicitudinem circa populos, quales sint. Et moneat, ut episcopi a synodo venientes, in propria parochia cum presbyteris & abbatibus conventus habentes, præcepta synodi servare insinuando præcipiant: & unusquisque episcopus, si quid in sua diœcesi corrigere vel emendare nequiverit, ibidem in synodo coram archiepiscopo, & palam omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo quo Romana ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit, ut si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse viderim, & corrigere non potuerim, fideliter semper sedi apostolicæ & vicario sancti Petri ad emendandum indicaverim. Sic enim, ni fallor, omnes episcopi debent metropolitano, & ipse Romano pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere : & sic alieni fient a sanguine animarum perditarum.

EPISTOLA ZACHARIÆ PAPÆ

AD FRANCOS ET GALLOS.

Laudat illos ob ea quæ in synodo recte fuerant constituta, hortaturque ut Bonifacii monitis obtemperare pergant.

Zacharias papa universis episcopis, presbyteris, diaconibus, abbatibus, cunctis etiam ducibus, comitibus, omnibusque Deum timentibus, per Gallias & Francorum provincias constitutis.

REferente nobis Bonifacio reverentissimo atque sanctissimo fratre nostro episcopo, quod dum synodus aggregata esset in provincia vestra, juxta nostram commonitionem, mediantibus filiis nostris Pippino & Carlomanno principibus vestris, peragente etiam vice nostram præfato Bonifacio, Dominus inclinasset corda vestra cum principibus vestris in prædicationem ejus, ut omnibus commonitionibus obediretis, & falsos, & schismaticos, & homicidas, & fornicarios a vobis expelleretis sacerdotes ; omnipotenti Deo nostro gratias egimus, & pro vobis incessanter sumus orantes, ut qui cœpit in vobis opus bonum perficiat usque in finem. Obsecro enim vos omnes coram Deo, ut ejus commonitionibus firmiter obediatis. Ipsum enim vice nostra in partibus illis ad prædicandum constitutum habemus, ut vos Deo propitio ad viam perducat rectitudinis, & a cunctis facinoribus salvi esse possitis. Habuistis enim peccatis facientibus nuncusque falsos & erroneos sacerdotes, unde & cunctæ paganæ gentes vobis pugnantibus prævalebant, quia non erat differentia inter laicos & sacerdotes, quibus pugnare licitum non est. Qualis enim victoria dari potest, ubi sacerdotes una hora dominica pertractant mysteria, & Christianis corpus dominicum porrigunt pro suarum animarum redemptione, & * postea Christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut paganos, quibus Christum prædicare, propriis sacrilegisque manibus necant ? & fit secundum Domini verbum : *Vos estis sal terræ ; quod si sal evanuerit, in quo condietur ? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, &* con-

Capitular. lib. 5. cap. 1.

Edit. Rom. propter

Matth. 5.

[1] Hæc Bonifacii, & sequens Zachariæ Epistolæ ad Concilium Germanicum anni 742. referendæ sunt.

conculcetur ab hominibus. Et dum hæc ita sint, & tales in vobis fuerint sacerdotes, quomodo victores contra inimicos vestros esse poteritis? Nam si mundos & castos ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis sacerdotes, ut sacri præcipiunt canones, & nostra vice prædicat præfatus Bonifacius frater noster, & ei in omnibus obedientes extiteritis, nulla gens ante vestrum conspectum poterit stare, sed corruent ante faciem vestram omnes paganæ gentes, & eritis victores; insuper & bene agentes vitam æternam possidebitis. Vos autem, fratres chariſſimi, qui estis veri sacerdotes, vel sub regulari disciplina constituti, sic vosmetipsos exhibete, ut certe ministros Dei, & dispensatores mysteriorum Dei, ut non vituperetur ministerium nostrum, ne fiat in vobis, sicut scriptum est: *Erit sicut populus sic sacerdos*, & si hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus, aut qualis a Deo expectatur retributio? Sed sic vos corrigite ut veri sacerdotes, & tales ad sacerdotium perducite, ut & vobis & illis testimonium maneat bonum ab his qui foris sunt: quatenus ab hominibus vobis acquiratis laudem, & Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini: eo quod per vos ad Christi rectam fidem perducti multi sunt, innoxios habentes sacerdotes. Ad synodum namque omni anno convenite ad pertractandum de unitate ecclesiæ, ut si quid adversi acciderit, radicitus amputetur, Dei & ecclesia maneat inconcussa. Bene valete.

ANNO CHRISTI 743. — ANNO CHRISTI 743. — Isai. 24.

☞ AD CONCILIUM ROMANUM ZACHARIÆ

JOANNIS DOMINICI MANSI

PRÆMONITIO.

Romanum istud sub Zacharia Concilium diu antehac erutum ex Codice Vaticano, ac pervulgatum erat; sed ex mendoso archetypo mendosissime. Medicam manum morbo huic tulit Baronius; at supererant aliqua quæ sanarentur. Nactus sum Lucensem MS. Codicem signatum 125. *paulo integriorem. Ad quem recensitum hic suo loco infero. Nec prætereo titulos quosdam a Vaticano non signatos, quamquam nec omnes exhibet Lucensis meus. Cum vero subscriptiones Episcoporum variare plurimum inter se Vaticanum & Lucensem Codices animadverterim, nec de Lucensis sinceritate plene fiderim; hinc optimum factu censui, si utrumque regione inter se positos collocarem, ex quo fieret ut lectores facilius judicium de lectionis veritate ferrent.*

CONCILIUM ROMANUM I.

CONGREGATUM A ZACHARIA PAPA

Anno Domini DCCXLIII. indictione XII. Anno tertio Artabasdi & Luitprandi Regis XXXII.

ZAcharias sanctissimus ac ter beatissimus Episcopus sedis Apostolicæ, cum omnibus Episcopis presbyteris & Diaconibus, Domino volente & auxiliante, ita decreverunt, qualiter singulis capitulis nunc subter declaratur.

CAPITULA.

I.

UT Episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne ab antiquo hostis fraude decipiantur: *ut*, juxta apostolicam vocem, *non vituperetur ministerium nostrum*, quia scriptum est: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Cavere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Deum levare manus; scriptum est enim: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus.*

1. Cor. 6. — 1. Cor. 3. — Levit. 2.

II.

Ut presbyteri, vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habitare, nisi forsitan matrem suam, aut proximitatem generationis sibi habentes, quæ suspiciones effugiant, sicut in synodo Nicæna continetur. Si quis vero præsumpserit præter statuta agere, sacerdotii sui privetur honore.

III.

Ut episcopi, presbyteri & diaconi sæculari indumento minime utantur, nisi ut condecet, tunica sacerdotali; sed nec dum ambulaverit in civitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumat ambulare, præter si in itinere longo ambulaverit. Quia sicut *mulier orans in ecclesia non velato capite deturpat caput suum*, juxta apostoli vocem; ita sacerdos sine operimento deturpat suum sacerdotium. Nam si temere præsumpserit contra statuta agere, communione privetur, donec quæ statuta sunt adimplere maturet.

1. Cor. 11.

IV.

Ut juxta sanctorum patrum, & canonum statuta, omnes Episcopi, qui hujus

Dist. 93. juxta Sanctor.

ANNO CHRISTI 743.

jus apostolicæ sedis ordinationi subjacebunt, qui propinqui sunt, annue Idibus Maji sanctorum principum apostolorum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione sepositа. Qui vero de longinquo, juxta chirographum suum impleant. Nam qui hujus constitutionis contemptor extiterit, præter si ægritudine valida fuerit detentus, sciat se canonibus subjacere.

V.

Vid. Concil. Gregorii II.

Ut presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam spiritualem commatrem, nullus sibi præsumat nefario conjugio copulare. Nam qui hujusmodi opus peretraverit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum, & Dei judicio condemnatum, atque a sacro Corpore & Sanguine Domini nostri Jesu Christi alienum. Statuentes apostolica censura, ut quicumque sacerdotum eos communicare præsumpserit, eorum consortio condemnatus sacerdotii sui honore privetur: Si autem his qui conjuncti sunt admoniti declinaverint, & ab alterutro fuerint divisi, pœnitentiæ submittantur, ut sacerdos loci providerit.

VI.

Ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, nullus præsumat in conjugio copulare, quia scriptum est in lege Domini: *turpitudinem uxoris patris, uxoris fratris, atque sororis tuæ non revelabis: turpitudo enim tua est.* Et si Deus Hebraico populo ante incarnationem unigeniti Filii sui hæc servanda mandavit; quanto amplius nos qui Christianæ veritatis documenta tenemus, ab illicitis connubiis observare debemus, ne demersi in voragine, ignis æterni concrememur incendio? Si quis vero in hoc nefario conjugio convenerit, & in eo permanserit, sciat, se auctoritate apostolica anathematis vinculo esse innodatum. Et nullus sacerdos illis tribuat communionem, ut in superiori capitulo continetur. Etsi inclinatus divisusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ subdatur, ut sacerdos consideraverit.

Levit. 18. Vide Synodum Eugenii II. & Leonis IV. Can 38. Ivo part. 9. Cap. 21.

VII.

Ut virginem, aut viduam nisi desponsatam habuerit nullus audeat furare in uxorem.

Concil. Gregorii II.

Si quis temerario ausu præsumpserit virginem, aut viduam furari in uxorem, præter si desponsatam habuerit, anathema.

VIII.

Ut nullus clericus, aut monachus comam laxare præsumat.

Si quis clericus aut monachus comam laxare præsumpserit, anathema sit. Ibidem.

ANNO CHRISTI 743.

IX.

Nemo Kal. Jani & broma colere præsumat.

Ut nullus Kalendas Januarias, & broma ritu Paganorum colere præsumpserit, aut mensas cum dapibus in domibus præparare, ut per vicos, & plateas cantationes & choros ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo: anathema sit. 26. quæst. 7. Si quis Kalendas.

X.

Ut Christianus filiam suam in conjugio Judæo nullo modo audeat copulare, ne secta illius coinquinata pereat in æternum.

Si quis Christianus filiam suam Judæo in conjugio copulare præsumpserit, nisi perfecte crediderit Christo, & baptizatus fuerit; vel servum aut ancillam eidem Judæo Christianus venumdare præsumpserit, & si vidua Christiana Judæum duxerit virum, vel consentientibus ei, anathema sit. Vide Synodum VII. cap. 26.

XI.

Ut ordinationes presbyterorum ab Episcopis nonnisi in certis temporibus fiant.

In multis conciliis hoc statutum est, etiam & nunc confirmatum a vestra prudentia, sanctissimi fratres, ut primi, quarti, septimi, & decimi mensis horum sacerdotum debeant fieri ordinationes. Aliqui enim ex nostris per incuriam, ignorantes canonum seriem, illicitam fecerunt ordinationem. Sed dum nostris insonuisset auribus, canonicam susceperunt disciplinam, pro quo omnibus apostolica auctoritate interdico. At qui norunt canonum seriem, observent, & qui nesciunt, meditentur, ne dum fuerint lapsi, canonicæ succumbant sententiæ. Sed & hoc interdicimus, ut nullus Episcoporum audeat, juxta sanctorum canonum statuta quemlibet clericum bigamum, aut qui viduam duxerit uxorem, ad sacros ordines promovere, aut alterius civitatis clericum sine dimissoriis sui Episcopi susceperit vel ordinaverit, neque eum usurpet nisi Episcopus ejus precibus exoratus concedere voluerit, quia hoc sancti patres statue- Initium est canonis 44 Concilii Carthag. III.

tuerunt. Si quis vero præsumpserit canonicas damnietas (*sic*) sentiat.

ANNO CHRISTI 743.

XII.

De presbyteris, diaconibus seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actoribus interpellationem facere, nisi suo Episcopo. Et si forsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat, juxta canonum statuta: & si minime convenerit ut decidatur inter eos intentio, apud apostolicam veniat sedem. Si quis vero præter statuta agere præsumpserit, gradus sui honore privetur aut ab ecclesia pellatur, dum usque causa susceperit finem.

XIII.

De consecr. dist. 1. Cap. Nullus.

Ut nullus Episcopus, presbyter, aut diaconus ad celebrandum Missarum solemnia præsumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere, (quoniam & apostolus prohibet viros velatos capite orare in ecclesia) & si temere præsumpserit communione privetur.

XIV.

Ut episcopus, aut presbyter, dum ingressus fuerit ad Missarum solemnia celebranda, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio episcopo aut presbytero suppleantur Missarum solemnia: Sed qui initium ponit, suppleat usque in finem: quia scriptum est: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*: Si quis vero præsumpserit, præter quod exposuimus, agere, a sacro Corpore, & Sanguine Domini nostri Jesu Christi sit suspensus.

Matth. 10.

XV.

Scripsimus de gradibus cognationum, vel quomodo debeat quilibet amodo, & deinceps legitimo conjugio copulari. Et quia divina clementia nos congregavit in unum, ut ea quæ necessaria sunt pro salute animarum capitula vobis ea quæ superius scripta sunt, enarrare studui; ad memoriam vobis quippe reducens, quod beatæ memoriæ præcessor noster Gregorius, hujus apostolicæ sedis junior papa, propter aliquas illicitas conjunctiones, quæ fiebant per hanc Italiam, seu Longobardorum provinciam, vel in aliis locis, aggregato sacerdotali collegio promulgata sententia, anathematis vinculo obligavit. Sed dum cerno adhuc populum in eodem errore persistere (quod ingemiscens dico) quoniam Christianorum animæ dum diabolica fraude decipiuntur, timeo ne nos qui rectores animarum vocamur, si earum salutem providere neglexerimus, justo judice pro illis extorqueamur. Sed neque hoc silendum est, quod in Germaniæ partibus ita divulgatum est, quod quidem in archivo nostræ sanctæ ecclesiæ minime reperimus, ipsis tamen asserentibus hominibus de Germaniæ partibus didicimus, quod beatæ recordationis sanctus Gregorius papa, dum eos ad religionem Christianitatis divina gratia illustraret, licentiam illis dedisset in quarta se copulare generatione, quod quidem Christianis licitum non est, dum usque generationem cognoverint, sed dum rudes erant, & invitandi ad fidem, quamquam minime scriptum, ut dictum est reperimus, credere non ambigamus: Deo autem largiente, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, præterito anno literas miserunt archiepiscopi & reges provinciæ illius, petentes apostolica præcepta, qualiter liceat eis conjugia copulare, & quomodo debeant observare. Quibus quantum Dominus dare dignatus est, admonitionis præcepta direximus. Sed neque hoc silendum est, pervenisse ad nos (quod cum grandi tristitia animi dico) per diversa loca hujus Italiæ & Longobardorum partes, sacerdotes cum sanctimonialibus feminis, idest monachis habitare. Quod nefarium est dicere vel audire, contra canonum esse sancita. Ubi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt: Unde omnino cavendum, & vitandum est fratres mei, ne fallant, & impleatur in eis prophetæ dictum: *sacerdotes ejus contaminant sancta, & reprobant legem*. Quod & alius propheta increpat dicens: *vos sacerdotes qui fallitis nomen meum, & dixistis, in qua re fefellimus nomen tuum?* Quibus responsum est: *Offerentes ad altare meum panem pollutum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris*. Pro quo timeo, dilecti mei, ne nobis in capite positis, si neglexerimus, illud contingat, quod Dominus per prophetam dicit: *Ideo pastores audite verbum Domini. Ecce lac devoratis, & lanis eorum cooperietis vos, & quod crassum est jugulatis, & oves meas dispersistis. Quod infirmum erat non confirmatis, in eo quod male habebant non curastis, & contritum non alligastis, & quod errabat non convertistis, & quod perierat non requisistis, & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sint pastores, & factæ sunt in devorationem omnibus bestiis agri, nec erat qui requireret, neque qui revocaret*. Propterea oportet nos solicitos esse, ut de credito ministerio, cum venerit Dominus, qui talentum nobis ad tempus tradidit, duplum illi apportemus lucrum, ut ipse in bonis suis nos respiciat, quia scriptum est; *Beatus servus ille, quem cum venerit Dominus, invenerit facientem sic*.

Joan. 1.

Sophon. 3.

Malach. 1.

Ezech. 34

Ivo parte 9. cap. 19.

ANNO CHRISTI 743.

PRæſedente ſanctiſſimo viro, ac ter beatiſſimo Zacharia papa in baſilica beati Apoſtolorum principis Petri ante confeſſionem per ſupra memorata capita declaranda una cum A epiſcopis ſanctiſſimis, quorum nomina ſubter adnectimus de his capitibus pertractandis, conſedentibus etiam ſicut dictum eſt ſanctiſſimis epiſcopis.

ANNO CHRISTI 741.

SUBSCRIPTIONES

MS. Codex Lucenſis.

Joannes Signa.
Saburro Alatro.
Gaudecis Petis.
Arcadius Cluſinus.
Mauricio Ortas.
Joannis Falaris.
Theodorus Hoſtia.
Thomas Florentinus.
Gaudeoſus Blandas.
Petrus Eſis.
Gaudeoſus Sudrio.
Andreas Piſauro.
Vitallianus Auſimo.
Theophanius Sylva Candida.
Martinus Verulas.
Venantius Prænefte.
Agnellus Arminenſis.
Armatus Fano.
Joannis Polimartio.
Benedictus Numento.
Joannis Nephe.
Grifo Trephe.
Auderamus Biſuniano.
Joanne Signenſi.
Sabatio Alatrenſi.
Haudentio Perufio.
Arcadio Cluſino.
Mauritio Hortano.
Joanne Fallaritano.
Thoma Florentino.
Gaudioſo Blaudero.
Petro Eſino.
Hirtioſo Sutrino.
Andrea Piſaurenſi.
Marco Lucerino.
Lando Conſelino.
Pelagio Coſentino.
Aufredo Torentino.
Munualdo . . . . . .
Niceta Gabinate.
Vitaliano Auximenſi.
Theophanio Silvæ candidæ.
Martino Verulano.
Venantio Prænestino.
Agnello Ariminenſi.
Marcus Luceria.
Ladu Conſis.
Pelagius Conſentias.
Aufredus *Taranto.*
Munualdus Benevento.
Ceſareus Anagnas.
Ambroſius Capua.
Amantius Orbeuneto.
Niceta Gabus.
Joannis Tiburtinus.
Gregorius Albano.
Groſſus Viullitrias. (f. Velliternus)
Senator Ancona.
Iffo Tudert.

Et venerabilium presbyterorum.

Joannes Archibresbyter.
Gregorius.

Editus.

Dominicus.
Theodorus.
Anaſtaſius.
Andreas.
B Petrus.
Jordanes.
Leone &.
Leonem.
Gregorius.
Biſtatio.
Anaſtaſio.
Theofilacto.
Procopio.
Gaudentio.
Epiphanio.

Adſtantibus quoque Theophilacto Archidiacono.

Gemmulo.
C Theodoro.
Stephano &
Paulo diaconibus, vel cuncto clero.
Armato Fanenſi.
Joanne Polimartenſi.
Benedicto Nomentano.
Joanne Nepeſino.
Griſo Trebiano.
Anderamo Biſuntiano.
Ceſareo Beneventano.
Ambroſio Agnagnino.
Theodoro Capuano.
Armantio Niciano.
Theodoro Oſtiæ.
Gregorio Orbeventano.
D Groſſo Senenſi.
Iffo Sabinenſi.
Tiburtino Albano.
Gratioſo.
Villeterno Anconitano.
Gregorio Portuenſi.
Tudertino.

Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Sanctorum probabilium patrum exempla nos provocant, quæ ad firmitatem Orthodoxæ fidei, & ſtatu ſanctæ catholicæ, atque apoſtolicæ Dei eccleſiæ, ſeu Chriſtianæ religionis decreverunt documenta proſequi, & ut vere ſpeculatores animarum a Deo conſtituti E curam Dominici gregis habere etiam & a torpentibus & illicitis cauſis juxta egregii apoſtoli vocem, monendo, arguendo, & increpando, ſubjectorum animas a fauce deceptoris, & antiqui hoſtis humani generis ſervatas, valeamus revelata facie gloriam Dei ſpeculari ac dicere: *Ecce nos & pueri quos dediſti nobis, non perdidimus ex eis quemquam:* ita ut & nos unuſquiſque mereamur audire deſiderabilem Domini vocem dicentis: *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.* Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles presbyteri & diaconi omnes reſponderunt: Spiritus ſan-

2. *Tim.* 4.

Hebr. 2.

Matth. 28

Ex Concil. Greg. II.

ANNO CHRISTI 743.

sancti gratia diffusa cor apostolatus vestri succensum est, ut nostrarum simul, & subjectorum animarum divino ardore, & zelo constantiæ provideat; quæ quantum assiduæ, & magistræ dominæ nostræ apostolicæ sedis præsentamur, tantum amplius docemur nobis a Deo creditis assequere plebibus quæ necessaria sunt ad regendam plebem Dei educatis. Animarum lucra sectemur, & quia a pia consideratione bene provisum est, quæ a vestro sancto apostolatu decreta sunt capitula cum præmissis, nobis lectione pandantur, ut antidoto A salutari morbus grege Domini pellatur, neque deinceps quisque Romanus aut Longobardus: vel cujuscumque gentis quæ in te baptizati sunt attentare præsumat, ut non ante iniquitatis pondere oppressus cum diabolo & angelis ejus pereat. Placet potius ut illicita vitentur, & funditus evellantur: *sicque recitata sunt superius scripta capitula atque probata: in fine autem ista leguntur:* Factum est hoc synodo (*a*) anno secundo Ardabasti imperatoris, nec non & Luitprandi regis anno trigesimo secundo, indictione duodecima. Feliciter. ANNO CHRISTI 743. Hæc desunt in Lucensi

☞ *Denique sequentem canonem ex concilio Zachariæ papæ desumptum recitat Angelus Trojanus episcopus in charta apud Ughellinum tom. I. pag.* 1343. *nov. edit. signata anno* 1037. *cujus hæc sunt verba.*

D. Zacharias papa præfinivit in concilio.

UT ecclesia, vel cœnobium canonice extructum a dominio constructorum invite haudquaquam auferatur, liceatque illi presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illi diœB cesis * & bonæ auctoritatis dimissione cum consensu episcopi, ne malus existat, commendari; ita ut ad præfatam, juxta reverentiam ac placitum ipsius episcopi, sacerdos recurrat. * Locus corruptus.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

Ad an. Ch. 743. *n.* 15. *&* 16.

Concilium *Romanum* hoc anno a Zacharia Papa habitum, in quo varia Decreta condita, recte hoc anno a Baronio recitatum; cum in ejus fine legatur: *Factum est hoc Concilium anno secundo Artabasdi Imperatoris, nec non Luitprandi Regis anno trigesimo secundo, Indictione duodecima*, a Septembri scilicet inchoata. Baronius num. 17. recte dicit, annum III. Artabasdi restituendum esse in locum anni secundi ex literis ejusdem Zachariæ hoc anno datis. Certum enim est, *Artabasdum*, qui anno DCCXLI. post diem XXVII. C mensis Junii Imperator levatus est in Oriente, post Kalendas Septembris hujus anni annum III. Imperii sui numerasse. *Nicephori* Imperatoris annus in hac Synodo non memoratus, quia post Kalendas Septembris Romæ adhuc ignorabatur, *Artabasdum patrem* eum ante Kalendas Majas in Imperii consortium adsciviisse.

Porro annus II. *Artabasdi* Imper. & annus XXXII. *Luitprandi* Langobardorum Regis demonstrant, Romanos, qui adhuc Imperium agnoscebant ab Imperatore *Constantino* recessisse; & fœdus initisse cum *Luitprando* Rege Catholico, ut tuerentur Sacras Imagines, quas *Artabasdus* Constantinopoli restituerat. Id eruo ex eo quod Decreta in hoc Concilio condita, tam Langobardos quam Romanos adstringebant. In Canone enim XV. dicit Zacharias, *quod beatæ memoriæ Prædecessor noster Gregorius, hujus Apostolicæ Sedis junior Papa, propter aliquat illicitas conjunctiones, quæ fiebant per hanc Italiam, seu* (id est &, ut innumeris exemplis liquet) *Longobardorum Provinciam, &c. anathematis vinculo obligavit.* Paulo post: *Sed neque hoc silendum est, perveniisse ad nos* (*quod cum grandi tristitia animi dico*) *per diversa loca hujus Italiæ, & Longobardorum partes, Sacerdotes cum Sanctimonialibus feminis, id est Monachis, habitare.* Denique Episcopi & Sacerdotes, qui huic Concilio interfuere, promittunt Zachariæ Papæ in Decreto Synodi, se Canones illos XV. in eo sancitos observaturos, eosque sibi legi his verbis postulant: *Qua a vestro Sancto Apostolatu decreta sunt capitula, cum præmissis nobis lectione pandantur, ut antidoto salutari morbus a grege Domini compellatur, ne deinceps quisque* ROMANUS aut LANGOBARDUS, *vel cujuscumque gentis, qui in te baptizati sunt, attentare præsumat.* Nunquam autem in præcedentibus Conciliis Romanis anni Regum Longobardorum memorati sunt, ideoque laudata subscriptio præter ordinem facta, & mentio Romanorum & Longobardorum, tam in Canone XV. quam in Decreto Synodi, non possunt non insinuare novum aliquod fœdus Romanos inter & Longobardos initum adversus *Constantinum Copronymum*, quem tamquam Ecclesiæ hostem habebant.

ANNO CHRISTI 744.

CONCILIUM SUESSIONENSE

SUB PIPPINO MAJORE DOMUS REGIÆ,

Ab episcopis XXIII. celebratum [1] VI. Nonas Martias, anno Christi DCCXLIV. Zachariæ papæ III. [2] Childerici III. regis secundo. (*b*)

Extat in Capitular. Baluz. tom. I.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

Ad an. Ch. 744. *n.* 7. *& seq.*

Celebratum hoc anno Concilium *Suessionense*, ut ex ejus Præfatione liquet: *Anno DCCXLIV. ab Incarnatione Christi, sub die VI. Nonas Martii; & Luna XIV. in anno secundo Childerici Regis Francorum, ego Pippinus Dux & Princeps Francorum, &c. apud Suessionis Civitatem Synodum vel Concilium facere decrevimus.* In Bellovacensi tamen Codice MS. loco, *VI. Nonas Martii*, errore Librarii legitur, *V. Nonas Martii.* D Cointius existimat, annum illum Incarnationis peti a Paschate, indeque hanc Synodum in annum sequentem differt. Verum Luna XIV. in Actis memorata eam opinionem plane evertit; celebrata enim Synodus die secunda Martis, Luna XIV. pridie Pentilunii, quod currenti anno accidit die tertio mensis Martii, ut notat Calvisius in Opere Chronolog. Ex accurata autem temporis, quo Suessionensis Synodus habita, consignatione pendent Epochæ cæterarum a S. Bonifacio coactarum; adeo ut qui in istius Epocha collocanda erraverit, eum in aliis errare necesse sit. In ea damnatus est *Adalbertus* hæreticus, *Abel* ordinatus Archiepiscopus Rhemensis, & *Artbertus* Senonensis. Decem Canones

(*a*) *XI. Kal. Apr.* ex epist. XVII. Zachariæ papæ ad Austrobertum. *Harduinus*. Sed eam epistolam suppositiciam putat Pagius; & alias XI. Kal. Apr. an. 743. currebat indictio XI. non XII. in concilio notata.

(*b*) In can. hujus Concilii 3. ubi hic habetur. *illorum necessitati satisfaciat*, in Cod. Vatican. addit ut Labbei editor ex Hostenio monet: *Subtraditis Monachis vel Ancillæ Dei consolentur.*

ANNO CHRISTI 744.

nec in eadem editi, quibus Synodi Germanicæ Decreta renovantur & confirmantur. Sexto Canone Paganiæ prohibentur, & Episcopis præcipitur, ut provideant, ne populus in Paganas observationes labatur. Ex ultimo Canone, sicuti & ex secundo, quo Episcopi XXIII. Adalbertum hæreticum condemnarunt, patet non plures Synodo Suessionensi interfuisse. Hujus Concilii Suessionensis Baronius nullam mentionem fecit.

Licet ad *Pippini* Majoratum Suessio pertineret, nec in Actis Synodi *Bonifacii* mentio fiat, hunc tamen eidem interfuisse docent literæ Zachariæ Papæ, a Baronio anno superiori recitatæ. In illis enim Romanus Pontifex tria sibi a *Bonifacio* præcipue significata testatur; nempe quod non unum dumtaxat Carolomannum, sed ambos simul fratres, *Carolomannum* & *Pippinum*, in prædicatione socios & adjutores expertus sit; deinde quod *Abelem* & *Ardobertum*, quos in Synodo Suessionica ex tertio ejus Canone constitutos Archiepiscopos constat, per uniquamque Metropolim constituerit; postremo quod duos invenerit, & in custodiam retruserit pseudo-Prophetas, (*Adalbertum* videlicet & *Clementem*), quorum prior in Suessionensi Synodo damnatus est, ut liquet ex Can. II. Sed Bonifacium huic Concilio non solum interfuisse, verum etiam præfuisse, invicte probat Epistola Zachariæ Papæ ad eumdem anno DCCXLVII. data, & a Baronio anno DCCLI. n. 15. recitata, qua Moguntina Sedes in Metropolim erigitur: *dum in Germania Provincia*, inquit Zacharias, *quo fraterna Sanctitas ad prædicandum fuisset directa a sancta recordationis Prædecessore nostro Domno Gregorio Papa, & post inchoatum opus, & aliqua ex parte spiritaliter ædificatum, Romam reversus, ab eo Episcopus ordinatus, & illic ad prædicandum denuo remissus es, & elaborasti, Deo prævio, nunc usque per annos XXV. in eadem prædicatione, ex quo Episcopatum suscepisti. Sed & in Provincia Francorum nostra vice Concilium egisti, & juxta Canonum instituta, Deo eis annuente, omnes flexi sunt obedire*, ubi Pontifex gesta a Bonifacio in Germania, ab iis quæ in Galliis, seu A in Provincia Francorum, ac Majoratu Pippini gessit, distinguit, & de ejus in Concilio Suessionensi Præsidentia diserte mentionem facit. Est itaque Concilium istud ordine *Tertium*, inter ea quæ Bonifacius durante sua Legatione celebravit. Ad illud referendum quod anno DCCLII. de nominatione Episcoporum Pippino concessa dicemus n. 14.

ANNO CHRISTI 744.

Papebrocius in Propylæo Antiquario ad Tom. II. mensis Aprilis par. 1. n. 30. contendit, Acta tam Synodi Germanicæ, Ratisponensis ab eo appellatæ, quam Synodi Suessionensis suppositicia esse, & indigna quæ a Baronio in Annales inferrentur. Priora enim, inquit, Principem laicum faciunt Conventui Ecclesiastico præsidere, eaque ordinare quæ disciplinam & correctionem Cleri ac Monachatus concernunt; & posteriora fingunt *Pippinum* circa eamdem materiam, aliaque pure Ecclesiastica statuere diversa capita. Sed Baluzius in Notis ad libros Capitularium pag. 1200. Et Mabillonius lib. 2. de re Diplom. cap. 25. num. 15. jam novam hanc opinionem rejiciendam esse demonstrarunt, quia alioB quin fictitia censenda essent pleraque Gallia Concilia, quæ jussu Regum, eisque passim præsidentibus, celebrata sunt, pluresque Conventus Ecclesiastici habiti per eorum gloriosissimos Judices vel Legatos. Certe Episcopi Concilii Francofordiensis in sua Synodica asserunt Carolum eidem præfuisse: *Congregatis in unum charitatis Conventu, præcipiente & præsidente piissimo & gloriosissimo Domino nostro Carolo Rege*, quia scilicet Carolus omnibus præfuit, interfuitque deliberationibus, licet certum sit, quæstiones omnes ad Dogma pertinentes sola Episcoporum auctoritate definitas fuisse, Carolique Præsidentiam Legatis non ademisse jus præsidendi Episcopis, ut explicat Marca lib. 6. de Concordia cap. 25. num. 7. & seq. De Liptinensi Concilio mentionem non facit Papebrocius, quod tamen Ratisponensis Concilii nomine eum intellexisse per inadvertentiam scripserunt Baluzius & Mabillonius laudati, qui jure merito sententiæ, ex qua tot inconvenientia consequuntur, reclamarunt.

Ex Baluzii Capitular. tom. 1. p. 151.

* Forte Germanica sequentis anni 745.

CAPITULARE INCERTI ANNI

Datum in Synodo * cui interfuit Bonifacius Apostolic. sedis Legatus circa an. Christi DCCXLIV.

Nunc primum editum ex veteri Codice Mſ. Bibliothecæ Thuanæ.

Ex Concilio Regum, quibus Legatus Romanæ sedis interfuit Bonifacius.

Extat in Capitular. Baluz. tom. I.

ANNO CHRISTI 745.

CONCILIUM GERMANICUM III.

ANNO CHRISTI 745.

auctoritati sancti Bonifacii

Romanæ sedis legati congregatum anno Domini DCCXLV. tempore Zachariæ papæ,

In quo Aldebertus & Clemens hæretici damnantur: & post Gervilionem Moguntiæ episcopum ob crimen homicidii depositum, sanctus Bonifacius factus est primus archiepiscopus Moguntinus.

Extat apud Serar. l. 3. c. 44. hist. Mogunt. alteriusve editionis.

CUM ita, Carlomanno jubente, & Bonifacio consulente, synodus haberetur, multi C illi non solum clerici quilibet hæretica pravitate infecti extra ecclesiæ communionem pellebantur, sed etiam episcopi capitalium criminum maculis infames deponebantur. Totius autem erroris qui tum in Germania grassabatur, præcipui auctores duo fuere hæretici, Clemens & Aldebertus, de quibus postea, cum epistolas ad Zachariam pontificem datas protulerimus, opportunius dicetur. In iis enim illorum hæresis exitialis commemoratur. Depositus est etiam tunc Gervilio Moguntinæ sedis antistes; cujus quidem depositionis causa fuit hæc.

Ea tempestate Saxonibus Thuringiam vastantibus, ejus provinciæ homines Carlomanni opem implorabant. Ille mox exercitum mittit, & cum eo Geroldum Moguntinum episcopum Gervilionis patrem. In ipso autem conflictu Geroldus cum plerisque aliis cæsus est. Gervilio vero filius ejus qui tum adhuc laicus in palatio versabatur, in clerum adsciscitur leniendi doloris causa, quem ex patris morte conceperat, eidemque in Moguntino pontificatu subrogatur. Non diu post Carlo-

man-

ANNO CHRISTI 745.

mannus rursus colligit militem, proficiscitur contra Saxones, Gervilionem secum ducit. Exercitu utroque ultra citraque ripam fluminis Visurgis (*auctor vocat Vuisaraham*) considente, Gervilio jubet puerum suum ire ad hostium castra, diligenter illic inquirere nomen ejus qui patrem ipsius interfecerat. Abit puer, discit ex quodam non longe abesse eum quem quæreret: rogat ut ad domini sui colloquium properare velit. Venit ille, & adventu ejus denunciato, paratis equis, episcopus Gervilio ei procedit obviam, & cum in medio flumine inter se colloquerentur, Gervilio clam ferens gladium, hominem confodit, ita dicens: *Accipe jam ferrum, quo patrem vindicocharum*. Ille mox ex equo corruens, in flumine exhalat spiritum. Repente autem ejus comperta cæde, sublato clamore utrinque ad arma concurritur. Fit pugna atrox, Saxonibus victis, Carlomannus ad sua se recipit, nemine tum id quod Gervilio fecerat pro homicidio ei imputante. Itaque reversus domum, perrexit solito more episcopi munia obire.

At sanctus præsul Bonifacius inter cætera hoc etiam in synodo pronunciavit: Neminem qui hominis cæde pollutus sit sacerdotio fungi posse. Tum etiam objecit ei, suis se conspexisse oculis illum cum avibus & canibus ludentem, quod episcopo fas non esset. Gervilio his auditis, sentiens se nullo pacto contra stimulum vel sæcularis potentiæ, vel canonicæ auctoritatis, quæ per sanctum Bonifacium in præsentes omnes proferebatur, calcitrare posse; omnium de se calculis subscripsit, & exauctoratus est. Eo autem deposito, sanctus Bonifacius a Carlomanno & Pippino fratre ejus Moguntinæ sedi præficitur. Et ut ejus dignitas esset eminentior, statuerunt iidem principes ecclesiam Moguntinam, quæ tum alteri subjecta erat, in totius Germaniæ metropolim provehere: missaque mox legatione a Romano pontifice id impetrarunt.

Nota Severini Binii.

a *Concilium*) De hac synodo lib. 3. historiæ Moguntinæ notatione 31. circa medium, hæc Serarius. *Tertio* Locus synodi quis. *synodi locus dici potest Moguntia, quia episcopus nomine Gunilieb, Moguntiæ civitati præfatus tunc deponebatur, inquit lib. 1. vitæ cap. 44. Othlonus, tumque Moguntinus archiepiscopus primus designabatur ipse sanctus Bonifacius, ut ibidem narratur.* Et paullo post subjungit. *Huic synodo interfuisse episcopos ipsos, quorum nomina habentur in titulo illius epistolæ, quam ex hoc concilio scripsit sanctus Bonifacius ad Æthelbaldum sive ad Athelbaldum regem Merciorum in Anglia, scelestissimam vitam agentem, quæque apud Baronium ex vita sancti Bonifacii descripta reperitur anno septuagesimo quadragesimo quinto, postquam ibidem subjungit quod sanctus Bonifacius ad Romanum pontificem legaverit Denecardum presbyterum cum literis & actis suorum conciliorum, petens ea apostolica auctoritate confirmari, quæ contra Aldebertum & Clementem definivisset.*

ANNO CHRISTI 745. Qui interfuerint.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad Annum Christi 745. n. 1. & seq.

Concilium Germanicum II. in Majoratu Carolomanni incerto loco habitum. In eo Clemens, & Adalbertus ob hæresim damnati, depositus Gervilio Moguntinus Episcopus, & in ejus locum subrogatus Bonifacius cum Metropolitæ dignitate, & quidem anno 745. ut liquet ex Concilio Romano, de quo mox; in eo enim confirmatur, quod contra utrumque hæreticum in Germania antea factum fuerat; & præterea demonstrat subscriptio Epistolæ Zachariæ Papæ ad S. Bonifacium inter Bonifacianas 138. quam integram recitat Baronius ex editione Suriana: *Data pridie Kal. Novemb. imperante Domino Augusto Constantino anno* XXVII. *Imperii ejus Indictione* XIV. ubi tamen loco, *anno* XXVII. legendum *anno* XXVI. qui mense Novemb. hujus anni 745. cum Indictione XIV. concurrit. Habetur eadem epistola in editione Serariana Othloni; in Antonio de Aquino epist. 6. Zachariæ Papæ, & in editione Sirmondi, sed his verbis concepta: *Data pridie Kal. Novemb. imperante domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato magno Imperatore anno* XXVII. *Imperii ejus anno* V. *Indictione* XIV. Cointius an. 746. num. 35. dicit delendum esse annum quintum, Imperii scil. Constantini post patris mortem regnantis, & Indictionem XIV. Verum cum Indictio XIV. in omnibus exemplaribus reperiatur, & in annum V. imperii Constantini conveniat, nullus dubito, quin annus ille XXVII. utrobique corruptus sit.

Episcopi, qui huic Synodo interfuere, omnes Anglosaxones erant, & ii tantum octo, ut colligit Alfordus hoc anno num. 5. & seqq. ex literis a Bonifacio datis ad Heresfridum Presbyterum, recitatis a Baronio num. 18. & seq. in quibus datur illi negotium a synodo, & a Bonifacio, Ethelbaldum Merciorum regem, qui multa in mores legesque Majorum peccarat, cum literis adeundi, Episcoporum mentes exponendi, eo modo, eo loco, eo tempore, quo suavius regio pectori irrepere, & opportunius, quod quærebatur, extorquere posset.

CONCILIUM ROMANUM II.

de hæreticis Aldeberto et Clemente,

Quos Bonifacius in Franciæ synodo condemnarat, in patriarchio Lateranensi a Zacharia papa celebratum mense Octobri, indictione XIV. hoc est anno Christi DCCXIV. Zachariæ ejusdem papæ, & Childerici III. Francorum regis IV.

ACTIO PRIMA.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Imperante domno piissimo Augusto Constantino imperatore anno XXVI. post consulatum ejus anno V. mense Octobri die XXV. indictione XIV. præsidente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa, in patriarchio Lateranensi, in basilica quæ appellatur Theodori. Considentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis, Epiphanio de Silva candida, Benedicto Nomento, Venantio Prænestæ, Gregorio Portuensi, Niceta Gabiis, Theodoro Ostiense, Gratioso Velitris: seu venerabilibus presbyteris, id est Joanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Jordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustachio, Procopio, atque Theophanio. Propositis in medio sacrosanctis evangeliis: adstantibus quoque diaconibus, vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius & [b] nomenculator dixit: Deneardus religiosus presbyter, legatus Bonifacii sanctissimi archiepiscopi provinciæ Germaniæ, directus apud vestrum apostolatum, [c] præ velo est, & petit se ingredi:

di: quid præcipitis? Dictum est: Ingrediatur. ANNO CHRISTI 745. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus Papa sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ dixit: Ante hos dies syllabas reverentissimi atque sanctissimi fratris nostri Bonifacii archiepiscopi nobis retulisti, per quas nobis quæ opportuna ei visa sunt indicavit: quid ergo denuo secretaria nostra te ingredi postulasti? Deneardus religiosus presbyter dixit: Domine mi, dum juxta sancti apostolatus vestri præceptionem dominus meus Bonifacius episcopus, famulus pietatis vestræ, in provincia Francorum synodum aggregasset, & reperisset illic falsos sacerdotes, hæreticos & schismaticos, id est Aldebertum & Clementem, eos sacerdotio privans una cum principibus Francorum retrudi fecit in custodiam. Illi autem impœnitentes permanent contra quod judicatum est, & adhuc populum seducunt. Pro qua re hanc epistolam præfati domini mei, quam in manibus gero, vestro sancto apostolatui missus offero, ut eam coram sacrosancto concilio relegi faciatis. Dictum est: Suscipiatur epistola, & coram nostra præsentia relegatur. Et accipiens Theophanius notarius regionarius & sacellarius relegit in his sermonibus:

EPISTOLA BONIFACII AD ZACHARIAM PAPAM.

Excellentissimo patri, atque apostolico pontifici, & ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum magisterio freto, Zachariæ papæ, Bonifacius exiguus servus servorum Dei optabilem in Christo charitatis salutem.

POstquam me ante annos prope xxx. sub familiaritate & servitio apostolicæ sedis, annuente & jubente venerandæ memoriæ antistite apostolico Gregorio, anteriore voto constrinxi, quidquid mihi lætitiæ vel tristitiæ acciderat, apostolico pontifici solebam indicare, ut in lætis simul laudaremus Deum, & in tristibus ejus consilio roboraret. Et sicut tunc, ita & nunc mihi liceat, pietati vestræ suppli- Deut. 32. co, sicut scriptum est: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi*. Notum enim sit paternitati vestræ, quia postquam indigno mihi mandastis in provincia Francorum, sicut & ipsi rogaverunt sacerdotes, concilio synodali & conventui præesse, multas injurias & persecutiones passus sum, maxime a falsis sacerdotibus, ab adulteratis diaconibus, & fornicariis clericis. Maximus tamen mihi labor fuit contra duos hæreticos pessimos & publicos, & blasphemos contra Deum & contra catholicam fidem. Unus eorum, qui dicitur Aldebertus, natione generis Gallus est; alter qui dicitur Clemens, genere Scotus est: specie erroris diversi, sed pondere peccatorum pares. Contra istos obsecro apostolicam auctoritatem vestram, quo meam mediocritatem defendere & adjuvare, & per scripta vestra populum Francorum & Gallorum corrigere studeatis: ut hæreticorum fabulas, & vana prodigia, & signa præcursoris antichristi non sectentur: sed ad canonica jura, & ad viam veræ doctrinæ convertantur. Et ut per verbum vestrum isti duo hæretici mittantur in carcerem, si vobis justum esse videatur, cum vitam & doctrinam illorum vobis intimavero: & nemo cum eis loquatur, vel communionem habeat: ne forte fermento doctrinæ illorum fermentatus aliquis pereat: sed segregati vivant, & juxta dictum apostoli hujusmodi traditi satanæ in interitum carnis sint, ut spiritus salvus sit in die Domini: & juxta evangelicum præceptum, dum ecclesiam non audierint, sint nobis sicut ethnici & publicani, donec discant non blasphemare, nec scindere tunicam Christi. Propter istos enim persecutiones & inimicitias & maledictiones multorum populorum patior, & ecclesia Christi impedimentum fidei & doctrinæ sanctæ sustinet. Dicunt enim de Aldeberto, quod eis sanctissimum apostolum abstulerim, patronum & oratorem, & virtutum factorem, & signorum ostensorem abstraxerim. Sed pietas vestra audiens vitam ejus, judicet ex fructu operum, utrum vestimentis ovium indutus, intus autem lupus rapax sit, an non. In primæva enim ætate hypocrita fuit, dicens quod sibi angelus Domini in specie hominis de extremis finibus mundi miræ & tamen incertæ sanctitatis reliquias attulerit, & exinde posset omnia quæcumque a Deo posceret impetrare: & tunc demum per illam simulationem, sicut Paulus apostolus præ- 2. Tim. 3. dixit, domos multorum penetravit, & captivas post se mulierculas duxit oneratas peccatis, quæ ducebantur variis desideriis, & multitudinem rusticorum seduxit, dicentium quod ipse esset vir apostolicæ sanctitatis, & signa atque prodigia faceret. Deinde conduxit episcopos indoctos, qui se contra præcepta canonum absolute ordinarunt. Tumque demum in tantam superbiam elatus est, ut se æquipararet apostolis Christi. Et dedignabatur in alicujus honore apostolorum vel martyrum ecclesiam consecrare; improperans hominibus etiam cur tantopere studerent sanctorum apostolorum limina visitare. Postea, quod absurdum est, in proprii nominis honore dedicavit oratoria; vel, ut verius dicam, sordidavit. Fecit quoque [d] cruciculas & oratoriola in campis, & ad fontes, vel ubicumque sibi visum fuit: & jussit ibi publicas orationes celebrari, donec multitudines populorum, spretis ceteris episcopis, & dimissis antiquis ecclesiis, in talibus locis conventus celebrarent, dicentes: Merita sancti Aldeberti adjuvabunt nos. Ungulas quoque & capillos suos dedit ad honorificandum, & portandum cum reliquiis sancti Petri principis apostolorum. Tum demum, quod maximum scelus, & blasphemia contra Deum esse videbatur, fecit. Venienti enim populo & prostrato ante pedes ejus, & cupienti confiteri peccata sua dixit: Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt omnia occulta. Non est opus confiteri, sed dimissa sunt peccata vestra præterita: securi & absoluti redite ad domos vestras cum pace. Et omnia quæcumque sanctum evangelium hypocritas fecisse testatur, suo habitu, & incessu, & moribus imitatus est. Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit ecclesiam, & canones ecclesiarum Christi abnegat & refutat: tractatus & sermones sanctorum patrum, Hieronymi, Augustini, Gregorii recusat. Synodalia jura spernens, proprio sensu affirmat, se post duos filios sibi in adulterio natos sub nomine episcopi esse posse Christianæ legis episcopum. Judaismum inducens judicat justum esse Christiano, ut si voluerit, viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Contra fidem quoque sanctorum patrum contendit, dicens quod Christus

Filius

ANNO CHRISTI 745.

Filius Dei descendens ad inferos, omnes quos inferni carcer detinuit, inde liberavit, credulos & incredulos, laudatores Dei simul & cultores idolorum: & multa alia horribilia de prædestinatione Dei contraria fidei catholicæ affirmat. Quapropter de hoc quoque hæretico precor, ut per literas vestras mandare curetis duci Carlomanno, ut mittatur in custodiam; quatenus semina satanæ latius non seminet, & ne forte ovis morbida totum gregem contaminet. Valere sanctitatem vestram, & prosperis provectibus gaudere in longitudine dierum optamus.

Cumque relecta esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Audistis, fratres charissimi, quod in ista epistola relectum sit ex sacrilegis illis, qui se ad suam condemnationem apostolis prætulerunt. Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri responderunt: Audivimus certe per omnia, non apostolos, sed ministros satanæ, & præcursores Antichristi. Quis enim aliquando apostolorum, aut quilibet sanctorum, ex capillis suis, aut ungulis, sanctuaria populis exhibuerunt, ut iste sacrilegus & pernicios Aldebertus? Sed hoc scelus a vestro sancto apostolatu est resecandum, tam de illo, quam etiam de illo trangressore Clemente, qui sacros canones spernit, atque expositiones sanctorum patrum, & dicta sanctorum, ut pro transgressionibus suis dignam susoipiant sententiam. Sanctissimus ac beatissimus papa Zacharias dixit: Quia hodie jam tardior hora est, venturo [c] secretario, relectis iterum vita eorum & actibus, communi consensu, mediante Deo, quid fieri debeat pertractandum est.

ACTIO SECUNDA.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, imperante domino piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXVI. post consulatum ejus anno V. mense Octobris, die XXV. indictione XIV. præsidente sanctissimo ac beatissimo Zacharia papa in patriarchio Lateranensi, in basilica quæ appellatur Theodori: considentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silvæ candidæ, Benedicto Nomento, Venantio Præneste, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Osticase, Gratioso Velitris: seu venerabilibus presbyteris, id est Joanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Jordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustachio, Procopio, atque Theophanio. Propositis in medio sacrosanctis evangeliis: adstantibus quoque diaconibus, vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius & nomenculator dixit: Juxta vestri sancti apostolatus præceptionem, quam in præterito secretario jussistis, Deneardus religiosus presbyter adest præ velo: quid præcipitis? Dictum est: Ingrediatur. Cumque ingressus esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Actus illius nefandissimi Aldeberti, sive cætera quæ de eo sunt scripta, quæ præterito secretario præ manibus gerebas, coram præsente concilio porrige legenda. Et accipiens Theophanius notarius regionarius & sacellarius relegit vitam illius, cujus initium tale est.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Incipit vita sancti & beati Dei famuli, & præclari atque per totum speciosi, ex electione Dei nati, sancti Aldeberti episcopi.

DE simplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei est coronatus: quia dum in utero matris esset, ibi gratiam Dei accepit, & antequam perveniisset beatissima nativitas ejus, quasi per visionem, egredientem vitulum de dextero latere suo: qui vitulus designabat gratiam illam, quam ab angelo acceperat antequam exiret de vulva.

Cumque hic libellus usque ad finem lectus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Quid ad hæc blasphema respondetis, sanctissimi fratres? Epiphanius sanctissimus episcopus Silvæ candidæ dixit: Certe, apostolice domine, ex divina inspiratione motum est cor sancti vestri apostolatus, ut prædictum Bonifacium sanctissimum fratrem nostrum episcopum, atque Francorum principes commoneretis; quatenus in partibus illis post longa tempora concilium aggregaretur sacerdotum, ut hæc schismata & blasphemiæ usquequaque sancto vestro apostolatui minime celarentur. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Si quid adhuc habet Deneardus religiosus presbyter nobis porrigere relegendum, porrigat. Deneardus religiosus presbyter respondit: Ecce, Domine, [f] epistolam qua utebatur, & divulgabat eam esse Jesu, & de cælo cecidisse. Et accipiens Theophanius notarius regionarius & sacellarius relegit, cujus initium tale est:

In Dei nomine incipit epistola Domini nostri Jesu Christi Filii Dei, quæ in Hierosolyma cecidit, & per Michael archangelum inventa est ad portam Ephrem, & per manus sacerdotis nomine Leoræ epistola illa relecta fuit, & exemplata: & transmisit eam ad Hieremiam civitatem ad alium sacerdotem nomine Talasium; & ipse Talasius transmisit eamdem ad Arabiam civitatem, ad alium sacerdotem Leobanium; & ipse Leobanius transmisit epistolam istam ad Vetsaviam civitatem quam recepit Macherius sacerdos Dei, & transmisit in montem sancti Michael archangeli. Et ipsa epistola per manus angeli Domini pervenit ad Romanam civitatem ad locum sepulchri S. Petri, ubi claves regni cælorum constitutæ sunt: & duodecim papati, qui sunt in Romana civitate, triduanas fecerunt vigilias, & in jejuniis & orationibus permanserunt diebus ac noctibus: & cætera usque ad finem perlecta.

Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Pro certo, fratres charissimi, iste Aldebertus in insaniam est conversus; & omnes qui hac utuntur scelerata epistola, more parvulorum, absque memoria mentium sunt, & muliebribus sensibus insaniunt. Sed ne leviores adhuc amplius decipiantur, indiscussam & absque sententiæ causam hanc in eum relinquere minime possumus. Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri responderunt: Et divina illustratione cognoscimus, cor vestri sancti apostolatus illuminatum & quæ a vobis dicta sunt ex administratione sancti Spiritus emanarunt. Et idcirco, ut a vobis prævisum fuerit, in utrosque sententia promulgetur. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Non ut nobis solum visum fuerit, sed pariter cum sanctitate vestra est pertractandum: sed si Domino

mino placuerit, in futuro secretario, quod re- ANNO CHRISTI 745. ctum prævisum fuerit, & dominus suis famulis administraverit, ex omnibus ejus actis promulgabitur sententia.

ACTIO TERTIA.

In nomine Domini Dei nostri Salvatoris Jesu Christi, imperante domino piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXVI. post consulatum ejus anno V. mense Octobris, die XXV. indictione XIV. præsidente sanctissimo ac beatissimo domino Zacharia papa in patriarchio Lateranensi, in basilica quæ appellatur Theodori: considentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio de Silva candida, Benedicto Nomento, Venantio Prænestæ, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostiense, Gratioso Velitris: atque venerabilibus presbyteris, Joanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Jordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustachio, Procopio, Theophanio. Propositis in medio sanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus, vel cuncto clero. Gregorius notarius regionarius & nomenculator dixit: Secundum quod a vestro sancto apostolatu præceptum est in præterito secretario, ut Deneardus religiosus presbyter hodie se vestris obtutibus præsentaret, præsto est pro foribus, quid præcipitis? Dictum est: Ingrediatur. Cumque ingressus fuisset, Zachiarias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Habes adhuc ex sacrilegorum illorum conscripto quod coram hoc sancto concilio porrigas ad relegendum? Deneardus religiosus presbyter respondit: Etiam, domine mi, habeo orationem quam sibi Aldebertus componere nisus est. Et ecce præ manibus eam gero, jubete eam suscipi. Et accipiens eam Theophanius notarius relegit coram omnibus, cujus initium tale est:

Domine Deus omnipotens, Christi filii Dei Domini nostri Jesu Christi Pater, A, & Ω, qui sedes super septimum thronum, & super cherubim & seraphim, tu pietas magna, & dulcedinis est tibi satis. Pater sanctorum angelorum, qui fecisti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, te invoco & reclamo, & invito te super me miserrimum, quia tu dignatus fuisti dicere: Joan. 16. Quodcunque petieritis a Patre in nomine meo hoc faciam. *Ergo ego te peto, quia in te confidit anima mea. Cumque per ordinem legeretur, ventum est ad locum ubi dicebat: Precor vos, & conjuro vos, & supplico me ad vos, angele Uriel, angele Raguel, angele Tubuel, angele Michael, angele* a *Inias, angele Tubuas, angele Sabaoc, angele Simiel.*

Dum vero hæc oratio sacrilega usque in finem perlecta fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Quid ad hæc sanctissimi fratres respondetis? Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri responderunt: Quid aliud agendum est, nisi ut omnia quæ nobis relecta sunt igni concrementur, auctores vero eorum anathematis vinculo percellantur? Non enim nomina angelorum, præter nomen Michaelis, sed nomina dæmonum sunt, quæ in suis orationibus invocavit ad præstandum auxilium sibi. Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu Accepimus, & divina tradit auctoritas, & non plus quam trium angelorum nomica cognoscimus, id est Michael, Gabriel, Raphael: alioqui de mysterio sub obtentu angelorum dæmonum nomina introduxit. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Optime provisum est a vestra sanctitate, ut scripta illius omnia igne crementur. Sed opportunum est, ut in scrinio nostro ad reprobationem & ad perpetuam confusionem ejus reserventur. Nunc vero, quia omnia perlecta sunt, de utrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, pertractandum est. Universum concilium dixit: Aldebertus, cujus nobis actus & nefaria commenta relecta sunt, quia se apostolum censuit nominare, & capillos atque ungulas suas populis pro sanctuario exhibuit, seducens populum diversis erroribus, & quoniam sub obtentu angelorum in suo auxilio dæmones invocavit, ab omni officio sacerdotali deponatur, agens pœnitentiam pro commissis, & amplius jam populum minime seducat. Sin autem in his erroribus perseveraverit, & populum amplius seduxerit, sit ei anathema, & æterno Dei judicio condemnetur, omnisque qui ei consenserit, vel ejus secutus fuerit doctrinam, aut adjunctus illi fuerit. Similiter autem & Clemens, qui per suam stultitiam sanctorum patrum scripta respuit, vel omnia synodalia acta parvipendit, inferens etiam Christianis Judaismum, dum prædicat fratris defuncti uxorem posse in matrimonio jungi, insuper & Dominum Jesum Christum descendentem ad inferos pios & impios simul inde abstraxisse, ab omni etiam sacerdotali officio deponatur, & anathematis vinculo obligetur, atque, nisi resipuerit, æterno Dei judicio condemnetur, vel etiam omnes qui ejus sacrilegis consenserint prædicationibus.

ANNO CHRISTI 745.

SUBSCRIPTIONES.

Zacharias episcopus sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Epiphanius episcopus sanctæ ecclesiæ Silvæ candidæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Benedictus episcopus sanctæ ecclesiæ Nomentanæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Venantius episcopus sanctæ ecclesiæ Prænestinæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gregorius episcopus sanctæ ecclesiæ Portuensis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Nicetas episcopus sanctæ ecclesiæ Gabinatis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Theodorus episcopus sanctæ ecclesiæ Ostiensis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gratiosus episcopus sanctæ ecclesiæ Velliternensis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Joannes archipresbyter tituli sanctæ Susannæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gregorius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Clementis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Ste-

a In editione Gregoriana est *Adinas*, & mox *Sinnel.* Hard.

ANNO CHRISTI 745.

Stephanus Dei gratia presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Marci his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Stephanus indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiç tituli sancti Eusebii his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Dominicus humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Priscæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Theodorus humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Anastasius indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Mariæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Georgius humilis presbyter sanctæ Romanæ B ecclesiæ tituli sanctorum Joannis & Pauli his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Sergius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Potentianæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Jordanes indignus presbyter sanctę Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Sabinæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Theophanius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorum quatuor coronatorum his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Leo indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Anastasiæ his gestis atque sen- C tentiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Leo humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli Damasi his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gregorius indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Balbinæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Stephanus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Chrysogoni his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Eustachius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Procopius indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Cyriaci his gestis atque D sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Anno Christi* DCCXLV.) Huic anno congruit indictio XIV. mense Octobri. Constantini autem annorum duplex epocha memoratur. Prior ex quo cum Leone Isauro patre regnare cœperat, XII. Kalendas Majas, anno DCCXX. altera annorum, quibus post patris obitum solus imperabat, ex die XIV. Kalendas Julias, indictione IX. id est anno Christi DCCXLI. Quamquam enim hoc loco non imperii annos computat, sed post consulatum, res eodem recidit: quia Constantinus paucis diebus post imperii natale consulatum dedisse videtur, sicut de patre dictum est. Quare ad hanc normam exigendæ & castigandæ sunt reliquarum quoque epistolarum subscriptiones.

Notæ Severini Binii.

Causa concilii.

a *Concilium Romanum.*) Zacharias papa, post legationes & literas sancti Bonifacii de confirmandis actis synodalibus contra Aldebertum & Clementem acceptas, concilium episcoporum collegit, in quo eosdem hæreticos condemnavit. Epistola Bonifacii, quam Deneardus presbyter ad sedem apostolicam legatus attulerat, inter acta synodalia recitatur.

Nomenclator quis.

b *Nomenculator.*) Alias nomenclator, de quo sicut & de saccellario, cujus in fine mentio habetur, agit Onuphrius libro de vocibus ecclesiæ, & Brissonius libro de vocibus, estque is cui saccus seu saccellus, de quo sanctus Augustinus conc. 3. psalm. commissus. Hodie *Thesaurarius*. In Caroli magni constitutionibus *Castu-*

Concil. General. Tom. XII.

larius, hodie *Rastmeister* a cista: in quibusdam monasteriis *Bursarii*, qui forte sunt illi quos Hincmarus epistola 3. vocat *Borsarios*.

c *Præ velo est.*) De velis multa citarunt paulo ante Roa l. 6. singul. cap. 21. & Baronius tom. 1. &c.

d *Cruciculas.*) De cruciculis vide epistolam Bonifacii 144.

Secretarium quid.

e *Secretario.*) Secretarium hic sumitur pro eo quod alias in conciliis dici solet sessio, aut conventus, & congregatio, prout declarant adjunctæ sæpius voces, *præteritum & futurum* aut *venturum*. Alias est locus in templo arcanior, ut apud Venerabilem Bedam lib. 2. hist. c. 1. Et accepit nomen ipse conventus, quod in eo loco fieret. Apud sanctum Augustinum conc. 2. in psalm. 65. *Secretaria montis* leguntur.

f *Epistolam.*) Tales e cælo epistolæ commentitiæ plures apud Sigebertum anno 1032. Dodechinum anno 1096. Paralipom. Urspergens. in historia Flagell. Ita Serarius. Adde quæ in capitularibus Caroli habentur his verbis: *Pseudographa & dubia narrationes, vel quæ omnino contra catholicam fidem sunt, ut epistola pessima & falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem mittentes, quod de cælo cecidisset, nec credantur, nec legantur, sed comburantur*, &c.

Commentitia & hæretica scripta comburenda.

g *Non plus quam trium angelorum nomina.*) Concilium istud, inquit Serarius in notis ad epistolas Bonifacii, Romanum inter concilia edita in Germania, vel Italia non reperio. Unde nonnihil nutat auctoritas istius historiæ, de angelorum scilicet nominibus. Ita quidem diligentissimus magicarum rerum disquisitor noster scripserat lib. 1. cap. 4. quæst. 4. sed reprehendit ipsemet ac revocat, uti paret post libri secundi finem pag. 276. Et recte: quam multa enim passim concilia, eaque certissima, quotidie variis in locis inveniuntur & eduntur, quæ in illis conciliorum tomis aut Italicis aut Germanicis non sunt. Hoc tamen ipsum Romanum in Germania sane apud Surium in sancti Bonifacii vita editum est. Et quot vitæ hujus exemplaria vel prælo vel manu scripta extant, (extant autem, ut lib. 3. hist. Mogunt. ostensum, non pauca) tot concilii hujus testes, fidique custodes sunt. Ad sententiæ tamen hujus confirmationem addo concilii Aurelianensis capitulum 3. quod a D. Burcardo citatur lib. 3. cap. 198. Nihil aliud in ecclesia legatur, aut cantetur, nisi ea quæ auctoritatis divinæ sunt, & patrum orthodoxorum sanxit auctoritas; ne falsa angelorum nomina colant, sed ea tantum quæ prophetica & evangelica docet scriptura, id est Michael, Gabriel, Raphael. Habuerunt quidem Essæni, ut ex Josepho retulit lib. 3. Trith. cap. 4. pag. 218. arcana quædam angelorum nomina; sed quæ illa fuerint, non est memoriæ proditum. Hæc Serarius in notis hujus concilii post finem epist. S. Bonifacii. Hinc pulchre infert Baronius: Perspicuo intelligis librum quartum Esdræ nomine vulgatum, in quo frequens est mentio angeli Uriel, ab ecclesia Romana proscriptum, penitusque rejectum. De tribus tantum angelorum nominibus eadem habentur infra in capitularibus Caroli magni lib. 1. cap. 16.

Observatio P. Antonii Pagi

ad An. Ch. 745. n. 9. & 10.

Synodus ista tribus Secretariis seu Sessionibus acta, tempusque, quo ea habita, his verbis notatur apud Surium in Vita Sancti Bonifacii ad diem V. Junii: *Imperante Domino Pissimo Augusto Constantino Imperatore, anno XXVI. Imperii ejus mense Octob. die XXV. Indictione XIV.* ideoque hoc anno ea celebrata. In editione tamen Othloni apud Serarium lib. 3. Rer. Mogunt. cap. 5. legitur: *Imperante Domino pissimo Augusto Constantino Imperatore, anno XXVI. post Consulatum ejus anno quinto, mense Octobris, die vicesima quinta, Indictione quarta & decima.* Quam utramque Constantini Epocham Sirmondus recte retinuit, sed in Annotationibus perperam scripsit, annos Imperii, & annos post Consulatum eodem recidere, quia *Constantinus* Kalendis, post Leonis patris obitum, seu post Imperii sui E natale, proximis Consulatum iniit. Ut autem per mensem Octobrem annus Constantini XXVI. ex quo consors imperii factus est a patre, sic & annus quintus ejusdem Constantini, ex quo post patris mortem solus Imperium tenuit, per eumdem mensem Octobrem, illigatur anno Christi DCCXLV. & Indictione XIV. mense Septembri cœptæ. Ita Sirmondus. Verum hanc explicationem rejiciendam esse, & Imperatores a tempore Constantini Pogonati, ipso die quo Imperium suscipiebant, Consulatum etiam suscepisse, & si jam cum patribus suis corregnarant, ipso die quo il supremum diem obierant, Consulatum per modum Tribunitiæ potestatis sumpsisse, certum esse debet ex iis, quæ tam in hac Critica quam in Dissert. Hypatica jam in medium attuli. Quare *Constantinus*, qui anno DCCXLI. die XVIII. mensis Junii Leoni patri successit, ipso die primum an-

num Consulatus sui, eodemque die currentis Christi anni quintum ejusdem Consulatus annum numeravit, ideoque omnes illæ notæ temporariæ accurate apud Serarium, & apud Sirmondum descriptæ. Baronius num. XXII. in margine reponit annum Imperii quintum, & omissa priori Constantini Epocha, posteriorem sic consignat: *Imperante Domino Pissimo Augusto Constantino Imperatore anno quinto imperii ejus*. Sed utraque Epocha Constantini retinenda.

ANNO CHRISTI 745.

Cointius, qui persuasum habebat, *Artabasdum* mense tantum Novembri currentis anni in ordinem redactum esse, anno DCCXLVI. num. XIV. Acta Synodi Romanæ refert, aitque præsenti anno, Romæ, per mensem Octobrem, in Actis publicis nominatos fuisse *Artabasdum* & *Nicephorum*, præterito *Constantino*, cujus nomen Romanis odiosum erat, ac legendum esse: *Imperante Domino pissimo Augusto Constantino Imperatore anno XXVI. post Consulatum ejus anno quinto, mense Octobri, die vicesima quinta, indictione quarta & decima*, vel potius, inquit, *Constantino Imperatore anno XXVII. post Consulatum ejus anno VI. mense Octobri, die XXV. indictione quinta & decima*. At Costantini nomen omissum non fuit, quia anno superiori mense Novembri in Imperium restitutus fuerat, ut vel hæc sola Synodus Romana mense Octobri hoc anno congregata manifestum facit. Cujus Synodi Epocha, cum in omnibus exemplaribus huic anno affigatur, evidens est Cointium Synodos Germanicam II. & Romanam hoc anno habitas in sequentem, Suessionem in currentem, Liptinensem in annum DCCXLIV. & Germanicam sub Karolomanno habitam, in annum DCCXLIII. magno Chronologiæ detrimento distuliss.

ANNO CHRISTI 745.

EPISTOLA GEMULI DIACONI

Ecclesiæ Romanæ ad Bonifacium archiepiscopum

De actis in synodo Romana contra Aldebertum & Clementem.

Domino sanctissimo apostolorumque meritis decorato Bonifacio archiepiscopo Gemulus indignus diaconus sanctæ sedis apostolicæ.

SUmmis & Deo amabilibus apicibus, cum magno & omni quo condecet honore & veneratione relegi. Et quia post tot tempora merui ex vestris syllabis visitari, omnipotenti Deo nostro gratias egi, qui me indignum famulum suum etiam de vestra lætificavit incolumitate. Igitur omnia, quæ nobis per nunc directas literas præcepistis, ut Dominus vires donare dignatus est adimplemus. Sed & ea quæ domino apostolico suggessistis, per nos sunt susceptа & annunciata atque relecta: & vos ea pertractantes omnia scripta, quæ vobis ab ea directa sunt, a nobis esse dictata juxta vestram voluntatem cognoscite. Sed &, quod vos non sperabatis fieri, suggessimus, & facta est synodus sacerdotum, præsidente domino apostolico, & relecta est sacrilega illius Aldeberti nefandissimi vita, & omnia opuscula illius coram synodo, pariter & epistola sanctissimæ paternitatis vestræ, ubi de illo, & de Clementis dementia suggessistis: & sic gestis peractis sententia anathematis in eos promulgata est, vel in omnes, qui eorum nefandam secuti sunt sectam: cujus instar vobis a domino apostolico directum est. Et hæc coram præsentia præsentis patris nostri Deneardi venerabilis presbyteri acta sunt: & ipse vobis ore proprio poterit enarrare, quod omnia ista per nos acta sunt. Nam pro certo cognoscite, sanctissime pater, quia in omnibus paratum me offero vestris obtemperaturum præceptis. Scio enim quia vestris orationibus adjutus erutus sum a tentationibus inimici, & misertus Dominus suo famulo medelam tribuit: & diversis infirmitatibus circumdatus, quamquam indignus, illud apostoli sequor consolationis donum, quo ait: *Dum infirmor, tunc potens sum. Et libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me* per vestras sanctas preces *virtus Christi*. Venerandas namque sorores nostras, & Dei ancillas, quæ apud limina sanctorum principum apostolorum properaverunt, quas etiam nobis vestra sancta paternitas commendare jussit, in quantum Dominus vires donare dignatus fuerat, curam earum habemus propter vestram sanctam præceptionem. Benedictionem etenim, quam nobis direxistis, susceptimus, id est poculum argenteum,, & sindonem unam, quam in duplici susceptimus benedictione, eo quod a tanto patre meruimus visitari. Et licet tribuere non valeamus, tamen ad vicem charitatis, cum magna reverentia direximus cinnamomum unc. IV. costum unc. IV. piper. lib. II. cozumbrem lib. I. Quæ peto ut absque injuria susсipere jubeatis, & ut pro nobis orare dignemini omnino depesco Incolumem sanctissimam paternitatem vestram divina conservet majestas orantem pro nobis, domine, & meritis apostolorum decorate pater.

1. Cor. 12.

STATUTA QUÆDAM SANCTI BONIFACII

archiepiscopi Moguntini et martyris.

ANNO CHRISTI 745.

ANNO CHRISTI 745.

Et Spicileg. Dacher. Tom. IX. Edidit in Append. tom VI. Labbeus.

COmpellimur quoque statutum canonum in hoc observare.

I. Ut nullus presbyter creditam sibi ecclesiam sine consensu episcopi derelinquat, & laicorum suasione ad aliam transeat.

II. Ut nullus presbyter sacra mysteria, nisi in locis consecrationis, pro contempu Ecclesiæ agere præsumat.

III. Ut nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo sanctificatum est: ut sit discretio inter sacratum & non sacratum.

IV. Ut presbyteri sine sacro chrismate, & oleo benedicto, & salubri eucharistia, alicubi non proficiscantur. Sed ubicunque vel fortuito requisiti fuerint, ad officium sum statim inveniantur parati in reddendo debito.

V. Ut presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel cujuslibet rei donare præsumant. Genus enim sacramenti est, non ab aliis nisi a sacerdotibus contingi debet: quod si fecerint, honore priventur.

VI. Ut laici presbyteros non ejiciant de ecclesiis, nec mittere præsumant sine consensu episcoporum suorum.

VII. Ut laici omnino non audeant munera exigere a presbyteris propters commendationem ecclesiæ cuique presbytero.

VIII.

ANNO CHRISTI 745.

VIII. Ut presbyteri bene vivere ſtudeant, & ita populum doceant.

IX. Ut unuquiſque epiſcopus ſua in parochia presbyteros diligenter inquirat unde ſint, & ſi quem fugitivum invenerit, ad ſuum epiſcopum redire faciat.

X. Qui relicto ſuo epiſcopo ad alium convolat, degradetur.

XI. Ut abbates vel abbatiſſæ ſic caſte vivant, ut * ſubjectos ſubjectaſque illorum vel illarum exemplum oſtendant ſanctæ converſationis. Quod ſi non fecerint, ab epiſcopo corrigantur. Si autem episcopum minime audierint, epiſcopus imperatori indicare faciat.

* Forte *apud ſubjectos*. Hard.

XII. Ut diligenter unuſquiſque epiſcopus in ſua parochia prævideat, & ubi monaſterium monachorum fuerit, ſi regulariter vivant, & monachice: ubi autem canonica vita fuerit, bene & canonice vivant.

XIII. Ut epiſcopi, puellarum monaſteria diligentiſſime perſcrutentur: quomodo primum ipſa abbatiſſa * ſic ſe contineat, aut caſte vivat: deinde ſeu diligenter diſcutiantur Nonanes, ne adulterium & fornicationes faciant. Et hoc a præpoſitis monaſteriorum ſummopere inquiratur.

* Forte, *ſi ſe* Hard.

XIV. De monaſteriis puellarum. Ut presbyteris opportuno tempore ad Miſſarum ſolemnia liceat illic advenire, & iterum ad proprias eccleſias redire.

XV. Ut plures non mittantur in monaſterio canonicorum atque monachorum, ſeu puellarum, quam ſufficere poſſint.

XVI. Ut unuſquiſque epiſpopus in ſua parochia diligenter diſcutiat ſuos presbyteros, & faciat ut illorum ſignacula, & baptiſteria bene faciant, & edoceant presbyteros, quid in illo baptiſterio unumquodque verbum vel ſententia per ſe ſignificet.

XVII. Ut unuſquiſque presbyter a ſuo epiſcopo diſcutiatur diligenter de ſua vita, & converſatione, ne omnino feminas ſecum habeat in domo ſua habitantes.

XVIII. Si quis egredietur e corpore, ultimo & neceſſario viatico minime privetur.

XIX. Non licet mortuum ſuper mortuum mitti.

XX. Non licet mortuis euchariſtiam nec oſculum tradi; nec de velis vel palliis corpora eorum involvi.

XXI. Non licet in eccleſia choros ſæcularium vel puellarum cantica exercere, nec convivia in eccleſia præparare: quia ſcriptum eſt: *Domus mea domus orationis vocabitur*.

XXII. Ut viri cum mulieribus balneum non celebrent.

XXIII. Non licet in illo altario ubi epiſcopus Miſſam dixerit, ut presbyter poſtea illa die Miſſam dicat.

XXIV. Non licet vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias perexpedire (quia in ipſa nocte non licet poſt mediam noctem bibere) nec natale Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus.

XXV. Adnuncient etiam presbyteri, omnibus fidelibus ſibi ſubjectis, ſymbolum & orationem dominicam memoriæ commendare: ut fide & oratione ſancto Spiritu illuſtrante ſalventur.

XXVI. Adnuncient presbyteri, ut neque viri neque feminæ de ſacro fonte filiolos, vel filiolas ſuſcipiant, ſi non memoriter ſymbolum & orationem dominicam tenuerint.

XXVII. Nullus ſit presbyter qui in ipſa lingua qua nati ſunt, baptizandos, abrenunciationes vel confeſſiones aperte interrogare non ſtudeat: ut intelligant quibus abrenunciant, vel quæ confitentur, & qui taliter agere dedignantur, * ſed cedat in parochia.

ANNO CHRISTI 745.

* Forte, *ſecedat de Parochia* Hard.

XXVIII. Si de aliquibus dubium eſt utrum ſint baptizati, abſque ullo ſcrupulo baptizentur: his tamen verbis præmiſſis: Non te rebaptizo: ſed ſi nondum es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

XXIX. Omnes presbyteri oleum infirmorum ab epiſcopo expetant, ſecumque habeant: & admoneant fideles infirmos illud exquirere, ut eodem oleo perunctí, a presbyteris ſanentur: quia *oratio fidei ſalvabit infirmos*. Jacob. 5: 15.

XXX. Doceant etiam presbyteri populum, quatuor legitima temporum jejunia obſervare, hoc eſt in menſe Martio, Junio, Septembrio, & Decembrio, quando ſacri ordines juxta ſtatuta canonum aguntur.

XXXI. Et quia varia neceſſitate præpedimur, canonum ſtatuta de reconciliandis pœnitentibus pleniter obſervare: propterea omnino non dimittatur. Curet unuſquiſque presbyter ſtatim poſt acceptam confeſſionem pœnitentium, ſingulos data oratione reconciliari. Morientibus vero ſine cunctamine communio & reconciliatio præbeatur.

XXXII. Qui pœnitentiam in infirmitate petit, & caſu, dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit: dent teſtimonium qui eum audierint, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur a ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaberit.

XXXIII. Si quis presbyter aut clericus auguria, vel divinationes, aut ſomnia, ſive ſortes, ſeu phylacteria, id eſt, ſcripturas, obſervaverit; ſciat ſe canonum ſubjacere vindictis.

XXXIV. Et hoc notum facient presbyteri omni populo, ut ſabbato Pentecoſtes, ſicut ſabbato ſanto Paſchæ, omnes jejunent, & ad eccleſiam hora nona conveniant quando ſicut veſperaſcente ſabbato ſancto Paſchæ celebratur: & ipſum diem Pentecoſtes ſimiliter celeberrimum habeant, ut ſanctum Paſchæ.

XXXV. Admoneat etiam unuſquiſque presbyterorum publice plebem, ab inlicitis connubiis abſtinere: & ſecundum Domini mandatum, legitimum conjugium nequaquam poſſe ulla occaſione ſeparari, excepta cauſa fornicationis, niſi cum conſenſu amborum: & hoc propter ſervitium Dei.

XXXVI. Adnuncient presbyteri diebus Dominicis per annum ſabbatizandum.

Primo modo.

In Natale Domini VIII. Kalend. Januarias, dies 4.

In Circumciſione Domini Kal. Januar. diem unum.

In Epiphania, VIII. Id. Januar. diem unum.

In Purificatione S. Mariæ, IV. Non Feb. diem unum.

In Paſcha Domini, poſt Dominicam dies tres.

ANNO CHRISTI 745.

In Ascensione Domini, diem unum.
In Natale sancti Joannis Baptistæ VIII. Kalendas Julias, diem unum.
In passione sanctorum apostolorum Petri & Pauli, III. Kal. Julias diem unum.
In Assumptione sanctæ Mariæ XVIII. Kal. Sept. diem unum.
In nativitate S. Mariæ VI. Idus Sept. diem unum.
In passione sancti Andreæ Apostoli, pridie Kalendas Decembris, diem unum.

ANNO CHRISTI 745.

ANNO CHRISTI 747.

CONCILIUM CLOVESHOVIÆ

ANNO CHRISTI 747.

HABITUM SUB CUTHBERTO DOROBERNIÆ ARCHIEPISCOPO,

Præsente Ædilbaldo rege Merciorum anno Domini DCCXLVII. regni ejusdem Ædilbaldi XXXII.

In quo decernitur de unitate ecclesiæ, de statu Christianæ religionis & de concordia & de pace promovendis.

EPISTOLA SANCTI BONIFACII

AD CUTHBERTUM ARCHIEPISCOPUM Cantii.

De corrigendis vitiis Anglorum, & Synodo convocanda.

Spiritalis affinitas necessitudine copulando fratri archipontificatus infula sublimato coepiscopo Cuthberto, Bonifacius legatus Germanicus catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, optabilem in Christo intimæ charitatis salutem.

SCriptum enim est in libro Salomonis; *Beatus homo qui invenit amicum, cum quo loqui possit quasi cum semetipso*. Cum muneribus munificentiæ vestræ dulcissimas literas vestras fraterna charitate * interlatas, magnas Deo & vobis gratias agentes filio vestro diacono Cynebertho offerente suscepimus. Vivæ vocis quoque melliflua colloquia vestra de fraternis consiliis per illum nobis charitas vestra mandavit, quæ consiliorum spiritalia colloquia optamus ut Deo volente, quamdiu in hac mortali vita vivemus, inter nos jugiter insinuentur, illo præstante a quo solo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: vos melius & plenius quibus Deus in multis donavit, & prudentius nosse, & melius & plenius posse: nos quasi in paucis fideles, tamen & devoti studeamus instrui; aureo cælestis amoris vinculo, quod rumpi non potest, invicem catenati. Nam labor nostri ministerii unius & ejusdem causæ esse dignoscitur; & æqualis speculatio in curis ecclesiarum sive populorum creditæ sunt, sive in docendo, sive in hortando & monendo, sive in defendendo canonicos gradus vel plebeios. Idcirco humillima prece depoſco, ut dum vobis salubre consilium Deus inspiraverit, vel suo spiritu, vel colloquio synodalium consultuum, nobis insinuare non pigeat: & nos similiter, si parvitati nostræ Deus aliquid tale vobis quod necessarium vel amabile insinuaverit, similia faciemus. Major enim nobis solicitudo ecclesiarum, & cura populorum propter pallia credita & recepta, quam cæteris episcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. Propterea, charissimi, non quia * vestræ prudentiæ opus sit rusticitatis nostræ statuta audire vel legere, sed propter bonam & humilem & sanctam voluntatem vestram, putamus vos libentius scire quam nescire, quæ hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt, & vobis emendanda & corrigenda destinamus.

Decrevimus hæc in nostro synodali conventu, & confessi sumus fidem catholicam; & unitatem, & subjectionem Romanæ Ecclesiæ, sine tenus vitæ nostræ velle servare sancto Petro, & vicario ejus velle subjici: Synodum per omnes annos congregare: metropolitanos pallia ab illa sede quærere, & per omnia præcepta sancti Petri canonice sequi desiderare, ut inter oves sibi commendatas numerentur. Et isti confessioni universi consensimus, & subscripsimus, & ad corpus sancti Petri principis apostolorum direximus, quod gratulando clerus Romanus & pontifex suscepit.

Fidem catholicam & Romanæ ecclesiæ subjectionem tenendam.

Canones Synodi Augustanæ.

Statuimus ut per annos singulos canonum decreta, & ecclesiæ jura, & norma regularis vitæ in Synodo legantur & recuperentur.

Decrevimus ut metropolitanus qui sit pallio sublimatus, hortetur cæteros & admoneat, & investiget quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens servus Dei.

Archiepiscopi cura.

Venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres, falcones habeant, prohibemus.

Venatio prohibita.

Statuimus ut per annos singulos unusquisque presbyter episcopo suo in quadragesima rationem ministerii sui reddat, sive de fide catholica, sive de baptismo, sive de omni ordine ministerii sui.

Presbyteri annue examinandi.

Statuimus ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam solicite circumeat, populum confirmare, & plebes docere, & investigare, & prohibere paganas observationes, divinos vel sortilegos, auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes spurcitias Gentilium.

Cuthberth. can. 3. Episcopus annue parochiam circumeat.

Interdiximus servis Dei, * ut pompatico habitu, vel sago, vel armis utantur.

A. ma. * al. *ne*

Statuimus quod proprium sit metropolitani, juxta canonum statuta, subjectorum sibi episcoporum investigare mores, & solicitudinem circa populos, * qualis sit, & moneat.

Archiepiscopi proprium.

* al. *quales sint Et moneat, ut Episcopi &c.*

Ut episcopi a synodo venientes in propria parochia cum presbyteris & abbatibus conventum habentes, præcepta synodi servare insinuando præcipiant; & unusquisque episcopus, si quid in sua diœcesi corrigere vel emendare nequiverit, idem in synodo coram archiepiscopo, & palam omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo quo Romana ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit.

Hard. Cuthbert. can. 25. Episcopus præcepta Synodi publicet.

Ut si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse viderim, & corrigere non potuerim, fideliter semper sedi apostolicæ & vicario sancti Pe-

Incorrigibiles papæ sistendi.

lege calatas, * f. legend. interlitas.

Petit mutuam opem in promovenda re ecclesiæ.

Mittit Synodi suæ canones intuendos.

Petri ad emendandum indicaverim. Sic enim, nisi fallor, omnes episcopi debent metropolitano, & ipse Romano pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere: & sic alieni fient a sanguine animarum perditarum.

ANNO CHRISTI 747.

Ecclesiæ cura propter rerum turbines non deserenda.

De cætero, frater charissime, quia nobis æqualis labor, & majus periculum imminet, quam cæteris sacerdotibus, quia canones antiqui præcipiunt ut omnes sciant, metropolitanum solicitudinem totius provinciæ gerere: &, ut verbi gratia dicam, sicut timeo, navem gubernandam inter fluctus feri maris suscepimus, quam nec caute regere, nec sine peccato dimittere valeamus; quia, ut quidam sapientium dicit, si periculosum est navem inter fluctus caute non regere, quanto periculosius est eam undis intumescentibus fluctuantem in tempestate relinquere. Et idcirco ecclesia quæ velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, quæ diversis tentationum fluctibus in hac vita tunditur, non est tamen relinquenda, sed regenda: cujus rei exemplo priores patres habemus Clementem & Concilium, & cæteros complures in urbe Romana, Cyprianum in Carthagine, Athanasium in Alexandria, qui sub paganis imperatoribus navem Christi, imo charissimam sponsam ejus, ecclesiam scilicet, docendo, defendendo, laborando, & patiendo, usque ad sanguinis effusionem gubernabant. Possum enim de memetipso pro certo juxta vocem Cantici canticorum dicere: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis, vineam non custodivi. Vinea* enim secundum prophetam, *Domini sabaoth, domus Israel est:* nunc videlicet ecclesia catholica esse comprobatur, cujus synodum congregandam & hortandam jussu pontificis Romani, & rogatu principum Francorum & Gallorum, sub spe restaurandæ legis Christi: *Suscepi, circumfodi, cophinum stercoris apportavi, sed non custodivi, quia cum expectarem ut faceret uvas, fecit labruscas:* & juxta alium prophetam: *Mentietur opus olivæ, & campi non facient escas:* sed, proh dolor, officium laboris mei rerum collatione simillimum esse videtur canilatranti, & videnti fures & latrones frangere & subfodere & vastare domum domini sui: quia defensionis auxiliatores non habeat, submurmurans ingemiscat & lugeat. Nunc hoc quod mihi in tali periculo posito justum & cautum esse videtur salubre consilium vestrum quærens & scire desiderans, insinuo libertatem, prædicandi dico, ut in Actibus apostolorum Paulus apostolus sacerdotibus intimavit dicens: *Contestor vos hodierna die, quia mundus sum ab omnium sanguine. Non enim subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Regnum*, inquit, *Dei inter vos ambulans prædicavi, ut me alienum ab omnium perditione servarem.* Nam apostolus episcopum, propheta speculatorem, Salvator mundi pastorem, ecclesiæ sacerdotem appellat: & omnes tacentes peccata populi doctorem reum sanguinis animarum perditarum sub silentio esse comprobant.

Cant. 1.

Isai. 27.

Isai. 5.

Habacuc. 3.

Consilium petit.

Act. 20.

Sacerdotis vita officium periculosum.

Propter hoc horribilis & maxima necessitas cogit, ut juxta dictum apostoli nos formam debeamus exhibere fidelibus, hoc est, nisi me fallat opinio, ita juste vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet, & ne cum sibi de proprio caute vivat, tacens alieno damnetur peccato: quia ad hoc est ecclesiæ Dei præpositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, singulos ante oculos constituat, & quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes, ostendat; quia juxta verbum Domini ad Ezechielem, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sancte vivat, & tamen perdite viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus qui eo tacente perierint, perit: & quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Taciturnitatem quidem sacerdotis Dominus ad Ezechielem loquens terribiliter prohibet, & speculatorem sacerdotem appellat: & sicut speculatoris est de loco editiori plus omnibus contemplari, ita sacerdos debet esse meritorum sublimitate celsior, & majoris scientiæ habere gratiam, qua possit cæteros instruere. *Audies*, inquit divinus sermo, *sermonem, & annunciabis eis ex me*, indicat ut hoc dicat sacerdos quod ex divina lectione didicerat, quod illi Deus inspiraverit, non quod humani sensus invenerint. *Annunciabitis eis*, inquit, *ex me: ex me*, non ex te, mea verba loqueris, non est quod ex his, tamquam de tuis infleris; *ex me*, inquit, *eis annunciabis. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero ejus de manu tua requiram:* ac si aperte dixisset, si ei peccata sua non annunciaveris, & si eum non argueris, ut convertatur & vivat; & te, qui non increpasti, & ipsum, qui tacente te peccavit, flammis perennibus tradam. Non simus tam saxei vel tam ferrei pectoris, ut nos ista verba non terreant: non simus tam alienati a fide, ut his verbis Domini non credamus; sed excitemus & exhortemur fratres nostros verbis venerandis sancti Petri apostoli: *Sobrii estote, & vigilate, & excitamini, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortiter in fide, scientes eamdem passionem, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.* Est episcopos * synodis nostris subjectos, adjuratione sancti Pauli apostoli admoneamus Timotheo dicentis: *Testificor coram Deo & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos ac mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Et enim jam prædicatum ab apostolo, *tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros*, &c. Clamemus in fortitudine, juxta dictum prophetæ, qui annunciamus pacem in terris hominibus bonæ voluntatis. Ille namque in fortitudine clamat, quem nec metus, nec verecundia prædicare verbum vitæ impedit. Contendamus, auxiliante Domino, ut non simus inter illos falsos pastores ovium quos propheta accusat, dicens: *Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: nonne greges pascuntur a pastoribus? lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat occidebatis: gregem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis: quod fractum est non alligastis, & quod abjectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dis-*

Isai. 58.

Exhortatio.

Ezech. 34.

Ezech. 5.

Ezech. 3. & 33.

Ezech. 3

1. Petr. 5

2. Tim. 4.

Ibidem.

* al. Synodi nostræ subjectionis.

sperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri.

ANNO CHRISTI 747. Commutatio in paſtores nequam.

Væ, quod propheta dicit pro maledicto poſuit: per paſtores, epiſcopos ſignificat: greges Domini, id eſt * fidelis populus ad paſcendum: *ſed ſemetipſos paſcunt*, quaſi diceret, non populi ſalutem, ſed ſuas voluntates attendunt: lac & lanam ovium Chriſti oblationibus quotidianis ac decimis fidelium ſuſcipiunt, & curam gregis Domini deponunt, non ſanant ſpirituali conſilio infirmum peccatis, non ſolidant ſacerdotali ope diverſis tribulationibus fractum, non revocant erroneum ad viam ſalutis, non requirunt ſolicitudine paſtorali veniæ deſperatione perditum, nec afflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more deſæviunt, defendunt; nec divites peccantes vel potentes non ſolum non arguunt, ſed etiam venerantur; & ideo minaciter ſuperbiam talium ſermo divinus contundit, dicens: *Væ paſtoribus Iſrael*: & iterum: *Propterea paſtores audite verbum Dómini. Hæc dicit Dominus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant gregem, nec paſcant amplius ſemetipſos*. Quod quid eſt aliud quam paſtores, qui ſemetipſos, non greges paſcunt, de ſublimitate honoris, inter reprobos & inter maledictos projiciam? Ad hæc omnia quis non tremeſcat, niſi qui * furata ſ. non credit. Sed omnia quæ Deus voluit obſervari, tam aperte poſuit, ſui nominis auctoritate firmavit, ut eo facilius, quod dictu quoque nefas eſt, contemnamus, quam nos non intelligere tam aperta & divina mentientes fingamns. Quando audimus: *Hæc dicit Deus*; quis futurum eſſe non credet quod dicit Deus, niſi qui Deo non credit? Horum & his ſimilium conſideratione perterritus ſum, & timor & tremor venerunt ſuper me, & pene contexerunt me peccatorum meorum tenebræ, & ſemel ſuſceptum gubernaculum navis eccleſiæ libuiſſet, * ſi licuiſſet, mihi omnino demittere, ſi valerem vel exempla patrum, vel ſcripturas ſacras conſentaneas invenire.

Idcirco, frater chariſſime, quia hæc omnia ita ſe habent, & veritas * vatigare poteſt, vinci hæc & falli non poteſt, fatigata mens noſtra confugiat ad illum qui per Salomonem dicit: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos*, & alibi dixit: *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam confugit juſtus, & ſalvabitur*. Stemus in juſtitiam.·. & præparemus animas noſtras ad tentationem, ut ſuſtineamus ſuſtentationem Dei, & dicamus ei: *Domine refugium factus es nobis a generatione & progenie*: confidamus in eum qui nobis onus impoſuit quod portare non poſſumus, portamus per illum qui eſt omnipotens, qui dicit: *Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve*. Stemus in prælio in die Domini, quia dies tribulationis & anguſtiæ venerunt ſuper nos: moriamur, ſi Deus voluerit, pro ſanctis legibus patrum noſtrorum, ut hereditatem cum aliis æternam conſequi mereamur. Non ſimus canes muti, non ſimus taciti ſpeculatores, non ſimus mercenarii lupum fugientes, ſed paſtores ſolicite vigilantes ſupra gregem Chriſti, prædicantes majori & minori, diviti & pauperi omne conſilium Dei, omnibus gradibus vel ætatibus, in quantum Deus donaverit poſſe, opportune, importune, eo modo quo ſanctus Gregorius in libro paſtorali conſcripſit. Propterea non taceo charitati veſtræ, quia omnibus ſervis Dei qui hic vel in ſcriptura, vel in timore Dei probatiſſimi videntur, quod bonum conſilium & * honeſtas & pudicitiæ veſtræ aliquod velamentum turpitudinis ſit; ſi prohiberet ſynodus & principes veſtri mulieribus & velatis feminis illud iter & frequentiam, quam ad Romanam civitatem veniendo & redeundo faciunt, quia magna ex parte pereunt, paucis remanentibus integris. Perpaucæ enim ſunt civitates in Longobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in * qua non ſit adultera vel meretrix generis Anglorum, quod ſcandalum eſt & turpitudo totius eccleſiæ veſtræ.

ANNO CHRISTI 747. Mulieribus & velatis prohibendum Romam peregrinari. * honeſtati

* quibus

* Illud hoc, quod laicus homo, vel imperator, vel rex, aut aliquis præfectorum vel comitum in ſæculari poteſtate fultus, ſibi per violentiam rapiat monaſterium de poteſtate epiſcopi, vel abbatis aut * abbatiſſæ, & incipiat ipſe vice abbatis regere, & habere ſub ſe monachos, & pecuniam poſſidere quæ fuit Chriſti ſanguine comparata; talem hominem antiqui patres nominabant raptorem & ſacrilegum, homicidam pauperum, & lupum diaboli intrantem in ovile Chriſti, & maximo anathematis vinculo damnandum ante tribunal Chriſti. De talibus memorare ſancti Pauli Apoſtoli ad Timotheum dicentis: *Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Domino*, qui præſtat omnia talibus, ſi eccleſiæ correptionem non recipiunt: quia ethnici & publicani ſunt, nec vivis nec mortuis communicat eccleſia Dei talibus, quia hic & ibi reperiuntur, cum tuba Dei clangemus, ne tacentes damnaremur.

* Al. *Ille autem qui*. Sacrilegium.

* abbæ

1. Tim. 6.

Supervacuam autem & Deo odibilem veſtimentorum ſuperſtitionem omni intentione prohibere ſtude, quia illa ornamenta veſtium, ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur, latiſſimis clavis & vermium * imaginibus clavata adventum Antichriſti ab illo tranſmiſſa præcurrunt: illius calliditate, per miniſtros ſuos introducere intra clauſtra monaſteriorum fornicationem & luxuriam clavatorum juvenum, & fœda conſortia, & tædium lectionis, & orationis, & perditionem animarum. Hæc indumenta nuditatem animæ ſignificantia, ſigna in ſe oſtendunt arrogantiæ, & ſuperbiæ, & luxuriæ, & vanitatis; de quibus Sapientia dicit: *Arrogantiam, & ſuperbiam, & viam pravam, & os bilingue deteſtor*.

Veſtium luxus.

* al. *maginibus*, forte *marginibus* Harduinus

Fertur quoque in parochiis veſtris ebrietatis malum nimis aſſuetum eſſe, ut non ſolum ępiſcopi quidam non prohibeant, ſed etiam ipſi nimis bibentes inebrientur, & alios porrectis poculis majoribus cogant ut inebrientur, quod abſque dubio nefas eſt omni ſervo Dei facere vel feciſſe; quod canones patrum ebrium epiſcopum vel presbyterum aut ceſſare, aut degradare jubent, & ipſa veritas dixit: *Attendite ne graventur corda veſtra in crapula & ebrietate*. Et Paulus apoſtolus: *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria*. Et Iſaias propheta: *Væ vobis qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem*: hoc enim malum ſpeciale eſt paganorum, & noſtræ gentis: hoc nec Franci, nec Galli, nec Longobardi, nec Græci faciunt. Et hoc ſcelus ſimiliter ſynodali decreto, & interdicto ſcripturarum compeſcamus, ſi poſſumus: ſi autem, vitan-

Ebrietas.

Ephes. 5.

Iſai. 5.

Ezech. 34.

forte, futura.

Ibidem.

* al. *& placuiſſet mihi omnino.*

Incitatio, * *forte* deviare * fatigari. *Prov. 3.*

Prov. 18.

Pſal. 89.

Matth. 11.

Luc. 21.

ANNO CHRISTI 747.

tantes & interdicentes, absolvamus animas nostras a sanguine perditorum.

Opera servilia monachis imposita.

De violenta quoque monachorum servitute, operibus & ædificiis regalibus, quæ in toto mundo Christianorum non auditur facta, nisi tantum in gente Anglorum; quod sacerdotibus Dei non tacendum nec consentiendum est, quod auditum malum est præteritis sæculis. Venerandam fraternitatis vestræ dilectionem contra omnia adversa illæsam pro nobis intercedentem dextra Dei custodire dignetur.

TITULI CAPITULORUM.

Proœmium, in quo literæ Zachariæ pontificis Romani præleguntur, & præsules sese mutuo exhortantur.

I. *Ut episcopi curam suam pastoralem & canonicas institutiones, non negotia sæcularia prosequantur.*

II. *De unitate pacis.*

III. *Ut omni anno episcopi parochias peragrent.*

IV. *Ut episcopi abbates & abbatissas moneant regulariter vivere.*

V. *De monasteriis sæcularium.*

VI. *De examinatione eorum qui ordinandi sunt.*

VII. *De lectionis studio per singula monasteria.*

VIII. *Ut presbyteri diligenter considerent officium suum.*

IX. *Ut presbyteri baptizent, & in suos evangelii officium diligenter exerceant.*

X. *Ut presbyteri quoque symbolum & missarum verba in sua lingua discant scire.*

XI. *Ut omnes presbyteri uno modo sua ministeria peragant.*

XII. *Item ut presbyteri simplici voce & modesta sancta canant in ecclesiis.*

XIII. *Ut uno eodemque tempore ubique festivitates dominicæ, seu martyrum nativitates peragantur.*

XIV. *De honore & observatione dominici diei.*

XV. *De septem canonicis horis.*

XVI. *De diebus litaniarum.*

XVII. *De festivitate colenda Sancti Gregorii & Augustini.*

XVIII. *De jejunio quarti, septimi, & decimi mensis.*

XIX. *De moribus & habitu monasterialium.*

XX. *De honestate eorumdem.*

XXI. *De fugiendo ebrietatis malum.*

XXII. *De communione corporis & sanguinis Christi monasterialibus.*

XXIII. *Item de communione laicorum.*

XXIV. *Ut sæculares prius probentur, & sic sanctæ conversationis tonsuram accipiant.*

XXV. *Ut episcopi synodi præcepta per parochias suas omnes scire faciant.*

XXVI. *De eleemosynis.*

XXVII. *De sanctæ psalmodiæ utilitate.*

XXVIII. *Ut nemo suscipiat majorem congregationem quam sustentare possit.*

XXIX. *Ut nullus servorum Dei inter laicos habitet.*

XXX. *De modo cohibendi simultatem inter ecclesiasticos & laicos, & de orando pro regibus, &c.*

ALIA CAPITULORUM ENARRATIO.

CUM igitur (inquit Malesburius de gest. pontif. l. 1. in Cuthberto) ex diversis Britanniæ provinciis sacri ordinis præfati præsules cum minoris ordinis dignitatibus convenissent, & recitata essent scripta in duabus chartis venerandi papæ Zachariæ, quibus admonebat Anglos ut castigatius viverent, & contemnentes excommunicare minabatur; decreverunt capitulo

ANNO CHRISTI 747.

I. *Ut episcopi solicitius amodo viverent, & solicitius subditos admonerent.*

II. *Ut pacifico animo viverent, quamvis locis discreti degerent.*

III. *Ut omni anno parochias suas singuli circumirent.*

IV. *Ut quisque in sua diœcesi abbates & monachos moneat regulariter vivere, & prælatos subjectos suos non opprimere, sed diligere.*

V. *Ut etiam monasteria, quæ sæculares homines pervaserant, nec tunc ab eis auferre poterant, docerent regulariter vivere.*

VI. *Ne aliquis ordinetur, nisi prius ejus vita examinetur.*

VII. *Ut per monasteria, lectio sacrarum scripturarum frequentetur.*

VIII. *Ut presbyteri non sint negotiorum sæcularium dispositores.*

IX. *Ut ipsi presbyteri non accipiant pretium pro baptizandis pueris.*

X. *Ut dominicam orationem & symbolum Anglice discant & doceant.*

XI. *Ut omnes uno eodemque modo sua ministeria peragant.*

XII. *Ut modesta voce sacra in ecclesiis canant.*

XIII. *Ut uno eodemque tempore, ubique dominicæ festivitates, & sanctorum natalia celebrentur.*

XIV. *Ut honorabiliter observetur dominicus dies.*

XV. *Ut septem canonicæ horæ diebus singulis observentur.*

XVI. *Ut rogationum dies, & minorum, & majorum non omittantur.*

XVII. *Ut festivitas Sancti Gregorii & Augustini patris nostri observetur.*

XVIII. *Ut jejunia quatuor temporum observentur.*

XIX. *Ut monachi & sanctimoniales regulariter vestiantur.*

XX. *Ut episcopi observent, ne ista decreta negligantur.*

XXI. *Ne ecclesiasticus ordo inebrietur.*

XXII. *Ut communio ab ecclesiasticis non negligatur.*

XXIII. *Ut idem a laicis pro temporibus observetur.*

XXIV. *Ut prius probentur laici, quam monachentur.*

XXV. *Ut eleemosynæ non negligantur.*

XXVI. *Ut hæc præcepta singuli episcopi subjectis notificent.*

XXVII. *De utilitate eleemosynæ disputatum est.*

XXVIII. *De utilitate psalmodiæ.*

XXIX. *Ut congregatio pro modo facultatum constituatur.*

XXX. *Ut monachi inter laicos non habitent.*

XXXI. *Ut pro regibus & principibus publice oretur.*

Cujus synodi actionem (nam capitula tantum tetigimus) Cuthbertus archiepiscopus statim per Kinebertum diaconum suum, Bonifacio Moguntino archipræsuli misit; ipse congratulans eleganter rescripsit, sicut suo loco lector inveniet.

SY-

ANNO CHRISTI 747.

SYNODUS CUTHBERTI ARCHIEPISCOPI.

PRÆFATIO.

Et codice vetustissimo manuscripto literis Saxonicis.

REgnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, qui cuncta Patris imperio, ac pariter sancti Spiritus gratia vivificante disponit, hæc quæ subter habentur synodalia gesta Septembris mensis initio, prope loca quæ vocantur * Coldeshoas peracta sunt: præsentibus his Deo dilectis præsulibus ecclesiarum Christi, hoc est, honorabili archiepiscopo Cuthberto, & venerabili Roffensis ecclesiæ antistite Dunno, atque reverentissimis episcopis Merciorum Torta & Huita, ac Podda; sed & probatissimis præsulibus occidentalium, Hunfredo & Hercuvaldo, venerabilibusque sacerdotibus, Heardulfo orientalium Anglorum, atque Ecgulfo orientalium Saxonum, & Milredo Hulciorum; sed & honorabilibus quoque episcopis Alvviho Lindissæ Provinciæ, atque Sicga Australium Saxonum. Anno dominicæ incarnationis DCCXLVII. indictione XV. Anno hoc regni [1] Ædilbardi regis Merciorum (qui tunc aderat cum suis principibus ducibus) * XXXII. aut XXXIII.

* Vulgo Clyff Hard Locus sessionis. Considentes.

Tempus. Malm. gest. pont. lib. 1.

Cum igitur ex diversis Britanniæ provinciis sacri ordinis præfati præsules, cum plurimis sacerdotibus Domini, & minoribus quoque ecclesiastici gradus dignitatibus, ad locum synodalem cum prædicto venerabili archiepiscopo Cuthberto convenerunt, & de unitate ecclesiæ, ac statu Christianæ religionis, & concordia pacis tractanda confirmandaque pariter consederunt; tum etenim post devotam ad invicem salutationem, in primis a præsidente præfato metropolitano scripta toto orbe venerandi pontificis domni apostolici papæ Zachariæ in duabus chartis in medium prolata sunt, & cum magna diligentia, juxta quod ipse apostolica sua auctoritate præcepit, & manifeste recitata, & in nostra quoque lingua apertius interpretata sunt. Quibus namque scriptis isdem præclarus pontifex Zacharias Britannicæ hujus insulæ nostri generis accolas, diversæ videlicet dignitatis & conditionis gradus familiariter præmonebat, & veraciter conveniebat, ac postremo amabiliter exorabat; & hæc omnia contemnentibus, atque in sua pertinaci malitia permanentibus, anathematis inter cætera sententiam procul dubio proferendam insinuabat, uti in eis legentibus liquido claresçit. Unde nimirum post illarum recitationem, & * tenendæ invectionis admonitionem, ipsi præsules, qui cæteris magisterii loco a Deo prælati sunt, ad seipsos verba mutuæ exhortationis verterunt, ac sese suumque officium, quo cæteri ad Dei famulatum instrui quotidie debent, in homiliis quoque beati patris Gregorii, & sanctorum patrum canonicis decretis, quasi in specula splendiflua considerantes.

* for. tremendæ

CAPITULA.

I.

Atque deinde primo suorum loco decretorum, hoc rata sanctione condixerunt; Ut unusquisque episcoporum curam sibi pastoralem creditam, canonicasque Christi ecclesiæ institutiones, summo conanime, contra diversa ac prava tentamenta, Deo patrocinante & adjuvante, defendere sit promptus, nec ullatenus deinceps negligenter vivendo, segniter docendo, negotiis sæcularibus plus quam Dei servitiis, quod absit, subditus existat, sed bonis utique moribus, abstinentiæ virtutibus, justitiæ operibus, doctrinæ studiis adornatus, ut secundum apostolum, populum Dei suis exemplis bene corrigere, & sanæ quoque doctrinæ sermonibus instruere prævaleat.

ANNO CHRISTI 747.

II.

Secundo loco, sub testificatione quadam confirmaverunt, ut pacis intimæ & sinceræ charitatis devotio ubique inter eos perpetuo permaneat, atque ut una sit omnium concordia in omnibus viris ecclesiasticæ religionis; in sermone, in opere, in judicio, sine cujusquam adulatione personæ; utpote unius Domini ministri, uniusque ministerii conservi; ut licet sedibus sint divisi per diversa loca, tamen mentibus conjuncti in uno spiritu, Deo in fide, & spe, & charitate deserviant, orantes diligenter pro invicem, ut sui certaminis cursum fideliter unusquisque consummare possit.

III.

Tertio sanxerunt loco, ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam pertranseundo, & circumeundo, speculandoque visitare non * præsideat, populumque diversæ conditionis ac sexus per competentia ad se convocet loca, aperteque doceat, utpote eos qui raro audiunt verbum Dei, prohibens & inter cætera peccamina paganas observationes, id est, divinos, sortilegos, auguria, auspicia, phylacteria, incantationes, sive omnes spurcitias impiorum, gentiliumque errata.

* for. pretermittat

IV.

Quarto definierunt condicto, ut episcopi in suis parochiis abbates atque abbatissas moneant, quatenus seipsos primo ponant exemplum bene vivendi, deinde subjectos sibi ut regulariter conversentur diligenti cura exerceant: ita tamen ut familias suas meminerint digne in Domino diligere, & non in vice servorum, sed in vice filiorum habere, & necessaria eis secundum monasticæ vitæ, prout possibilitas rerum subministrat, studeant impendere, & ut præpositi præpositæque monasteriorum curam sibi injunctam in rebus monasterii fideliter dispen-

1 *Ethelbaldus* dicitur in epist. 10. & 12. Bonifacii Mog. *Edelbaldus* apud Bedam lib. 5. cap. ult. *Hardulnus*.

ANNO CHRISTI 747. aliquis furripiat illas.

penſent, caveantque omnimodo ne * aliqua ſubripiat illos.

V.

Quinto diſputatum eſt loco, ut epiſcopi monaſteria, ſi tamen ea fas eſt ita nominare, quæ utique, quamvis temporibus iſtis propter vim tyrannicæ quædam avaritiæ, ad religionis Chriſtianæ ſtatum nullatenus immutari poſſint, id eſt quæ a ſæcularibus, non divinæ ſcilicet legis ordinatione, ſed humanæ adinventionis præſumptione, utcumque tenentur; tamen pro ſalute animarum in eiſdem commorantium adire debeant, ſit neceſſe: & ut inter cætera exhortamenta prævideant, ne ſine ſacerdotis miniſterio aliquod illorum deinceps debilitatum periclitetur, juvantibns ad hoc eorum poſſeſſoribus.

VI.

Sexto ſtatuitur decreto, ut epiſcopi nullum de clericis ſeu monachis ad ſacrum presbyterii gradum ordinent, niſi prius ejus vitam qualis extiterit, vel tunc quæ morum probitas ac ſcientia fidei exiſtat, manifeſte perquirant: qua namque poteſt ratione aliis integritatem fidei prædicare, ſermonis ſcientiam conferre, peccantibus diſcretionem pœnitentiæ indicare, niſi prius vigilanti intentione, hæc pro viribus ingenioli ſui ſtudeat ediſcere, ut juxta apoſtolum, *Potens ſit exhortare in doctrina ſana?* Tit. 1.

VII.

Septimo decreverunt condicto, ut epiſcopi, abbates atque abbatiſſæ..... ſtudeant, & diligenti cura provideant, ut per familias ſuas lectionis ſtudium indeſinenter in plurimorum pectoribus verſetur, & ad lucrum animarum laudemque regis æterni multorum vocibus innoteſcat; nam dictu dolendum eſt, quod his temporibus perpauci inveniantur, qui ex intimo corde ſacræ ſcientiæ rapiantur amore; & vix aliquid elaborare in diſcendo voluerint; quin potius a juvenili ætate vanitatibus diverſis, & inanis gloriæ cupiditatibus occupantur, atque præſentis vitæ inſtabilitatem pluſquam ſacrarum ſcripturarum aſſiduitatem vagabunda mente ſequuntur. Proinde coerceantur & exerceantur in ſcholis pueri ad dilectionem ſacræ ſcientiæ, ut per hoc bene eruditi inveniri poſſint ad omnimodam eccleſiæ Dei utilitatem, nec ſint rectores terrenæ tam avidi operationis, ut domus Dei deſolatione ſpiritalis ornaturæ vileſcat.

VIII.

Octavo monuerunt capitulo, ut presbyteri indeſinenter reminiſcant, ad quod divina ordinatione præ cæteris promoti ſint; quod Dei videlicet miniſtri & diſpenſatores myſteriorum Chriſti vocantur, & tunc *quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur*: unde ſciant ſe neceſſario pro Dei intuitu debere a ſæcularibus negotiis cauſiſque, in quantum prævaleant, vacare; altaris officium divinique cultus obſequium ſumma intentione perſolvere: oratorii domum, & cuncta ad cultum ipſius pertinentia ſub ſua cura conſervare; lectioni, orationi, miſſarum celebrationi, pſalmiſque canendis invigilare, abbatibuſque ſuis ſive abbatiſſis diligenter ac fideliter, ubicumque opus fuerit, auxilium præbere, pro injuncto ſcilicet ſibi divinitus officio reminiſcant, id eſt in admonendo, & corripiendo, atque exhortando ſubjectos, ut pariter & exemplis & hortamentis illorum alii, ut decet, ad Dei famulatum ſemper incitentur. ANNO CHRISTI 747. 1. Cor. 4.

IX.

Nono conſequenter addiderunt capitulo, ut presbyteri per loca & regiones laicorum, quæ ſibi ab epiſcopis provinciæ inſinuata & juncta ſunt, evangelicæ atque apoſtolicæ prædicationis officium in baptizando, & docendo, ac viſitando ſub legitimo ritu ac diligenti cura ſtudeant explere; ut ſecundum apoſtolum, *duplici honore digni habeantur*: caveantque omnino, ut decet Dei miniſtros, ne aliqua contemnendæ ac pravæ converſationis exempla de ſe ſæcularibus ſive monaſterialibus præbeant, id eſt (ut cætera taceantur) vel in ebrioſitate, vel turpis lucri gratia, ſeu turpi eloquio, & his ſimilibus. 1. Tim. 5

X.

Decimo docuerunt decreto, ut presbyteri omne ſui gradus officium legitimo ritu per omnia diſcant exhibere noſſe: deinde ut ſymbolum fidei ac dominicam orationem, ſed & ſacroſancta quoque verba quæ in miſſæ celebratione & officio baptiſmi ſolemniter dicuntur, interpretari atque exponere poſſe propria lingua qui neſciant, diſcant; nec non & ipſa ſacramenta quæ in miſſa ac baptiſmate, vel in aliis eccleſiaſticis officiis viſibiliter conficiuntur, quid ſpiritaliter ſignificent, * & diſcere ſtudeant. Ne vel in ipſis interceſſionibus quibus pro populi delictis Deum exorare noſcuntur, vel miniſterii ſui officiis inveniantur quaſi muti & ignari, ſi non intelligant nec verborum ſuorum ſenſum, nec ſacramenta quibus per eos alii ad æternam proficiunt ſalutem. Ut dominicam orationem & ſymbolum Anglice diſcant & doceant, *ait Malmesb.* * Forte, *edi. ſcere.* Hard.

XI.

Undecimo proſecuti ſunt mandato, ut cuncti presbyteri omne ſacerdotale ſuum miniſterium uno eodemque modo ac ratione in baptizando, & docendo,

ANNO CHRISTI 747.

ac judicando, ubique studeant agere, &, quod primum est, de fide sacræ Trinitatis recte ac sincere sapiant, omnesque ad se venientes, de sua vita consulentibus, hanc primitus doceant, quia *sine fide impossibile est placere Deo*. Symbolum quoque eis diligenter insinuent, ut intelligant quid credere, quid sperare debeant, infantibusque illud, vel eis qui eos in baptismate suscipere voluerint, tradant, abrenunciationemque doceant diabolicis pompis atque auguriis divinationibusque dicere, & post hæc legitimas professiones profiteri solerter instruant.

Hebr. 11.

XII.

Duodecimo adjunxerunt edicto, ut presbyteri sæcularium poetarum modo in ecclesia non garriant, ne tragico sono sacrorum verborum compositionem ac distinctionem corrumpant vel confundant, sed simplicem sanctamque melodiam secundum morem ecclesiæ sectentur: qui vero id non est idoneus assequi, pronunciantis modo simpliciter legendo, dicat atque recitet quidquid instantis temporis ratio poscit; * & qui episcopi sunt, non præsumant. Interea quoque presbyteri, de his quæ propria sunt episcoporum in quibusdam ecclesiasticis officiis, nihil omnino tentent & præsumant agere.

* Lege, & quæ, Hard.

XIII.

Tertiodecimo definitur decreto, ut uno eodemque modo dominicæ dispensationis in carne sacrosanctæ festivitates, in omnibus ad eas rite competentibus rebus, id est in baptismi officio, in missarum celebratione, in cantilenæ modo celebrentur, juxta exemplar videlicet quod scriptum de Romana habemus ecclesia. Itemque ut per gyrum totius anni natalitia sanctorum uno eodem die, juxta martyrologium ejusdem Romanæ ecclesiæ, cum sua sibi convenienti psalmodia seu cantilena venerentur.

XIV.

Quartodecimo statuitur loco, ut dominicus dies legitima veneratione a cunctis celebretur: sitque divino tantum cultui dedicatus, omnesque abbates ac presbyteri isto sacratissimo die in suis monasteriis atque ecclesiis maneant, missarumque solemnia agant, omissisque exterioribus negotiis, ac sæcularium conventibus, atque itineribus, nisi inexcusabilis quælibet causa urgeat, religiosæ conversationis ac bene vivendi normulam de sacræ scripturæ eloquiis subjectis famulis prædicando insinuent: sed & hoc quoque decernitur quod eo die, sive per alias festivitates majores, populus per sacerdotes Dei ad ecclesiam sæpius invitatus, ad audiendum verbum Dei conveniat: missarumque sacramentis, ac doctrinæ sermonibus frequentius adsit.

XV.

Quintodecimo definierunt capitulo, ut septem canonicæ orationum diei & noctis horæ diligenti cura cum psalmodia & cantilena sibimet convenienti observentur, & ut eamdem monasterialis psalmodiæ parilitatem ubique sectentur, nihilque quod communis usus non admittit, præsumant cantare aut legere, sed tantum quod ex sacrarum scripturarum auctoritate descenderit, & quod Romanæ ecclesiæ consuetudo permittit, cantent vel legant, quatenus unanimes uno ore laudent Deum. Sed & hoc quoque condixerunt, ut non solum pro se ecclesiastici sive monasteriales, sed etiam pro regibus, & totius populi Christiani incolumitate divinæ pietatis clementiam exorare, per competentes orationum reminiscant horas.

XVI.

Sextodecimo condixerunt capitulo, ut litaniæ, id est rogationes, a clero omnique populo his diebus cum magna reverentia agantur, id est die septimo Kalendarum Majarum, juxta ritum Romanæ ecclesiæ: quæ & litania major apud eam vocatur. Et item quoque, secundum morem priorum nostrorum, tres dies ante ascensionem Domini in cælos cum jejunio usque ad horam nonam, & missarum celebratione venerentur; non admixtis vanitatibus, uti mos est plurimis, vel negligentibus, vel imperitis, id est in ludis, & equorum cursibus, & epulis majoribus, sed magis cum timore & tremore, signo passionis Christi, nostræquæ æternæ redemptionis, & reliquiis sanctorum ejus coram portatis, omnis populus genu flectendo divinam pro delictis humiliter exorat indulgentiam.

XVII.

Septimodecimo constitutum est præcepto, ut dies natalitius beati papæ Gregorii, & dies quoque depositionis, qui est VII. Kalendas Junii, sancti Augustini archiepiscopi atque confessoris, qui genti Anglorum missus a præfato papa & patre nostro Gregorio, scientiam fidei, baptismi sacramentum, & cælestis patriæ notitiam primus attulit, ab omnibus, sicut decet, honorifice venerentur. Ita ut uterque dies ab ecclesiasticis & monasterialibus feriatus habeatur, nomenque ejusdem beati patris & doctoris nostri Augustini in litaniæ decantatione, post sancti Gregorii vocationem, semper dicatur.

XVIII.

ANNO CHRISTI 747.

XVIII.

Octavodecimo ſtatutum eſt mandato, ut jejuniorum tempora, id eſt quarti, ſeptimi, & decimi menſis nullus negligere præſumat: ſed ante horum initia per ſingulos annos admoneatur plebs, quatenus legitima univerſalis eccleſiæ ſciat atque obſervet jejunia, concorditerque univerſi id faciant, nec ullatenus in ejuſmodi diſcrepent obſervatione, ſed ſecundum exemplar, quod juxta ritum Romanæ eccleſiæ deſcriptum, ſtudeant celebrare.

XIX.

Nonodecimo præceptum eſt loco, ut monachi ſeu nunnones ſuo majori regulariter conſtituto humiliter ſubjecti ſint, & quietam ac regularem vitam agant, & ſine diſſenſionibus, quæ habitus ſui propoſito competent, firmiter conſervent; nec pompaticis, & quæ ad inanem gloriam more ſæcularium pertineant, utantur indumentis, ſed ſimplici propoſitoque congruenti eorum veſtiantur habitu.

XX.

Viceſimo ſancitur decreto, ut provideant vigilanti perſpectione epiſcopi in ſuis parochiis, ut ſint monaſteria juxta vocabulum nominis ſui, id eſt honeſta ſilentium, quietorum, atque pro Deo laborantium, habitacula, & non ſint ludicrarum artium receptacula, hoc eſt poetarum, cithariſtarum, muſicorum, ſcurrarum; ſed orantium, legentium, Deumque laudantium habitationes, & ut non habeant ſæculares quique vagandi licentiam, per inconvenientia ſibi loca, vel diſcurſus per interiora monaſterii domuncula, ne materiam aliquando reprehendendi inde ſumant, ſi aliquid intra clauſtra monaſterii aliter quam decet videant vel audiant. Nam ſatis nociva atque vitioſa conſuetudo eſt illa laicorum familiaritas, & maxime in nunnorum minus regulariter converſantium monaſteriis: quia ob hoc ſæpius diverſarum ſive nefandarum ſuſpicionum cauſæ non ſolum oriuntur, ſed & perpetrantur ac diffamantur ad infamiam profeſſionis noſtræ. Unde (*non*) ſint ſanctimonialium domicila turpium confabulationum, comeſſationum, ebrietatum, luxuriantiumque cubilia; ſed continentium ſobrieque viventium, ac legentium, pſallentiumque habitacula, magiſque legendis libris, vel canendis pſalmis, quam texendis vario colore inanis gloriæ veſtibus, ſtudeant operam dare.

XXI.

Viceſimo primo conſtituitur loco, ut monaſteriales, ſive eccleſiaſtici, ebrietatis malum non ſectentur aut expetant, ſed velut mortiferum vitent venenum, apoſtolo denunciante, quod *ebrioſi regnum Dei non poſſident*: & alibi: *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria*. Sed neque alios cogant intemperanter bibere; ſed pura ac ſobria ſint eorum convivia, non luxurioſa, neque deliciis vel ſcurrilitatibus mixta, ne habitus ſui reverentia contemptibilis apud ſæculares habeatur, & inter eos merito valde infametur; & ut ſi nulla neceſſitas infirmitatis cogat, ante canonicam horam, id eſt diei tertiam completam, potationibus ebrioſorum more non ſerviant.

ANNO CHRISTI 747.

1. Cor. 6. Epheſ. 5.

XXII.

Viceſimo ſecundo decretum eſt capitulo: ut monaſteriales quique, ſive eccleſiaſtici, admoneantur ſacroſanctæ communioni corporis & ſanguinis Domini, dignos ſe indeſinenter præparare: & ut ipſi rectores diligenti circumſpectione conſiderent, ne aliquis de ſubditis tam negligenter tamque perdite vivat, ut culpis exigentibus, nec altaris participatione ſocietur, nec ſua curet confiteri & emendare vitia: quod ſi aliquis talis inveniatur, acrius corripiatur.

XXIII.

Vigeſimotertio adjunctum eſt loco, quod laici pueri ſimiliter hortandi ſint, qui necdum videlicet laſcivientis ætatis corruptela ſint vitiati, ut ſæpius communicent: nec non & provectioris quoque ætatis, ſeu cælibes, ſeu etiam conjugati, qui peccare deſinunt, ad hoc ipſum admonendi ſint, quatenus frequentius communicent, ne ſalutaris cibi potuſque inopia deficiant, dicente Domino: *Niſi manducaverit carnem Filii hominis, & biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis manentem.*

Joan. 6.

XXIV.

Viceſimoquarto ſancitum eſt capitulo, ut ſi quis ſæcularium ſanctæ profeſſionis famulatum ſubire deſiderat, non antea tonſuræ habitum ſuſcipiat, quam illius converſatio ac morum qualitas ſecundum monaſticæ regulæ definitionem manifeſtius probetur, juxta apoſtolicum præceptum: *Probate*, inquiens, *ſpiritus ſi ex Deo ſint*, niſi aliqua rationabilis cauſa, ut antea ſuſcipiatur in congregationem, rite perſuadeat. Cæterum ſciant epiſcopi eccleſiarum, ſive rectores monaſteriorum, eo diligentius unumquemque, ante cœnobialem converſationem, adhuc in laico habitu conſtitutum, tentare ac perſcrutare ſe debere, quo (poſt ſuſceptionem * ſi diſplicet, & indoctus exiſteret) eum talem tolerare, qualem antea tentaverat ac docuerit vel docet, nec ullo modo eum ſtatim abjicere qualibet ex cauſa, ut per laicorum domun-

1. Cor. 2.

* Forte, *diſpliceret.* Haid

culas ad infamiam neceſſariæ converſationis criminoſe vagatur, niſi talis quædam exiſtat cauſa, qualis ſynodali decreto ſi contingat, definitum eſt eum dimittere, & anathematizatum eſſe ab omnibus in omni loco, niſi ad ſatisfactionem redeat. ANNO CHRISTI 747

XXV.

Viceſimoquinto definitum eſt capitulo, ut epiſcopi a ſynodo venientes in propria parochia cum presbyteris, & abbatibus & præpoſitis conventum habentes, præcepta ſynodi ſervare inſinuando præcipiant, & unuſquiſque epiſcoporum, ſi quid in ſua diœceſi corrigere & emendare nequiverit, item in ſynodo coram archiepiſcopo & palam omnibus ad corrigendum inſinuet.

XXVI.

Eleemoſyna quare eroganda.

Viceſimoſexto loco de utilitate eleemoſynæ patrum ſententiæ prolatæ ſunt; quod eleemoſynæ neceſſario ad hoc quotidie fidelibus eſſent agendæ, ut delinquentibus, ac dein per debitum jejunium pœnitentiam agentibus, peccata præterita citius ac plenius a Deo, quem offenderunt, remittantur: & ne eadem iterentur, vel alia ſimilia inſuper agantur, divinæ per eas adipiſcendum protectionis patrocinium. Sed & religioſe quoque viventibus, ut pro temporalium rerum largitione in terris, & conſervata hic in præſenti clementius a Deo puritate innocentiæ illarum, & in futuro æternarum rerum remuneratio recompenſetur in cælis. Et non ad hoc ſine dubio dandæ, ut quælibet vel minima ſaltem peccata eo licentius cuiquam agere liceat, quo vel ipſe vel alius quilibet pro eo eleemoſynas faciat, ſed eo videlicet quo prædictum eſt modo; eleemoſyna quippe nomen & opus eſt miſericordiæ. Unde quiſque * animæ ſuæ jam veraciter miſereri deſiderat; non ſit eleemoſyna illius ex injuſta aliorum rapina, ſed ex propria ac probe acquiſita facultate; quia ſi ex crudelitate, vel violenter ab aliquo expetita prorogatur, per hanc magis offenditur quam placatur divina juſtitia; quia juxta ſcripturam *eleemoſyna quæ ſit ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui mactat filium in conſpectu patris ſui*. Non ſit quoque eleemoſyna illius ad hoc eſurienti data, ut ſeipſum comeſſationibus, ebrietatibuſque illicitis ſupra modum ingurgitet; ne per hoc quod venalem Dei juſtitiam ponat, ab eadem non ſolum acrius, ſed citius juxta merita illius judicetur. Non ſint item, ut generaliter dicatur, eleemoſynæ quorumlibet quotidie pro Deo ad hoc datæ, ut eo magis quaſi impune ſuas eis quaslibet corporis voluptates liceat perficere, quia fruſtra ſuas tantum eleemoſynas, & non intermixta flagitia ſupernum penſare judicem cæco ſuo libitu volunt & optant; hoc enim modo facientes ſive æſtimantes * ſua Deo dare videntur, ſeipſos diabolo per flagitia dare non dubitantur.

Non fiat ex injuſtis adeptis.

* Pro, *quiſquis*. Hard.

Eccl. 34.

* Forte, *dum ſua*. Hard.

Poſtremo igitur (ſicuti nova adinventio, juxta placitum ſcilicet propriæ voluntatis ſuæ, nunc plurimis periculoſa conſuetudo eſt) non ſit eleemoſyna porrecta ad minuendam vel ad mutandam ſatisfactionem per jejunium, & reliqua expiationis opera, a ſacerdote Dei pro ſuis criminibus jure canonico indictam, ſed magis ad augmentandam emendationem ſuam, ut eo citius placetur divinæ indignationis ira, quam ſuis provocavit ſibi propriis meritis: & inter hæc ſciat quod quanto magis * inclyta perpetravit, tanto magis a licitis ſe abſtinere debet: & quanto majora mala fecit, tanto majores fructus bonorum operum exhibere Deo debet, & non alia per alia quælibet amittere vel imminuere bona debet. Nam bonum eſt omnino pſalmodiæ inſiſtere; bonum eſt genua ſæpius veraci flectere intentione; bonum eſt eleemoſynas quotidie dare: ſed pro his non eſt abſtinentia remittenda, non eſt jejunium impoſitum ſemel juxta eccleſiæ regulam, ſine qua non remittuntur ulla peccata, relaxandum. Sed & hæc & his ſimilia fiant argumenta ad majorem expiationem peccatorum, quia neceſſe eſt ut caro quæ nos læta per incontinentiam traxit ad culpam, afflicta per jejunium reducat ad veniam feſtinantes: etenim quibuſcumque prævaleat plus actibus homini, expianda ſunt talia piacula, quæ videlicet regnum Dei claudere, ſi non corrigantur, aperte deſcribuntur, quia indubitanter latet quid ei pariet ſuperventura dies, atque quanto tempore ei licet pro malis ſuis actibus bona quælibet agere, quia qui veniam peccanti ſpopondit, craſtinum diem non promiſit.

Nec ad minuendum ſatisfactionem

* lege haud dubie, *illicite*.

XXVII.

Viceſimo ſeptimo, multa de his, qui ſive ſanctam pſalmorum ac ſpiritalem cantilenam utiliter, ſive de his qui negligenter præſumunt agere, multa diſſerentes in hunc modum: *Pſalmodia* (inquiunt) *opus divinum ſpiritu & mente agentibus, magnum eſt ac multiplex animarum medicamentum ſuarum*. Vocem hanc ſine ſenſu cordis canentibus, ſonitum ad cuivis rei facere ſimillimum eſt, unde quamvis pſallendo Latina quis neſciat verba, ſuas tamen cordis intentiones ad ea quæ in præſenti poſcenda ſunt a Deo ſuppliciter referre, ac pro viribus detinere

Pſalmodia quid.

ANNO CHRISTI 747.

nere debet. Nam psalmi, sancto Spiritu jam olim ad solatium generi humanos per os Prophetæ prolati cum intima intentione cordis & corporis congrua humiliatione, ad hoc canendi sunt, quatenus per divinæ laudis oracula, & nostræ salutis sacramenta, & humillimam quoque confessionem delictorum, sive eorumdem suppliciter imploratam remissionem de quacumque re digna, divinæ pietatis exorantes pulsaverunt aures, eo digniores exaudiri mereantur, quo ipsi Deo appropinquare vel placare gestiunt, per ea quæ prædixi tam sacrosancti ac divini specialiter famulatus officii servitium, sive dum pro se ut faciant in illa sancta modulatione, Deum multiplici modo & laudant & orant: sive etiam * præ aliis viventibus seu mortuis eum expleta quantalibet psalmodia, genu flectentes in orationem, & lingua Latina, vel qui eam non dicerunt sua Saxonica dicunt: *Domine miserere illi, & parce peccatis illius, & converte illum ut faciat voluntatem tuam*: Sive id pro mortuis: *Domine secundum magnam misericordiam tuam, da requiem animæ illius, atque ei pro tua immensa pietate gaudia lucis æternæ donare cum tuis sanctis dignare*. At vero petitores pro se psalmodiæ fidem, tum magna reverentia adhibeant sibi magnopere eam juxta prædictum modum prodesse, si tamen ipsi in expectatione debita suorum facinorum, & non in passione consistunt adhuc vitiorum, hoc est, ut per orationes & intercessiones Deo digne psallentium atque orantium, facilius ac citius pervenire mereantur ad divinæ reconciliationis gratiam, sive ut ad meliora proficiant, sive ad ea quæ impræsentiarum juste petantur obtinenda. Non scilicet * non ut eo licentius, ac quasi liberius, vel ad momentum peccare, vel bona aliqua præterire, vel jejunium pro peccatis indictum relaxare, vel eleemosynas minus largire, ullo modo * licet, quo pro ipsis alios psalmos cantari putant, vel jejunare. Quia sine dubio sciat unusquisque, quod ipsa illius caro quæ illicita ac nefanda contraxit desideria, ipsam a licitis * quod abstinere debet, ipsamque hic in præsenti punire juxta modum reatus sui debet, si non vult in futuro ab æterno judice esse punitam.

Ipse in primis cum gemitu cordis pro sui restauratione divinam incessanter exorare clementiam debet: & deinde quoque quoscumque potest fideles famulos Dei, ut pro se communiter cum eo Deum exorent, adhibere. Nam si aliter inter eos quam prædictum est vel promittitur, vel creditur, sive agitur, hinc non minuunt, sed addunt peccata peccatis: quia per hoc (insuper alia) superni judicis iracundiam provocant; quod ejus quotidie justitiam inter se quasi venalem statuere, * immensa adulationis atque illecebro se ex luxuriosæ conversationis audent. De hoc prolixius ideo disputandum est, quia nuper quidam dives secundum hoc sæculum, petens reconciliationem pro magno quodam facinore suo citius sibi dari: affirmans in suis literis * idem nefas juxta multorum promissa in tantum esse expiatum, ut, si deinceps vivere possit trecentorum annorum, pro eo plene jejunium satisfactionum modis, per aliorum scilicet psalmodiam, & jejunium, & eleemosynas persolutum esset, excepto illius jejunio, & quamvis ipse * utrumqne vel parum jejunaret. Ergo si ita placari per alios potest divina justitia, cur divites (o stulti promissores!) qui pro suis flagitiis aliorum innumera suis possunt præmiis jejunia redimere, *difficilius* (voce veritatis) *regnum intrare cælorum, quam per foramen acus camelum transire* dicuntur. * Utinam vos soli pietatis per suas sortes peccatorum & nomine portarum inferni merito vocati, antequam plures vestra errabunda adulatione implicantur sive deducantur ad perniciem perpetuæ indignationis Dei. Homo se non fallat, Deus neminem fallit, dicendo per apostolum suum: *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi*, & reliqua.

XXVIII.

Vicesimooctavo præceperunt mandato, ut nemo suscipiat majorem congregationem quam sustentare possit, & eis necessaria præstare. Si quis hoc vel si qua * ante hoc incaute susciperet, minus proinde operis ab eis violenter exigeret, antequam illis victum ac vestimentum juxta habitum professionis suæ possit concedere, & ut inter alias regularis vitæ observantias, vestibus consuetis, juxta formam videlicet priorum, sive clerici, sive monachi deinceps utantur, nec imitentur sæculares in vestitu crurum per fasciolas, nec per coculas in circumdatione capitis modo pallii laicorum contra morem ecclesiæ.

Similiter quod non debeant sanctimoniales a sacerdote velatæ post susceptum sanctæ professionis habitum iterum habere indumenta sæcularia, & ornatis ac nitidis vestibus incedere, quibus laicæ puellæ uti solent; sed studeant accepta pudicitiæ vestimenta, humilitatem videlicet cordis, & contemptum mundi significantia, jugiter conservare, ne aspectu illarum aliorum corda polluantur, & ipsæ illius pariter contaminationis ex

præ-

* Lege *pro* Hard.

Latine nescientes vulgari orent lingua.

Oratio pro defunctis.

* non *videtur* redundare.

* Forte, *licetas*. Hard.

Forte, *quoque*. Hard.

ANNO CHRISTI 747.

* Forte, *immensa adulationis atque illecebrosæ luxuriæ conversatione audent*. Hard.

al. codem

* utcumque

Matt. 19

* Forte, *Utinam vos soli peccatis persuasione peccatorum*. Hard.

Rom. 14.

* Forte, *in ante*. Hard.

ANNO CHRISTI 747.

prædictis rebus reæ coram Deo inveniantur.

XXIX.

Vicesimo nono decreverunt regulari edicto, quod post hanc synodum non licet clericos, vel monachos, vel sanctimoniales ulterius apud laicos habitare in domibus sæcularium, sed repetant monasteria ubi primitus habitum sanctæ professionis sumpserant; de quibus, sive voluntate propria exierint, sive aliorum violentia disturbati essent, ut in plurimis locis factum esse constat, nec eis redeuntibus pro qualibet culpa jam ante perpetrata, aditus introeundi denegetur. Si autem aliqui vel aliquæ non sub maledicto, sed accepta licentia & benedictione, postea ab aliis pacifice assumpti fuerunt in consortium familiaritatis; sed inde tamen post paululum recedententes inter laicos, huc illucque discurrunt semper vagi, & nunquam stabiles, quorum siquidem imperata & prædicata reversio non pertinet ad locum unde regulariter egressi sunt, sed ad eum locum ubi ex convenientia amborum licenter suscepti sunt in contubernium familiaritatis.

XXX.

Tricesimo capitulo, sermo diutius inter sacerdotes Dei atque minoris gradus dignitates in medium prolatus est, quærentes quomodo sub statu præsentis temporis, quorumdam de se mala suspicionem, vel malæ suscipicioni similia verba, sedare funditus prævalerent: cum sibi internus arbiter secretorum testis esset, talem de se frustra ac falso æstimare opinionem, hoc est quod reges cum ducibus & principibus suis, ac deinde minoris potestatis persuasi plurimi de eis didere soleant, quod non tantum sincero eos non diligant affectu, sed insuper eorum bonis præsentibus, ac prosperitatibus quibusque felicioribus magis invideant, animo nimis infesto quam devoto satis congaudeant corde, eorumque conversationis statum odibili quadam detractione dilacerare non desinant. Hæc etenim & his similia pro nonnullis causis satis indignum de se æstimare vel dicere quemlibet potioris vitæ ac dignitatis virum dijudicabant, quia non solum hoc proposito habitus sui, sed etiam evangelicæ atque apostolicæ (quam generaliter cunctis prædicare debuerant) satis doctrinæ contrarium esset, hoc est, ut prædicator pacis & charitatis in Deum & homines, qui ad imaginem Dei conditi sunt, fomitem in se odii vel invidiæ aliquando præsumeret vel ad momentum suscipere. Ut igitur immunes eos per omnia ab hoc detestando vitio, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, certius ipsi accusatores agnoscerent; statuerunt ut deinceps per canonicas orationum horas non solum pro se ecclesiastici sive monasteriales, sed etiam pro regibus ac ducibus, totiusque populi Christiani incolumitate, divinam incessanter exorent clementiam, quatenus quietam ac tranquillam vitam sub eorum pia defensione mereantur agere: & ut ita post hæc unanimes existerent in Deum, fide, spe, & charitate, & seipsos invicem diligerent, ut etiam post hujus peregrinationis curricula ad supernam pervenire pariter mereantur patriam: & pro illis quicumque nunc pium frequentius patrocinium Christi protenderint ecclesiis diligentius: & ut pro viventibus divina precaretur clementia, & pro mortuis piæ placationis celebratio sæpius pro illarum requie animarum per plurimorum officia sacerdotum Christi ageretur: si tamen ipsi hoc munere dignos viventes præparare meminerint.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad Annum Christi 747. n. 8.

Cuthbertus Dorovernensis Episcopus videns in plerisque tepere spiritum illum, qui Anglo-Saxonum Ecclesiam paulo ante illustrarat, cum *Ethelbaldo* Merciorum Rege, cui Cantii parebant, egit; oravit manum pio operi porrigere, invitavitque peramice, ut Episcoporum Synodo interesse vellet. *Ethelbaldus* a Sancto Bonifacio monitus, & ad meliorem frugem conversus, *Cuthberti* consilium integre probavit, & Concilio interesse voluit. Quare vocati sunt ad illud ex omni pene Anglo-Saxonum Provincia Episcopi, ii præsertim, qui Dorovernensi Archiepiscopo suberant, ad Oppidum in Cantio: quod a clivo edito, cui insidet, *Clyffe* vulgo dicitur: & quia Regiuncula illa, Tamesim inter & Medvvegum fluvios *Ho* vocatur, Synodi locus *Cliveſad Ho*, & facta inde voce *Cloveſhovia* ab Auctoribus appellatur, ut inquit Alfordus hoc anno num. I. & seqq. ubi omnia, quæ ad istam Synodum pertinent, explicat. Malmesburiensis Capitula hujus Synodi recenset unum & triginta, sed Spelmannus Tom. I. Concil. ex eodem forte Manuscripto quo usus est Malmesburiensis, omnia Acta fusius exponit. Concilium *Septembris mensis initio, anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo quadragesimo septimo, indictione XV. anno autem Regni Edilbaldi Regis Merciorum (qui tunc aderat cum suis Principibus, ac Ducibus), trigesimo secundo*, ut in ejus Præfatione legitur. Hic confirmatur quod Tom. I. hujus Criticæ asseruimus, Anglos scilicet Indictionem non inchoasse a Kalendis Septemb. sed a die XXV. ejusdem mensis; alioquin Acta hujus Synodi non Indictione XV. sed Indictione prima insignita fuissent. Notabilis est quintus Canon: *Quinto disputatum est loco, ut Episcopi Monasteria, si tamen eos fas est ita nominare; quæ utique, quamvis temporibus istis, propter vim quamdam Tyrannicæ avaritiæ, ad religionis Christianæ statum, nullatenus immutari possint: ideſt, quæ a sæcularibus non divinæ scilicet legis ordinatione, sed humanæ adventionis præsumptione, utcumque tenentur: tamen pro salute animarum in eisdem commorantium, adire debeant, sit necesse. Et ut inter cætera exhortamenta prævideant, ne sine Sacerdotis ministerio, aliquod eorum deinceps debilitatum præclitetur, juvantibus ad hoc eorum possessoribus.*

CON-

ANNO CHRISTI 747. Ex P. Pagi ad an. Chr. 747. n. 2. & 3.

CONCILIUM GERMANICUM III.

Quo Præside S. Bonifacio quatuor Oecumenicæ ſynodi receptæ.

ANNO CHRISTI 747.

ANtequam Principatum dimitteret *Carolomannus*, Concilium celebrari voluit, in quo quatuor Concilia Generalia ab omnibus admittenda eſſe decretum fuit. Eſt illud inter ea quibus Bonifacius præfuit, quæque Carolomanni & Pippini juſſu celebrata ſunt, ordine *quintum*, ut diſerte aſſerit VVillibaldus in Vita Sancti Bonifacii cap. 10. antequam de ejus Martyrio capite inſequenti verba faciat. Hujus Concilii neque Baronius, neque Collectores Conciliorum, neque Serarius in Hiſtoria Moguntina nec denique recentes Hiſtorici meminerunt; eſt illud tamen magni momenti, cum ex eo conſtet, ante annum DCCXLII. nullum a Bonifacio Concilium coactum fuiſſe, & poſt Germanicum primum eo anno habitum, quatuor tantum alia ab eo indicta, & non plura, videlicet Liptinenſe, Sueſſionenſe, Germanicum II. & Germanicum III. Hæc porro Villibaldi de hoc Quinto Concilio verba: *Convenientibus in unum Epiſcopis & Presbyteris, Diaconibus atque Clericis, omnique gradu Eccleſiaſtico, quos inclytæ recordationis Carolomannus Dux* (ita loquitur VVillibaldus, quia hæc poſt Carolomanni mortem ſcripſit) *ſub Regni ſui Imperio accerſere fecit*, QUINTUM SYNODALE FACTUM EST CONCILIUM: *in quo Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinæ Civitatis, ipſo Carolomanno conſentiente, ac donante, Pontificatu præſidens, Romanæ Eccleſiæ Sediſque Apoſtolicæ Legatus, quatuor primitus principalium Synodorum numeroſa Canonum conſtituta*, &c. *ob ſalutare Doctrinæ Cæleſtis agmentum admonuit conſervari*. Memorat poſtea VVillibaldus quatuor priora Concilia Generalia, & præcipuos hæreticos in iis damnatos, ſubditque: *Ita equidem apud Franciam omni funditus eradicata hæreticorum perfidia, & extirpata iniquorum conjuratione, legis Divinæ augebantur* (loco, *aucta ſunt*, juxta horum temporum loquendi modo) *incrementa, & Synodales Generalium Conciliorum Canones recipiebantur* (loco recepti ſunt); *Synodaliſque ſpiritualis Concilii Epiſcoporum congregatio juxta præfinitam authenticæ conſtitutionis definitionem pariter conveniebat* (loco convenit) &c. *quam ob cauſam hic Sanctus Domini Antiſtes hac ſolertiſſimæ ſolicitudinis cura inſpiratus, plebem a peſtifera tortuoſi ſerpentis perſuaſione eripere curavit, & Carolomannum Ducem ad congregandum ſupradictum Synodorum Conventum ſæpiſſime incitavit*. Quatuor aliæ Synodi a Bonifacio ad reparandam Eccleſiaſticam diſciplinam, & aliqua peculiaria negotia congregatæ: Quinta vero ob ſolam Quatuor Synodorum Oecumenicarum receptionem indicta, in quantum conjicere licet. Hæc itaque Synodus V. Bonifaciana in nova Conciliorum editione prætermittenda non erit.

Hoc ubi accepit Zacharias Papa, quam ſibi gratum fuerit, Bonifacio ſignificavit, literis datis *Kalendis Maii, imperante Piiſſimo Auguſto Conſtantino anno XVIV. Imperii ejus, Indictione prima*, ut videre eſt apud Baronium anno DCCXLVII. num. III. & ſeqq. quia eo anno literæ illæ ſcriptæ: *Suſcepimus & Chartam de Vera & Catholica Fide conſcriptam, quam cum dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum tua direxit reverenda fraternitas: hanc itaque reſerantes, nimio gaudio ſumus repleti, innumerabileſque gratias agimus Deo Omnipotenti, qui unanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram revocare dignatus eſt*. Charta enim illa fidei Catholicæ nonniſi in aliqua Synodo ab Epiſcopis ſubſcripta fuit, ſed non in alia, quam in quinta inter Bonifacianas, & quidem præſenti anno, antequam *Carolomannus* ſæculo renunciaret, & poſtquam Sanctus Bonifacius Moguntiæ Sedem Metropolitanam fixit; cum Vvillibaldus aſſerat, eam habitam eſſe præſidente *Bonifacio Archiepiſcopo Moguntinæ Civitatis*.

ANNO CHRISTI 748. Ex Labbei Appendice Tom. 6.

CONCILIUM DURIENSE.

ANNO CHRISTI 748.

ANNO DOMINI DCCXLVIII.

HUjus *meminerunt Annales Metenſes ſummatim his verbis*; Pippinus omnium Francorum generaliter princeps, (*ſcilicet poſt Carolomanni fratris abdicationem*,) anno Dominicæ Incarnationis 748. placitum ſuum habuit in villa, quæ dicitur Duria, in qua ſynodum congregare juſſit pro eccleſiarum reſtauratione, & cauſis pauperum, viduarumque & orfanorum corrigendis, juſtitiiſque faciendis. *Qui autem de his omnibus canones fuere ſanciti, non extant*.

ANNO CHRISTI 748.

ANNO CHRISTI 748.

IN COLLECTIONES CANONICAS
ECGBERTI EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI
JOANNIS DOMINICI MANSI
PRÆMONITIO.

ECgbertus, qui Eboracenſem Cathedram ab anno 735. uſque ad annum 771. circiter obtinuit, tametſi aliis rebus geſtis ſeſe commendavit, ſcriptis tamen operibus celebre ſibi nomen apud Anglos effecit. Laudatur ex illo prolixum opus de ſacerdotali jure, cujus nondum evulgati portionem eſſe cenſent Ballerini in diſſert. præmiſſa collectioni veteri canonicæ inter oper. S. Leonis Magni tom. III. par. IV. cap: VI. num. II. libellum de remediis peccatorum, *vulgatum illum quidem ſub Bedæ nomine, ſed in MSS. pleriſque Agberti Archiepiſcopi titulo prænotatum. Subæqualis etiam Ecgberto Rhabanus Maurus in Epiſtola ad Heribaldum cap. XVIII. ex Ecgberto Anglorum Epiſcopo recitat verba capitis IX. libri illius* de remediis peccatorum.

Alter ſub ejus nomine profertur libellus inſcriptus: Excerptiones Ecgberti Eboracenſis Archiepiſcopi &c. *quem titulum gerit in codice Cottonio, prout a Vvilkins exhibetur; at VVareo teſte, codices alii Britannici idem opus ſub hoc titulo offerunt:* Excerptiones e jure ſacerdotali Ecgberti Archiepiſcopi Eboracenſis per Huncarium levitam &c. *ex quibus deduci merito poteſt excerptiones haſce epitomen eſſe amplioris operis, quod ſuperius indicavi. Ex his excerptionibus Spelmannus & ex eo Labbeus capita CXLV. dedit; Vvilkins alia ex codice Cottoniano ſupplevit uſque ad CLXIII; & ex illo hic parent. Ex capite CLVIII. earum additionum morem quemdam ſingularem Eccleſiæ Anglicanæ diſcimus, a Presbyteris ſcilicet chriſma infantibus in diſcrimine conſtitutis conferri; id vero a Theodoro Dorobernenſi archiepiſcopo Græco homine profectum arbitror. Huncario forte debentur additamenta quædam, quæ Ecgberti ætati minus congruunt, ut eſt illud cap. VII. Lib. I.* ut cuncti Sacerdotes precibus aſſiduis pro vitæ, & imperio Domini Imperatoris, & filiorum, ac filiarum ſalute orent; *neque enim ita ſe expreſiſſet Ecgbertus in Britannia, & pro Britannis ſcribens, quo tempore Britanni Regibus ſuis, non Imperatori parebant. Inſuper cap. CXXXI. deſumptus eſt ad verbum ex cap. XXXVIII. lib. II. vitæ S. Gregorii Magni a Joanne Diacono poſt ætatem Ecgberti ſcriptæ.*

Tertium opuſculum hic datum eſt Ecgberti Pœnitentiale ex MS. codice Oxenienſi a Vvilkins evulgatum. Ex Pœnitentialis Ecgberti lib. II. Spelmannus canones XXXV. dederat, & ab eo acceptos Labbeus in collectionem ſuam invexerat. Eoſdem canones Ballerini reperiſſe ſe affirmant in lib. II. Collectionis cujuſdam MS. Codicis Vaticani MCCCLII., & in quatuor libros diſtincti, illoſque pariter offendiſſe ſeſe ajunt in alio codice Vaticano ſignato MCCCXLVII. in neutro vero Ecgberti nomen apparere teſtantur. Addunt inſuper, in eiſdem MSS. codicibus legi præfationem, quæ ab Ecgberto plane aliena exiſtimari poteſt, ut hæc verba demonſtrant: popoſciſti, ac præcepiſti, chariſſime Rector, ut ad corrigendos, & inſtruendos tuorum mores ſubditorum &c. *Certum igitur manere cenſeo Oxonienſem codicem, quem Spelmannus a ſe minime viſum teſtatur, Collectionem aliam exhibere a Pœnitentiali Ecgberti plane diverſa. Hos tamen canones, cujuſcumque tandem ſint auctoris, hic retinendos cenſui, ſervato titulo, quem apud Labbeum obtinent. Pœnitentiale vero Ecgberti ſimul infero latine tantum, omiſſo Anglo-Saxonico. Eſt autem latina antiqua verſio ex Saxonico; quamvis Ecgbertus Saxonicum hoc verterit ex latino alio Pœnitentiali Iſidori Hiſpalenſis, ut ex titulo, & aliis in decurſu operis indiciis intelligimus. Id ipſum de latina ex Anglo-Saxonico expreſſa verſione demonſtrat Vvilkins ex nonnullis quæ in eadem verſione leguntur ad genium Saxonicæ linguæ, potius quam latinæ expreſſis; E. g.* noctes *hic ponuntur pro* diebus; hyemes *pro* annis *ſignificandis, ſicut &* dies ſolis *pro* Dominica. *Num ſincerum ſit opus Ecgberti ambigi quidem poſſet, ex eo conjectura deducta, quod pro interfectoribus modus alius imponatur pœnitentiæ, quam ſit in cap. III. libelli* de remediis peccatorum, *Ecgberto a me ſuperius vindicato. Hujus tamen conciliandi diſcriminis in mea ad caput illud libelli adnotatione rationem indicavi, quam ſi admiſerint Eruditi, utriuſque opuſculi ſinceritas conſtabit.*

Poſtremo retinendum hic cenſui Dialogum Ecgberti a Labbeo in ſua collectione datum ex editione Vvaræi. Num certum hoc ſit Ecgberti opus, quamquam neminem offendi qui de illo dubitaverit; attamen dubius aliquantiſper hærerem, cum oppoſitum aliquid iis, qua tradita ſunt in Pœnitentiali, animadverterim; in hoc enim poſtremo lib. I. cap. XVII. edicitur ſi vir a Presbytero adultero baptizatus ſit ſtatim rebaptizetur. *In Dialogo vero Interrog. V. ſancitum eſt baptizatos a Presbytero malo pro crimine condemnato iterum tingendos non eſſe. Tum addit:* hoc de Baptiſmo accipi fas non eſt, quod iterari non debeat. *Oppoſita ſunt hæc inter ſeſe; oppoſita etiam Pœnitentialis ſententia Catholicæ doctrinæ. Forte tamen iteratio Baptiſmi a Sacerdote malo collati ideo præcepta eſt, quod ambigi merito poſſit, num iniquus ſacerdos aliquid dolo malo omiſerit ſacramento conficiendo neceſſarium. Cæterum hanc ſententiam de iterando baptiſmate pervulgatam tunc eſſe apud Anglos, conſtat ex Pœnitentiali Anonymi a S. Martene Anecd. Tom. IV. evulgati, quod in uſum Eccleſiæ Anglicanæ confectum, & facile Beda auctore, ut penes me certum eſt, & ſub ejuſdem Bedæ nomine inferius dabitur En verba hujus Pœnitentialis:* baptizatus a Presbytero non baptizato iterum debet baptizari. *Nec etiam inepte opinaremur rudem illam gentem exiſtimaſſe Baptiſmi iteratam collationem dogma eſſe non Fidei quidem, ſed diſciplinæ, quæ in variis Eccleſiis variat; vel ſaltem aliquid eſſe ex iis quæ in utramque partem, ſalva fide, diſputantur, juxta ac inſinuat idem Pœnitentiale Ecgberti lib. I. cap. VII.* Quicumque Presbyter, ſi norit quod non ſit baptizatus, baptizetur; & omnes illi, quos antea baptizaverat. Attamen Papa Romanus conſtituit, ſi Miſſæ adminiſtrator vitioſus ſit vel paganus, quod ſervitium Spiritus Sancti eſt in dono Baptiſmi, non tamen in hominis alicujus.

Sci-

ANNO CHRISTI 748.

Scitum est, ante Carolum Magnum tam altas extitisse vulgo tenebras rerum, præsertim ad Baptismum pertinentium, ut pius ille Imperator adegerit viros ætatis illius doctos ad scribendum de Baptismo. Hinc tam multæ octavo sæculo labente, & nono ineunte de Baptismo epistolæ, & tractationes. Quin nec apud Græcos, ex quibus plura in Angliam invecta sunt a Theodoro Græco homine, ac Dorobernensi Episcopo, dogma de Baptismo nunquam repetendo plene innotuisse videri potest. Lege Prolegomena PP. S. Mauri in novam editionem Parisiensem Operum S. Cyrilli Hierosolimitani. Latius aliquanto explicanda hæc censui ut essent loco adnotationum, quarum Ecgberti collectiones indigebat.

EXCERPTIONES ECGBERTI

EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI

E dictis & canonibus sanctorum patrum concinnatæ, & ad Ecclesiasticæ politiæ institutionem conducentes.

PRÆFATIO.

DE CANONIBUS.

CAnones dicimus regulas quas sancti patres constituerunt, in quibus scriptum est quomodo canonici, id est regulares clerici, vivere debent.

Augustinus Aurelienſis episcopus dicit: Ut nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare, nec quidpiam facere quod patrum possit regulis obviare. Et ne excusatio de ignoratione nascatur, vel per oblivionem aliquid negligatur, frequenter in hoc libello quasi in speculo prospiciant quod canonum est regulis definitum. Verumtamen non omnes clerici judicia B canonicæ constitutionis usurpare aut legere debent, sed solummodo presbyteri. Sicut enim sacrificium offerre non debent nisi episcopi & presbyteri, sic nec judicia ista alii usurpare debent.

In Oxonien. si manuscripto priores iste 21. excerptiones ante lib. pœnitential. Ecgberti inferuntur sub titulo, *Hæ sunt jura sacerdotum quæ tenere debent.*

EXCERPTIONES DOMINI ECGBERTI ARCHIEPISCOPI EBORACÆ CIVITATIS de sacerdotali jure.

Item jus sacerdotale.

Sacerdos.

UNusquisque sacerdos Ecclesiam suam cum C omni diligentia ædificet, & reliquias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis & divinis officiis conservet.

II. *Item.*

* Lege, *diurnis.* Hard. Celebrare.

Ut omnes sacerdotes horis competentibus diei & noctis, suarum sonent ecclesiarum signa, & sacra tunc Deo celebrent officia, & populos erudiant, quomodo aut quibus Deus adorandus est horis.

Prædicare.

III. *Item.*

Ut omnibus festis, & diebus dominicis unusquisque sacerdos evangelium Christi prædicet populo.

IV. *Item.*

De decimis.

Ut unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant qualiter decimas totius facultatis ecclesiis divinis debite offerant.

V. *Item.*

Decimarum distributio.

Ut ipsi sacerdotes a populis suscipiant decimas, & nomina eorum quicumque dederint scripta habeant, & secundum auctoritatem canonicam coram timentibus dividant, & ad ornamentum ecclesiæ primam eligant partem, secundam autem ad usum pauperum atque peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent, tertiam vero sibimetipsis sacerdotes servent.

VI. *Item.*

Synodi Cuthberti cap. 12. Oratio dominica

Ut unusquisque sacerdos orationem dominicam & symbolum populo sibi commisso curiose insinuet, ac totius religionis studium, & Christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

VII. *Item.*

Oratio pro imperatore

Ut cuncti sacerdotes precibus assiduis pro vita, & imperio domini imperatoris, & filiorum ac filiarum salute orent.

VIII. *Item.*

Pro episcopo.

Ut unusquisque sacerdos quotidianis assistat orationibus pro pontifice, cujus gubernatur regimine.

IX. *Item.*

Missæ.

Ut nullus sacerdos in domibus vel aliis locis, nisi in ecclesiis dedicatis celebrare Missas audeat.

X. *Item.*

Baptismus

Ut a cunctis sacerdotibus jus & tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissime observetur.

XI. *Item.*

Ibidem.

Ut omnes sacerdotes, quibuscumque horis, omnibus indigentibus baptismum infirmitatis causa diligentissime tribuant.

XII. *Item.*

Sacra non vendenda

Ut nullus presbyter sacrum officium, sive C baptismatis sacramentum, aut aliquid donorum spiritalium pro aliquo pretioso vendere præsumat; ne vendentes & ementes in templo columbas imitetur, & pro his quæ adepti sunt per gratiam divinam, non pretia concupiscant terrena, sed solam regni cælestis gloriam promereantur accipere.

XIII. *Item.*

Ut nullus presbyter a sede propria sanctæ ecclesiæ sub cujus titulo ordinatus fuerit, admonitionis causa, ad alienam pergat ecclesiam, sed ibidem devotus usque ad vitæ permaneat Dexitum.

XIV. *Item.*

Ebrietas.

Ut nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam jussionem inebriari.

XV. *Item.*

Consors mulieris.

Ut nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem, nec in sua domo in qua ipse habitat ullam mulierem unquam permittat habitare.

XVI. *Item.*

E

* derelictis * accedere præsumat. Fidejussor. &c.

Ut nulli sacerdotum liceat fidejussorem esse, neque * relicta propria lege ad sæcularia judicia * accedere.

XVII. *Item.*

Arma.

Ut nemo sacerdotum ex numero arma pu-

gnantium unquam portet; nec litem contra proximum ullam excitet.

ANNO CHRISTI 748.

XVIII. *Item.*

Taberna. Ut nullus presbyter edendi aut bibendi causa gradiatur in tabernas.

XIX. *Item.*

Juramentum. Ut nullus sacerdos quicumque cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

XX. *Item.*

Pœnitentia & viaticum. Ut cuncti sacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina dignam pœnitentiam cum summa vigilantia ipsis indicent, & omnibus infirmis ante exitum vitæ viaticum & communionem corporis Christi misericorditer tribuant.

XXI. *Item.*

Unctio. Ut secundum definitionem sanctorum patrum, si quis infirmatur, a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter ungatur.

XXII. *Item.*

Eucharistia. Ut presbyter eucharistiam habeat semper paratam ad infirmos, ne sine communione moriantur.

XXIII. *Item.*

Presbyteri ejectio. Ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur, nec expellantur.

XXIV. *Item.*

Res Ecclesiæ. Ut ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec alia ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

XXV. *Item.*

Ecclesiæ mansa & terra libera. Unicuique ecclesiæ vel una mansa integra absque alio servitio attribuatur, & presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, nec de domibus, neque de atriis vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præscripta mansa aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum, & si aliquod amplius habuerint, inde senioribus suis secundum patriæ morem debitum servitium impendant.

XXVI. *Item.*

Hospitiolum. Ut episcopi & presbyteri non longe ab ecclesia hospitiolum habeant.

XXVII. *Item.*

Presbyter collega episcopi. Ut episcopus in ecclesia consensu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat.

XXVIII. *Item.*

Officium episcopi. Septem synaxes. Unusquisque episcopus in sua parochia diligenter provideat, ut ecclesiæ Dei bene construcle, & restaurate, & ornate fiant, tam in officio, & luminaribus, quamque in reliqua instauratione, & ut servi Dei regulariter vivant, unusquisque secundum sui ordinis gradum, maxime episcopus curam habeat, sed & canonicas horas ut tempore statuto simul celebrent ipse præcaveat.

Septem igitur synaxes sancti patres canendas constituerunt, quas omni die clerus singulis horis canere debet; quarum prima est nocturnalis synaxis, secunda prima hora diei, tertia ipsa hora est quam tertiam vocamus, quarta vero sexta hora est, quinta nona hora est, sexta autem synaxis vespera hora est, septimam namque synaxis completorium vocitamus. Has ergo septem synaxes omni die debemus solicite reddere Deo pro nobis & pro omni populo Christiano, sicut Psalmista testatur, dicens: *Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiæ tuæ.* Et insuper Missas non omittere, sicut fecerunt sancti patres, quos confessores nuncupavimus, id est episcopi & presbyteri qui in castitate servierunt Deo.

Psal. 118.

ANNO CHRISTI 748.

XXIX. *De episcopis Paulus dicit.*

Oportet enim episcopum per omnia irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, sanctum, &c. 1. *Tim.* 3. Episcopus qualis.

XXX. *Item Apostolus.*

Oportet igitur episcopum testimonium habere ab his qui foris sunt, ut doctrinam Dei nostri ordinet in omnibus. *Ibidem.*

XXXI. *De magna synodo.*

De subintroductis mulieribus.

Ex Concilio Nicæno.

* Interdicit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam mulierem habere. * Indicit. Mulieres prohibitæ.

XXXII. *Et item.*

Canones quoque docent, ut si quis acceperit viduam aut dimissam mulierem, aut qui bis duxerit uxorem, nunquam fiat diaconus, nunquam sacerdos. Bigamus, &c.

XXXIII. *Itemque.*

Ordinati flagitii reus. Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furtis, aut homicidio captus est, deponatur.

XXXIV. *Institutiones sanctorum patrum.*

Episcoporum studium. Observandum itaque est episcopis, ut in charitate radicati & fundati, veram pacem & concordiam integram invicem habeant, ita ut sit in omnibus quasi cor unum & anima una, & in ore omnium veræ fidei integra doctrina.

* * * * * * *

XXXV.

Nescio quid hic defuit in manuscripto codice, numeros autem nos adjecimus, ac si nihil desideratum esset.

Non oportet aliquid ponere in ecclesia, nisi quæ ad ministeria ecclesiastica pertinent: in Deuteronomio scriptum est: *Non plantabis lucum nec statuam juxta sanctuarium Domini.*

XXXVI. *Incipit de sabbato.*

Deut. 16. Ratio sabbati. Deus creator omnium creavit hominem in sexta feria, & in sabbato requievit ab operibus suis, & sanctificavit sabbatum propter futuram significationem passionis Christi, & quietis in sepulchro. Non ideo requievit quia lassus esset, qui omnia sine labore fecit, cujus omnipotentia non potest lassari, & sic requievit ab operibus suis, ut non alias creaturas quam antea fecerat, postea feciſſet. Non fecit alias creaturas postea, sed ipsas quascumque fecit, omni anno usque in finem sæculi facit. Homines creat in animabus & corporibus, & animalia & bestias sine animabus; omnis anima hominis a Deo datur, & ipse renovat creaturas suas, sicut Christus in evangelio ait: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* *Joan.* 5. Christus pro nobis passus est in sexta ætate mundi, in sexta feria; & reformavit perditum hominem passione sua, & operatis miraculis suis, requievit in sepulchro per sabbatum, & sanctificavit dominicam diem resurrectione sua: nam dominica dies prima dies sæculi est, & dies resurrectionis Christi, & dies pentecostes, & ideo sancta est, & nos ipsi debemus esse spiritualiter sabbatum sabbatizantes, id est, vacantes ab operibus servitutis, id est peccatis, quia, *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Sed quia non possumus esse sine peccatis, caveamus in quantum possumus, & emendemus quidquid peccaverimus. Demus bona exempla subditis

Joan 8

nobis

nobis, & corrigamus nosmetipsos & subditos, & exhortemur ad meliora jugiter. Amen. ANNO CHRISTI 748.

XXXVII. *Item sanctorum patrum.*

Pascha. Pascha certis temporibus celebrare omnibus generaliter satagendum, id est, post XIV. lunam primi mensis.

XXXVIII. *Synodus Agathensis.*

Communicandum. Sæculares qui in natale domini, pascha & pentecoste non communicaverit, catholici non credantur.

XXXIX. *Canon Africanensis.*

Pœnitentes. [1] Pœnitentes secundum canones non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ; nos autem pro misericordia miserantis Dei, post annum, vel duos, vel tres, aliquibus licentiam damus.

XL. *Item sanctorum patrum:*

Baptisma & pœnitentia. Baptismatis sacramenta indifferenter presbyteri indigentibus tribuant, & pœnitentiam quærentibus citissime succurrant, nullum exinde pretium requirentes, nisi aut parentes eorum, seu elemosinarii, sponte aliquid dederint.

Si quis vero his institutionibus contraire tentaverit, aut excommunicationis sentiet pœnam, aut carceris ærumnam diu sustineat.

XLI. *Canon patrum.*

Baptismus incertus. Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo hos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari.

XLII. *Item.*

Cum vino. Sunt quidam qui miscent vinum cum acqua baptismatis, non recte, & Christus non jussit baptizari vino, sed acqua.

Canon iste XLIII. inseritur apud Voilkins ac dein cæteri in illo unitate discrepant. XLIII. *Canon Calcedon.*

Ut nullus presbyter sine chrismate proficiscatur.

XLIII. *Canon apostolorum.*

Simoniacus. Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipse & ordinator ejus, & communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon magus a Petro.

XLIV. *Canon Africanensis.*

Ordinatio. Episcopus absque concilio presbyterorum clericos non ordinet.

XLV. *Canon.*

Auditio. Episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum, excepta causa confessionis.

XLVI. *Canon Carthaginensis.*

Rector. Nihil rector sine fratrum suorum consilio faciat: scriptum est enim: *Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis.* *Eccles.* 24.

XLVII. *Canon.*

Decretum. Firmum decretum esse non potest quod non plurimorum videbitur habuisse consensum.

XLVIII. *Canon Romanus.*

Quæstiones. Si in qualibet provincia ortæ fuerint quæstiones, ad majorem sedem vel synodum, seu etiam ad apostolicam sedem Romæ referantur.

XLIX. *Canon episcoporum.*

Excommunicatio. Non temere quemquam communione privet episcopus, ne justo judicio & quem alius episcopus ab ecclesia expulerit, sive clericum sive laicum, suscipiat alius.

L. *Canon Nicænus.*

Ordinatio. Nemo eum qui ad alium pertinet subripiens in sua ecclesia ordinet, absque consensu illius ad quem pertinet. ANNO CHRISTI 748.

LI. *Canon Calcedonensis.*

Ordinatio. Ut nullus absolute ordinetur & sine pronunciatione loci ad quem ordinandus.

Altaria. Altaria nisi lapidea chrismatis unguine non consecrentur.

LII. *Canon Epaonensis.*

Celebrare. Non oportet in domibus non dedicatis oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

LIII. *Canon sanctorum.*

Preces. Nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet; sed cùm altari assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio.

LIV. *Canon Item.*

Missa. Et sufficit sacerdoti unam missam in una die celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: in Levitico quoque scriptum est, non debere Aaron ingredi assidue interius in Sancta.

LV. *Canon Aurelianensis.*

Episcopus eleemosynarius. Episcopus pauperibus & infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestimentum in quantum possibilitas fuerit largiatur.

LVI. *Theodorus dicit.*

Presbyter. Statutum est ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri quibuslibet ecclesiis non constituantur, nec inde expellantur, & si quis hoc facere tentaverit, synodali sententia feriatur.

LVII. *Canon episcoporum.*

Episcopus sæcularia curans. Episcopi nullatenus sæcularibus negotiis, pluſquam Dei servitiis, (quod absit) subditi existant, sed maxime curam animarum habeant, ut secundum apostolum populum Dei exemplis bene corrigant, & sanæ quoque doctrinæ sermonibus instruant.

LVIII. *Canon.*

Clerici obediant episcopis. Clerici omni subjectione episcopis subjecti illis debitam præbeant obedientiam, & nullo jactantiæ suæ studio semetipsos attollant.

LIX. *Canon Calcedonensis.*

Conjurantes in episcopum. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, gradu proprio penitus abjiciantur.

LX. *Canon Nicænus.*

Clericum alterius suscipiens. Si quis alicujus episcopi clericum vel monachum susceperit absque consensu illius, sacrilegus judicetur, & a communione suspendatur, quoad usque clericum vel monachum proprio episcopo restituat: [2] quo etsi clericus contumax redire voluerit, anathema sit.

LXI. *Canon Hibernensis.*

Percutiens juxta episcopum. Qui levaverit manum cum hasta aut gladio ad percutiendum aliquem juxta episcopum, redimat manum, vel perdat; quod & si vulneraverit, tondet caput cum barba, & Deo servat: primo tamen episcopo & cui læsit satisfaciat. Si quis autem clericum vulneraverit, vel alicui ex ecclesiastico ordine nocuerit, secundum ordinis quantitatem septempliciter emendet, & secundum ordinis dignitatem pœniteat, aut extorris propria patria exulet: Dominus enim per prophetam dicit: *Nolite tangere christos meos;* &c. Clericos nocens. *Psal.* 104.

LXII.

1 Vide Capitula Theodori Cantuar. Tom. 9. Spicileg. p. 42. c. 12. *Hard.*
2 Lege. *Quod etsi Clericus ..... noluerit.* Hard.

ANNO CHRISTI 748.

LXII. *Canon Aurelianenſis.*

Abbates. Abbates pro humilitatis religione in epiſcoporum poteſtate conſiſtant, & ſi quid extra regulam fecerint ab epiſcopis corrigantur, qui ſemel in anno, in loco ubi epiſcopus elegerit, accepta convocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni ſe obedientiæ devotione ſubjiciant. Quod ſi quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit, omnia quæ acquiſierit ab abbatibus auferantur, ſecundum regulam monaſterio [1] profuturam. Ipſi autem qui fuerint pervagati, cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia revocentur, & reum ſe ille abbati futurum eſſe cognoſcat, qui hujuſmodi perſonas non regulari animadverſione diſtrinxerit, vel etiam qui monachum ſuſceperit alienum.

LXIII. *Canon Aurelianenſis.*

Monachi. Si quis autem abbas cautus in regimine, & humilis, caſtus, ſobriuſque, miſericors, & diſcretus non fuerit, ac divina præcepta verbis & exemplis non oſtenderit, ab epiſcopo, in cujus conſiſtit territorio, & a vicinis abbatibus, & ceteris Domini timentibus, a ſuo arceatur honore, etiamſi omnis congregatio vitiis ſuis conſentiens abbatem eum habere voluerit.

LXIV. *Canon apoſtolorum.*

Abbas indiſcretus. Si extiterit abbas divinis juſſionibus prævaricator, regulæque ſanctæ contemptor, ab epiſcopo civitatis cum conſenſu abbatum, aliorumque monachorum timentium Deum, honore abbatis privetur: convenit enim epiſcopum civitatis, ut ſancta & magna ſynodus Chalcedonenſis decrevit, competentem monaſteriorum providentiam gerere.

LXV. *Leo papa dicit.*

Monachus vovens. Propoſitum monachi deſeri non poteſt aliquo pacto: quod enim quis vovit Deo, reddere debet. Pſalmiſta namque dicit: *Vovete, & reddite Domino Deo veſtro.*

Pſal. 75.

LXVI. *Theodorus dicit.*

Migrans. Monachi non migrent de loco ad locum, ſed in ea permaneant obedientia quam tempore ſuæ converſionis promiſerunt.

LXVII. *Fructuoſus dicit.*

Sodomita. Monachus ſanctæ regulæ violator ſive contemptor, vel parvulorum inceſtuoſe aut adoleſcentium conſectator, publice verberetur, coronam capitis quam geſtat amittat, decalvatuſque turpiter opprobria patiatur, vel vinculis arctatus ferreis carcerali anguſtia maceretur.

LXVIII. *Canon Agathenſis.*

Adulter. Si quis monachus adulterium aut furtum fecerit, quod potius ſacrilegium dici poteſt, id cenſuimus ordinando, ut virgis cæſus tanti criminis reus, nunquam officium clericatus excipiat. Si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehenſus, nominis ipſius dignitate privetur.

LXIX. [2] *Aurelienſis epiſcopus dicit.*

Carnes non edat. Carnes in cibo monachi nunquam ſumant: pulli vero vel altilia cuncta in congregatione non miniſtrentur; infirmis tantum provideantur, & accipere liceat.

LXX. * *Inſid. epiſcopus dicit:*

* leg. *Iſidorus.* Manumiſſio. Abbati vel monacho, monaſterii ſervum non licet facere liberum. *Impium eſt, ut qui res eccleſiæ non contulerit, damnum inferat.*

LXXI. *Canon.*

ANNO CHRISTI 748.

Eccleſiaſticus ſubtrahens rem eccleſiæ. Si quis epiſcoporum, aut presbyterorum, vel miniſtrorum, ex rebus eccleſiæ quæ in quibuſcumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid aufert; & male rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis annuæ ſententiam ſubibit.

LXXII. *Canon Hibernenſis.*

Reſtitutio. Pecunia eccleſiaſtica furata ſive rapta reddatur quadruplum, popularia dupliciter.

LXXIII. *Item Canon Hibernenſis.*

Furans rem eccleſiæ. Si quis furatus fuerit pecuniam ab eccleſia, mitatur ſors, ut aut illius manus abſcindatur, aut in carcerem mittatur, diu jejunans & gemens; & reddat integrum quod abſtulit, aut peregrinus abjiciatur, & reſtituat duplum, & ſi in patria permanſerit, quadruplum reſtituat, & ſemper pœniteat.

LXXIV. *Canon Toletanus.*

Sepulchri violator. Si clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, a clericatus ordine pro ſacrilegio ſubmoveatur. Si quis ſepulchrum violaverit VII. annos pœniteat; tres ex his in pane & aqua.

LXXV. *Canon* * *Hibritanenſis.*

* leg. *Hibern.* Confugium ad eccleſiam violans. Eos qui ad eccleſiam confugerint trahi non oportet, ſed eos domini ſui promiſſa interceſſione perſuadeant. Quod ſi ab eccleſia exeuntibus pœnale aliquid dominus intulerit, ut eccleſiæ inimicus habeatur excommunicatus. (*a*)

Can. Hib. Si quis alicui aliqua ratione nocuerit ſub confugio eccleſiaſtico, vel ſub aliquo ſanctimonii ſignaculo, ſeptempliciter emendet, reddat, & reſtituat, ſed & VII. annos in dura pœnitentia permaneat, ſin aliter, excommunicandus eſt ab omni eccleſia catholica.

LXXVI. *Hieronymus dicit.*

Tutela eccleſiæ qualis. Eccleſia defendit quos in ſinu ſuo recepit, more gallinæ, quæ pullos proprios & alienos nutrit & defendit; ita & eccleſia cunctos fugientes in ſe defendere debet.

LXXVII. *Canon Hibernenſis.*

Homicidium in monaſterio. Qui occiderit hominem intra ſepta monaſterii, exul cum damnatione exeat, vel projectis armis, raſo capite & barba, reliquum vitæ ſuæ tempus Deo ſerviet; primo tamen Deo & parentibus ſatisfaciens.

LXXVIII. *Hieronymus dicit:*

Pœna ubi peccatum. Qui peccant in loco ſancto, in eodem quoque occidendi ſunt: in loco caſtrorum Phinees interfecit virum & meretricem. Mathathias Judæum qui immolabat ſimulacro. Quicumque enim maculaverit ſanctum, ſancta non defendent eum. Chriſtus malefacientes in templo flagris compeſcuit.

LXXIX. *Hieronymus dicit.*

Mali. Qui percuſſerit malos, eo quod mali ſunt, miniſter Domini eſt.

LXXX. *Item Hieronymus dicit.*

Homicida & ſacrilegus. Homicidas & ſacrilegos punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum * myſterium; noceat itaque bonis, qui parcit malis.

* Lege, *Miniſterium.*

LXXXI. *Arauſianenſis.*

Hard. Amentibus quæcumque pietatis ſunt conferenda.

Amentes.

LXXXII. *Canon Carthaginenſis.*

Exorciſta. Omni die exorciſtæ energumenis manus imponant.

LXXXIII. *Canon Arauſicanenſis.*

Palam arrepti. Qui palam aliquando arrepti ſunt, non ſolum

1 Lege, *profuturæ.* Hard.

2 Lege. *Aurelius.* Harduinus.

(*a*) Sequentia apud Vvilkins habent novum titulum & canonem. Titulus eſt *Can. Hibern. Si quis* &c. *Manſi*

——lum non assumendi ad ullum ordinem clerica tus, sed si jam aliqui ordinati sunt, ab impósito officio repellendi. ANNO CHRISTI 748.

LXXXIV. *Canon Carthaginensis.*

Egrediens ecclesia. Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

LXXXV. *Canon Carthaginensis.*

Laicus non prædicet. Laicus præsentibus clericis, nisi ipsis provocandis, docere non audeat.

LXXXVI. *Isidorus dicit.*

Nec judicet res ecclesiæ. Omnis mundialis sapiens, si sapiens sit, non judicet judicia ecclesiæ.

LXXXVII. *Canon Carthaginensis.*

Mulier non doceat. Mulier quamvis docta & sancta sit, viros in conventu docere non audeat.

LXXXVIII. *Canon Carthaginensis.*

Sponsus & sponsa. Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus aut paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

LXXXIX. *Canon dicit.*

Secundæ nuptiæ. Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum petatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere.

XC. *Gelasius papa.*

Monialium, *al.* Velamen. Devotis Deo virginibus, vel viduis, nisi aut in epiphania, aut in albis paschalibus, aut in apostolorum natalitiis sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan, sicut de baptismate dictum, gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo transeant, implorantibus non negatur.

XCI. *Canon Carthaginensis.*

Ætas ecclesiastica. Placuit ut ante annos XXV. ætatis, nec diaconus ordinetur, nec virgines consecrentur, nisi rationabili necessitate cogente.

XCII. *Basilii episcopi.*

Infantes oblati. Oportet tam infantes cum voluntate & consensu parentum, imo ab ipsis parentibus oblatos sub testimonio plurimorum suscipi.

XCIII. *Isidori.*

Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit deligatus, noverit se ibi perpetuo mansurum. Nam Anna Samuel puerum natum & ablactatum Deo obtulit, qui in ministerio templi permansit.

XCIV. *Canon Romanorum & Francorum.*

Parvulorum castigatio. Parvulus usque annos XV. pro delicto corporali disciplina castigetur, post hanc vero ætatem quidquid deliquerit, vel si furatur, retribuat, seu etiam secundum legem exolvat.

XCV. *Canon Neocæsarienses.*

Presbyteri ordinatio. Ut nullatenus presbyter ordinetur ante trigesimum ætatis annum, nisi rationabili necessitate cogente, quia Dominus Jesus non prædicavit ante trigesimum ætatis annum.

XCVI. *Canon Nicænus.*

Episcopi ordinatio. Ut episcopus, si fieri potest, a totius provinciæ episcopis ordinetur, & si hoc difficile est, certe non minus a tribus. Episcoporum ordinationes fieri oportet dominicis diebus non in agris vel in villulis, sed in urbibus præcipuis, pro tanti nominis dignitate.

XCVII.

Ordinationum tempus. Presbyterorum vero & diaconorum in quatuor temporum sabbatis scilicet, ut dum hæc ordinatio coram populo agitur, sua omnium testificatione electorum ordinatorumque opinio discutiatur.

XCVIII. *Canon sanctorum.*

Panis, vinum, aqua. Sacerdotes Dei diligenter semper procurent, ut panis, & vinum, & aqua, sine quibus neA quaquam Missæ celebrantur, pura & munda fiant, quia si aliter agatur, cum his qui acetum cum felle mixtum Domino obtulerint, nisi vera pœnitentia subvenerit, punientur. ANNO CHRISTI 748.

XCIX. *De decimis.*

Decimæ. *Exod.* 22. *Levit.* 27. In lege Domini scriptum est: *Decimas & primitias non tardabis offerre.* Et in Levitico: *Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt; boves, & oves, & capreæ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligitur nec bonum nec malum, nec * alterum commutabitur.*

* Pro *altero* Hard.

C. *Augustinus dicit.*

Ibidem. Decimæ igitur tributa sunt ecclesiarum & B egentium animarum. O homo, inde Dominus decimas expetit unde vivis. De militia, de negotio, de artificio redde decimas: non enim eget Dominus noster, non præmia postulat, sed honorem.

CI. *Item.*

Moralitas *Levit.* 19. *Cum messueris segetem terræ tuæ, non tondebis usque ad solam superficiem terræ, nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.*

CII. *Et in lege.*

Ibidem. *Si intraveris in segetem amici tui, frange spicas, & in manu contere, falce autem non metas.* Hoc & discipuli Salvatoris fecerunt, spicas videlicet manibus fricantes & manducantes sabC batis, ut evangelium dicit.

CIII. *Item in lege.*

Ibidem. *Ingressus itaque vineam proximi tui, comedes uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne feras tecum.*

CIV. *Institutio patrum.*

Dies dominica. Et paschales. Die dominico nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum in hymnis, & psalmis, & canticis spiritalibus: dies quoque paschalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi sunt.

CV. *Canon Aurelianensis.*

Incarcerati ab episcopo die dominica pascendi. Id etiam miserationis intuitu æquum duximus custodire, ut qui pro quibuscumque culD pis carceribus deputantur, ab archidiacono seu a præposito ecclesiæ singulis dominicis diebus requirantur, ut necessitas vinctorum secundum præceptum divinum misericorditer sublevetur, atque a pontifice competens victus de domo ecclesiæ tribuatur.

CVI. *Item.*

Nuptiarum tempora prohibita. Qui dominica nocte nupserit, VII. dies pœniteat.

Qui quarta vel sexta feria III. dies pœniteat,

Qui in quadragesima ante pascha, I. annum pœniteat.

CVII. *Item.*

Jejunia. Indicta jejunia nullus præsumat infringere vel E violare, ne iram Dei incurrat.

CVIII. *Ex Concilio* * *Bra....rens.*

* lege *Bracarens.* Non oportet homines religiosos ante * sacram diei III. cibum sumere, nec convivia inire, neque clericos aliquando, nisi hymno dicto, edere panem,... post cibos gratias auctori referre. * lege *horam* Tempus cibi

CIX. *Canon sanctorum.*

Conjugati communicantes. Qui in matrimonio sunt, abstineant se III. noctes antequam communicent, & unam postquam communicaverint. Inde ait Apostolus: *Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu, ut vacetis orationi ad tempus.*

CX. Gre-

CX. *Gregorius dicit.*

ANNO CHRISTI 748. Idem. Si quis conjugem ſuam, ſi fieri poteſt, non cupidine voluntatis, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur, iſte profecto ſive de ingreſſu eccleſiæ, ſeu de ſumendo dominici corporis ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus judicio, quia a nobis prohiberi non debet, cum ei, juxta præfinitam ſententiam, etiam eccleſiam licuerit intrare: verumtamen quia ipſa licita admixtio conjugis ſine voluntate carnis fieri non poteſt, ideo aliquando a ſacri loci ingreſſu abſtinendum eſt, quia voluntas ipſa eſſe ſine culpa nullatenus poteſt.

CXI. *De conjugio ſcriptum eſt in lege.*

Virginem ſeducens. *Exod.* 22. *Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem.*

CXII. *Auguſtinus dicit:*

Uxorem cupiens. Qui uxorem optat accipere, ſicut illam virginem invenire deſiderat, ita & ipſe uſque ad nuptia virginitatem cuſtodiat.

CXIII. *Synodus Romana dicit:*

Puberes. Filii cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri, ſic & filiæ eadem ætate debent eamdem legem ſervare.

CXIV. *Paulus apoſtolus dicit:*

Fornicatio. 1. *Cor.* 7. *Propter fornicationem unuſquiſque ſuam propriam uxorem habeat, & unaquæque virum ſuum.* Legitimum quoque conjugium nullus ſeparare præſumat: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.*

CXV. *Paulus dicit.*

Mulier, 1. *Cor.* 17. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.*

CXVI. *Synodus dicit:*

Tempus bigamiæ. Muliere mortua, licet viro poſt menſem accipere alteram: poſt annum vero licet mulieri accipere alterum virum.

CXVII. *Paulus apoſtolus dicit:*

Mulier alligata. 1. *Cor.* 7. *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vivit vir ejus. Quod ſi dormierit vir ejus, liberata eſt: cui vult nubat; tantum in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit.*

CXVIII. *Item Canon Africanenſis.*

Conjugum ſeparatio. Legitimum igitur conjugium non licet ſeparari ſine conſenſu amborum: poteſt tamen alter alteri cum conſilio epiſcopi licentiam dare ad ſervitutem Dei accedere. Quidam etiam dicunt: Si vir ſive mulier ex conſenſu religionem ceperit, licet alterum accipere novum conjugium, ſed puellam vel puerum, ſi continens eſſe non poterit. Quod non laudo. Sed ſi quis vult conjugatus converti ad monaſterium, non eſt recipiendus, niſi prius a conjuge caſtimoniam profitente fuerit abſolutus. Nam ſi, illo vivente, per incontinentiam alteri nupſerit, procul dubio adultera erit: & qui eam dimiſit, particeps erit peccati illius.

CXIX. *Item de legitimo conjugio.*

Legitimum enim conjugium nullus ſeparare præſumat, niſi ex amborum conſenſu, & propter amorem Chriſti qui ait: *Qui reliquerit uxorem*, & reliqua, *centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Et nemo aliter uxorem dimittat niſi propter fornicationem, quia *Phariſæi tentantes Dominum Jeſum Chriſtum, interrogaverunt eum, ſi licet hominem dimittere uxorem ſuam pro quacumque cauſa. Reſpondit Jeſus, & ait eis: Non legiſtis quia qui fecit ab initio, maſculum & feminam fecit eos? & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quamquam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ob initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ab cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur.* Unde & apoſtolus dicit: *Præcipio, non ego, ſed Dominus, uxorem a viro non diſcedere*: & iterum: *Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem: ſolutus es ab uxore? ne quæſieris uxorem.* Alibi namque de adulterio vel fornicatione ſcriptum eſt: *Qui adulteram tenet, ſtultus & impius eſt*: de filiis quoque adulterarum eijciendis cum matribus ſuis, & Ezechiel dicens: *Ejicite matrem fornicariam & filios fornicationis*, & reliqua. Et Auguſtinus dicit: Si mulier fornicata fuerit, relinquenda eſt, ſed illa vivente altera non eſt ducenda. Ubicumque igitur eſt fornicatio, & fornicationis vera ſuſpicio, libere uxor dimittitur: aliter ergo, etiamſi ſterilis eſt, ſi deformis, ſi fœtida, ſi temulenta, ſi iracunda, ſi malis moribus, ſi luxurioſa, ſi fatua, ſi guloſa, ſi vaga, ſi nugatrix, ſi maledica, tenenda erit velis nolis, & qualiſcumque accepta eſt, habenda erit: Apoſtolus enim dicit: *Cum enim eras liber, ſponte ſervituti te ſubjeciſti.*

ANNO CHRISTI 748. 1. *Cor.* 7. *Ibidem.* *Prov.* 18. 1. *Cor.* 9.

CXX. *Canon Africanenſis.*

Uxor dimiſſa. Secundum evangelicam diſciplinam, nec uxor a viro dimiſſa alium accipiat virum, vivente viro ſuo, nec vir aliam accipiat uxorem, vivente uxore priore; ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur.

CXXI. *Auguſtinus dicit:*

Si mulier fornicata fuerit, relinquenda eſt, ſed illa vivente, altera non eſt ducenda.

CXXII. *Canon dicit:*

Deſertus poſt ſeptem annos, nubat. Si mulier diſceſſerit a viro ſuo, deſpiciens eum, nolens revertere & reconciliari viro poſt quinque vel ſeptem annos, cum conſenſu epiſcopi, ipſe aliam accipiat uxorem, ſi continens eſſe non poterit, & pœniteat tres annos, vel etiam quamdiu vixerit, quia juxta ſententiam Domini mœchus comprobatur.

CXXIII. *Item.*

Idem. Si cujus uxor in captivitatem ducta fuerit, & ea redimi non poterit, poſt annum ſeptimum alteram accipiat: & ſi poſtea propria, id eſt prior mulier, de captivitate reverſa fuerit, accipiat eam, poſterioremque dimittat. Similiter autem & illa, ſicut ſuperius diximus, ſi viro talia contigerint, faciat.

CXXIV. *De matrimonio ſervulorum.*

Servus & ancilla nubentes. Si ſervum & ancillam dominus amborum in matrimonio conjunxerit, poſtea liberato ſervo vel ancilla, ſi non poteſt redimi qui in ſervitio eſt, libero licet (ſicut quibuſdam placet) ingenuo conjungere; ſed tamen, juxta ſententiam Domini, mœchus probatur. Qui vero taliter egerit, id eſt, ut propter primam uxorem ſervitium humanum dimittat, & poſtea liberam ducat uxorem, III. annos pœniteat, unum in pane & aqua; ſed & quamdiucumque vixerit, ſemper aliquid pœniteat. Similiter quoque & & mulier pœniteat, ſi taliter fecerit. Si quis liber ancillam aut ſuam aut alterius in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittere eam, ſi ante cum conſenſu amborum conjuncti ſint: ſi vero dimiſerit eam, & aliam

du-

ducit uxorem, sive ancillam, sive liberam, ut supra scriptum est, pœniteat.

ANNO CHRISTI 748.

CXXV. *De concubinis.*

Mos adhibendi concubinas.

Augustinus dicit: Quale est quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi adhibere non erubescunt, quas post annos dimittant: & sic postea legitimas uxores accipiant? Unde coram Domino & coram angelis ejus testor atque denuncio, Deum ista conjugia semper prohibuisse, & nunquam placuisse, & præcipue temporibus Christianis, concubinas habere nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit.

CXXVI. *Item in lege:*

Illicita conjugia. *Levit.* 18.

Nemo incestis conjunctionibus se inquinet, quia in Levitico scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Et iterum: *Anima quæ fecerit quidpiam ex istis, peribit de medio populi sui.* Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

CXXVII. *Synodus dicit.*

Quicumque illicito matrimonio fuerint commixti, post pœnitentiam non debent fieri in una domu, ne se invicem causa amoris copulent.

CXXVIII. *Item synodus de toro fratris defuncti.*

Uxor fratris. *Genes.* 2.

Audi decreta synodi: Superstes frater torum defuncti fratris non ascendat, Domino dicente: *Erunt duo in carne una.* Ergo uxor fratris tui soror tua est.

CXXIX. *Gregorius dicit:*

Non ducendæ.

Si quis monacham, vel commatrem spiritalem, vel fratris uxorem, vel neptem, vel novercam, vel consobrinam, vel de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit.

CXXX. *Item de consanguineis, Gregorius interrogationibus * Augustini ita respondit:*

In Resp. ad Interrog. 6. *Hard* Tertia, vel quarta generatio.

Quædam terrena lex in Romana republica permittit, ut sive frater & soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum fororum filius & filia misceantur: sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere: & sacra lex Mosaica prohibet cognationis turpitudinem revelare: unde necesse est, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium licenter jungi debeat; nam secunda quam prædiximus a se omnimodo abstinere debet.

CXXXI. *Item de rationabili causa.*

Regist lib. 12 epist. 32. Responsio Gregorii ad sextam interrogationem Augustini modificatur.

Vere post multum temporis a Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus Gregorius, utrum Augustino scripsisset, ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime solverentur; humillimus pater inter cætera talem reddidit rationem. Quod scripsi, Augustino Anglorum gentis episcopo, nostro alumno, videlicet de consanguinitatis conjunctione, ipsi & Anglorum genti quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter & non generaliter cæteris me scripsisse cognoscas. Unde & mihi omnis Romana civitas testis existit, nec ea intentione hæc illis scriptis mandavi, ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem conjungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, cœpisse eos prius illicita docere, & verbis & exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet: nam juxta Apostolum, qui ait: *Lac vobis potum dedi, non escam;* ista illis, modo, non posteris, ut præfixum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat, *exureretur, sed aliquantulum firmaretur, & usque ad perfectionem custodiretur.

* lege eruerentur.

CXXXII. *Canon Romanus.*

Incubite habentes.

Laicus maculans se cum ancilla Dei, vel cum spiritali commatre, vel cum propinqua, aut forte cum illa quam antea cognatus habuit, primitus anathematizetur, & postea annos VII. pœniteat, III. in pane & aqua. Similiter & illa pœniteat, quia Christiana religio fornicationem in utroque sexu pari ratione condemnat.

CXXXIII. *Item.*

Presbytera.

Gregorius apostolicus papa ante corpus beatissimi Petri in synodo residens, dixit: Si quis presbyteram duxerit in conjugium, anathema sit.

CXXXIV. *Item.*

Monacha.

Si quis monacham, quam Dei ancillam appelant, duxerit in conjugium, anathema sit.

CXXXV. *Item.*

Cognata

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit, ac respondentes omnes dixerunt, Amen.

CXXXVI. *Item.*

Fornicans cum duabus cognatis. Regist lib. 12 indict. 7. epist. 32.

Si quis cum duabus cognatis fornicationem fecerit, primitus anathematizetur, deinde VII. vel X. annos pœniteat.

CXXXVII. *Item Gregorius Felici episcopo.*

Progenies ad septimam generationem servanda.

Progeniem suam unumquemque usque ad septimam servare decernimus generationem: & quamdiu se agnoscunt affinitate proquinquos, in conjugium ducere nulli profecto Christianorum licet vel licebit, & nolumus nos in hac re a vobis sive a cæteris fidelibus reprehendi, quia in his Anglorum genti indulsimus; non formam dando, sed consideratione, ne Christianitatis bonum quod ceperant imperfectum dimitterent, egimus.

CXXXIII. *De * scematibus.*

* lege *stemmatibus*. Stemmata quid.

Scemata dicuntur ramusculi in genere, cum gradus cognationum patiuntur: ut puta ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, & cæteri quorum figuræ in subsequentibus apparent. Et hæc consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse defierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, & quodammodo revocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita & propinquitas generis tot gradibus terminaretur. Inter hos itaque propinquitatis gradus, ad conjugalem copulam nemini accedere convenit; nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, in conjugem ducere nulli profecto Christianorum licet vel licebit: quia incestuosus talis coitus abominabilis est Deo. Incestuosos & nullo * conjugis nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Consanguinitas manet in sextum gradum.

* Forte. conjugii. Hard.

CXXXIX. *Vigilius papa.*

Cur ecclesia denuo consecranda.

Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. Si parietes tantum mutantur, & non altare, sale & aqua exoretur. Si homicidio vel adulterio fuerit violata, diligentissime expurgetur, & denuo consecretur.

CXL. *Vi-*

ANNO CHRISTI 748.

CXL. *Vigilius papa. Ex Concilio Carthaginensi, Gregorius.*

Quis, cum ad judicium venerit, si voluerit clericus, & necesse fuerit, induciæ ei petenti a patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & judices * seelecti tribuantur, ... si ibi vim aliquam temerariæ multitudinis metuerit, locum is congruum eligat, quo absque timore suos, si necesse fuerit, testes habere, & absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat, quia multa pro surreptione evenire solent, sententiam fratris, quæ misericordiam velat non solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est omnibus holocaustis misericordia. Non ita agendum in ecclesiasticis negotiis, sicut in sæcularibus: nam in sæcularibus, priusquam qui legibus est coactus venerit, & decantaverit, & responsum dederit, ante peractam causam non potest recedere. In ecclesiasticis vero dicta causa licet recedere, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

* A se electi tribuantur a patre. Si &c. *Voilkius.*

CXLI. *In Nicæna synodo.*

Judices. Statutum est quod judices alii non synodo deberent esse, nisi quos ipse qui impetitur elegerit, aut quos consensu suo ejus primates auctoritate hujus sacræ sedis constituerint; quia indignum est ut ab externis judicetur: qui provinciales & a se electos debet habere judices.

Donatio episcopi. Irrita erit donatio episcopi, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque collaudatione & subscriptione clericorum.

CXLII. *Romanum Concilium.*

Laicus non sit testis contra clericum. Tempore Constantini Augusti, congregavit Silvester papa synodum Romæ cum LXXIII. episcopis, quorum consensu & superscriptione constitutum est: Ut nullus laicus clerico cuiquam audeat inferre testimonium: ergo laici adversus clericum non recipiantur. Accusatores, consanguinei, nec familiares, nec domo prodeuntes, adversus extraneos testimonium non dicant, nec accusatores, nec testes suspecti recipiantur, quia propinquitatis, ac dominationis, ac familiaritatis affectus, plerumque veritatem impedire solet: sed, si noluerint, & invicem consenserint inter se parentes, testificentur, non in alios: amor enim carnalis atque timor, & amaritudo plerumque sensu hebetant humanos, & pervertunt opiniones.

Testes alii quales.

CXLIII.

Monachus non judicet. Pœna. Nullus monachorum præsumat judicare, nec accusationem sæcularem in clericum audeat accipere. Quod si quis probatur admittere, velut * exactor furoris, aut usurarum possessor, secundum statuta patrum se sentiat degradandum. In gravibus peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit.

* lege *exactor fœnoris*.

CXLIV. *De conjugio antiquo.*

Relictam patris ducere semper prohibitum. Satis igitur manifestum est non posse filios Adam in primordio sæculi uxores accepisse, nisi proprias sorores aut propinquas consanguineas; sed semper erat illicitum ab initio uxorem aut concubinam patris violare. Unde Jacob patriarcha dixit filio suo Ruben: *Effusus es sicut aqua: non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus.* Unde & Paulus apostolus doctor gentium de tali sacrilegio scripsit dicens: *Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* Ecce apostolus * judicavit de medio Christianorum auferri, qui novercam violare præsumpsit, dicens: *Nec inter gentes*, id est paganos, *tale scelus fieri.* Verum itaque est, & satis late patet, Deum omnipotentem in lege Moysi prohibuisse uxorem patris, & fratris, & proximi accipere, aut cum ea concumbere; sed & hoc quod in Deuteronomio scriptum est, ut *frater scilicet accipiat uxorem defuncti fratris, & suscitet semen fratri suo*, non carnaliter intelligendum est, sed spiritaliter tenendum. Et valde cæcus doctor est, qui nescit discretionem inter vetus testamentum & novum, sed adhuc errat cæcatus umbra antiquæ caliginis, nesciens veritatem gratiæ Christi, & nescit legem & prophetas usque ad Joannem Baptistam prophetasse: nam ipse Dominus ait: *Lex & propheta usque ad Joannem; a diebus Joannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*; & quicumque cæcatus corde adhuc solam literam sequitur cum Judæis, sine spiritu vivificante & gratia Christi perdurat, manducans crustas panis, & non micas internas.

Deut. 25. Relictam fratris ducere.

Marc. 11.

Judæis mandatum carnale. Magna distantia est inter literam occidentem & spiritum vivificantem, & valde ignarus, & ignavus, & insipiens doctor est, qui post tot annos & post tot tractatores qui libros de lege Moysi tractaverunt, a Deo inspirati adhuc judaizare vult, contemnendo Christum & omnes sanctos doctores. In Deuteronomio enim legimus: *Ut quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine ejus appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israel. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, & interpellabit majores natu, & dicet: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel, nec me in conjugium sumere; & statim accersiri eum facient, & interrogabunt eum. Si responderit: Nolo eam uxorem accipere; accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem ejus, & dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui, & vocabitur nomen ejus in Israel domus discalceati.*

Deut. 25.

Christianis spirituale. De hoc enim quod in Deuteronomio scriptum est, & in evangelio: *Quod frater accepit uxorem defuncti fratris, ut suscitaret semen fratri suo*; non est Christianis tenendum carnaliter, sed spiritaliter. Christus ait in evangelio: *Omnes autem vos fratres estis, & unus est Pater vester qui in cælis est.* Et cum habitaverint fratres spirituales simul, & ille frater qui præest ecclesiæ Dei transierit de sæculo ad Christum, accipiat tum frater ejus ecclesiam Dei regendam, & suscitet spiritales filios Deo, ne deficiente uno doctore, mortali conditione, sterilis fiat sponsa Christi, quæ est mater omnium nostrum. Etsi quispiam doctor non vult regere ecclesiam, post obitum altorius doctoris, non curans de salute aliorum, sed de sua propria, erit tunc discalceatus, & contra hoc quod Paulus dixit: *Et calceati pedes in præparatione evangelizantium bona.* Si non vult verbum Dei seminare, etsi potest, sed talentum Christi in sudario, hoc est torpore ignaviæ suæ, abscondere, erit conspurtus ab ecclesia in facie confusione dignus, *projectus in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium.* Sed accipiat semper doctor post doctorem ecclesiam Dei regendam usque in finem sæculi, ut suscitentur spiritales

Matt. 23

Ephes. 6. Rom. 10.

Matth. 8.

filii

ANNO CHRISTI 748.

filii Christo de sponsa sua virgine, sicut ipse instituit; quia *qui non vult laborare pro Deo, non est dignus mercede.*

CXLV. *Canon Leodicensis.*

Ut nullus Christianus judaizare præsumat, sed nec conviviis eorum participare.

☞ *Hic desinunt exceptiones Ecgberti apud Labbeum; sequentes adjicit Wilkins ex MS. Cotton. Nero A. fol.* 131. *verso; ubi continuata cum superioribus serie dantur. Eundem vero capitum numerum quo in Wilkins notantur servavi, qui duplici unitate a Labbeanis discrepat.*

CXLVIII. *Item.*

Ut nullus christianorum paganas superstitiones intendat, sed gentilium inquinamenta omnia omnimodo contemnat.

CXLIX. *Canon Bracharen.*

Si quis paganorum consuetudinem sequens, divinos, & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel lustrationibus paganorum serviant, v. annos pœniteant.

CL. *Canon sanctorum.*

Si quis christianus christianum hominem in manum Judæorum vel gentilium vendiderit, anathema sit; in Deuteronomio enim scriptum: *Si deprehensus fuerit homo sollicitans aliquem de genere Israel, & vendito eo, acceperit pretium, interficietur.*

CLI. *Item canon sanctorum.*

Nefas igitur est, ut quos Christus sanguinis sui effusione redemit, Judæorum vel gentilium vinculis sint irretiti.

CLII. *De tonsura.*

Exordium tonsuræ a Nazaræis incepit, qui crine servato post vitæ magnæ continentiam caput radebant, ut devotionem Domino consecrarent. In canonibus quoque sanctorum patrum scriptum invenimus: *Si quis catholicus capillos totonderit more barbarorum, ab ecclesia Dei alienus habeatur, & ab omni christianorum mensa, donec delictum emendet.*

CLIII. *De tonsura Petri.*

Petrus itaque apostolus clericali tonsura primo usus est, gestans in capite imaginem coronæ spineæ Christi. Unde canon Africanus præcipit, ut clericus nec comam nutriat, nec barbam.

CLIV. *E can. Rom. dic.*

Quicumque clericus visus fuerit in ecclesia sine colobio, vel cappa, & si non more Romano capillos & barbam totonderit, excommunicetur. Non debet etiam clericus indui se monachico habitu, nec laicorum vestibus uti, & vir si utetur veste muliebri, excommunicetur; aut mulier, si virili utetur indumento.

CLV. *Item.*

Clericus quoque non debet armis uti, nec ad bellum procedere, quia canones docent, ut quicumque clericus in bello aut in rixa mortuus fuerit, neque oblatione, neque oratione postuletur pro eo; sepultura tamen non privetur. Apostolus quoque dicit: *Nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus:* unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare. Et ideo omnimodis dicendum est presbyteris, & diaconibus, ut arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei, quam in armis.

CLVI. *Item.*

Cavendum quoque est clericis, ut non sint judices in condemnatione hominis.

CLVII. *Item.*

Canonum auctoritas prohibet, ne quis episcopus, aut clericus assensum præbeat in morte cujuslibet hominis sive latronis, sive raptoris, seu homicidæ.

CLVIII. *Item.*

Statutum est ut presbyteri indiscrete per diversa non mittantur loca, nec ab episcopis, nec ab aliis prælatis, nec etiam a laicis; ne forte propter eorum absentiam animarum pericula (oriantur) maxime (mors) infantium absque chrismate, & ecclesiarum (in quibus) constituti sunt, negligantur officia.

CLIX. *Can. Africanus.*

Omnes clerici, qui ad operandum sunt validi, & artificiola, & literas discant.

CLX. *Can. Cæsarien.*

Duo igitur sunt genera clericorum; unum ecclesiasticorum sub episcopali regimine, alterum acephalorum, id est sine capite, de quibus Gregorius dicit: si qui clerici vulgares sunt, extra sacros ordines constituti, id est nec presbyteri, nec diaconi, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent, & stipendia sua exterius accipere. Sacerdotes autem nequaquam uxores ducant, sed ecclesiam diligant, nec utantur bellicis armis, sed spiritalem militiam exerceant.

CLXI. *Item de militia.*

Fratres, scitote quia divisa est potestas sæcularis, & potestas spiritalis. Bonis etiam sæcularibus decet, ut sint defensores ecclesiæ, & propugnatores gregis Christi; spiritalibus autem convenit, ut sint intercessores pro omni populo Dei: miles quidem Christi armis humanis uti non debet, ut testimonia multa declarant. Incipiamus testimonium a Deo, & Domino nostro Jesu Christo, qui dum pro humano genere crucis vellet subire tormentum, & a militibus esset tentus, Petro prohibuit, ne gladio pugnaret. Quod si ille non habuit licentiam pugnandi pro injuria Domino suo illata; quid rectius nobis est, quam ut ejus imitemur exempla? Intelligite ergo, quia non in hasta solummodo & gladio salvat Deus, sed potius in assiduis orationibus, & cæteris divinis servitiis. Dictus quoque Christi confessor Martinus, dum a Juliano apostata jussus fuisset militaria suscipere indumenta, dixit se Christi esse militem, & ideo non posse pugnare. De libro quoque Exodi utile habemus exemplum; scilicet dum pugnaret Josue adversus Amalech, Moyses non armis pugnabat, sed extensis palmis ad cælum Deum orabat, & vincebat Israeliticus populus; ut autem remittebat manus, invalescebat Amalech. His & aliis multis declaratur exemplis episcopum, presbyterum, diaconum, vel monachum nulla portare arma in prælio, nisi tantum ea, de quibus legitur: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Contrarium itaque omnino est ecclesiasticis regulis post ordinationem redire ad militiam sæcularem.

CLXII. *De homicidio, institutio sanctorum.*

Si presbyter vel diaconus homicidium fecerit, degradetur, & usque ad exitum vitæ pœniteat.

ANNO CHRISTI 748

CXIII. *Item.*

Si quis clericus homicidium fecerit, X. annos exul pœniteat; III. ex iis in pane & aqua; poſt hæc recipiatur in patria. Si bene egerit pœnitentiam, teſtimonio comprobatus epiſcopi, vel ſacerdotis, vel cui commiſſus fuerit, quod bene pœnituit; & ſatisfaciat parentibus ejus quem occidit. Si autem non ſatisfecerit parentibus illius, nunquam recipiatur in patriam, ſed more Cain profugus & vagus ſit ſuper terram. Si vero homicidium caſu fecerit, ideſt, non volens, V. annos pœniteat, III. ex iis in pane & aqua. Si ad homicidium conſenſerit, & factum fuerit, VII. annos pœniteat, III. ex his in pane & aqua. Si voluerit, & non perfecerit, I. annum pœniteat. Si quis percuſſerit, & ſanguinem fuderit, XL. diebus in pane & aqua pœniteat; ſi diaconus VI. menſes; ſi presbyter unum annum. Si laicus laicum occiderit, XL. dies abſtineat ab eccleſia, & jejunet in pane & aqua, & poſt, ut ſacerdos judicaverit, pœniteat.

Affert Wilkins Conc. Britan tom. I. pag. 113.

Poenitentiale Ecgberti archiepiscopi Eboracensis.

Hinc incipiunt capitula libri, quem pœnitentiale vocamus.

Capitula Egebyrhtus archiepiſcopus Eboracenſis tranſtulit ex Latino in Anglicum, ut indocti ea facile intelligere poſſent.

Liber I.

I. *De presbyteri prudentia.*
II. *Jus de variis peccatis.*
III. *De epiſcopi adulterio.*
IV. *De presbyteri adulterio.*
V. *De ſacerdote, qui ſe ipſum impuris ſermonibus, vel aliquibus aliis vitiis polluit.*
VI. *De presbytero qui baptizare detrectat ob itineris ſui neceſſitatem.*
VII. *De non baptizato presbytero, & de eo, quem ipſe baptizat.*
VIII. *De epiſcopo & presbytero qui ordinem ſuum perdit.*
IX. *De iis, quibus indutus eſſe debet ſacerdos, cum miſſam celebrat.*
X. *De ſacerdote, cum calicem effundit, & de cibo ante euchariſtiam.*
XI. *De presbytero, ſi aliquid magni pretii auferat.*
XII. *De diacono, & monacho ſi fornicentur.*
XIII. *De monachis, & monialibus ſi fornicentur*
XIV. *De laicis, ſi fornicentur.*
XV. *De injuſtis operibus juniorum.*
XVI. *De menſtruæ conſuetudinis fornicatione, & de alia injuſta fornicatione.*
XVII. *De ethnicorum fornicatione, & de eo, qui neſciens eſſe bis baptizatus, & de eo, qui ab illegitime fornicante presbytero baptizatus eſt, & de eo, quis bis ſua ſponte baptizatus eſt.*
XVIII. *De eo quod vir mulierem in baptiſmate ſuſcipere debet; & mulier virum.*
XIX. *De viri, & mulieris promiſſis.*
XX. *De eo quod virum non deceat uxorem ſuam nudam videre; & de eo quod cum ipſa rem habere nequeat.*
XXI. *De injuſta fornicatione.*
XXII. *De diverſis homicidiis.*
XXIII. *De epiſcopi, & presbyteri, & monachi occiſione.*
XXIV. *De variis homicidiis.*
XXV. *De fratribus quomodo cognatam uxorem ſumere poſſunt, & de rebus variis aliis.*
XXVI. *De viri lotione poſt coitum.*
XXVII. *De adoleſcentibus, & puellis, in qua ætate ſe ipſos gubernare poſſunt.*
XXVIII. *De eo quod cognati coeant, & quamdiu mulier gravida a viro abſtinere debet.*
XXIX. *De uxore quæ artem magicam exercet.*
XXX. *De muliere ſi infantem ſuum recens natum arte magica occidit.*
XXXI. *De muliere, quæ infantem ſuum occidit, & de euchariſtia ac eſu ſanguinis.*
XXXII. *De immolatione inimicorum, & de faſcinatione ubi frumentum ardet.*
XXXIII. *De faſcinatione mulieris, & de eo ſi illa fornicetur, & de voto ejus poſt mariti ſui obitum.*
XXXIV. *De perjurio.*
XXXV. *De injuſtis operibus diei ſolis.*
XXXVI. *De miſſæ celebratione pro monacho, & laico.*
XXXVII. *De mulieris perceptione ſanctæ Euchariſtiæ.*
XXXVIII. *De vulpibus, & de avibus, & equis, ac feris beſtiis, quæ comedendæ ſunt.*
XXXIX. *De apibus, quæ pungunt homines, & de variis rebus.*
XL. *De violatis porcis, & de aliis impuris animalibus.*
XLI. *De ſancti Dionyſii, & ſancti Auguſtini dictis.*

ANNO CHRISTI 745

Praefatio.

CUM quis ad pœnitentiam ſuam abit, tunc cum maximo timore Dei, & humilitate coram ipſo ſe extendat; & oret flente voce, ut eum pœnitentiam facere doceat omnium eorum delictorum, quæ adverſus Dei voluntatem fecerit; & confiteatur illi malefacta ſua, ut ſacerdos ſciat, quam pœnitentiam ipſi imponere debeat. Tunc ſacerdos eum interroget, quamnam fidem in Deum habeat; & ipſum vario modo exhortetur ad animæ ſuæ neceſſitatem, & admoneat, ac ita dicat: Crediſne in Deum omnipotentem, & in Filium, & in Spiritum Sanctum? crediſne quod omnes homines a mortuis reſurgent in die judicii? num te pœnitet omnium eorum, quæ tu malefeciſti, dixiſti, & cogitaviſti? viſne remittere omnibus iis, qui unquam in te peccaverunt? ſi dixerit, volo: tunc ei dicat: Deus omnipotens tui miſereatur, & mihi concedat quod debeo. Jejuna quolibet die hoc tempore quadrageſimali ad nonam, & abſtine ab albo; & cave tibi ab octo capitalibus vitiis, ne ea committas, quæ ſunt homicidium, & furtum, & perjuria, & avaritia, & injuſtus concubitus, & luxuria, & detractio, & falſum teſtimonium; & obſerva duodecim quadrageſimæ dies, qui quovis anno occurrunt, & cave tibi a ſacrificio barbaro, & veneficio, & concubitu cum virgine, & biloquio, & ſuperbia, & ambitione aliorum hominum poſſeſſionis: cave tibi ab his omnibus, & dilige Dominum tuum cum toto animo, & cum omni virtute, & omnibus viribus, & toto corde intimo firmiter; & eſto benignus erga pauperes, & manſuetus, & eleemoſynas diſtribuens, & diligenter eccleſiam viſitans, & diligenter decimas dans eccleſiæ Dei, ac pauperibus: tunc Deus tibi benevolus, & beneficus, & miſeri-

cors

cors erit, & tu regnabis cum ipso in sæcula sæculorum absque fine, si ita feceris; & oro te, ut mihi dicas omnia, quæ unquam malefeciſti, quoniam tibi expedit pudefieri nunc hic coram me solo misero, quam deinde coram Deo in magno judicio, ubi cælicolæ, & terricolæ, & inferi omnes erunt congregati

ANNO CHRISTI 748.

I.

Convenit cuilibet sacerdoti, cum pœnitentiam jejunii aliquibus imponit, ut sciat quisnam ille sit, an sanus, an infirmus, dives, an pauper, quam juvenis, vel quam senex sit; utrum sit ordinatus, an laicus, & qualem pœnitentiam faciat, an sit cælebs, an uxoratus: omnes homines decet discretio, licet studio adulterium non committant. Divites severius judicandi sunt, quam pauperes juxta jus canonicum.

II.

Theodorus sanctus & pius episcopus constituit hanc lectionem in exemplum, & doctrinam omnibus illis, qui delicta sua apud Deum emendare volunt, & ita dixit: Legimus in pœnitentiali, quod pœnitentia facienda sit pro capitalibus criminibus annum, vel duos, vel tres (in) pane & aqua; & pro minoribus criminibus hebdomadam, vel mensem, omnes eodem modo. Sed hoc apud nonnullos res dura, & difficilis est, ideo docebimus, quibus rebus hoc redimere debeat, qui jejunium suum servare nequit; hoc est ut psalmodia, & eleemosynis per longum spatium pœnitentiam agat, & si omnia implere possit, quæ in hoc libro scripta sunt, valde bonum, & legitime ordinatum est; & si non possit, cantet quinquaginta psalmos juxta ordinem in ecclesia, vel in alio secreto loco: & qui unam septimanam jejunat cum pane, & aqua, cantet trecentos psalmos genibus flexis, vel trecentos & viginti absque genibus flexis, prouti supra dictum est; & si quis per mensis spatium pœnitentiam agere debet cum pane & aqua, cantet mille & ducentos psalmos flexis genibus; & absque genibus flexis, mille sexcentos & octoginta; ac deinde quolibet die se recipiat ad meridiem præter dies mercurii, & veneris; tunc jejunare debet ad nonam, & abstineat a carne & vino, hoc est omnis generis potu quo quis inebriari possit, & utatur omnibus aliis cibis quos Deus ei dederit, postquam cantaverit: & si nec psalmos norit, nec jejunare possit, distribuat quolibet die obolum, vel valorem ejus pauperibus; & qualibet hebdomada jejunet unum diem ad nonam, & alium ad vesperas; & utatur iis, quæ habet, prouti supra dictum est. Et si quis annum integrum pœnitentiam agere debet, distribuat viginti sex solidos ad eleemosynas, & qualibet hebdomade jejunet duos dies, prouti supra dictum est; & consideret in tribus illis quadragesimis, quid cibus ejus fuerit, dimidiumque ejus ad eleemosynas distribuat. Secundo anno pœnitentia inchoanda est a nativitate Domini ad epiphaniam, & a paschate ad pentecosten; & homo qui non potest peccatorum suorum pœnitentiam agere, uti supra dictum est, distribuat primo anno viginti sex solidos ad eleemosynas, & secundo viginti, & tertio octodecim, qui sunt sexaginta quatuor solidi. Et sciat dives, quod Deus ipsi multas opes & possessiones hujus vitæ concrediderit, quo modo crimina sua capitalia emendare debeat. Sumat evangelium, & ibi legat quomodo Zacheus cum Domino locutus sit, cum ad prandium eum in domum suam susceperit, tunc invocabat eum, ita dicens; Domine, omnium bonorum meorum trado dimidiam partem pauperibus; & si per injustam fraudem aliquibus aliquid abstuli, reddo quadrifariam. Et tunc a Domino promeruit audire: *Hodie domui huic salus facta est*; hoc est omnium peccatorum remissio. Et ad augenda hæc bona opera, de quibus supra diximus, liberet, & redimat eos qui in captivitate sunt, & ab illo die, quo injustitiam suam derelinquit, non renovet illam deinde, ne forte similis sit cani, qui devorat, quod prius evomuit, neque negligendum est, quod apostolus dixit: *Qui per corpus suum peccat, per corpus suum hoc compensat*; hoc est, in jejunio, & in vigiliis, & in orationibus, & in precibus ad Deum, in compunctione cordis, & cum effusione lachrymarum.

ANNO CHRISTI 748

Prima abstinentia est baptismus ignis, secunda est amor Dei, tertia est desiderium eleemosynarum, quarta est effusio lachrymarum in vera pœnitentia, quinta est confessio flagitiorum, sexta est afflictio cordis & corporis in jejuniis, septima est ut mores corrigantur coram Deo, octava est preces sanctæ pro flagitiis illis, nona est misericordia & bona fides, decima est ut alii a flagitiis ad Dei voluntatem ducantur, undecima est remissio Dei, ut per hoc Deus peccata ipsi condonet, duodecima est martyrium, uti fiebat ad Christi passionem.

III.

Episcopus, si adulteretur, juxta jus canonicum jejunet duodecim hyemes, & eleemosynas reddat multas, & cum effusione lachrymarum Dei honorem exoret. Aliqui volunt ut se deinde ordinibus privet.

IV.

Presbyter cum fornicatus fuerit, jejunet tres hyemes, & tria jejunia per hebdomadam jejunet duobus diebus ad vesperam. Si cum moniali fornicatus fuerit, multum auctum sit jejunium ejus, hoc est septem annos.

V.

Sacerdos qui impure loquitur, vel ex visu aut aspectu mulieris se polluit, & se non purgat, jejunet viginti dies; qui propria voluntate admodum pollutus fuerit, jejunet centum dies. Si invitus in somno fuerit pollutus, surgat & cantet psalterii psalmum, & crastino die maxillam suam triginta vicibus ad terram inclinet. Si invitus fuerit pollutus, vel si volens in somno mœchatus sit, cantet viginti quatuor psalmos. Si quis in ecclesia dormiens semen suum effuderit, surgat & cantet psalterium. Si sacerdos cum cupidine mulierem osculetur, pœniteat ejus viginti dies. Si sacerdos polluatur, cum mulierem tetigerit, jejunet quadraginta dies, nonnulli volunt triginta. Si sacerdos cogitationis voluntate pollutus sit, jejunet hebdomadam; si tactu manus, jejunet tres hebdomadas. Si quis crebro fornicationem commiserit, canon judicat, ut decem hiemes jejunet; nonnulli volunt annum, & cum discretione tres.

VI.

Quicumque sacerdos in propria sua provincia, vel in aliqua alia proficiscatur, & si in itinere ejus baptisma ab ipso exoretur, & ille neget, detineatur in itinere suo, & si infans ethnicus moriatur, ordine suo spolietur.

ANNO CHRISTI 748.

VII.

Quicumque presbyter si norit quod non sit baptizatus, baptizetur, & omnes illi quos antea baptizaverat. Attamen papa Romanus constituit, si missæ administrator vitiosus sit, vel paganus, quod servitium Spiritus sancti esset in dono baptismi, non tamen in hominis alicujus.

VIII.

Si quis ordinem perdat, presbyter, vel episcopus, pœnitentiam agat usque ad mortem, ut ejus anima vivat. Sacerdos si hominem occidat vel fornicetur, ordine suo spolietur; si aliquem vulneret, jejunet centum dies.

IX.

Cum sacerdos missam celebrat non portet caracallam cassiatam, sed cum evangelium legit, imponat eam humero.

X.

Cum sacerdos calicem effuderit, postquam missam celebraverit, jejunet triginta dies; si comedat antequam ad eucharistiam abeat, & postquam eucharistiam acceperit, jejunet septem dies.

XI.

Si presbyter furtum magni pretii commiserit, jejunet quinque hyemes, vel prouti episcopus ipsi adnotaverit.

XII.

Si diaconus fornicatus fuerit, jejunet tres hemes, & monachus totidem; si infantem genuerit, jejunet magis, prouti episcopus vel jura adjudicaverint ipsi: homo non ordinatus, & qui non est monachus, si fornicatus fuerit, jejunet duodecim menses: si infantem genuerit, jejunet tres hyemes; si eum occiderit, jejunet septem hyemes.

XIII.

Monachus vel femina consecrata si fornicati fuerint, jejunent septem hyemes, nonnulli volunt tres. Juveni non est danda uxor, si prius ordinem monachalem in animo habuerit.

XIV.

Laicus uxorem habens, si alterius viri feminam fœdet, vel virginem, jejunet unam hiemem; si infantem habeat, jejunet tres hyemes: si autem cælebs sit, jejunet septem hyemes; aliqui volunt decem. Si quis cum matre sua, vel sorore, vel filia coeat, jejune duodecim hyemes, & videat tamen sacerdos, in quo ordine ipse sit. Quilibet homo cum bestia rem habens, jejunet decem hyemes, vel septem; aliqui volunt tres hyemes, alqui unam, aliqui centum dies: videat quid sit homo, quid sit bestia. In omnibus rebus sacerdoti convenit prudentia, uti antea diximus. Quicumque in os semen effuderit, jeunet septem hyemes. Quilibet homo qui cum verna sua fornicatus fuerit, jejunet unam hiemem; si ipsa infantem habuerit, redimat eum, & jejunet tamen unam hyemem.

XV.

Si parvus puer a majori opprimatur in coitu, jejunet quinque noctes: si eum patiatur, jejunet viginti noctes; si furetur, vel animal per se mortuum edat, & ipse hoc norit, jejunet septem dies. Si viginti annos habeat & tale quid fecerit, jejunet viginti dies. Si idem manu sua se polluat, jejunet viginti dies. Si hoc in virili ætate accidat, jejunet quadraginta dies; nonnulli volunt centum.

XVI.

ANNO CHRISTI 748.

Quilibet vir, qui cum uxore sua in consuetudine ejus menstrua em habuerit, jejunet quadraginta dies; & quilibet qui sanguinem suum, vel viri semen biberit, jejunet quinque hyemes. Quilibet homo in ecclesia fornicans judicetur quod episcopo justum videtur, & juxta hoc puniatur. Si quis cum bestia vel cum masculo coiverit, jejunet decem hyemes. Si pueri inter se fornicationem committant, suspendantur. Bestia si a masculo sit polluta, occidatur, & detur canibus; si dubitetur, vivere permittatur.

XVII.

De ethnicorum fornicatione, & de eo qui invitus bis fuerit baptizatus, & de eo qui baptizatus fuerit ab injuste fornicante presbytero, & de eo, qui sua sponte bis baptizatus fuerit. Quilibet ethnicus deserat uxorem suam ethnicam in potestate sua, post baptisma ejus, sive ipse (baptisma) habeat sive non; ita etiam si uter eorum sit ethnicus, vel baptizatus. Ethnicus a baptizato discedere debet, uti apostolus dicebat: *infidelis si discedit, discedat*. Qui bis baptizatus fuerit, ita ut nesciret, non imponatur ei aliquod jejunium, nisi juxta canonicum jus sit consecrandus, licet necessitatem suam celet. Si vir a presbytero adultero baptizatus sit, statim rebaptizetur. Quilibet qui sciens aliquem secunda vice baptizat, hoc est quasi Christum suspenderet, jejunet septem hyemes; duas dies jejunii per hebdomadam, & tres plenario jejunet.

XVIII.

Masculus feminam in baptismo suscipere debet, & femina masculum. * Baptizatus non comedat in domo cum baptizatis, nec eos osculetur, eo magis quia hoc einon licet apud ethnicos.

lege baptizans

XIX.

Si aliquis vir, vel femina cælibatum servare voverit, & deinde vir in legitimo matrimonio copulatus sit, non negligatur hoc quod jejunet tres hyemes, quoniam stultum & impossibile votum violatum est. Si uxor viri cujusdam adulteretur, maritus eam potest deserere, & aliam ducere, si ea prima fuerit uxor; si autem secunda vel tertia fuerit, non potest aliam ducere: si uxor flagitia sua committere velit intra quinque annos, alii viro nubere debet. Si mortuus maritus sit, uxor intra annum alium sumere potest. Quicumque maritus uxorem suam deseruerit, & se injusto matrimonio (alii) adjungat, jejunet septem hyemes severum jejunium, vel quindecim leviora. Quicumque multa mala perpetraverit in homicidium, & occisionem hominis, & injustum concubitum cum bestiis, & cum mulieribus, eat ad monasterium, & semper jejunet usque ad finem vitæ, si valde multa commiserit.

XX.

Non decet virum uxorem suam nudam videre. Cum vir & mulier matrimonio juncti sunt, & vir cum ea coire nequeat, mulier eum deserere potest, & alii nubere, si hoc in viro manifestum sit. Parentes debent mulieres matrimonio jungendas viris tradere; excipe si ipsa omnino contradixerit, quod eum nolit, tunc illa, si ipse velit, hoc omittere potest, & ad monasterium aditum eligere, si ipsa velit. Si femina cum viro habitare nolit, cui antea nupta erat, reddatur ei pecunia, quam pro illa

ANNO CHRISTI 748.

la tradidit, & tertia etiam pars hereditatis ejus; & si ipse hoc nolit, perdat pecuniam, & femina abeat ad monasterium, vel alibi in castitate se contineat.

XXI.

Si maritus cum uxore sua canino more, coeat, jejunet quadraginta dies; si cum extis ejus coeat, jejunet decem hyemes. Quilibet homo solis die vel nocte cojens, jejunet tres dies. Maritus non coeat cum uxore sua quadraginta dies ante pascha, nec septem dies ante pentecosten, nec quatuordecim dies ante natale Domini.

XXII.

Si quis alterum occidat in homicidio in ira & in secreto, jejunet tres annos, nonnulli volunt septem. Quicumque homicidio consentit, & illud deinde committat, jejunet quinque hyemes; nonnulli volunt septem, & quadraginta dies ecclesiam non ingrediatur. Quicumque servum suum occiderit, jejunet unum annum. Quicumque in genitalibus alteri imbecillitatem intulerit, vel ei vulnus inflixerit, compenset ei vulnus illud, & opus ejus operetur, usque dum vulnus sanetur, & præmium medico tradat, & jejunet duo vel tria jejunia; si nesciat quomodo solvat, jejunet duodecim menses. Quicumque aliquem occiderit, jejunet tres hyemes; si autem cognatis ejus ipsum compensare voluerit, jejunet annum & dimidium. Si quis alterum vulneret, pro sanguinis effusione jejunet quadraginta dies.

XXIII.

Si quis episcopum vel presbyterum occiderit, hoc ad regis vel episcopi jus pertinet: quicumque presbyterum vel monachum occiderit, hoc sit juris episcopalis an arma deponat, & ad monasterium abeat, vel septem hyemes jejunet.

XXIV.

Si quis alterum in pugna publica occiderit, vel ex necessitate, cum domini sui mercem eriperet, jejunet quadraginta dies. Si quis alterum occiderit, nequaquam in homicidio, duodecim menses jejunet. Si quis patrem suum, vel matrem, sororem, vel fratrem, filium, vel filiam occiderit, hoc est juris episcopalis; nonnulli volunt ut pœnitentiam agat in terra peregrina decem hyemes. Homo qui odit fratrem suum, homicida est, uti Joannes evangelista dicit.

XXV.

Duo fratres duas sorores in uxores ducere possunt, & pater ac filius matrem & filiam. Si servus & serva mutua voluntate se conjungant, & si deinceps aliquis eorum manumittatur, & nequeat servam redimere, quocumque modo liber sit, servæ libertatem lucrari debet. Quicumque homo liber servam in uxorem duxerit, non debet illam deinde relinquere, si mutuo consensu antea serva fuerat. Quicumque parturientem uxorem liberam fecerit, infans tamen est servus. Qui in legitimo matrimonio est, tres dies ante jejunium quadragesimale, non congregetur, ita etiam quadraginta dies totos usque ad nonum diem in pascha te. Quicumque maritum vel uxorem habuerit licet illegitime, attamen quomodocumque potest cibos illi coemere debet, quoniam propheta ait: *Domini est terra*. Maritus & femina si in matrimonio conjuncti sunt, si alter velit Dei servus esse, & alter nolit, vel alteruter eorum sit infidelis, vel sit sanus, attamen cum consensu mutuo separentur, si velint.

XXVI.

Si maritus cum propria sua uxore coeat, lavet se antequam ad ecclesiam abeat; si mulier maritum suum a se rejiciat, & dein nolit resipiscere, & cum eo in quinque annis pacem inire, maritus cum consensu episcopi, aliam uxorem ducere potest. Si maritus uxoris in captivitatem ducatur, expectet eum sex annos, & ita vir uxori faciat, si ei captivitas accidat; si maritus aliam uxorem ducat, & captiva post quinque annos redeat, deserat posteriorem, & captivam sumat, quam antea eodem modo duxerat. Cum vir in adulterio conjunctus sit uxori suæ familiæ, post uxoris suæ mortem, legitimo jure uxori illi conjungatur.

XXVII.

Puella quatuordecim annorum corporis sui potestatem habere potest. Adolescens cum quindecim est annorum, in propria sua potestate sit; deinde se monachum potest facere, si velit, & non ante. Femina usque dum sit tredecim vel quatuordecim annorum, sit in parentum suorum potestate; post hanc ætatem, dominus ejus illam capere potest, cum sua voluntate. Pater filium suum, si valde pauper sit, ad servitium tradere potest, usque dum septem anni præterierint; absque filii voluntate tamen non tradat ipsum. Si inimicus vir aliquem uxore privet & ipse eam obtinere nequeat, aliam sibi sumat, quoniam hoc melius est, quam adulterii flagitium committere.

XXVIII.

In quinto gradu permittantur homines matrimonium inire, & in quarto, si hoc occurrerit non separentur, in tertio gradu separentur. Abstineat mulier a marito suo septem menses antequam eam cognoscat, & post partum ejus quadraginta dies. Quicumque maritus cum uxore sua in illo tempore coeat, jejunet viginti vel quadraginta dies. Mulier in consuetudine sua menstrua ad ecclesiam non confugiat, nec ad eucharistiam accedat, nec monialis nec mulier laica; sicubi hoc fecerint jejunet viginti dies.

XXIX.

Si mulier artem magicam, & incantationem, & veneficium, & simile quid committat, jejunet duodecim menses, vel tria jejunia, vel quadraginta dies: sciat, quantum flagitium sit. Si illa cum venefico coeat, jejunet septem hyemes. Mulier, quæ ecclesiam intrat, antequam a sanguine suo sepurgat, jejunet quadraginta dies. Mulier si semen viri cum cibo suo miscet, & hoc facit ut masculis eo charior sit, jejunet tres annos.

XXX.

Si mulier abortum promoveat conceptus sui in utero, & in quadraginta diebus occidatur id, quod semine conceptum est, antequam animatum sit, quasi pro homicidio jejunet tres annos, & qualibet hebdomada duos dies ad vesperam, & tres jejunium legale; si ipsa abortiat, annum, vel tria jejunia legalia.

XXXI.

Si mater infantem suum occidat, jejunet quindecim hyemes absque cessatione, exceptis diebus solis. Si pauper sit, jejunet septem annos; si ea cum aliis fornicetur, jejunet decem annos. Si mulier aliqua arte coitum suum adjuvat, uti ipsa novit, jejunet duos annos, quoniam ipsius est pollutio. Unum jejunium competit

ANNO CHRISTI 748.

ANNO CHRISTI 748.

petit viduis & feminis. Majus competit uxori maritum habenti, si adulterium committat. Uxor non deferat maritum suum, licet adulteretur. Uxor ad eucharistiam accedat, antequam pariat, cum maxime ei necessarium sit. Mulier quæ mariti sui sanguinem pro aliquo medicamento tradit, jejunet quadraginta dies.

XXXII.

Si quis præmium aliquod magnum saltem diabolis immolet, jejunet per annum; si aliquid magnum sacrificet, jejunet decem hyemes: quicumque inimicis assignatum cibum sacrificat, & deinde sacerdoti confiteatur, videat sacerdos cujus ordinis homo sit, vel cujus ætatis, quam peritus sit: & deinde ita judicet, prouti ipsi justissimum videbitur. Quicumque frumentum urit in loco, ubi mortuus est, in salutem vivorum, & masculi, jejunet quinque hyemes.

In domo vertendum est Vviklins.

XXXIII.

Si mulier filiam suam super domum vel fornacem collocet, ideo ut febrim ejus curare velit, jejunet septem annos. Si ea in illegitimo adulterio sit, & maritus illius cum ipsa habitare nolit, abeat ea ad monasterium, si velit; si nolit, sumat quartam partem hereditatis. Si femina aliqua injustum adulterium committat, pœna ejus sit in potestate mariti sui. Uxor quæ pro uno marito est, si Deo promittat quod post mariti sui mortem alium nolit, & ipsa alium sumat, tunc pœniteat ipsam, quod promissum suum non impleverit; emendare deinde velit circa undecimum annum, postquam in mariti sui potestatem pervenerit; hoc est utrum ipsa id impleat, vel utrum cum necessitate cum viro, quocum est, vivere debeat. Si quis absque consensu episcopi promittat, promissum sit in episcopi potestate, hoc est utrum illud mutet, vel non.

XXXIV.

Si quis perjurium faciat in ecclesia, vel in libro Christi, vel super santas reliquias, jejunet quatuor hyemes. Si quis perjurium faciat in manu episcopi, vel sacerdotis, vel diaconi, vel ad sanctificatam Christi crucem, jejunet annum unum. Si quis ad juramentum ducatur, & nesciat aliud jus præter hoc, & ille tamen cum aliis juret, & ita decipiatur, & deinde sciat, quod falsum esset, jejunet tria legalia jejunia. Quicumque sua sponte pejeret, & norit deinde quod perjurus sit, jejunet tres, vel duas hyemes. Si quis in laici manibus juret, nihil obstat an cum astutia, jejunet juxta jus canonicum, antequam ad eucharistiam abeat, antequam jejunium fixerit: nonnulli volunt, ut statim circa duodecim menses, vel circa septem menses adeat; nonnulli volunt, ut cum jejunium suum fixerit.

XXXV.

Græci eum qui die solis laborat, prius verbis minantur; si deinde faciat, tunc aliquid operis ejus illi saltem adimitur, tertia vice suspenditur, vel jubent jejunare septem dies. Græci volunt, ut quolibet die solis ad eucharistiam abeant tam laici quam sacerdotes; & qui tribus diebus dominicis non abit ad eucharistiam, excommunicatus est juxta jus canonicum. Ita Romanus abit ad eucharistiam, nisi quod excommunicet eum qui nequeunt. Diaconi non frangant panem consecratum cum Græcis, nec legant collectas, nec dicant: *Dominus vobiscum.* In uno eodemque altari quotidie duas missas celebrare debes. Qui non adest priori missæ, non debet ad osculum accedere ante eucharistiam. Qui ad eucharistiam accedere non vult, non accedat deinde ad presbyterum pro pane, vel pro eucharistia, vel pro osculo. Non debet quis ad presbyterum eucharistiæ gratia accedere, qui consecrationem vel lectionem non potest juxta consuetudinem implere.

ANNO CHRISTI 748.

XXXVI.

Pro mortuo monacho statim tertio die missa cantanda est, & juxta id, quod abbas voluerit. Pro pio laico tertio die, vel circa septimum diem missa cantanda est; pro pœnitenti homine circa triginta, vel circa septem dies missa celebranda est, si pro eo cognati & amici ipsius fidejubeant, & pro anima ejus saltem aliquid benefaciant altari. Apud Romanos consuetudo est corpus consumpti hominis & mariti in ecclesia sepeliri, & chrismate corpus ejus ungere, & missam celebrare super eum, & cum cantu ad sepulchrum portare; cum in sepulchro collocatus sit, terram super eum jacere, tunc primo, & tertio, & nono, & trigesimo die pro illo missam cantare, & postea uti quisque voluerit.

XXXVII.

Mulieres sub Brunonis regulis ad eucharistiam accedant, uti Basilius docebat. Apud Græcos uxores sacrificium immolare debebant, uti apud Romanos. Tria jejunia legalia sunt quotannis, unum pro omni populo, nempe quadraginta dies ante pascha; dejnde cum decimum obolum annuum solvimus, & hoc quadraginta dies ante natale Domini; tunc omnes pro exercitu orent, & orationes legant, & quadraginta dies post Pentecosten.

XXXVIII.

Pisces emi possunt, licet mortui occurrant, quoniam aliùs speciei sunt. Caro equina non est prohibita, licet multæ familiæ eam emere nolint; aves & aliæ bestiæ, quæ in retibus sunt suffocatæ, non sunt comedendæ; neque quas accipiter momorderit, si mortuæ inveniantur, non sunt edendæ; quoniam ita extat in actibus apostolorum injunctum: *Abstinete vos a fornicatione, & a suffocato, sanguine & idololatria.* Halices comedi possunt & boni sunt in febre, & dirrhæa, elixi in aqua, & fel eorum cum pipere misceri potest ad scabiem oris (sanandam).

XXXIX.

Si apes hominem occiderint, ita occidantur antequam ad mel perveniant, & saltem ut non per noctem ibi habitent; & edatur mel, quod fecerunt. Si procellus ceciderit in aquam, & vivus extrahatur, spargatur super aquam illam aqua consecrata, & suffiatur cum thure, & vendatur aqua illa; si tunc mortuus sit, & tunc aqua vendi nequeat, effundatur. Si quis impuris manibus cujuscumque generis tangat, vel canem, vel catum, vel murem, vel purum aut impurum aliquod animal, Theodorius dicebat, quod nihil ei doleat. Si in parvam aliquam aquam mus, vel mustela inciderit, & ibi moriatur, aspergatur cum consecrata aqua, & vendatur (aqua). Quicumque impurum animal pro sua necessitate vendit, nihil ei doleat. Infirmis hominibus permissum est quovis tempore, & quando iis placuerit, cibum sumere. Si quis bis confirmetur, & hoc sciat, jejunet septem hyemes; si hoc nesciat, jejunet tres hyemes.

XL.

Si sus edat carnem mortuam, vel sanguinem huma-

ANNO CHRISTI 748.

humanum abſorbeat, permittimus tamen ut non abjiciatur, licet comedi non debeat, uſque dum purus ſit. Si gallina hominis ſanguinem bibat, poſt tres menſes in uſum converti poteſt, licet vetus de hoc non habeamus teſtimonium. Si quis aliquid cruentum edat, in dimidio elixo cibo, ſi ſciat, jejunet ſeptem dies; ſi hoc neſciat, jejunet tres dies, vel pſalterium cantet. Qui proprium ſanguinem in ſaliva neſciens devocet, non eſt hoc aliquod damnum. Qui aliquid edit ejus, quod canis vel mus comedit, vel cui muſtela adjacuit, & ipſe hoc ſciat, cantet centum & decem pſalmos. Qui alteri aquam vendit, in qua mus vel muſtela fuerint ſubmerſi, ſi ſit ruſticus, jejunet tres dies, ſi ſit religioſus cantet trecentos pſalmos; ſi ante neſciverat, & poſtea ſciat, cantet pſalterium.

XLI.

Dionyſius Areopagita dicebat, quod cantus apud Deum odioſus eſſet, ſi quis pro malis hominibus miſſam celebret; at Auguſtinus dicebat, quod pro omnibus hominibus celebranda ſit, ſive id in commodum fiat hominibus mortuis, ſive orantibus, & hoſtiam liberaliter immolantibus. Qui pro mortuo jejunat, hoc ei ipſi ſit ſolatium, ſi mortuum non adjuverit; Deus ſolus ſcit, quid mortuus commiſerit.

Sanctus Sylveſter dicebat, accolitus non diffamet ſubdiaconum aliquem, nec exorciſta diffamet aliquem accolitum, nec oſtiarius lectorem aliquem aliquo jure; & nolumus ut ſubdiaconus, vel accolitus, vel exorciſta, vel oſtiarius, vel lector, licet infantes habeant, ejiciantur, & legem conjugalem ac Chriſti recte annuncient: niſi excipe, ſi omnia non ſint quam certiſſime pura, loquatur ſeptem linguis; nec diaconus aliquis ejici poteſt, niſi triginta & ſex (teſtium) numero, & presbyter, quadraginta & quatuor numero ſint.

LIBER II.

I. *Hic incipit primum caput (quomodo) aliquem deceat ſibi præcavere juxta peccatorum rationem.*

II. *De eo qui in extremo (vitæ) ſuæ die ad pœnitentiam peccatorum ſuorum ſe convertere velit, ut hoc illi non negetur.*

III. *De eo qui deſiderat pœnitentiam agere, & viaticum, hoc eſt Chriſti corpus, ex timore mortis; & de eo, cui ſermo ademptus eſt, antequam confeſſarius venerit.*

IV. *De eo qui peccatorum ſuorum confeſſionem meditatur.*

V. *De eo quod quis in multis rebus a deſiderio vitæ ſuæ abſtinere debeat, ſi peccatorum ſuorum emendationem facere velit.*

VI. *De eo, quod pœnitentiam agenti non eſt licitum aliquam mercaturam exercere.*

VII. *De eo, quod pœnitens poſt pœnitentiæ ſuæ contritionem non debeat reverti ad eam.*

VIII. *De eo, quod pœnitens non obſervet id, quod confeſſarius ipſi adnotat.*

IX. *De eo, quod pœnitenti per epiſcopi interceſſionem remiſſio non detur.*

X. *De eo, qui Sacramentum deſiderat in extremitate vitæ, & de malo, quod inde oritur.*

XI. *De eo, quod presbyter pœnitentem non debeat ſuſcipere abſque venia epiſcopi, niſi cum epiſcopum adire nequit.*

XII. *De pœnitentibus, quibus temporibus illis remiſſio danda eſt.*

XIII. *De eo, cui euchariſtia prohibita eſt, & ſub hoc (interdicto) obit.*

XIV. *De eo, qui pro diverſis peccatis ſuis ad pœnitentiam convertere velit, cum plena compunctione.*

XV. *De Jacobi ſancti apoſtoli epiſtola, in qua dicit, quomodo pro ægroto homine orandum, & ipſe oleo ungendus ſit.*

ANNO CHRISTI 748.

I.

Decet ſacerdotem conſiderare peccatorum emendationem juxta jus epiſcopale, & non reſpicere divites nec pauperes, ut eis præſcribat, prouti liber ipſi præſcribit; quoniam Salvator dicit, ſi ſacerdos nolit peccatori emendationem peccatorum ſuorum præſcribere, quod animam illam ab ipſo deinde requiret.

II.

Sanctus Iſidorus dicit, quod opinio eſſet hominis veram confeſſionem & converſionem Deo acceptam fore in extremo ejus die; quoniam Salvator dicit: *Quotumque die homo ad piam vitam revertitur, vivet, & non morietur:* ideo non eſt rejicienda vera reſipiſcentia, quocumque tempore fiat; quia ſacerdos nullam habet neceſſitatem illis hominibus veram confeſſionem denegandi, quia Deus contemplatur cujuslibet hominis cogitationes interiores, & novit ſecreta cordium omnium hominum.

III.

Furi neceſſe eſt, ut ſacerdos hujus conditionis hominem conſoletur, & confeſſionem ejus audiat, & ei ſaltem euchariſtiam non deneget; & licet cum illa infirmitate adeo labefactatus ſit, uti loqui nequeat, uti ante poterat; tamen ſi teſtimonium habeat illorum, qui cum ipſo ſunt, hominum, quod confeſſionem fecerit & euchariſtiam perceperit, tunc ſacerdos ei remiſſionem det, & judicium ipſius faciat.

IV.

Multi homines pœnitentiam aggredi vellent, aſt dubitant deinde de peccatorum ſuorum multiplicitate, & deſperant poſſe ſe portare id, quod confeſſarius ipſis præſcribit, & relinquunt eam; tunc deſperatio hæc gravius peccatum eſſe putatur, quam peccata, quæ confiteri cogitabat, & quod jam negligit. Aſt qui cum compunctione peccata ſua confiteri velit, ſuſcipiatur a ſacerdote, & aſſignet ei pœnitentiam, quæ ad id pertinet, ut anima vulnerata, quæ per peccata vincta & vulnerata eſt, pervenire poſſit ad verum medicamentum, hoc eſt remiſſionem Dei.

V.

Unum eſt, ut juſtum hominem pœniteat omnium, quæ erga Deum delinquit; & alterum eſt, ut ommittat illa quæ corpori ſuo chariſſima ſunt, ex amore vitæ æternæ; quoniam Paulus apoſtolus dicit: *omnia mihi licita ſunt, ſed non mihi expediunt omnia*: hoc eſt deſiderium mundi, quod nihil iis conducat, qui plenario illud committunt; omnibus etenim hominibus valde neceſſarium eſt, ut non ommittant peccata ſua confiteri, vel emendare, quia omnibus hominibus expedit peccata ſua hic corrigere, quam in æternis tenebris permanere.

VI.

Sanctus Iſidorus, qui librum hunc compoſuit, dicit de eo, qui pœnitentiam auſpicatur, pro capitalibus criminibus, & qui ad tempus terra expulſus eſt; & ait, quod illi non ſit permiſſum in loco mercatorio mercaturam aliquam excercere, nec occupari circa aliqua mundana negotia.

ANNO CHRISTI 748.

negotia, antequam adimpleverit id, quod confessarius ejus illi præscripsit.

VII.

Sacra Scriptura dicit, quod indecorum sit, pœnitentem, postquam emendaverit uti confessarius ipsi præscripsit, se aliquo modo mundanis rebus adjungere, & nunquam cogitare de pœnitentia, quam antea pœnituit, quoniam sanctus Paulus dicit, qui Deo vult servire, non debet occupari in mundanis negotiis.

VIII.

Sanctus apostolus Petrus dicit, quod qui post pœnitentiam peccatorum ad mundi hujus vanitatem convertitur, similis sit omnino cani, qui vomit, & deinde devorat. Hæ sunt vanitates hujus mundi; primo superbia, & nequitia, & invidia, & durities cordis, & furtum, & ebrietas, & ira, & adulterium, & sacrificium ethnicum, & avaritia, & præda, & incantatio, & homicidia, & multæ aliæ his similes: certe homo qui hæc committit, non est dignus aliqua communione cum honestis hominibus, & licet cum aliis ad ecclesiam abeat, non præsumat (tamen) Dei altare appropinquare, vel Christi corpus accipere, antequam ad pœnitentiam se converterit; deinde faciat, prouti confessarius ipsi præscribit & ostendit.

IX.

Episcopo & Sacerdoti non convenit illis confessionem denegare, qui eam desiderant, licet multifariam in peccatorum negotiis occupati sint; quoniam Dei misericordia tanta est, ut nullus homo eam assequi non possit; & propheta per spiritum sanctum dixit: cum peccator a peccatis suis ad pœnitentiam convertatur, tunc sanus erit, & deinde dicit: confitere injustitiam tuam, ut sis justificatus; & psalmista dicit: quod cum Domino sit innumerabilis misericordia, ita episcopus & sacerdos misericorditer peccatorem judicare debent, quoniam nemo vitiorum expers est.

X.

In sanctorum apostolorum doctrina dictum est si homo in extremo suo die desiderat corpus Christi accipere, non denegetur ei; si tamen in contritione antea fuerit, & licet hoc non plenario emendaverit; quoniam hoc est viaticum ejus, & omnium illorum, qui ad regnum Dei perveniunt. Et si deinceps ad hanc vitam revertatur, ut hoc observet, quod Deo & confessario suo promisit, portione sua bona utatur, & habitet cum morigeris hominibus.

XI.

Sacerdotem quam maxime decet diligenter considerare necessitatem animæ illius, qui pœnitentiam agere quærit, quomodo justissime eum præparare possit ad Dei voluntatem, & ad animæ illius commodum, ipsi etiam pœnitentiam semper præscribat, juxta delicti rationem: & si delictum adeo capitale sit, ut ab episcopo præscribi debeat, illuc ducatur: quoniam sanctus Augustinus dicit in alio loco: quod si quis per capitalia crimina vinctus esset, ut ad jus episcopale ducatur, & si ad episcopum pervenire nequeat, ut presbyter in illis rebus episcopi vicario munere fungatur.

XII.

Hi mores trans mare apud christianos observantur, nempe: quod quilibet episcopus sit in sede episcopali die mercurii, quem caput jejunii vocamus ante quadragesimam; tunc quilibet eorum, qui capitalibus criminibus pollutus est, in provincia illa eo die ad ipsum accedere debet, & peccata sua ipsi confiteri, & ipse tum præscribit peccatorum suorum emendationem cuilibet, pro ratione delicti sui; & ita, cum ipsius venia domum redit. Ac deinde die Jovis ante pascha ad eumdem locum omnes congregat, & episcopus super eos cantat, & remissionem dat, (illis) & illi ita domum redeant cum episcopi benedictione. Hoc ita observandum est omnibus christianis, & diligenter sacerdos considerare debet, utrum cum aliqua compunctione, & cum aliqua perfectione pœnitens emendaverit id quod ipsi præscriptum erat, & ita ei juxta illud remissionem det.

ANNO CHRISTI 748.

XIII.

Si alicui eucharistia denegata sit, & ipse interea moriatur, de his rebus nihil aliud edicere possumus, nisi quod ad Dei judicium pertineat; quoniam in Dei potestate erat, quod absque eucharistia obierit.

XIV.

Quicumque per varia peccata vinctus est, & ea cum animo compuncto, & ex amore æternæ vitæ, confessario suo confiteri, & prouti ipsi præscribit, emendare velit; permittimus ut a Deo remissionem habeat.

XV.

Hic notat S. Jacobus: quod si quis infirmatus sit, ut invitet ad se sacerdotem suum, & alios Dei ministros, ut eum admoneant, & infirmus necessitatem suam ipsi indicet, & illum ungant in Dei nomine sancto oleo, & per fidelium preces, ac per unctionem conservari potest, & Dominus ipsum erigit; & si plenus peccatorum est, illa ipsi remittentur. Hanc unctionem quilibet fidelis, si possit, acquirere sibi debet, & statuta, quæ ad eam pertinent, quoniam scriptum est, quod quicumque hanc disciplinam habuerit, anima ejus æque pura sit post obitum, ac infantis, qui statim post baptisma moritur.

Liber III.

Hinc incipit secundus liber cum capitulis suis, & cum sequentibus sententiis.

I. *De eo qui sponte hominem occidit.*

II. *De muliere, quæ fornicata est, & deinde ex timore infantem suum occidit.*

III. *De eo qui servum suum furti causa occidit, absque hundredi sui testimonio.*

IV. *De eo, quod mulier ex rancore occidat servam suam.*

V. *De eo, qui se ipsum occidit ex incuria aliqua; & de eo qui pro peccatis suis est punitus.*

VI. *De eo, qui indecenter fornicatur, hoc est cum bestiis, vel se cum juvenibus polluit, vel masculus cum masculo.*

VII. *De eo, qui adulteratur, vel adulterinm commiserat.*

VIII. *De marito, qui conjugem suam deserit; & de uxore, quæ maritum suum deserit, & alium eligit.*

IX. *De marito, qui uxorem, & pellicem habet.*

X. *De eo, qui legitimam uxorem habet, & adhæret extraneis mulieribus.*

XI. *De viro, qui duas sorores in matrimonium ducit; vel de uxore fratrem unum post alium sumente.*

XII. *De eo, si aliqua uxor desponsata sit, quod non*

ANNO CHRISTI 748.

non permiſſum ſit alteri unquam viro rebus ſuis eam ſpoliare.

XIII. *De viro, qui uxorem vel puellam aſſumit cum injuſtis rebus.*

XIV. *De viro, qui ob injuſtum concubitum ſervam procuratricem a domino ſuo allicit.*

XV. *De eo, ſi puella viro deſponſata ſit, & alius vir illam ſpoliet invitam.*

XVI. *De eo, ſi puella conſecrata ad fornicationem alliciatur. De non conſecrata puella, quæ ad injuſtum concubitum allicitur.*

XVII. *De viro cognatam in uxorem ducente.*

XVIII. *De eo quod ſanctus Gregorius de injuſto concubitu dicit.*

XIX. *De viro crebros coitus committente.*

XX. *Prior & poſterior ſententia eadem eſt, licet ita diviſa appareat.*

XXI. *De eo quomodo conjuges ſe gerere debeant coram Deo.*

XXII. *De eo, qui rem ſeducentem committit.*

XXIII. *Et de eo, cui permiſſum non eſt vanam divinationem exercere.*

XXIV. *De perjurio, quomodo emendari debeat.*

XXV. *De furto.*

XXVI. *De falſo teſtimonio.*

XXVII. *De diſcordia cum proximo ſuo.*

XXVIII. *De furore.*

XXIX. *De eo, qui juramentum præſtat, quod in gratiam cum proximo ſuo redire nolit.*

XXX. *De eo, cui permiſſum non eſt, ut aliquis pecuniam ſuam ad injuſtum tributum tradat.*

I.

LAicus, qui aliquem abſque culpa occidit, jejunet ſeptem annos; tres in pane & in aqua, & quatuor, prouti confeſſarius ipſi præſcripſerit, & poſt ſeptem annorum pœnitentiam, ſemper diligenter delictorum ipſum pigeat, qua ratione poſſit, ſi a Deo remiſſione habere velit, quoniam ipſi incognitum eſt, quam accepta Deo futura ſit pœnitentia ejus: ſi invitus hoc fecerit, jejunet quinque annos. Qui alium interficere voluerit, & voluntatem ſuam perficere nequit, jejunet tres annos; unum annum in pane & in aqua, & duos, prouti confeſſarius ejus ipſi præſcripſerit. Si laicus aliquem invitus occiderit, jejunet tres annos; unum annum in pane & in aqua, & duos, prouti confeſſarius ejus ipſi præſcripſerit. Si ſit ſubdiaconus, jejunet quinque annos; ſi ſit diaconus, jejunet ſeptem annos; ſi ſit presbyter, jejunet decem annos; ſi ſit epiſcopus, jejunet duodecim annos. Si quis infantem ſuum occiderit invitus, jejunet quinque annos; tres in pane & aqua, & duos prouti confeſſarius ejus ipſi præſcripſerit. Si epiſcopus aliquis, vel presbyter hominem occidat; perdat ordinem ſuum.

II.

Si mulier quædam infantem intra ſe occidat potu, vel aliis variis rebus, vel deinde poſtquam genitus ſit, occidat, jejunet decem annos; tres in pane & in aqua, & ſeptem prouti confeſſarius miſericorditer ei præſcribere velit.

III.

Si quis (hominem) poſſeſſionem ſuam occidat, & ſi nullum teſtimonium habeat ejus, quod commiſſum eſt, niſi quod & furore & incuria illum occiderit, jejunet duos annos.

IV.

Si uxor aliqua ex aliquo levi furore ſervam ſuam ſuſpendit, & ea per ſuſpenſionem moriatur, & ſit innocens, jejunet domina ſeptem annos. Si autem teſtes habeat, quod nocens eſſet, jejunet tamen tres annos.

V.

Si quis ſeipſum occidit armis, vel aliis rebus diverſis diaboli inſtinctu, non eſt permiſſum, ut pro tali homine miſſa cantetur, vel cum aliqua pſalmodia corpus terræ committatur. Idem jus faciendum eſt illi qui pro delictorum ſuorum tormento vitam ſuam amittit.

VI.

Vir qui ſe cum beſtia polluit, vel maſculus cum maſculo in rebus indiſcretis, ſi habeat viginti annos, ut intelligere poſſit, quod rem turpem & indecoram commiſerit, reſipiſcat, confiteatur, & jejunet quindecim annos; & ſi maritus uxorem ſuam habeat, & quadraginta annos habeat, & tale quid perpetret, reſipiſcat, & jejunet quamdiu vivit, & non præſumat Domini corpus accipere ante finem dierum ſuorum. Juvenes & imprudentes omnino ſuſpendendi ſunt, qui tale quid commiſerint.

VII.

Qui adulterium committit, jejunet ſeptem annos, tres dies per hebdomadam, in pane & aqua; & ſi mulier præter verum ſuum dominum alium virum habeat, eodem ſit digna.

VIII.

Vir qui veram conjugem ſuam deſerit, & aliam uxorem ducit, eſt adulter; non tradat presbyter ei euchariſtiam, nec ullum eorum jurium, quæ chriſtianos decet; & ſi obire illum contingat, non ſepeliatur cum chriſtianis. Et ſi uxor verum ſuum maritum deſerat, & alium eligat, ſit eodem jure digna, uti ſupra dictum eſt; & cognati, qui ad hoc diſpoſiti erunt, perdant idem jus, niſi prius ad pœnitentiam ſe convertere velint, prouti confeſſarius eorum ipſis præſcripſerit.

IX.

Viro qui legitimam uxorem, & pellicem etiam habet, non tradat ei presbyter aliquis euchariſtiam, nec aliquod illorum jurium, quæ chriſtianis fiunt, niſi ad pœnitentiam ſe convertat. Et ſi pellicem, & non legitimam uxorem habeat, illud quod ipſi videtur, faciendum eſt, ſciat tamen, quod uni earum alligatus ſit, ſive ſit pellex, ſive conjux.

X.

Si vir aliquis cum alterius legitima uxore coit, vel uxor cum alterius vero conſorte, jejunet ſeptem annos; tres in pane & in aqua, & quatuor, prouti confeſſarius ejus ipſum docuerit,

XI.

Si uxor aliqua duos fratres unum poſt alium in conſortium ſibi ſumat, judicio obnoxii ſint, & ſint in pœnitentia quandiu vixerint, prouti confeſſarius eorum ipſis præſcripſerit, & poſt obitum illorum, ſacerdos iis faciat jus illud quomodo chriſtianis faciendum eſt, ſi promittant, quod ſi diutius vixerint, ſe emendaturos eſſe. Si quis in aliquo nefando delicto permanſerit, uſque ad finem ſuum, non poſſumus ei aliquam pœnitentiam præſcribere, niſi quod ad jus Dei ſpectet.

XII.

Si uxor aliqua deſponſata ſit, non eſt permiſſum, ut aliquis alius homo eam ſpoliet; ſi quis hoc fecerit, ſit excommunicatus.

XIII.

Si quis per fraudem uxorem, vel puellam ſervam invitam ad injuſtum concubitum coegerit, ſit excommunicatus.

XIV.

ANNO CHRISTI 748. Si quis per verſutias alterius hominis pediſſequam ab eo propter fornicationem alliciat, & cum ea invita coeat, ſi ſit vir ordinatus perdat ordinem ſuum; ſi laicus ſit, ſit excommunicatus.

XV.

Si puella aliqua deſponſata ſit, & interea vaſtetur, vel aliquibus caſibus pellatur, ſit ejus, cui deſponſata erat; & ſi deinde accidat, ut proximi fiant, cum venia conjungantur, quoniam ipſa invita ab eo fuerat (ſeparata).

XVI.

Si uxor aliqua ordinetur communi ordine, & ea deinde deſpiciat ſponſum, cui antea deſponſata erat, hoc eſt Chriſtus, & ad mundanas vanitates revertatur, & familiam ſuſcipiat, & cogitet poſſeſſionibus ſuis & mundi ſubſtantiis iram Dei, quam exitavit, placare; aſt non poteſt aliquid eorum facere, quæ corpore pio digna ſunt, nec ullus presbyter ab ea confeſſionem poſtulare poteſt, antequam peccatum ſuum deſeruerit, & ad Chriſtum reverſa ſit, ac deinde vivat vitam, prouti confeſſarius ipſius illi præſcripſerit.

Si quella quædam in ſocietate cum ordinatis habitet, & ad eumdem ordinem tendat, & interea per diaboli tentationem ad fornicationem inſtigetur, non ſit apud Deum innocens, licet non ſit ordinata, quoniam antea cogitabat Dei ſponſa fieri; tunc ipſi quam maxime neceſſarium eſt, ut peccata ſua confiteatur & emendet, prouti confeſſarius ejus illam docuerit.

XVII.

Si quis proximam cognatam, vel patris aut fratris viduam, vel matrem ſuam uterinam in uxorem duxerit ſit excommunicatus ab omnibus chriſtianis; & ſi ad pœnitentiam ſe convertat, prouti neceſſe habet, compenſet ſemper, & pœniteat quamdiu eſt, juxta jus epiſcopale.

XVIII.

Si quis monialem, quæ Dei ſponſa vocatur, ſibi in uxorem ducit, ſit ea excommunicata ab omnium fidelium communione. Sacri libri dicunt, quod eodem modo obnoxius ſit apud Chriſtum, ac regis miniſter, qui cum regis conſorte coiret. Et ſi hoc alicubi accidat, uti non ſit, ut aliquis per diaboli tentationem in id inciderit, ſeparentur illi, & uterque eorum ſemper pœnitentiam agat, & precetur quamdiu in vivis eſt ſemper, juxta jus epiſcopale.

XIX.

Non eſt permiſſum aliquibus chriſtianis, ut plus quam bis matrimonium contrahant; quoniam ſanctus Paulus hoc prohibet in doctrina ſua, & docet omnes homines, quomodo circa hoc ſe gerere debeant; hoc eſt ſi prima uxor mariti cujusdam mortua ſit, quod cum venia aliam uxorem ſumere poſſit; & ſi poſt eam ſuperſit, habitet ſemper poſtea abſque uxore.

XX.

Ita etiam mulier, ſi primum maritum ſuum mortuum ſepeliverit, cum venia ſumat alium, ſi hoc eligere velit; & ſi illa tunc ſuperſit, maneat ſemper in poſterum in ordine viduæ, quamdiu vivit. Et ſi aliquis vir vel femina hoc violaverit, non diffidant Dei miſericordiæ, ſed convertantur, & emendent, prouti confeſſarius eorum illis præſcripſerit, & oſtenderit.

XXI.

Sacri Libri adnotant, quid ſingulis fidelibus faciendum ſit, cum legitimam ſuam conjugem prius domum duxerit; hoc eſt, juxta libri præſcriptum, ut tres dies & noctes primas caſtitatem ſuam ſervent, & tunc tertio die miſſa eorum fiat, & abſque euchariſtia, ſumatur, ac deinde conjugium ſuum teneant coram Deo, & coram mundo, ut ipſis neceſſe eſt. Et omnes familias decet caſtitatem ſuam ſervare quadraginta dies & noctes ante paſcha, & totam hebdomandam paſchalem. Et deinde, noctes diei Solis, & diei Mercurii, & diei Veneris; quælibet etiam uxor puritatem ſuam ſervet tres menſes ante partum, & poſt partum, ſexaginta dies & noctes, ſive ſit maſculus infans, ſive femina.

ANNO CHRISTI 748.

XXII.

Si aliquis voveat, vel offerat ad torrens aliquod, vel ad Lapidem, vel ad arborem, vel ad alias aliquas creaturas, præter ad eccleſiam Dei, in Dei nomine, jejunet tres annos in pane & in aqua. Et licet præſumat in aliquo (hujuſmodi) loco edere vel bibere, & nullam hoſtiam offerre, nihilominus tamen jejunet unum annum in pane & in aqua.

XXIII.

Certe non eſt permiſſum chriſtianis, vanas divinationes committere, uti ethnici faciunt; hoc eſt quod credant in ſolem, & lunam, & in curſum ſtellarum, & conſtituant divinationes temporum res ſuas ordiendi. Non fiat congregatio cum aliqua incantatione, niſi cum *Pater noſter* & cum *Credo*, vel cum aliquibus precibus quæ ad Deum pertinent. Si quis hanc rem vanam committat, reſipiſcat & confiteatur, & jejunet quadraginta dies; & ſi deinde ſe vanitati illi rurſus adjunxerit, jejunet tres quadrageſimas.

XXIV.

Si laicus aliquis pejeret, & ſciat quod perjurus ſit, jejunet quatuor annos; ſi ſit communis conditionis homo, jejunet quinquennium: ſubdiaconus ſex annos, diaconus ſeptem, presbyter decem, epiſcopus duodecim. Et ſi quis coactus ſit pejerare, vel ſi neſciat, jejunet tres annos, unum in pane & aqua, & duos prouti confeſſarius ejus ipſi præſcripſerit, & ſi non ſit ordinatus libertati reſtituat aliquem ex amore Dei. Et ſi quis ex timore alicujus vel amore, vel pro uſura aliqua pejeret, diſtribuat poſſeſſionem ſuam pauperibus, & abeat ad monaſterium, & emendet, prouti confeſſarius ejus ipſi adnotaverit, & pœnitentiam agat ſemper quandiu in vivis eſt.

XXV.

Si aliquis rem pretioſam furetur, ſi ſit laicus, jejunet quinque annos, ſubdiaconus ſex, diaconus ſeptem, presbyter decem, epiſcopus duodecim. Et ſi quis rem mediocrem auferat, reddat furtum ei, qui illud poſſidebat, & jejunet annum in pane & in aqua; & ſi non habeat unde furtum reddat, jejunet tres annos in pane & in aqua.

XXVI.

Si quis in falſo teſtimonio (inventus) fuerit, non eſt ei permiſſum euchariſtiam accipere, antequam confiteatur, & emendet prouti confeſſarius ejus ipſi præſcripſerit.

XXVII.

Certe nulli chriſtiano licitum eſt, in eccleſia Dei munus Deo offerre, quandiu invidiam, vel furorem, vel aliquam diſcordiam habeat in corde ſuo erga proximum ſuum; quoniam munus ejus non eſt acceptum Deo,

ante-

ANNO CHRISTI 748.

antequam seipsum reconciliet, & emendet apud proximum suum. Quoniam Salvator in evangelio suo dicit: *si munus offeras ad altare Dei, & ibi recorderis quod frater tuus*, hoc est quilibet christianus, *inimicitiam foveat tecum*; *defere ibi munus tuum, & abi ad fratrem tuum, & reconcilieris cum eo, & deinde veni ad altare & offer Deo acceptum munus*.

XXVIII.

Si quis adeo furiosus, & duro corde sit, ut ad nullum jus mundi, & pacem redire nolit, cum eo, qui erga ipsum deliquit, sit excommunicatus.

XXIX.

Quicumque pro aliqua discordia inimicus fiat proximi sui, & adeo rigidus sit, ut juramentum præstet, se in gratiam aliquam cum eo qui erga ipsum deliquit, non esse rediturum, sit excommunicatus. Si autem reverti velit, & in gratiam redire, jejunet unum annum propter juramentum, & tres quadragesimas cum pane & aqua; & illo anno præterea jejunet, prouti confessarius ejus illi præscripserit.

XXX.

Cuilibet fideli prohibitum est, pecuniam, vel possessionem suam ad aliquod injustum tributum mutuo dare, hoc est, ut non offerat plus reddere, quam antea mutuo acceperat; sed ex amore, & propter necessitatem quisque mutuo det aliis pecuniam suam, & possessionem, prouti velit, ut ipsi fiat. Si quis hoc ex avaritia quadam faciat, sacri libri ei præscribunt triennale jejunium; unum annum cum pane & aqua, & duos prouti confessarius ipsi præscripserit.

Liber III.

I. *Hic incipit primum caput, de ordinatorum hominum matrimonio.*
II. *De iis qui sacerdotalem ordinem rite servare desiderant.*
III. *Deinde, de presbyteris.*
IV. *Deinde, de ministris Dei.*
V. *De eo, quomodo sacerdos & diaconus se gerere debeant.*
VI. *De episcopis, & de aliis Dei ministris.*
VII. *De hominibus ordinatis, qui possessionem suam mercede aliis exponunt.*
VIII. *De ordinatorum procurationibus.*
IX. *De eo, quod ordinatus complacitum sumat cum muliere.*
X. *Deinde, de eodem.*
XI. *De monachi, & monacæ delictis.*
XII. *De mulieris ministerio ad altare, quod ad eam non pertinet.*
XIII. *De eo quod quilibet sacerdos statuta sua nosse debeat.*
XIV. *De eo quod S. Augustinus Romam miserit ad S. Gregorium & S. Gregorius ei responsum miserit.*
XV. *De eo quod sacerdoti nihil prosit; quod justus sit, si injustos ab injustitia sua deducere nolit.*
XVI. *De conversatione presbyterorum.*

I.

Si presbyter vel diaconus uxorem ducat, perdat ordinem suum, & si postquam ordinati sunt fornicationem committant, præter hæc jejunent etiam septem annos juxta jus episcopale.

II.

Si presbyter accusatus sit capitalium crimi-

ANNO CHRISTI 748.

num, antequam ordinatus esset, & ea prius confessus sit, & correxerit, prouti confessarius ejus ipsi præscripserit; si deinde, postquam ordinatus sit, eadem vitia committat, non debet servitium aliquod ad altare Dei facere, sed maneat alias cum communis conditionis hominibus; & si reverti velit, emendet, prouti episcopus ipsi præscripserit.

III.

Si presbyter vel diaconus hominem occidat vel pejeret, perdat ordinem suum, & si ad pœnitentiam se convertere velint, emendent juxta jus episcopale.

IV.

Sacerdotes Dei, & diaconi, & alii Dei ministri, qui in Dei templo Deo servire debent, & sanctuarium ac sacros libros manu tractare, semper castitatem suam servent. Ast si aliquis hujus generis homo in fornicationem inciderit, confiteatur confessario suo & emendet prouti ipsi præscripserit; quia Salvator dicit: *Estote sancti, quia ego Dominus Deus & Dominus vester sum Sanctus.*

V.

Sacerdotes, & diaconi, & Dei ministri, qui ipsi nolunt, nec possunt coram Deo castitatem servare, quæ ipsis injuncta est, detrudantur a ministerio suo, quod homines puri in domo Dei Deo præstant; & si deinceps reverti & confiteri velint, emendent, prouti confessarius eorum ipsis præscripserit.

VI.

Certe omnibus prohibitum est in sacris libris singulis episcopo, & abbati, & presbytero, ut nullius uxoris proximam secum habeant; ita etiam cuilibet ministro Dei, qui in castitate Deo servire debet, prohibitum est, ut neque cognatam suam, neque aliam uxorem propter alicujus rei negotium intus secum habeant, ne forte per diaboli tentationem cum illis peccent.

VII.

Si episcopus vel abbas, vel presbyter, vel similis Dei minister pecuniam suam ad injustum tributum mutuo dederit, & non recordetur ejus quod Salvator per Davidem psalmistam dicit: *Tunc divitiis ejus uti debetis, qui pecuniam suam ad nullum injustum tributum tradit.* Si quis contra hoc fecerit, non est dignus ut eucharistiam accipiat, antequam hoc emendaverit, prouti hic supra dictum est, hoc est per triennale jejunium!

VIII.

Nulli presbytero permissum est, nec diacono, ut sint præfecti, vel procuratores, vel circa negotia quædam mundana occupati, nisi circa ea ad quæ intitulati sint.

IX.

Verum Dei ministrum, qui circa Dei servitia occupatus est, non decet de loco in locum, de domo in domum proficisci, proximi uxorem desiderans, absque doctoris sui venia. Ast si quis hanc consuetudinem habeat, resipiscat, & emendet, prouti confessarius ejus ipsi præscripserit.

X.

Monachum, qui seipsum Deo vovit, & sanctas regulas suscipit, non decet aliquem mundanum honorem desiderare, vel illud, quod Deo vovit, violare; si hoc fecerit, resipiscat, & emendet, prouti episcopus ei præscribit.

XI.

Si monachus, & monialis, qui Deo seipsos con-

ANNO CHRISTI 748.

consecraverunt, & votum suum Deo voverunt, per diaboli tentationem hoc violent, separentur ab omnibus ordinatis hominibus; & si ad Deum reverti velint, prius cum lachrymis confiteantur, & emendent, quamdiu in vivis sunt, prouti episcopus provinciæ iis præscripserit.

XII.

Sæpe legimus in sacris libris, non esse justum, quod aliqua laica uxor impura Dei mysteria in altari Christi tractet, nec sacros libros, nec sanctuarium, quod consecrati homines manu versari debent, quoniam S. Paulus hoc admodum prohibuit.

XIII.

Quemlibet sacerdotem decet nosse doctrinam, quæ ad sanctum ejus ordinem pertinet, & eam populum docere, & præparare illum ad Dei judicium, & ad animæ suæ commodum.

XIV.

Simul ac S. Augustinus in Anglorum natione baptisma introduxisset, & Dei servos ubique constituisset, & ordinavisset, mittebat epistolam Romam ad S. Gregorium, qui papa ibi erat, & rogabat eum ut per epistolam ipsi mitteret, quid faciendum sit circa nocturnam pollutionem, quæ sæpe hominibus in somno accidit; utrum crastino die ad eucharistiam abire, vel eucharistiam consecrare possit, si presbyter esset. Ille etiam ei prudens responsum misit, & dixit, ut quilibet minister Dei sedulo inquirat, de quibus rebus nocturna pollutio oriatur, quoniam ex tribus causis suboritur animo dormienti; interdum ex naturali infirmitate, & imbecillitate; interdum ex superfluitate cibi & potus; interdum etiam cum quis die cogitat, & meditatur inania & prohibita, quæ cum vigilans die cogitat, hæc dormienti noctu obveniunt. Itaque, cum quis in somno pollutus sit ex carnali imbecillitate, non fuit hoc in ejus potestate; oret sedulo ad Deum, & a Deo remissionem petat. Et si hoc ex superfluitate cibi vel potus oriatur, sit obnoxius; attamen non est ei eucharistia deneganda, nec missæ celebratio, si presbyter sit, si maxime necessarium sit, & alius non adsit sacerdos, qui hoc ministerium peragat; si autem alius adsit, qui hoc ministerium præstare queat, melius ei est, si eo die hoc omittat, & diligenter psalmodia & eleemosynis remissionem petat. Si autem tertio modo accidat, quod homo die videat, vel cogitet vel meditetur rem prohibitam, & noxius amor accidat, & cupido ardens, & tunc per hoc, ac per diaboli simulationem polluatur in somno, non est ei permissum eucharistiam sumere crastino die, postquam hoc ei acciderit; sed opus habet illud confiteri & emendare, prouti confessarius ejus ipsi præscripserit.

XV.

Hic dicitur, uti S. Paulus docet, quemlibet presbyterum, qui ad populum Dei docendum constitutus est, ut nullius eorum parcat ex alicujus hominis timore, nec pro pecunia aliqua, ita ut non prædicet omnibus hominibus, quid illis faciendum, & quid omittendum sit, si ipse velit esse salvus in die judicii coram Deo ipso.

XVI.

Quilibet presbyter sit, uti vocatus est. Sacerdos est vox Græca, & latine significat sacrum dans; ipse sacrum dare debet populo, cui doctor & pastor constitutus est, hoc est, ut sanctos mores & exempla illis ostendat; admoneat illos, ne de iis dicatur verbum terribile, quod Salvator dicebat de pastoribus populi Israelis, inquiens: *Væ vobis pastoribus, qui gregis lacte utimini, & eorum lana vos vestitis, & cum pingues esset, eos disecatis, & cum infirmi esset, eos non corroboratis, neque ægros medemini, & cum fracti essent, eos non restituitis, & cum disperst essent, eos non colligitis, & perdos non quæritis. Nunc omnis grex meus seditiosus est, quoniam non habent pastorem aliquem, & cibus facti sunt omnibus bestiis feris.* Omne hoc dicitur de episcopis & de presbyteris, qui Dei populum in die judicii ad judicium ducere debent quemlibet ad portionem, quæ ei antea in vita assignata erat.

ANNO CHRISTI 748.

Liber IV.

Attamen faciendum est, quomodo hic quartus liber non sit divisus in capita, cum priores libri sunt in capita divisi; hoc est, quoniam hic quartus liber desumptus est ex tribus: Si quis cito aliquid in tribus (libris) invenire nequit, hoc in quarto invenitur tam de majoribus, quam minoribus rebus, manifestius & quantocius.

SI episcopis aliquis hominem occidat, perdat ordinem suum, & jejunet duodecim annos; septem in pane & aqua, & quinque (annis) tres dies per hebdomadam, & reliquis utatur cibo suo.

Si presbyter, vel monachus hominem occidat, perdat ordinem suum, & jejunet decem annos; quinque cum pane & aqua, & reliquos quinque tribus diebus per hebdomadam, & reliquo cibo suo utatur.

Si diaconus hominem occidat, perdat ordinem suum & jejunet septem annos, quatuor cum pane & aqua, & tres (annos) jejunet tribus diebus per hebdomadam, & reliquis cibo suo utatur.

Si clericus hominem occidat, jejunet sex annos, tres cum pane & aqua, & tres jejunet tribus diebus per septimanam, & reliquis cibo suo utatur.

Si laicus aliquem occidat, jejunet quinque annos, tres in pane & aqua, & duos jejunet tribus diebus per septimanam, & reliquis cibo suo utatur.

Si quis ordinatum hominem occidat, vel cognatum ejus, deserat patriam, & possessionem suam, & abeat Romam ad papam, & faciat postea, prouti papa ei præscripserit.

Si episcopus aliquam fornicationem committat, vel adulteretur, jejunet duodecim annos; presbyter & monachus decem annos, & diaconus septem, & clericus sex annos, & laicus quinque annos, uti hic supra de homicidio scriptum est.

Si aliquis ordinatus episcopus vel presbyter vel monachus, vel diaconus consortem suam habuerit, antequam ordinatus esset, & eam ex amore Dei deserat, & ordinem suscipiat, & deinde per fornicationem invicem conjungatur, quilibet jejunet juxta ordinem suum, uti supra de homicidio scriptum est.

Si quis cum moniali fornicetur, quæ Deo ipsi in sponsum desponsata est, si sit episcopus, jejunet duodecim annos, septem cum pane & aqua, & quinque (annis) tres dies per hebdomadam in pane & aqua, & reliquos utatur cibo suo, excepta carne sola; & quilibet juxta ordinem suum jejunet, similiter uti hic supra

de

ANNO CHRISTI 748.

de homicidio dictum est. Et monialis jejunet decem annos, omnino uti supra de presbyteris scriptum est.

Si quis cum moniali fornicari vellet, & ea consentire nollet, jejunet unum annum pro illa injusta voluntate in pane & aqua.

Si quis cum alterius legitima uxore fornicari vellet, & ipsa consentire nollet, jejunet pro injusta sua voluntate tres quadragesimas; primam ad mediam æstatem, secundam ad æquinoctium autumnale, & tertiam ad natale Domini.

Si quis cum femina fornicari velit, & ea consentire nolit, jejunet quadraginta dies, & quadraginta noctes in pane & aqua.

Si quis alterum filia sua spoliet, compensetB apud amicos, & jejunet quilibet eorum annum unum in pane & aqua, & reliquos dies cibo suo utantur, excepta carne; & sumat eam deinde in uxorem, si amici velint.

Si aliquem Diabolus adeo obsederit, ut cum mutis bestiis coeat, confiteatur confessario suo, & jejunet quindecim annos, septem in pane, & aqua, & septem quolibet anno, jejunet tres quadragesimas in pane & aqua, unam quadragesimam ante pascha, & secundam post pentecostem, & tertiam ante natale Domini, & semper jejunet diebus Mercurii, & Veneris, quamdiu vixerit.

Si quis consuetudinem habeat seipsum sua sponte polluere, jejunet triennium; quolibetC horum annorum tres quadragesimas in pane, & aqua, & reliquos dies omittat quotidie carnem, exceptis domicis diebus solis.

Si quis alterum incantationibus perdat, jejunet septem annos, quatuor in pane & aqua, & tres tribus diebus per hebdomadam in pane & aqua.

Si quis fuste percutiat aliquem, jejunet tres annos in pane, & aqua, & duos jejunet tribus diebus per hebdomadam in pane & aqua, & si homo ex fustibus moriatur, jejunet septem annos, omnino ut hic supra scriptum est.

Si quis incantationibus utatur ad alicujus amorem sibi conciliandum, & ei in cibo, vel in potu, vel in alicujus generis incantationi-D bus tradat, ut amor illius exinde augeatur, si hoc laicus faciat, jejunet dimidium anni diebus Mercurii, & Veneris in pane & in aqua, & aliis diebus utatur cibo suo, excepta carne sola. Si sit clericus, jejunet unum annum, duobus diebus per hebdomadam in pane & in aqua, & reliquis diebus a carne abstineat. Si sit presbyter, jejunet quinque annos; unum in pane & aqua, & quatuor quolibet die Veneris in pane & aqua, & quolibet alio die a carne abstineat.

Si quis sortilegium vel divinationem adhibeat, vel vigilias suas ad aliquod torrens, vel ad aliam aliquam creaturam præterquam ad Dei ecclesiam faciat, jejunet tres annos, E unum in pane & aqua, & duobus diebus Mercurii & Veneris in pane & aqua; & reliquis diebus utatur cibo suo, excepta carne sola.

Uxor eodem modo obnoxia sit, si cum aliquibus incantationibus procreat infantem, vel (eum) ad compita & per terram trahit; omne hoc magnus est paganismus.

Si uxor quædam potu suo infantem in seipsa sua spont perdat, vel aliquibus rebus eum corrumpat, jejunet septem annos; tres in pane & aqua, & reliquos utatur cibo suo, excepta carne sola:

Si quis laicus alium vulneret, compensetA ei vulnus, & solvat pro medicamentis, & jejunet unam quadragesimam ante natale Domini in pane & aqua.

ANNO CHRISTI 748.

Si quis clericum vulneret, jejunet duas quadragesimas; unam ante mediam æstatem, & aliam ante natale Domini, secundo semper die in pane & aqua.

Si quis ecclesiam Dei infringat furti causa, reddat furtum, & jejunet septem annos, prouti hic supra scriptum est de homicidio.

Si quis furetur cibum vel pannum, & fames ac nuditas ipsum ad hoc coegerit, jejunet tres hebdomadas in pane & aqua; si autem furtum reddere possit, non cogatur ad jejunium, sed ex amore Dei ipsi remissio detur.

Si quis christianus infantem suum, vel proximi sui pro aliquo pretio vendiderit, non habeat consortium aliquod cum christianis, antequam eum e servitute redemerit, si autem ipsum obtinere nequeat, tradat tantum pecuniæ, quantum prius per ipsum acceperat, & redimat eum e servitute, ac liberet illium, & jejunet septem septimanas in pane & aqua; & si facultates non habeat, ut eum redimere possit, jejunet octo & viginti hebdomadas in pane & aqua.

Si quis sanguinem vel carnem mortuam edat, & hoc ex neeessitate non faciat, jejunet duodecim hebdomadas, secundo semper die in pane & aqua.

Si quis sagitta feram tetigerit, & ea tamen aufugerit, & post tertium diem mortua inveniatur, & canis, vel lupus, vel vulpes, vel ursus, vel alius generis fera eam aggressa sit, non tangat illam aliquis christianus.

Si lupus alicujus generis pecus dilaceret, & illud exinde moriatur, non tangat illud ullus Christianus; si quis autem hoc fecerit, jejunet quatuor hebdomadas in pane, & aqua: si vixerit & deinde occidatur, utantur eo cum venia.

Si fera quædam in rete sit suffocata, non est ulli permissum ea uti; si quis illa utatur, jejunet quatuor hebdomadas, secundo semper die in pane, & in aqua.

Si quis piscem mortuum in piscina inveniat, & eum edat, jejunet quatuor hebdomadas diebus Mercurii & Veneris in pane & aqua, & reliquis diebus a carne abstineat; & si quis in flumine mortuum piscem inveniat, edatur.

Si quis ordinatus ad venationem abeat, si sit clericus, abstineat duodecim menses a carne; diaconus duos annos, presbyter tres, & episcopus septem.

Si episcopus aliquis, vel ordinatus homo sæpe consulto inebrietur; vel ab hoc abstineat, vel ordinem suum perdat: si monachus ex nimia ebrietate vomat, jejunet triginta dies.

Si presbyter vel diaconus ex ebrietate vomat, jejunet quadraginta dies; si laicus, cum permissu ex ebrietate vomat, jejunet quadraginta dies; si per fraudem alium inebrietur, jejunet quadraginta dies.

Si mus in aquam ceciderit, extrahatur; & spargatur cum aqua consecrata, & si vivus sit, vendatur aqua; si autem in ea mortuus sit, effundatur & vas lavetur.

Deinde dictum est in alio loco, si (ibi) multum cibi sit collectum, spargatur aqua consecrata, & vendatur (cibus) si necesse sit, & quis eo admodum indigeat.

In quinta generatione fideles se conjungere possunt; & in quarta ISi inveniantur, non

non ſeparentur ; in tertia generatione ſeparentur. ANNO CHRISTI 748.

Mulier in conſuetudine ſua menſtrua eccleſiam non adeat, nec euchariſtiam accipiat, nec monialis, nec mulier laica; & ſi hoc fecerit, jejunet viginti dies.

Si quis aliquid vendat, quod canis vel mus vel muſtela violavit, vel edere incepit, & ipſe hoc ſciat, cantet centum pſalmos, ſi neſciat, cantet quinquaginta pſalmos.

Si quis ex incuria ſua euchariſtiam perdat, jejunet tres quadrageſimas quolibet die Veneris in pane & aqua, & reliquis diebus utatur cibo ſuo, præter carnem.

Si ea non conſecrata ex incuria in terram cadat, cantet quinquaginta pſalmos.

Si quis negligat conſecratam euchariſtiam, ut nimis diu ſervetur, & aliqua impuritas in ea ſit, vel non habet formam ſuam, jejunet quadraginta dies.

Si quis hoſtiam evomat ex ebrietate, vel ex luxurie, jejunet quadraginta dies.

Si quis ex infirmitate euchariſtiam evomat, jejunet ſeptem dies, vel duo pſalteria cantet.

Si quis hoſtiam in ignem projiciat, vel in flumen ut putrefiat ad comedendum, cantet centum pſalmos.

Si canis alicujus vomitum devoret, jejunet (vomens) centum diebus, ſi hoc neſciret, jejunet quadraginta diebus.

Si hoſtia quædam impura ; vel nimis vetuſta ſit, comburatur.

Si mus edat hoſtiam ex incuria ejus, qui illam conſervare deberet, jejunet quadraginta dies, qui hoſtiæ aliquam partem perdat, jejunet viginti dies.

Qui in teſtimonio populi chriſma ſuum perdit, & illud deinde non inveniat, jejunet tres quadrageſimas, vel unum annum.

Qui calicem inter miſſam ſuam effundat, jejunet triginta dies.

Qui comederit antequam ad euchariſtiam eat, & poſtea euchariſtiam comedat, jejunet ſeptem dies.

Si maritus & uxor in matrimonio conjuncti eſſent, & alter eorum Dei miniſter eſſe velit, & alter nolit, vel alter horum ſit infirmus, alter ſanus ; cum mutuo conſenſu tamen, ſi velint, ſeparari poſſunt, & hoc ſit cum teſtimonio epiſcopi.

Dei miniſter, qui in ſomno pollutus eſt, ſurgat, & cantet ſeptem pſalmos, & flectat genu ſuum ad terram in cujuslibet verſiculi fine, & jejunet craſtino die in pane & aqua; vel cantet triginta eorum pſalmorum, qui optimi ei videntur; & in cujuslibet verſiculi fine genua ſua ad terram flectat.

Si ſus, vel gallina, vel alicujus generis animal de corpore hominis edat vel ſanguinem ejus bibat, occidatur animal, & detur canibus.

Si quis alterius domum comburat, jejunet tres annos, ſecundo ſemper die in pane & aqua, & reliquos dies jejunet contra, & a carne abſtineat.

Si alicujus generis animal in foſſam aquæ cadat, & mortuum ibi inveniatur, purgetur fovea illa, & ſpargatur in ea aqua conſecrata ; & ſi quis de ea guſtet antequam foſſa conſecrata ſit, jejunet unam ſeptimanam in pane & aqua; ſi hoc neſciret, jejunet unum diem in pane & aqua.

Si quis propter infirmitatem ſuam vel molA litiem, jejunium, & ſeveritatem hanc ſufferre nequit, quam confeſſarius ei præſcribit, ei permiſſum eſt, jejunium ſuum redimere cum pietate & facultatibus mundi ; hoc eſt igitur, ſi quis ſit dives, det pro duodecim menſium jejunio triginta ſolidos ; ſi non adeo dives ſit, tunc ſolvat viginti ſolidos ; ſi nec adeo dives ſit, det decem ſolidos. Si autem pauper ſit, ut nec decem habeat, det tres ſolidos, quoniam dives facilius tradere poteſt triginta ſolidos, quam pauper tres: verus ſolidus ſit ſemper duodecim obolorum. Hujus generis eleemoſynæ in tres partes dividendæ ſunt; una eſt quæ altari Dei imponatur; altera, qua homines ex ſervitute redimuntur; & tertia deinde B ſervetur, ut eccleſiaſticis neceſſitatibus diſtribuatur. ANNO CHRISTI 748.

Unius diei jejunium uno obolo redimi poteſt, vel ducentis pſalmis, & alio modo, quis cantet: *Miſerere mei Deus* duodecies, & duodecim *Pater noſter*; & in cujuslibet verſiculi fine in terram ſe proſternat coram altari Dei, & ſi quis pſalmodiam neſciat, tunc pro unius diei jejunio cantet quinquaginta *Pater noſter*, & toties ſe in terram proſternat. Et ſeptem annorum jejunium in duodecim menſibus quis redimere poteſt, ſi quolibet die cantet pſalterium, & aliud noctu, & quinquaginta (pſalmos) veſperi.

Cum una miſſa ſeptem dierum jejunium re- C dimi poteſt, & cum decem (miſſis) quatuor menſium jejunium redimi poteſt, & cum viginti miſſis ſeptem menſium jejunium redimi poteſt; & cum triginta miſſis duodecim menſium jejunium redimi poteſt. Si quis cum vero Dei amore pro ſe ipſo intercedere velit, in ſacris ſcripturis dictum eſt, quod omnipotens Deus duodecim modis hominibus dat remiſſionem peccatorum. Prima remiſſio peccatorum eſt per lavacrum baptiſmi. Secunda remiſſio eſt per Dei & hominum amorem, ut quis diligat Deum ex toto corde, & tunc proximum ſuum, hoc eſt quemlibet chriſtianum, uti ſe ipſum. Tertia remiſſio eſt per diſtributionem eleemoſynarum: quoniam ſcriptum eſt, quod ſicuti cum aqua ignis extinguitur, ita D eleemoſyna delet hominum peccata. Quarta remiſſio eſt per pſalmodiam, & lachrymarum effuſionem, ut quis peccatorum ſuorum pœnitentiam agat & fleat, prouti quis facit propter amici ſui obitum. Quinta remiſſio eſt, per confeſſionem peccatorum, ut quis peccata ſua confiteatur confeſſario ſuo, & ei ſecreta ſua revelet, & deinde compenſet, prouti ipſi præſcripſerit. Sexta remiſſio eſt, ut quis ex amore Dei, & propter animæ ſuæ ſalutem, corporis ſui injuſtas cupiditates ſuperet, & ſe ipſum adeo ſubjuget per jejunium & per alias virtutes, ut homo interior, hoc eſt anima pro pia habeatur. Septima remiſſio eſt, ut quis poſſeſſionem ſuam, & infantes ſuos, ac patriam E ſuam ex amore Dei deſerat, & in terram extraneam abeat, & ibi vitam ſuam finiat. Octava remiſſio eſt, cum quis ex hac vita decedit per ſupplicium; & amici ipſius, cum in vivis eſſet, eum redimere poſſunt, & ipſi remiſſionem apud Deum obtinere per pia ſervitia, & per poſſeſſiones ſuas mundanas. Nona remiſſio eſt miſericordia, & bona fides. Decima remiſſio eſt, cum aliquem a peccatis ſuis ad Dei voluntatem convertimus. Undecima remiſſio eſt, ut quis ex amore Dei remittat illorum delicta, qui erga eum deliquerunt, quoniam

Sal-

ANNO CHRISTI 748.

Salvator in evangelio suo ait: *Remittite & remittetur vobis*. Duodecima remissio est martyrium, uti fiebat latroni ante passionem Domini, cum Salvator ipsi diceret: *Verum est quod tibi dico, nunc hodie tu eris mecum in patris mei regno.*

Hæc sunt divina præcepta, quæ nobis observanda sunt; hoc est primo verus Dei & hominum amor, & castitas, & jejunium, & constantia, & simus humiles, & moderati, & benigni, & patientes, & mansueti, & hospitales, & eleemosynarum ac sanctarum vigiliarum pleni, & simus misericordes, & pacifici; & hæc omittamus, nempe superbiam, & avaritiam, & invidiam, & vanam gloriam, & furtum, & rapinam, & fornicationem, & crapulam, & homicidium, & perjuria, & mendacium, & maledictum, & controversiam. Tempus servitiorum quovis anno advenit, ut quilibet cum confessario suo loquatur, & cum confessarii sui venia jejunium suum ordiatur, & Deo ac confessario suo delicta sua confiteatur, quæ perpetravit; vel homicidium, vel occisionem hominis, vel fornicationem, vel ullum aliquod eorum, quæ adversus Deum delinquere possumus: deinde habeas (o homo) veram fidem erga Deum, & devoto hoc tempore diligenter ores (quoniam scis quid feceris) cum jejuniis tuis, & cum eleemosynis tuis, & cum precibus tuis, quas quam optime noris, & quovis die dominico ad ecclesiam venias, & ibi diligenter pro te ipso ores, & pro omni populo baptizato, & pro confessario, & tunc pro nobis omnibus oraveris. Dilecte mi, ego te rogo, ut cogites, quomodo in hunc mundum progenitus fueris; & quomodo, & quid tu mundo huic mutuo des; & quomodo corpus ac anima tua separanda sint, & postea in quo commorationis loco anima tua expectare debeat diem judicii; & etiam tempus cum anima, & corpus tuum congreganda sunt, & deinde ad Dei judicium ducenda: & tum tu, ac quilibet homo pro operibus suis juste compensabitur, & accipiet a judicio illo; & deinde cum anima, & corpore obtinebis vitam æternam, vel æternam mortem, prouti antea deliqueris, tam vitam æternam, quam infinitam pœnam. Tunc cum mane primum surrexeris, signa te quam diligentissime, & Deum ora; cum cubitum te contuleris, idem, ut tibi per Deum peccata tua remittat, & post mortem æternam quietem, & misericordiam suam det. Agedum, dilecte mi, cogita, quid parentes nostri antea fuerint, & quales nunc nos simus; vel quinam illorum nunc appareant, qui ante centum annos pulvere terræ obtegebantur, quale nos mox futuri sumus, cum anima ex corpore excesserit. Agedum, chare mi, quandoquidem Deus nobis (tempus) concedit, caveamus nobis a peccatis, & a vitiis illis, quæ diabolus nobis suggerit: omnis furor venit a diabolo, & omnis controversia, & omne infortunium. Agedum ergo resistamus ei, & mitigemus animum nostrum, & imploremus Dei misericordiam, & auxilium ejus, ut præcepta ipsius observare possimus. Agedum frequentemus ecclesias nostras diebus solis, & festis, & sæpe inter hæc tempora, quo sæpius eo melius, & caveamus nobis ab invidia, & ab ira, & a verbis inutilibus, & a crapula, & a blasphemia, & a biloquio, & a falso testimonio, & ab homicidio, & a perjuris, & a crebris fornicationibus, & a qualibet impuritate corporis nostri. Et agedum cogitemus, quomodo præparare debeamus animam nostram, & corpus nostrum, quandoquidem Deus nobis (gratiam) concedit, ut in eo occupemur, quo saltem post hunc mundum quietem habeamus ex Dei misericordia. Domine mi, ego te rogo, qui in evangelio tuo ad omnes vere fideles dicis: *Petite & dabitur vobis*: ego te, Domine mi, humiliter rogo, ut mihi condones id quod obtecro, si tibi placuerit, & animæ meæ salus in æternum cum mundanæ vitæ meæ benedictione persistat.

ANNO CHRISTI 748.

Si quis juret inter manus episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, vel in altari, vel in consecrata Christi cruce, & sit perjurum, jejunet tres annos. Si quis in non consecrata Christi cruce pejerat, jejunet unum annum; qui perjuria committit, jejunet tres annos. Si aliquis cum femina fornicetur, jejunet tres annos, vel duos plenario. Si quis cum alterius viri uxore adulteretur, jejunet quatuor annos, duos integros, duos alios in tribus quadragesimis, & tres dies in hebdomada. Qui cum homine delicato, vel cum alio masculo, vel cum bestia coit, jejunet decem annos. In alio loco dictum est, qui cum bestia coit, jejunet quindecim hyemes; & sodomitæ septem annos jejunent. Si delicatus cum delicato coit, decem annos pœnitentiam agant; si delicatus ita fornicatus fuerit semel incaute, jejunet quatuor annos: si ex consuetudine sit, uti Basilius dicebat; si sit non ordinatus, quindecim annos, unum annum omnino uti mulier; si puer fuerit, prima vice duos annos; si rursus hoc faciat, jejunet quatuor annos; si tempore diurno fecerit, unum annum, vel tres quadragesimas; si se ipsum polluat, quatuor dies absque carne jejunet; si desideret fornicari, & non possit, jejunet quadraginta dies, vel viginti; si sit puer, & hoc sæpe faciat, vel suspendatur, vel jejunet viginti dies. Si uxor fornicetur, tres annos pœnitentiam agat; si ipsa eumdem modum secum fornicandi imitetur, unum annum pœnitentiam agat. Eadem pœnitentia est viduarum; & femina, quæ maritum habet, majorem meretur (pœnam) si fornicetur. Qui semen ori immittit, jejunet septem annos: hoc (enim) est pessimum (crimen) ab aliquibus judicatum, ut semper ad finem vitæ suæ pœnitentiam agant. Qui cum matre sua coit, jejunet quindecim annos; & numquam desistat, nisi die solis, & sanctorum festis, & abeat etiam in terram peregrinam, & ibi jejunet septem annos. Qui cum sorore sua coit, jejunet septem annos; in nonnullis canonibus dictum est duodecim annos, quoniam mater illorum contigit ea, quæ hæc ** opponit. Qui sæpe fornicatur, primus canon judicat, quod decem annos pœniteat, & secundus canon judicat septem annos; si propter imbecillitatem alicujus fiat, nonnulli dicunt tres annos. Si frater cum fratre coeat per copulationem corporis, quindecim annos jejunet absque carne. Si mater cum parvo filio suo coeat, jejunet tres annos; (ita) ut illa carnem non gustet unum diem per hebdomadam ad vesperam. Qui se polluit impuris cogitationibus, agat pœnitentiam, usque dum cogitatio præteriit. Qui amat feminas in animo suo, roget remissionem sibi a Deo; si quærat amicitiam earum, hoc est, amorem, & non obtineat cum, jejunet septem dies. Si quis in ultionem cognati sui hominem occidit;

** *malem legere*: quoniam illorum matri convenit huic se opponere. *Voilkins*

dit; faciat uti homicida per septem annos vel decem; si solvat, jejunet dimidiam partem temporis. Si quis hominem occidat in ultione matris suæ, tres annos, vel decem (jejunet;) homicida decem vel septem. Si quis monachum vel clericum occidat, deserat arma sua, & serviat Deo, vel jejunet decem annos: & hoc sit juris episcopalis. Qui episcopum vel presbyterum occidit, hoc sit juris regii. Qui domini sui jussu hominem occidit, jejunet quadraginta dies; si per iram hoc faciat, tres annos pœniteat; si hoc frustra fecerit, jejunet unum annum; si ex ebrietate, vel aliqua imperitia hominem occidat, tres annos jejunet; si in inutili lite hominem occidat, jejunet decem annos.

ANNO CHRISTI 748.

EX EJUSDEM
ECGBERTI POENITENTIALIS
LIBRO SECUNDO IN PUBLICA BIBLIOTHECA OXONIENSI, sub titulo (a)

Abhinc diversa ex diversis excessibus judicia.

I.

In oratione. SI quis tardius vel tepidius orationis debitum persolvit, fletibus, doloribus, orationibusque redimatur.

II.

Dormitans. Si quis in oratione prostratus dormitaverit, hanc culpam triplicatis orationibus, cum triplicata decantatione psalmi quinquagesimi, prostratus terræ expurget.

III.

Fabulans. Si quis tempore orationis ludere, fabulisque vacare præsumpserit, quod nequissimum est, vigiliis, fletibus, orationibus expietur. Si in consuetudinem habuerit, majore pœnitentia expietur.

IV.

Titubans. Si quis decantans psalmum vel modicum titubaverit, prostratus orationi pavimento indulgentiam a Domino exposcat.

V.

Deficiens in sacris officiis. Si quis clericus aut monachus corporis sanitate consistens vigiliis & quotidianis officiis defuerit, perdat communionem.

VI.

Idem. Si quis clericus absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur.

VII.

Idem. Si quis clericus dato signo non statim ad ecclesiam properaverit, correptionibus subjacebit.

VIII.

Idem. Si quis tempore orationis & psalmorum vagationis tædiique causa hac illacque discurrerit, vel in ipso officio vagis obtutibus aberraverit, juxta arbitrium prioris pœniteat.

IX.

Ebrius. Clericum, quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali dandum supplicio.

X.

Si quis clericus aut monachus ebriosus fuerit, tribus mensibus in pane & aqua pœniteat. Ebriosus.

XI.

Si quis clericus lascivus, petulans, subsannator, turpiloquus, ridiculosus, inconstans, iracundus, timidus, obstinatus, juxta prioris arbitrium triduo pœniteat. Lascivus, &c.

XII.

Si quis clericus per creaturas juraverit, acerrime objurgetur; si perstiterit in vitio, excommunicetur. Jurans.

XIII.

Clericus absque prioris sui jussu si per plateas civitatis inutiles decursus peragat, pœnitentiam agat. Decurrens.

XIV.

Clericus per plateas & * andronas, nisi certa & maximi officii sui necessitate, non ambulet. Idem. * *id est*. populi confluentias.

XV.

Si quis clericus solus cum sola absque testibus duobus aut tribus loqui præsumpserit, quod antiqua canonum statuta prohibent, acerrime corripiatur, & secundum modum peccati publicam agat pœnitentiam. Hoc sancti patres Augustinus, Hieronymus, Basilius, Gregorius, & ceteri quam multi edictis suis prohibuerunt. Solus cum sola.

XVI.

Si quis cogitaverit aliquid quod secundum mandatum Domini est, & non fecerit, ut mendax & contemptor a Domino condemnabitur, nisi pœnitententiam in hac egerit vita. Bonas cogitationes negligens.

XVII.

Si quis definierit aliqua agere quæ Domino non placent, juxta modum peccati pœnitentiam agat, & hoc quod temere & injuste definivit, irritum revocetur. Mala cogitans.

XVIII.

Si quis hospitibus & peregrinis cum gaudio & alacritate juxta possibilitatem suam necessaria non præbuerit obsequia, si laicus est, ad arbitrium sacerdotis pœnitentiam agat, & de cætero emendetur, ne a Domino audiat: *Hospes fui, & non recepistis me*. Si autem in aliquo gradu in ecclesiastico præfixus fuerit, secundum consecrationis suæ sublimitatem, ampliorem cum lacrymis & orationibus agat pœnitentiam, & postmodum emendetur. Inhospitalis. *Matth.* 25.

XIX.

Si quis cogitationes malas & inutiles corde volutat, mox suo manifestet sacerdoti, & secundum ejus consilium, jejuniis, eleemosynis, fletibus & orationibus divinum exposcat adjutorium, quoadusque recedat hujusmodi passio. Mala cogitans.

XX.

Si quis in clero constitutus alicui damnum parvissimæ rei intulerit, reddat aliena, & triduo pœniteat; laicus biduo. Damnificus.

XXI.

Si quis verbo in aliquem hominem peccaverit, si statim reminiscens, ad veniam poscendam fuerit inclinatus, percipiat ab eo indulgentiam cui cognoscitur fecisse injuriam. Qui autem aut non petit, aut non ex animo postulat, juxta excessum injuriæ congruæ subjaceat pœnitentiæ. Calumniator.

XXII.

(a) De his canonibus vide superius Præmonitionem meam ad Collectiones Canonicas Ecgberti. *Manſi*.

ANNO CHRISTI 748.

XXII.

Si quis non acquieſcit, ut ſatisfaciat qui intulit injuriam, admoneatur ut ſatisfactionem ei exhibeat. *Si autem non audierit, ſit nobis ſicut Gentilis & publicanus.*

Nolens ſatisfacere. *Matth.* 18.

XXIII.

Si quis contriſtatus noluerit reconciliari, ſatisfaciente eo qui contriſtavit, acerrimis maceretur inediis, uſquedum gratanti animo recipiat ſatisfactionem.

Nolens ſatisfieri.

XXIV.

Qui ſibimet invicem convicia objiciunt, ſi invicem ſibi celeriter laxanda cognoſcunt, hi jam ab alio judicandi non ſunt, quia pariter ſibi veniam dare feſtinaverint; ſi tamen excedere frequentius in ſemetipſis non præſumunt.

Invicem conviciantes.

XXV.

Si quis clericus ſuperbire præſumpſerit, ſæpius proprio * excommunicetur cibo. Laſcivus item ſimili ſubjacebit ſententiæ.

Superbus & laſcivus. * *Vide infra cap.* 32.

XXVI.

Si quis in aliquo eccleſiaſtico gradu ſacratus, percuſſor extiterit, (quod eſſe non debet) corripiatur eccleſiaſticis ſatisfactionibus acerrime: ſi non emendaverit, tribus menſibus ſtudioſiſſime ſubjectus fletibus pœniteat tantummodo in pane & aqua.

Percuſſor.

XXVII.

Si quis presbyter, diaconus aut monachus, otioſitatem, ſtultiloquium, ſcurrilitatem, garrulitatem, ſomnum, pigritiam, torporem, & his ſimilia dilexerit, triduo pœniteat.

Otioſus, &c.

XXVIII.

Si quis monachus ſanctionem regulæ violaverit, & contra uſum veterum, veſci carnibus præſumpſerit, per ſex menſium ſpatium retruſioni & pœnitentiæ ſubjacebit.

Idem.

XXIX.

Qui detrahit, aut libenter audit detrahentem, triduo pœniteat: ſi autem prælato, ſeptem diebus pœniteat.

Detractor.

XXX.

Qui detrahit de fratre, aut audit detrahentem, & patitur, excommunicari debet. Quod ſi de eo qui præeſt, amplius excommunicetur.

Idem.

XXXI.

Si quis non vult reconciliari fratri ſuo quem odio habet, tamdiu in pane & aqua pœniteat, uſque dum reconcilietur ei.

Nolens reconciliari.

XXXII.

Si quis excitatur & contriſtatur, & iraſcitur adverſus eum qui ad orationem illum excitavit, * excommunicari debet, & non manducare quoadusque compunctus agnoſcat ſtultitiam ſuam, & ita converſus recipiat indulgentiam.

Iratus bene monenti. proprio excommunicetur cibo. *ut ſupra cap.* 25.

XXXIII.

Si quis Chriſtianus mendax reperitur, quod eſſe non debet, quia Chriſtus Dominus noſter, a quo nomen accepit, veritas eſt, ſecundum qualitatem quantitatemque mendacii pœnitentiam agat. Scriptum eſt enim: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et, *omne mendacium a diabolo eſt.*

Mendax. *Pſalm.* 5.

XXXIV.

Si qui Chriſtianus fabulis otioſis, ſtultiloquiis, verbis jocularibus, riſumque moventibus ſtuduerit, quod ſecundum Domini definitionem, & ſancti Pauli apoſtoli ejus, peccatum eſſe dignoſcitur; ſacerdoti ſuo manifeſtet, & ſecundum arbitrium ejus modumque delicti pœniteat. Nemo Chriſtianus parum pendat aut negligat ſua etiam minima peccata, quæ fieri ſolent in vanis & ventoſis cogitationibus, in locutionibus ſuperfluis & otioſis, in operibus abſque neceſſitate peractis, ſicut eſt appetitus ciborum, immoderatus riſus, ſuperfluus ſomnus, & innumerabilia talia: ſed potius pro his ante tribunal diſtricti judicis aſſiſtere rationem redditurus pertimeſcat. Scriptum eſt enim: *De omni verbo otioſo quod locuti fuerunt homines, reddent rationem Deo in die judicii.* Et item ſcriptura: *Nihil impunitum derelinquet Deus.* Et ideo pro his aliiſque peccatis pœnitentiam agat.

Fabulatores, riſores, joculatores, mimique peccati rei. *Matth.* 12

XXXV.

Si quis eſt contentioſus vel contradictor ſanctis imperiis, aut mendax aut inobediens, aut in locutione clamoſus, aut iracundus, aut ſubſannator, aut plus joco quam honeſtum eſt deditus, aut dure reſpondens, & omnino quidquid contra ſcripturarum ſacrarum auctoritatem eſt; ſecundum menſuram opuſque peccati, ad ſacerdotis arbitrium pœniteat.

Contentioſus, Inobediens, &c.

* EJUSDEM ECGBERTI DIALOGUS PER INTERROGATIONES ET RESPONSIONES de inſtitutione eccleſiaſtica.

* Editus Dublinii 1664. opera Joannis Vavræi (1) equitis.

PRima fronte præſentis paginæ, tuam venerabilem petimus ſanctitatem, ut ea quæ ſacrorum apicum atteſtatione, ad pontificalem providentiam a nobis directa ſunt, grato animo cum charitate ſuſpicias, (charitas enim ædificat) & ſi qua in eis acceptione videntur digna, fraternitatis tuæ Chirographo firmentur; ſi qua vero minus apte prolata noſcuntur, tu quaſi ſubtiliſſimus interpres utiliora interſerere non dedigneris: & poſt informationem eorum quæ ad te miſſa ſunt verborum, beatitudinis tuæ conſilia nobis literarum characteribus inſinuare cupimus; quatenus viciſſim membranis diſcurrentibus, unum atque idipſum ſentiamus vinculis charitatis innexi. Ut autem fraternitas tua certius de ſupradictis judicare poſſit; proponimus utraque ſimul, conſulta videlicet & reſponſa.

I. Interrogatio.

Si neceſſitas coegerit, in quantum valet juramentum epiſcopi, presbyteri, vel diaconi, vel monachi?

Reſponſio.

Ordines ſupradicti ſecundum gradus promotionis habeant poteſtatem proteſtandi: Presbyter ſecundum numerum 120. tributariorum; diaconus vero juxta numerum 60. manentium; monachus vero ſecundum numerum 30. tributariorum. Sed hoc in criminali cauſa. Ceterum ſi de terminis agrorum oritur altercatio, presbytero liceat juramenti ſui atteſtatione terram videlicet unius tributarii, in jus transferre eccleſiæ. Duobus quoque diaconis id ipſum conceditur. Teſtificatio vero trium monachorum in idipſum ſufficiat.

II. Interrogatio.

Presbyter, diaconus, ſi poſſunt teſtes fieri verborum noviſſimorum, quæ a morientibus fiunt de rebus ſuis?

Reſponſio.

Adſumat etiam ſecum unum vel duos: ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne ver-

1 Ita & Harduinus. Male. Scribendum *Waræi*.

verbum, ne forte sub prætextu avaritiæ propinqui defunctorum his contradicant quæ ab ecclesiasticis dicuntur, solo presbytero vel diacono perhibente testimonium. ANNO CHRISTI 748.

III. Interrogatio.

Presbyter, diaconus, sive monachus, si in nefandis accusantur facinoribus, nullo existente evidenti argumento: qua ratione si inculpabiles sunt, possunt expiari?

Responsio.

Dum constat fidele testimonium esse in ore duorum vel trium testium; nos ne forte videamur angusto judicio eum qui sine peccato est opprimere, & facta testium difficultate obruatur innocentia: liceat accusato sub regula constituto cuilibet ex his tribus gradibus, presbyteri scilicet, diaconi vel monachi testes producere ad purificandum se. Sat enim satis est, exinde duos vel tres quos poterit secum educere ad defensionem sui. Cui vero desunt excusatores, vel propter terrorem accusantium, ipse solus sibi sufficiat in defensione innocentiæ suæ, quem nec visus testium, nec filii procreati produnt culpabilem. Inhonestum est enim ut aut per negligentiam sacerdotum iniquitas cumuletur, aut per inopiam * jurium opprimatur puritas. Pro ideireo sancimus, eum cui crimen impingitur, ut ponat super caput suum crucem Domini, & testetur per viventem in sæcula, cujus patibulum est crux, sese immunem esse a peccato hujusmodi: & sic omnia dimittenda sunt judicio Dei.

* F. *virium.*

IV. Interrogatio.

Presbyter vel diaconus, si examinati corrupti inveniuntur, qua vigilantia pastorum præcavendum est, ne ab officio quidem remoti in alia diœcesi pratentent ministrare, ac per hoc nonnulli scandalizentur?

Responsio.

Presbyter vel diaconus, si clarescentibus culpis a proprio episcopo ejectus in ecclesia alia ministrare pertentaverit: mox ut cognitum fuerit, ab episcopo cujus est diœcesis, expellatur: & sic per omnes sedes ecclesiarum nunquam stabilis, semper vagus & profugus versetur, donec longa afflictione humiliatus redeat ad sustinenda jura ecclesiastica.

V. Interrogatio.

Quid habemus de sacris ministeriis quæ ante damnationem, presbyter corruptus peregit, vel quæ postea damnatus inconsulte usurpavit.

Responsio.

Ministeria vero quæ usurpato nomine sacerdotis, non dicatus ignorante populo peregit, minime credimus abjicienda: nam male bona ministrando ipse sibi reus, aliis non nocuit. Scienti autem causas minime detersas, & qui tamen particeps factus est damnati, quomodo tribuitur ei perfectio quæ in dante non erat, * quam ipse accipere potest damnationem, utique qui per quod habuit per prava officia dedit, ut ejus particeps similem sortiatur excommunicationis sententiam. Sed hoc de baptismo accipi fas non est, quod iterari non debeat: reliqua vero ministeria per indignum data, minus firma videntur.

* Aliquid deesse videtur. *Harduinus.*

VI. Interrogatio.

Presbyter, diaconus, sine nutu prioris sui transiliens in alia, si liceat diœcesi ministrare?

Responsio.

Desertorem vero propriæ ecclesiæ interdictum habemus in alia ministrare; ministrantem vero taliter a suo submoveri officio, donec reconcilietur ecclesiæ suæ.

VII. Interrogatio.

Si quis cujuscumque dignitatis transfugam clericum vel monachum ausu improbo sub se habere præsumpserit; quid de his, charissimi, decernitis? ANNO CHRISTI 748.

Responsio.

Quisquis vero fratrum contra interdicta venerabilium canonum transfugam clericum vel monachum sine literis pacificis susceperit, & conventus in hac obstinatione perduraverit, reddat quod statutum est, xxx. quidem siclos, xv. vero episcopo loci, xv. abbati cujus monachum sine nutu prioris sui susceperat; & fugitivum dimittat, aut amplius excommunicatus perdilitetur. Quicumque vero ex laicis qui monasteriis præesse noscuntur, taliter aliquem ad se minime pertinentem susceperit; reddat debitum statutum, regi quidem x. siclos, x. vero abbati cujus domesticum sine consensu ecclesiæ susceperat: & desertorem relinquat, aut tantam adhuc reddat pecuniam, quantam & ante dedisse cognoscitur. Jam postea excommunicetur usque ad satisfactionem: quatenus obstinati quique qui Deum minime timentes censuram excommunicationis omnino spernunt, saltem amissione rerum suarum ex parte damnati minime præsumant statutis contraria. Hæc autem definitio maneat erga monasteria virginum, quæ sub regula esse probantur.

VIII. Interrogatio.

*Si quis monachorum sacrilega se contagione miscuerit, vindicta quidem sceleris * si pertinet ad laicos qui sunt eorum propinqui, nunc persequamini?*

* id est, *utrum pertineat.*

Responsio.

De his qui intra ecclesiam in gravibus vel in levibus commissis delinquunt, nihil vindictæ pertinet ad eos qui foris sunt: maxime cum apostolus dicat, omnes causas ecclesiæ debere apud sacerdotes dijudicari. Si qui vero ecclesiastici crimen aliquod inter laicos perpetraverint, homicidium, vel fornicationem, vel furtum agentes. Hos placuit a sæcularibus in quos peccaverunt omnimodo occupari; nisi animo fuerit ecclesiæ pro talibus satisfacere. Laici vero qui sacrilega se contagione miscuerint velatis, non eodem modo lex quo publica fornicarios puniri percensuit, sed duplicata xxx. siclorum pecunia: hoc est, LX. argenteos volumus dare ecclesiæ adulterantes: quia graves causæ graviores & acriores quærunt curas.

IX. Interrogatio.

Si permittendum est presbyteris, sive peregrinis, sive nostri generis, passim ministrare absque conscientia episcopi loci, in cujus diœcesi iterum demorantur, maxime sub laicis, nusquam stabiles, nec loco, nec auctoritate pontificali primitus fundati?

Responsio.

Presbyteros peregrinos, vel absolute ordinatos, sine litevis commendatitiis circumeuntes provincias nusquam eos administrare patimur, vel sacramenta tradere absque conscientia episcopi loci. Quæ vero necessaria sunt placuit eos administrare: ad ministeria tamen sacrorum tales nolumus admitti, sine grandi discretione.

X. Interrogatio.

*Si quis frater vel soror aliqua ad se pertinentia, ut æstimat, non ita repetit, ut judicantibus ecclesiarum præsulibus ei pacifice restituantur, sed contempto proprio episcopo irrationabiliter * rerum properat obtinere ea quæ sibi juste vel injuste vindicat: quid ad hæc dicitis?*

* Hic aliquid deesse videtur. *Harduinus.*

Res-

ANNO CHRISTI 748.

Responsio.

Quicumque frater vel soror rem aliquam ad se (ut æstimat) pertinentem non ita repetit, ut judicantibus ecclesiarum sacerdotibus, sed per exteras potestates, vim faciens obtineat, etiam hoc quod violentus evicit omnino perdat, aut ab ecclesia expellatur. Nec tamen ecclesiæ suæ prejudicium imponimus: sed post obitum anathematizati integris omnibus in statu suo manentibus partibusque in medio collocatis, quid antiquitas, aut veritas habeat, diligenter requiratur; & sic dimittendum est judicio episcoporum.

XI. Interrogatio.

*Quid ad hæc dicitis? quoniam quidem nonnulli propria habentes monasteria, ita ea inconsulte disponunt, ut post obitum illorum, duo simul utriusque sexus unum possideant monasterium aut æquali forte dividant, * si interesse non convenerint?*

* Lege, *si inter se.* Harduinus.

Responsio.

Venerabilis congregatio unum ex duobus eligat quem sibi præesse desiderat: & hic cum consilio episcopi loci constituatur abbas. Eo vero defuncto qui prælatus est, iste secundus qui connumeratus est initio heres, accipiat regimen totius monasterii, quod ante non ex toto sed ex parte sibi concessum gaudebat. Si tamen dignus inveniatur, suo episcopo judicante. Quod si aliter factum fuerit, hujusmodi votum inefficax atque irritum judicetur: sitque faciens, vel consentiens, accipiensque anathema.

XII. Interrogatio.

Quod si quis ex laicis clericum vel monachum occiderit, utrum pretium sanguinis secundum legem natalium parentum propinquis ejus reddendum sit, an ampliori pecunia senioribus suis satisfaciendum sit, vestra hunanimitas sanciat?

Responsio.

Quicumque vero ex laicis occiderit episcopum, presbyterum vel diaconum, aut monachum, agat pœnitentiam secundum gradus pœnitentiæ constitutos; & reddat pretium ecclesiæ suæ episcopo * secundum universalis concilii, pro presbytero octingentos siclos, pro diacono sexingentos, pro monacho vero quadringentos argenteos: nisi aut dignitas natalium, vel nobilitas generis major reposcat pretium. Non enim justum est, ut servitium sanctæ professionis in meliore gradu perdat, quod exterior vita sub laico habitu habuisse jure parentum dignoscitur. Cui vero non est substantia ut redimat se a perpetrato homicidio, regi dimittendus est ad puniendum: ne interfectores servorum Dei se putent impune posse peccare. Hæc vero vindicta quam de homicidiis presbyterorum percensuimus; maneat erga abbates qui sunt sine ordine: nisi aliquem ex his synodale collegium altiori consilio aut superiorem aut inferiorem judicaverit.

* Lege *secundum decretum universalis &c.*

XIII. Interrogatio.

Quod si ex convenientia amborum legitimum dissolvitur conjugium, propter infirmitatem viri vel uxoris, si liceat sano incontinenti secundum inire connubium, infirmo consensum præbente, & promittente se continentiam in perpetuo servaturum: vestra sanctitas quid de hoc judicat?

Responsio.

Nemo contra evangelium, nemo contra apostolum sine vindicta facit: idcirco consensum minime præbemus adulteris. Onera tamen quæ sine periculo portari non possunt, nemini imponimus: ea vero quæ Dei sunt mandata confidenter indicimus. Quem autem infirmitas implendi præpedit, uno profecto multum reservamus judicio Dei. Igitur ne forte videamur silentio fovere adulteros, aut diabolus qui decipit adulteros de adulteris exutet, * ultoribus audi, *quod Deus conjunxit homo non separet*; & item, *Qui potest capere capiat*. Sæpe namque temporum permutatione, necessitas legem frangit. Quid enim fecit David quando esuriit? & tamen sine peccato est. Ergo in ambiguis non est ferenda sententia. Sed consilia necesse est periclitari pro salute aliorum; hac conditione interposita, ut ei qui se continentiæ devovit nullo modo concedatur secundas inire nuptias, vivente priore.

ANNO CHRISTI 748.

* Lege *alterius* Harduinus.

XIV. Interrogatio.

Quid ad hæc dicimus; si quis de laicis clericum vel monachum obnoxium esse pronunciat pro causis aliquibus, jampridem sub laico habitu perpetratis, sed nec dum finitis: sive quia minime prævaluit, sive quod antea dissimulando tacuit usque nunc, & modo ecclesiæ molestus & importunus insistit?

Responsio.

Quisquis vero sæcularis servitium sanctæ professionis subire desiderat; si interrogatus respondeat, conditionis servilis sese non esse obnoxium, nec homicidium palam perpetrasse inemendatum, neque res alieni juris modo sub se habere, nisi Deo, cujus est servus propter offensam peccati: quod si fefellit ecclesiam Dei, & crimen suum dolose celaverit: placuit ecclesiam habere potestatem dimittendi eum, vel satisfacere pro eo si voluerit. Eos vero qui tales inveniuntur, ab ecclesiæ limine per vim volumus abstrahi, neque a die conventionis tempus ecclesiæ concedi reos deinceps ad occultandos; sed ut Deo agatur reverentia, absque ulla læsione veriusque relinquendi sunt: quod ecclesia domus propitiationis est, non spelunca latronum. Lege dedicationem templi Salomonis. Res vero si quas ecclesiæ obtulerat, eas sacerdos reddat, ut habeat unde se redimat.

XV. Interrogatio.

Pro quibus criminibus nullus sacerdos potest fieri, vel pro quibus jampridem ordinatus deponitur?

Responsio.

Hujusmodi tunc ordinatio episcopi, presbyteri vel diaconi, rata esse dicetur; si nullo gravi facinore probatur infectus; si secundam non habuit uxorem, nec a marito relictam, si pœnitentiam publicam non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet; si servilis aut ex origine non est conditionis obnoxius, si curiæ probatur nexibus absolutus, si adsecutus est literas, hunc elegimus ad sacerdotium promoveri. Pro his vero criminibus nullum licet ordinari; sed promotos quosque dicimus deponendos. Idola scilicet adorantes; per aruspices & divinos atque incantatores captivos se diabolo tradentes; fidem suam falso testimonio expugnantes; homicidiis, vel fornicationibus contaminatos; furta perpetrantes; sacrum veritatis nomen perjurii temeritate violantes. Eos tamen nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti ad promerendam communionis gratiam; non ad recuperandum pristinæ dignitatis honorem. Alienum est enim ab ecclesia pœnitentes sacrosancta ministrare, qui dudum vasa fuerant vitiorum.

XVI. Interrogatio de jejunio quatuor temporum.

Legitima jejunia mensis primi, quarti, septimi, &

ANNO CHRISTI 748.

*& decimi utrum initio ipsorum mensium, an alter celebranda sint; & quo auctore, aut quomodo, aut pro quibus causis instituta; consona sententia exponit * uniformiter ab omnibus celebrentur, per universas dilectionis vestræ sedes, & Anglorum ecclesias?*

* Lege an uniformiter. Harduinus.

Responsio.

Quia igitur mundus quatuor plagis continetur, Orientis, Occidentis, Meridiei & Aquilonis; & homo quatuor elementis constat, id est igne, aere, aqua & terra; & interior sensus ex quatuor continetur virtutibus, prudentia, temperantia, fortitudine atque justitia; & quatuor flumina Paradisi ad irrigandam universam terram, in typo quatuor evangeliorum profluunt; & quatuor temporibus annus, vere, æstate, autumno & hyeme convertitur, & ex omni parte quadratus numerus perfectus dignoscitur; idcirco autem quatuor temporum jejunia veteres Patres instituerunt, secundum Dei legem, & nunc in novo Testamento sancti viri atque apostolici doctores.

I. De primo mense Dominus ait ad Moysen: *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Et iterum Dominus ad Moysen: *Observate mensem novarum frugum, quando egressi estis de terra Egypti, legitimum in generationibus vestris.* Quod jejunium sancti Patres in prima hebdomada mensis primi statuerunt, quarta & sexta feria, & sabbato, exceptis diebus quadragesimalibus. Nos autem in ecclesia Anglorum idem primi mensis jejunium, (ut noster didascalus beatus Gregorius, in suo antiphonario & missali libro, per pædagogum nostrum beatum Augustinum transmisit ordinatum & rescriptum) indifferenter de prima hebdomada quadragesimæ servamus.

Exod. 12. 2. Deuter. 16. 1.

II. Secundum jejunium quarti mensis a veteri lege exortum est, quando lex data est Moysi in monte Sinai; & præceptum est a Domino ut sit populus paratus ad audiendam vocem in diem tertium, & ne appropinquent uxoribus suis. Et iterum Dominus ad Moysen: *Tolletis de cunctis frugibus vestris primitias, & offeretis ea Domino Deo vestro.* Quod & in novo Testamento constitutum est, juxta id quod Dominus ait: *Non possunt filii sponsi jejunare, quandiu cum illis est sponsus*, & reliqua. Quod juxta congruentiam temporum post ascensionem Domini ad cælos, præsentia corporali subtracta, tunc indictum est jejunium quarti mensis, secundo sabbato. Hoc autem jejunium idem beatus Gregorius per præfatum legatum, in antiphonario suo & missali, in plena hebdomada post Pentecosten, Anglorum ecclesiæ celebrandum destinavit. Quod non solum nostra testantur antiphonaria; sed & ipsa quæ cum missalibus suis conspeximus apud apostolorum Petri & Pauli limina.

Deut. 26. 2. Matth. 9. 15.

III. Tertium jejunium septimi mensis, a Domino per Moysen præcipitur dicentem: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos; Decimus dies mensis septimi vocabitur sanctus, humiliabitis animas vestras in jejunio. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populo suo.* Idcirco autem in ecclesia hoc jejunium celebratur secundum antiquam consuetudinem, vel quia decrescunt dies, & nox augetur: quia ad defectum solis & noctis augmentum vita nostra deficere adveniente morte ostenditur; quæ mors in judicio Dei & resurrectione reparabitur ad vitam: & si vitæ nostræ terminus defectione dierum exprimitur, mortisque adventus in augmento noctis; necessarium duximus, ut ob memoriam & recordationem tanti mysterii, omni anno humiliemus animas nostras, ut filios Israel hoc in tempore feciſſe legimus, in jejunio & afflictione, non solum a cibis, sed ab omnibus vitiorum contagiis: attendentes sermonem evangelii; *Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant; veniet autem nox quando nemo potest operari.* Hoc Anglorum ecclesia in plena hebdomada ante æquinoctium, neglecta tertiæ hebdomadæ computatione, solet celebrare.

Levit. 23. 7. Joan. 12. 35.

IV. Quartum jejunium mense Novembrio a veteribus colebatur, juxta præceptum Domini ad Jeremiam dicentis; *Tolle volumen libri, & scribe in eo omnia verba quæ locutus sum adversus Israel & Judam. Et factum est in mense nono prædicaverunt jejunium in conspectu Domini omni popolo in Jerusalem.* Hac ergo auctoritate divinarum scripturarum, ecclesia Catholica morem obtinet, & jejunium atque observationem mense celebrat decimo, sabbato quarto, propter advenientem venerabilem solemnitatem Domini nostri Jesu Christi: ubi ante plures dies & continentia carnis & jejunia exhibenda sunt, ut unusquisque fidelis præparet se ad communionem corporis & sanguinis Christi, cum devotione sumendam. Quod & Anglorum semper in plena hebdomada ante natale Domini consuevit, non solum quarta & sexta feria, & sabbato, sed & juges XII. dies in jejuniis, & vigiliis & orationibus, eleemosynarum largitionibus, & in monasteriis, & in plebibus, ante natale Domini quasi legitimum jejunium exercuisse perhibetur. Nam hæc, (Deo gratias) a temporibus Vitaliani papæ & Theodori Dorobernensis archiepiscopi inolevit in ecclesia Anglorum consuetudo, & quasi legitima tenebatur, ut non solum clerici in monasteriis, sed etiam laici cum conjugibus & familiis suis ad confessores suos pervenirent, & se fletibus a carnalis concupiscentiæ consortio his duodecim diebus cum eleemosynarum largitione mundarent: quatenus puriores dominicæ communionis perceptionem in natale Domini perciperent; præter hæc namque constituta jejunia, quarta & sexta feria propter passionem Christi, & sabbato, propter quod ipso die jacuit in sepulchro, plerique jejunaverunt.

Jerem. 36. 2.

ANNO CHRISTI 748.

ANNO CHRISTI 18.

ANNO CHRISTI 748.

(a) ECGBERTI EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI CANONES

DE REMEDIIS PECCATORUM.

PRÆFATIO.

DE remediis peccatorum pauciſſima hæc quæ ſequuntur ex priorum monimentis excerpſimus; in quibus tamen omnibus non auctoritate cenſoris, ſed conſilio potius compatientis uſi ſumus, ſolerter admonentes doctum quemque ſacerdotem Chriſti, ut in univerſis quæ hic annotata reperit, ſexum, ætatem, conditionem, ſtatum, perſonam cujuſque pœnitentiam agere volentis, ipſum quoque cor pœnitentis curioſe diſcernat, & ſecundum hæc, ut ſibi viſum fuerit, ſingula quæque judicet. Quibuſdam namque a cibis abſtinendo,* nonnullis genua ſæpius flectendo, ſive in cruce ſtando, aut aliud aliquid hujuſmodi, quod ad purgationem peccatorum * pertineat, faciendo, plurimis univerſa hæc agendo, ſua neceſſe eſt errata corrigere: quæ univerſa in examine diſcreti debent pendere judicis.

* aliis elee moſynas dando.

* ad animæ ſalutem.

Excerptum de canonibus Catholicorum patrum, vel pœnitentiæ ad remedium animarum domini Agberti archiepiſcopi.

I.

1. *Titulus* 1. *cap.* Salubre antidotum animarum: *vel* de qualitate culparum & de diſciplina atque doctrina ſacerdotum.

Inſtitutio illa ſancta, quæ fiebat in diebus patrum noſtrorum, rectas vias nunquam deſeruit, qui inſtituerunt pœnitentibus atque lugentibus ſuas paſſiones ad vera medicamenta ſalutis: quia diverſitas culparum diverſitatem facit pœnitentibus medicamentorum, vel ſicut medici corporum diverſa medicamina vel portiones ſolent facere contra diverſitatem infirmitatum, vel judices ſæcularium cauſarum. Diverſa igitur judicia, qui boni ſunt & recti, penſant & tractant, quomodo recte judicent inter miſeros & divites, inter cauſam & cauſam. Quanto magis igitur, o ſacerdotes Dei, diverſa medicamenta animarum inviſibilium hominibus penſare & tractare oporteat, ne per ſtultum medicum vulnera animarum* fiant pejora, Propheta dicente: *Computruerunt & deterioraverunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ*. O ſtulte medice, noli decipere animam tuam, & illius ne duplicem pœnam accipies,* vel ſeptupla vel millena. Audi Chriſtum dicentem; *Si cæcus cæcum duxerit, ambo cadent in foveam*. Si tu non cogitas judicium meum, alter homo non audit neque videt, qui me judicet. O non intelligis quia Deus judex juſtus & fortis videt & audit, & in palam abſcondita deducit, & reddit ſecundum opera: & item vere ſunt nonnulli cæcorum canum ſimilitudine currentium ad cadavera mortuorum, vel corvorum volantium, qui ad ſacerdotium vehuntur, qui non propter Dominum, ſed plus propter honorem terrenum inhiantes, cæci * divina ſapientia. De talibus A dixit Gregorius Nazianzenus: Timeo hoc quod canes affectantur officium paſtorale, maxime cum in ſemetipſis nihil paſtoralis præparaverint diſciplinæ. Ezechiel namque ait: *Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, & non gregem: lac bibebant, & lanis eorum operiebantur, & quod craſſum fuit manducabant, quod fractum fuit non alligabant*, &c. Item Ezechiel ait, *Væ ſacerdotibus, qui comedunt populi mei peccata*, hoc eſt, ſibi eorum ſumentes victimas, & non orantes pro eis. Comedentes hoſtias, & non corripientes: qui ubi morituros homines audiunt, inde gaudentes præparant ſe ad prædam, quaſi B corvi ad cadavera mortuorum. Nunc ergo, fratres, qui voluerit * ſacerdotalem auctoritatem accipere, in primis cogitet propter Deum, & præparet arma ejus antequam manus epiſcopi tangat caput, id eſt pſalterium, lectionarium, antiphonarium, miſſale, baptiſterium, * martyrologium, in anno circuli ad prædicationem cum bonis operibus, & computum cum cyclo, * hoc eſt jus ſacerdotum. Poſtea autem ſuum pœnitentialem, qui hoc ordine ſecundum auctoritatem canonum ordinatur, ut diſcretiones omnium cauſarum inveſtiget primitus, ſine quiC bus rectum judicium non poteſt ſtare, quia ſcriptum eſt: *In nulla re appareas indiſcretus*, ſed diſtingue quid, ubi, quandiu, quando, qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in una eademque libra penſandum eſt, licet in uno conſtringantur vitio: ſed diſcretio ſit unoquoque eorum, hoc eſt inter divitem & pauperem; liberum, ſervum, infantem, puerum, juvenem, adoleſcentem, ætate ſenem, hebetem, gnarum; laicum, clericum; monachum, epiſcopum, presbyterum, diaconum, ſubdiaconum, lectorem; in gradu, vel ſine; in conjugio, vel ſine; peregrinum, * virginem, femiDnam, * canonicam, vel ſanctimonialem, * debilem, infirmum, ſanum. De qualitate pecudum vel hominum, continens vel incontinens, voluntate * vel in caſu, in publico vel in abſcondito, quaſi compunctione emendet neceſſitate vel in voluntate, loca & tempora collationum conſtituerunt ſancti apoſtoli. Deinde ſancti patres, & S. Penuſius: * deinde canones ſanctorum patrum, deinde alii atque alii, ut Hieronymus, & Auguſtinus, & Gregorius, & Theodorus. Ex quorum omnium iſta deſcripſimus dictis & ſententiis veraciter, ut ſalvi ſint omnes, & non puſillanimes, quia poE *tentes potenter tormenta patientur*. Item in Jeſu filii Sirach: *In judicando eſto miſericors, puſillis ut pater, & pro viro matri illorum*. Item S. Jacobus dixit: *Judicium ſine miſericordiæ erit illi qui non facit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia judicium*, ut idem ipſe conſequatur: ut S. Benedictus, hoc eſt qui veram pœnitentiam faciunt in jejunio & fletu, in eleemoſynis, in orationibus, & perpetrata iterum

* facerdotis nomen habere.

* computus canon pœnitentialis.

* tum commendationibus animarum, homillas per circulum anni dominicis diebus & ſingulis feſtivitatibus plebibus prædicandas.

* indigenam viduam monachum.

* vol. neceſſitate vel caſu

* Paphnutius.

Sap. 6.

Eccleſ. 4.

Jac. 2.

* putreſcant

* vel ſeptuplas vel millenas.

* divinæ fortitudinis.

(a) Hunc titulum ita reſtitui ex iis quæ in Præmonitione ad Opera Canonica Ecgberti ſuperius animadverti, cum in præcedentibus omnibus Labbei editionibus libellus iſte ſub hoc alio paruerit. *Venerabilis Bedæ Presbyteri Canones* &c. Portionem autem eſſe amplioris Operis ab Ecgberto confecti, ibidem ex Ballerinis admonui. *Manſi.*

rum non faciunt ; & si faciunt, tamen non perseverarent in eis, quia Deus dixit: *Malum cogitasti, ignovi; malum dixisti, ignovi; malum fecisti, ignovi; perseverare vis in malo, non ignosco.* Ergo qui perseverant in malo, non ignosce, sed judica judicium districtum secundum canones, ut alii timorem habeant. ANNO CHRISTI 748.

II. *De fornicatione.*

* Multos ex canonibus hujus sequentiumque capitum reperire est apud Burcardum, Ivonem, Anselmum, Gratianum Panormiam, similesque juris canonici promos condos, ut observavit V. C. Anlonius Augustinus in notis ad hoc pœnitentiale.

* Adolescens si cum virgine peccaverit, annum unum pœniteat. Si semel & fortuito, levietur, & tamen usque ad annum plenum. Si intra viginti annos puella adolescens, tres quadragesimas, & ferias legitimas. Si propter hoc peccatum servitio humano addicti sunt, quadraginta dies : si nitens tantum, & non coinquinatus, viginti dies pœniteat. Si vidua obstuprata, annum totum, & dies jejuniorum in altero : si usque ad generatum filium, annos duos integros, & duos alios levius. Si & occiderint, annos tres, & alios quatuor levius. Si monachus laicam, tres annos pœniteat; illa duos, & legitimas ferias. Si monacham laicus, duos annos pœniteat, & legitimas ferias; illa tres. Si usque ad generatum filium, annos quatuor : si & occiderint, septem annos pœniteat. Si quis vacans alterius uxorem polluit, duos annos pœniteat. Si uxoratus virginem, similiter ; ita ut primo horum a sua contineat, si ei consenserit ; alioquin addatur modus pœnitentiæ. Si uxoratus uxorem alterius, tres annos pœniteat ; primo horum a propria consentiente abstineat. Si uxoratus ancillam suam, annum unum pœniteat, & tres quadragesimas, & legitimas ferias tribus mensibus primis, & a sua se contineat. Illa si invita passa est, quadraginta dies pœniteat : si consentiens, tres quadragesimas, & legitimas ferias. Si adolescens sororem, septem annos pœniteat : si matrem, septem annos, & quandiu vixerit, nunquam sine pœnitentia. Si sodomitæ, annos septem ; si in consuetudine, annos septem ; vel si monachus, annos septem. Qui cum pecude peccat, annum unum ; si monachus est, duos annos. Qui sæpe fornicantur laicus cum laica, tres annos pœniteant, & quanto sæpius aut negligentius, tanto magis & tempus addat & modum. Qui diutius fornicationi, perjurio, latrociniis, cæterisque flagitiis servivit, annos septem pœniteat. Qui complexu feminæ illecebroso, vel osculo polluitur, dies triginta pœniteat. Qui contactu ejus inverecundo ad carnem, tres menses pœniteat. Puer se ipsum voluntate polluens, triginta dies pœniteat ; juvenis quadraginta. Qui in turpiloquio polluitur negligens, septem dies pœniteat. Qui impugnatione cogitationis & naturæ inquinatur nolens, per quatuor dies quinquagenos psalmos canat, & quarta & sexta feria jejunet ad nonam vel ad vesperam. Qui in ecclesia consecrata nubunt : qui in ecclesia per somnium polluitur, tres dies pœniteat; uxoratus contineat se quadraginta dies anni ante pascha & natale Domini; & omni die dominico, & quarta & sexta feria a conceptione manifestata, usque post natam sobolem. Vir contineat se ab uxore tres menses. Uxor post natam sobolem abstineat se ab ecclesia, si filius est, dies triginta, si filia quadraginta. Sed in tempore menstrui sanguinis, nam qui tunc * sumpserit, triginta dies pœniteat, qui septem dies. Parens, cujus filius per negligentiam non baptizatus obiit, unum annum pœniteat, & nunquam sine aliqua pœnitentia. Si sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus venire neglexerit, ipse ob damnationem animæ judicio episcopi sui castigetur. Sed in omnibus licet fidelibus, ubi forte morituros invenerint non baptizatos, imo præceptum est, animas eripere a diabolo per baptisma : id est benedictam simpliciter aquam in nomine Domini, baptizare illos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Intincto autem superfusus aqua, unde oportet eos qui possunt, fideles monachos maxime, & scientiam habere baptizandi, & si longius alicubi exierint, * eucharistiam semper secum habere.

* sumpserit vel junxerit.

* f Chrisma, inquit Aut. Aug.

III. *De occisione.*

(*a*) Qui occiderit monachum aut clericum, arma relinquat, & Deo serviat, vel septem annos pœniteat. Qui laicum, odii meditatione, vel possidendæ hereditatis ejus, annos quatuor. Qui pro vindicta fratris, unum annum. Et in sequentibus duos annos, tres quadragesimas ac legitimas ferias. Qui per iram subitam & rixam, tres annos pœniteat. Qui casu, unum annum. Qui in bello publico, dies quadraginta. Qui jubente domino suo servus, dies quadraginta. Qui liber jubente majore suo innocentem, annum unum, & sequentes duas tres quadragesimas, & legitimas ferias. Qui super rixam ictu debilem vel deformem hominem reddit, impensas in medicos, & maculæ pretium, & opus ejus, donec sanetur, restituat, & dimidium annum. Si vero non habet unde restituat hæc, annum integrum. Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere, duas septimanas pœniteat. Si clericus fuit, septem menses. Quod & si vulneraverit, dies quadraginta. Si clericus, annum totum. Sed & pecuniam pro modo vulneris, licet lex non * commendat, cui inflixit tribuat, ne læsus * scandalizet. Mulier partum suum ante dies quadraginta sponte perdens, unum annum pœniteat. Si vero post quadraginta dies, tres annos pœniteat. Si vero postquam natus fuit, quasi homicida. Sed distat multum, utrum paupercula * per difficultatem nutriendi, an fornicaria, causa sceleris celandi faciat. Qui perjurat sciens, compulsus a domino suo, tres quadragesimas pœniteat, ac legitimas ferias. Qui sciens virtutem juramenti vel perjurii, perjurat in manu episcopi aut presbyteri, vel altari, vel cruce consecrata, tres annos pœniteat. Si vero in cruce non consecrata, unum annum pœniteat. Si autem in manu hominis, apud * Græcos nihil est. Qui * seducit nescium perjurare, pernoxio, qui & postea perjurium suum cognovit, unum annum pœniteat.

* jubeat, imperet

* scandalizetur

* pro difficultate.

* paganos ἕλλωνας videtur intelligere.

* seductus nescius perjurare, pejerat & postea

IV. *De immunda carne.*

Qui manducat carnem immundam aut dilaceratam a bestiis, quadraginta dies pœniteat. Si necessitate famis cogente, multo levius. Mus si ceciderit in liquorem, tollatur inde, & aspergatur liquor ille aqua benedicta : si vero mortua sit, abjiciatur totus liquor, nec ab hominibus sumatur, sive lac sit, sive cervisia, vel aliquid hujusmodi : quod si mortuus sit,

(*a*) Nonnulla hic sunt, quæ non congruunt cum Pœnitentiali ; sed forte hic suo sensu Ecgbertus scribit ; in Pœnitentiali vero Isidori verbis loquitur. *Manss.*

ANNO CHRISTI 748.

sit, liquor ille in quo mus vel mustella incidens moritur, purgetur, & aspergatur aqua sancta, & fumatur, si necessitas sit. Si avis stercoraverit in quemcumque liquorem, hujusmodi tollatur stercus, & mundetur cibus aqua benedicta, & fumatur. Qui sanguinem nescius cum saliva sorbet, non ei nocebit; qui manducans proprio polluitur insciius, non ei nocet. Si autem scit, pœnitentiam agat juxta modum pollutionis.

v. *De capitalibus criminibus.*

De singulis crimtuum generibus copiose Ecgbertus per capita singula in manuscriptis codicibus.

Nunc igitur capitalia crimina secundum canones explicabo. Prima * superbia, invidia, fornicatio, inanis gloria, ira longo tempore, tristitia sæculi, avaritia, ventris ingluvies. Augustinus adjecit sacrilegium, id est sacrarum rerum furtum, & hoc est maximum furtum, vel idololatriis servientem, id est auspiciis, & reliqua. Deinde aulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, ebrietas assidua, idololatria. Molles, sodomitæ, maledici, perjuri. Ista sunt ergo capitalia crimina. Sanctus Paulus & Augustinus, & alii sancti computaverunt, pro istis fieri oportere eleemosynas largas, & longum tempus jejunium teneatur. Id est, ut alii judicant, pro capitalibus, id est adulteris, homicidis, perjuris, fornicariis, & similibus. Laicus quatuor annos pœniteat, clericus quinque, subdiaconus sex, diaconus octo, presbyter decem, episcopus duodecim, si consuetudo erat.

* septem capitalia crimina vulgo hac voce consignantur.

S. A. L. I. G. I. A. Veteres variant. Vide Cassianum, Theodulphum, Burchardum & pœnitentiales libros.

* vel reliqua

vi. *De minoribus peccatis.*

Id est furtum, falsum testimonium, & similibus. Laici annum unum, clerici duos, subdiaconus tres, diaconus quatuor, presbyter quinque, episcopus septem annos pœniteant. Item sodomitis si consuetudo erat, episcopus quatuordecim annos pœniteat, presbyter duodecim, diaconus decem, subdiaconi octo, clerici septem, laici quinque: monachus si fornicationem facit cum ancilla Dei, quatuor annos pœniteat: si cum puella, septem annos pœniteat. De parricidis vel fratricidis, quidam septem, quidam quatuordecim & septem.

vii. *De cupiditate cæterisque flagitiis.*

* in n. l. potius

* faciens

Item cupidus vel avarus, vel ebriosus, vel superbus, vel invidus, vel rapax, vel * iracundia longa, vel maledicus, vel his * similia, quæ enumerare longum est, tres annos pœniteat. Item * si clericus cum quadrupede fornicaverit, duos annos pœniteat, subdiaconus tres, diaconus quinque, presbyter septem, episcopus decem annos pœniteat. Qui cum matre fornicaverit, quindecim annos pœniteat. Si cum filia vel sorore, duodecim annos pœniteat. Qui cum fratre naturali fornicaverit per commixtionem carnis, ab omni carne se abstineat, quindecim annos pœniteat. Si clericus venationes exercuerit, annum unum pœniteat, diaconus duos, presbyter tres. Si presbyter, vel diaconus, vel monachus uxorem duxerit, in conscientia populi deponatur. Si adulterium perpetraverit cum ea, & in conscientia populi devenit, projiciatur extra ecclesiam; & inter laicos pœniteat quandiu vixerit. Qui dimiserit uxorem suam alteri conjugi, septem annos pœniteat. Si clericus homicidium fecerit, & proximum suum occiderit, decem annos pœniteat, exul septem pœniteat, si odii meditatio fuit. Si laicus homicidium fecerit per furorem, & meditationem, quatuor annos pœniteat, vel quinque, vel septem annos pœniteat. Si per rixam, quatuor annos pœniteat. Item qui immolat dæmonibus in magnis, si consuetudo est, decem annos pœniteat: in minimis annum unum: auguriis & divinationibus, quinque annos pœniteat. Emissores tempestatum septem annos pœniteant; ut pœnitentia semper isto ordine servata sit ab uno anno, & deinceps de qualicumque peccato: id est in unaquaque hebdomada tres dies vino, & sine medone, carne: & jejunet usque ad vesperam, & manducet de sicco cibo, & tres quadragesimas semper de sicco cibo, & jejunet tres dies ad nonam, & tres ad vesperam; & in diebus dominicis, & in natale Domini quatuor dies, & in epiphaniam, & in pascha, usque in albas, & ascensionem Domini, & pentecosten, & sancti Michael, & sanctæ Mariæ, & sancti Joannis Baptistæ, & duodecim apostolorum, & sancti Martini, & illius sancti festivitatem, qui in illa provincia est, in his prædictis diebus * faciat charitatem, si cut sui compares, clerici sive laici. Ebrietatem & ventris distensionem in omnibus caveant. Faciant quod Apostolus dicit: *Sive manducatis, sive bibitis, vel quidquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.* Tunc ergo digna pœnitentia est, si hoc impleatur.

* Id est utatur eodem cibo ac poru quo illi

1. Cor. 10.

viii. *De clericorum pœnitentia.*

Item in canone apostolorum * indicatur, ut episcopus, presbyter, diaconus, qui in fornicatione aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur, quia non * judicat Deus bis in idipsum. Si quis pontifex fornicationem faciens, naturalem judicabit, duodecim annos pœniteat; per multas lacrymas & eleemosynas veniam a Domino petat; post annos tres vel quatuor levius. Presbyter cum puella non prælato monachi voto annos tres vel quatuor pœniteat, tres quadragesimas, & quartas & sextas ferias semper de sicco cibo. Si cum ancilla Dei, aut cum masculo, plus addetur, id est septem annos pœniteat, si consuetudo est. Similiter diaconi, si monachi non sunt, duos vel tres annos pœniteant. Sic & monachus sine gradu, si cum puella, annos tres. Si diaconus vel monachi sunt, quinque vel septem annos pœniteant: si sine voto, monachi cum puella novem annos vel decem pœniteant. Clericus sine voto monachi fornicatus, unum annum pœniteat. Si frequenter, duos annos pœniteat. Si cum canonica, duos annos; frequenter, tres. Si genuerit filium, plus pœniteat, id est quatuor vel quinque annos, alii dicunt septem exul fiat. Sic & virgo sanctimonialis cum laicis sine gradu, si clericus, qui canonici sunt unum annum; frequenter, duos. In gradu autem, sicut monachus, id est tres annos. Theodorus dixit: Monachus faciens fornicationem, & non invenit, unum annum pœniteat & dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos pœniteat. Laicus maculans se cum ancilla Dei, annos duos pœniteat. Si genuerit ex ea, tres annos pœniteat. Si sine conjugio sunt, tres quadragesimas; quidam quadraginta dies judicant, id est, consuetum. Item sodomitæ quidam, decem, id est, qui sæpe fecerit, vel in gradu quidam septem annos, quidam annum, ut mollis quidam centum dies, ut pueri, viri inter annos, si pueri duos annos. Qui cum pecude peccaverit, vel jumento, decem annos pœniteat, quidam septem, quidam tres, quidam unum, quidam centum dies, ut pueri. Oportebat discre-

* judicatur

* Nahum ex 70.

* Perturbari ordinem putat Ant. Aug. quod hæc ex diversis scriptoribus variis temporibus fuerint sumpta.

ANNO CHRISTI 748.

scretionem esse inter qualitatem pecudum, vel hominum, sicut supra diximus. Item episcopus, si cum quadrupede fornicaverit, octo annos pœniteat. Si consuetudo decem, presbyter quinque, diaconus tres, clericus duo.

IX. *De juramento.*

Qui juramentum fecerit in ecclesia, aut in evangelio, sive in reliquiis sanctorum, septem annos pœniteat. Alii duodecim annos judicant. Sive in manu episcopi aut presbyteri vel diaconi, sive in cruce consecrata, unum annum pœniteat. Alii tres vel quatuor judicant. Et in cruce non consecrata, unum annum, vel septem menses, ut aliis: qui autem seductus ignorans, & postea cognoscit, unum annum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies pœniteat. Si quis coactus pro qualibet causa necessitatis, tres quadragesimas, alii tres, annum unum, & ex eis in pane & in aqua, ut alii judicant. Item perjuri tres annos, qui suspicatur priusquam jumentum ducatur, & tamen jurat per consensum, duos annos pœniteat. Si quis in manu laici juraverit, apud Græcos nihil est.

X. *De abstinentia mulierum.*

Mulier abstineat se a viro suo, quando conceperit, antequam pepererit: & post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus, decem dies pœniteat, vel triginta, vel viginti. Qui in matrimonio sunt, abstineant se tres quadragesimas, & pœniteat, vel triginta, vel viginti. Qui in matrimonio sunt, abstineant se tres quadragesimas, & in dominica nocte, & in sabbato & feria quarta & tertia, qui legitime sunt, & tres noctes abstineant se, antequam communicent. Qui in quadragesima ante pascha cognoscit uxorem suam, & noluit abstinere, unum annum pœniteat, vel suum pretium reddat ad ecclesiam, vel pauperibus dividat, vel viginti sex soidos reddat. Si per ebrietatem vel aliqua causa accesserit sine consuetudine, quadraginta dies pœniteat. Mulier si divinationes fecerit, vel incantationes diabolicas, unum annum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies, juxta qualitatem culpæ. Mulier si aliquem interfecerit, imitantem maleficia sua, id est per poculum, aut per artem aliquam, quatuor annos pœniteat. Si paupercula, quatuor annos. Mulier si occiderit filium suum per homicidium, undecim annos pœniteat,

XI. *De auguriis vel divinationibus.*

Auguria vel sortes, quæ dicuntur falsa sanctorum, vel divinationibus observare, vel quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt, vel votum voverit * in arborem vel in quamlibet rem, excepta ecclesia, si clericus laici, excommunicentur ab ecclesia, vel tres annos clericus pœniteat, laici duo vel uno & dimidio. Mulier si filium suum supra tectum ponit, vel in fornacem, pro sanitate febrium, quinque annos pœniteat. Nolite exercere, quando luna obscuratur, ut clamoribus ac maleficiis sacrilego usu, se defensare posse confidunt. * Caragios & divinos præcantatores *, laici tres dies sine cerevisia vel vino & carne, alii duodecim dies. Si fidelis laicus sit, qui pro nequitia inebriat alterum, quadraginta dies pœniteat. Si vomitum facit infirmitatis causa, sine culpa est.

XII. *De ebrietate.*

Si per ebrietatem vel voracitatem evomuerit eucharistiam, quadragintas dies pœniteat clericus monachus, diaconus sexaginta, presbyter septuaginta, episcopus * centum decem. Si infirmitatis causa septem dies unusquisque: sine infirmitatis causa, sacrificii die quatuor dies: quidam psalterium, quidam bis psalterium * suum sacrificii die in ignem projecit, vel in flumine, centum psalmos cantet. Si canes comedunt talem vomitum, centum diebus, si scit: si non scit, quadraginta. Qui vero inebriantur contra præceptum Domini, si votum sanctitatis habent, (hoc est ebrietas, quando statum mentis mutat, & linguæ balbutiunt, & oculi turbantur, & vertigo erit, & ventris distensio, ac dolor sequitur) si clericus sit, quatuor dies pœniteat, monachus quatuordecim; diaconus quatuor hebdomadas, presbyter quatuor, episcopus quinque, prælati tres sine vino & carne.

XIII. *De eucharistia.*

Si quis eucharistiam negligentiæ causa perdiderit, unum annum pœniteat, tres quadragesimas, seu quadraginta dies pœniteat. Si sacrificium in terra ceciderit causa negligentiæ, quinquaginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, ut colorem non habeat, saporemque, viginti dies pœniteat vel triginta, vel quadraginta, & in * igne accendetur: cinis ejus sub altare abscondatur. Si usque ad terram ceciderit, unum diem pœniteat: si * stella arserit, altare ceciderit, triginta dies pœniteat. Qui in ecclesia modicam partem perdiderit, & non invenerit, viginti dies pœniteat, unoquoque die psalmos quadraginta cantet. Qui autem in * plebem suum chrismalem perdiderit, & non invenerit, quadraginta dies pœniteat, vel tres quadragesimas. Qui perfuderit * calicem in finem solemnitatis, triginta dies pœniteat.

XIV. *De diversis causis.*

Qui * creaturam perdiderit, ithus, tabulas, aut schedulam suam, sal benedictum, panem novum consecratum, vel aliquid huic simile, quatuor dies pœniteat. Qui morticinum insscius comederit, quadraginta dies pœniteat: si autem sciens, centum dies pœniteat. Qui * fraudatum comedit, & est inops vel hebes, quatuor dies pœniteat: sani autem & infirmi, si sciunt, quadraginta dies pœniteant. Qui sæpe faciunt, tres quadragesimas, vel annum. Qui comedit vel bibit intinctum a familiari bestia, id est cane, vel catto, & scit, centum psalmos cantet, vel unum diem jejunet. Si quis dederit alicui liquorem, in quo mus vel mustella mortua inveniuntur; si sæcularis, quatuor dies pœniteat, in cœnobiis trecentos psalmos cantet. Qui postea noverit quod talem potum biberit, psalterium * cantet. Si quis semicoctum comederit insscius, tres dies pœniteat, vel psalterium cantet. Sciens autem, quatuor dies pœniteat. Pro modico furto, triginta dies pœniteat in viginti annos. Pueri decem annorum aliquod furtum facientes, quatuor dies pœniteant. Si quis intinxerit manum in aliquo cibo, & non idonea manu, centum * palmadas emendetur. Si in farina aut in aliquo cibo sicco aut in pulte aut lacte coagulato mus vel mustella mortua inveniuntur, quod in circuitu ejus remanserit, projicietur foras: & quod reliquum est manducetur. Item qui autem, quod in pœnitentiale scriptum est, implere poterit, bonum est: qui autem non potest, consilium damus per misericordiam Dei in primitus pro uno die in pane & aqua quiquaginta psalmos * genu-

ANNO CHRISTI 748.

vel succos suis, vel sibi impendere tentaverit

* nonaginta: *facilis lapsus ex* XC. *in* CX.

* *hæc sic emendat Ant. Aug.* si suum sacrificium, &c.

* & vermis comburatur

* stillaverit & in alt. c.

* plebe.

* aliquid super altare de calice dum solemnitas missæ celebratur.

* cratheram *Ant. Aug.*

* furto aut fraude quæsitum. *Idem.*

* CL. psalmos.

* palmatis

* getibus flexis in ecclesia.

* vel persolverit ad arborem vel lapidem vel ad

* cariagios: *alibi dicuntur*, divini, divinatores, sacrilegi, sorticularii, &c.

* phylacteria etiam diabolica, & vel characteres diabolicos, vel herbas,

ANNO CHRISTI 748.

nuflectendo, aut ſine flexu ſeptuaginta pſalmos, intra eccleſiam, vel in uno loco per ordinem pſallat: & pro uno die valent ducentæ genufluxiones, vel unus denarius * pro die valet, & tres eleemoſynas tres pauperes valent: quidam dicunt quinquaginta * percuſſiones, quinquaginta pſalmi pro uno die valent. Id eſt hieme, in autumno, & in verno, centum percuſſiones vel pſalmos, & in æſtate, centum quinquaginta pſalmos vel percuſſiones. Item pro uno menſe, quod in pane & aqua pœnitere debet, pſalmos in * genuflexu, vel ſine flexu, id eſt ſexcentos octoginta, & poſtea omnes dies reficiant ad ſextam, niſi quarta & * & ſagimine ſexta feria jejunet ad nonam. A carne * & vino abſtineat ſe, alium cibum poſtquam pſallat ſumat. In ſecundo anno remiſſior pœnitentia erit, de natali Domini uſque in epiphania, & illos prædictos dies, qui ſupra ſcribuntur, qui impœnitentiæ non computantur. Item qui non poteſt ſic agere pœnitentiam, ſicut ſuperius diximus, in primo anno eroget in eleemoſyna ſolidos viginti tres, pro uno anno in pane & aqua, donet in eleemoſyna ſolidos viginti duos, & in unaquaque hebdomade unum diem jejunet ad nonam, & alium ad veſperum, & 3. quadr. in 2. viginti ſolidos, pro tribus annis octodecim ſolidos, quæ ſunt ſexaginta quatuor ſolidi. Potentes homines pro culpis criminalibus faciant, ut Zachæus ait: *Domine omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, & ſi quid aliquid injuſti abſtuli, in quadruplum reddam*: & de mancipiis dimittat liberos, & captivos redimat, & a quo die deſinat peccare non deſinat communicare, ſicut apoſtolus ait: * *Qui per corpus peccat, per corpus emendat*, hoc eſt jejuniis & vigiliis, & orationibus ad Dominum, qui converſus fuerit, & omne malum fecit, in effundendum ſanguinem, in furto, in fornicatione, in mendacio, & juramento, & omnibus malis: & poſtea Deo ſervire vult uſque in finem, tres & duos annos pœniteat, vel quomodo ſacerdos judicet. Ipſe tamen cogitet de medicamento animarum, quomodo ſuam vel eorum animas ſervare valeat in erudiendo, in docendo ſanum ſermonem, quod qui bene miniſtrat, bonum gradum ſibi acquirit apud eum qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

ANNO CHRISTI 748.

* ſi pauper eſt: ſi dives tres denarii. * palmatas.

° genuflexo.

Luc. 19.

* non in epiſtolis S. Pauli ut nec illud quod vulgo jactatur *Per quæ quis peccat per hæc & punitur.*

xv. *Item de pretio anni, vel diei.*

* Primo anno quidam promiſerunt quatuor triduanas, interveniente una nocte. Alii ajunt duodecim triduanæ: hoc eſt ſemel in uno menſe triduanas quidam dixerunt. Quidam verberibus aut in vigiliis inſiſtendo, quattriduum: alii ſic, alii vero ſic. Pretium autem diei, hoc eſt * agapen, duobus vel tribus pauperibus. Alii totum pſalterium, id eſt in æſtate, in hieme vero, & in verno vel autumno quinquaginta pſalmos. Quidam duodecim plagas vel percuſſiones, vel plus minus, vel diſcernat tempora. Quidam in labore alieno, vel inflectendo quadraginta bis deſinat, quadraginta ter deſinat, 120. ſexies deſinat, & addetur 10. ſecundo 20. ſuperiori 30. ſi labor non ſit.

* Pro uno anno quidam permiſerunt

* agape

IN POENITENTIALE HIC DANDUM

JOANNIS DOMINICI MANSI

PRÆMONITIO.

Quod hic exhibeo Fœnitentiale Bedæ nomen in meo ad Concilia Labbei ſupplemento præfixi, quamquam a P. Martene Anecdot. tom. IV. abſque auctoris nomine in codice nongentorum annorum repertum evulgatum eſt. Rationes opinionis hujuſce meæ probabiles attuli. Cum tamen poſt operis mei evulgationem Ballerini in diſſertatione prævia ad Collectionem canonicam Queſnelli tom. III. Operum S. Leonis Magni parte IV. cap. VI. Num. III. ſententiam hanc meam rejecerint, nova hic luce exponendum ſuſcipio, atque, ut ambigens quidem, non ut certus de veritate defendo, quod & demonſtrat titulus, prout hic cernitur reformatus.

Principio igitur conſtare apud omnes arbitror opuſculi hujus Scriptorem Gregorii II. ætate vixiſſe, quod & ultro admittunt Ballerini, & non ambigua auctoris verba demonſtrant: item ex decreto Gregorii Junioris, qui nunc Romanam Catholicam gerit Matrem Eccleſiam &c. *tum ſubdit canones Romani Concilii ſub Gregorio II. celebrati.*

In Anglia, vel pro Anglis ſcripſiſſe ſuadent multa. Canonem Hibernenſem nudo tantum Synodi nomine deſignat: Synodus ait; *quod Anglico Scriptori melius convenit, quam Gallicano, cui Pœnitentiale iſtud Ballerini aſſignant. Satis multa ex S. Gregorio, Anglis in primis charo, affert; inter Pœnitentialia unicum Theodori nominat, reliquis omnibus omiſſis, idque paſſim excerpit quod peculiare eſſe Anglicis ſcriptoribus ex libello* de remediis peccatorum, *& ex Pœnitentiali Ecgberti facili intelligimus. In toto etiam opuſculo congrua omnia cum Anglicanæ Eccleſiæ diſciplina apparent, nihilque ab ea diſcrepans reperies, facta collatione ejus cum Capitulis Theodori, & Sanctionibus Ecgberti. Demum ſingulare erat tunc temporis Anglis conjugia in quarto cognationis gradu inter rudes & imprudentes compoſita minime ſeparare, quod illis diſpenſatione quadam a S. Gregorio in celebri ad Auguſtinum epiſtola conceſſum eſt. Lege quomodo ea de re auctor opuſculi loquatur*: invenimus etiam in aliorum decretis, quod ſi neſcientes, ſicut aſſolet, eccleſiaſticam conſtitutionem pro negligentia noſtri temporis Sacerdotum in quarto vel quinto, vel ſexto gradu cognationis, ideſt conſanguinitatis in conjugio copulati fuerint, non ſeparentur; ſed tamen iſtud non illegitime, ſed venerabiliter conceſſum eſſe noſcatis. *Cui alteri niſi Anglis conceſſum eſt? lege epiſtolam S. Gregorii ad interrogationes Auguſtini.*

Ex his quæ hucuſque ſtabilivi valida conjectura pro Beda deducitur. Scriptum eſt opuſculum Beda adhuc ſuperſtite, quem vitam prorogaſſe uſque ad exitum Gregorii II. Pagius in critica ad an. 731. demonſtrat; agitur de Anglo ſcriptore Operis Pœnitentialis, cujus argumenti ſcriptum ex Beda prodiiſſe veteres omnes, ac præſertim Burchardus lib. XIX. cap. IV. affirmant. Nullus eſt aliud hucuſ-

que productus Penitentialis qui eidem auctori melius congruat. Quid inde inferendum sit viderint Eruditi.

ANNO CHRISTI 748.

Insuper Gregorius III. in suis excerptis ex Patrum dictis, & canonum sententiis *fatetur illa se dedisse accepta ex Isidoro, Augustino, Gregorio, Beda, Gelasio, Innocentio, Theodoro, Cassiano, Ecgberto*, vel cæteris; *constat vero Gregorium opusculum istud vidisse, atque ita decerpisse ut verba ipsa retineret. Nunquam vero commisisset ut auctorem scriptionis e qua tantum profecit silentio supprimeret si nosset. Ignorasse autem credibile non est, neque enim ignoti auctoris opere adeo familiariter utendum sibi censuisset. Ex iis quos nomine compellat præter Patres, & Pontifices, sunt Beda, Theodorus, Ecgbertus. Quæ e Theodoro, & Ecgberto data scimus; reliqua ergo quæ non sunt ex Patribus & Summis Pontificibus ac verbis ipsis cum Pœnitentiali hoc congruunt, Bedæ debentur. Congruentiæ hujus exemplum unicum profero. Gregorius pœnitentiæ discrimina varia sic enumerat*: prima itaque est remissio qua baptizamur in aqua; secunda charitatis effectus; tertia eleemosynarum fructus; quarta perfusio lacrymarum; quinta afflictio cordis, & corporis; sexta emendatio morum, hoc est abrenunciatio vitiorum; septima intercessio sanctorum; octava misericordiæ, & Fidei meritum; nona conversio, & salus aliorum; decima indulgentia, & remissio nostra; undecima passio martyrii, spes unica salutis, indulgentiæ, & latroni cruento respondente Domino: Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso. *Accepta hæc ex Cassiano esse Collat. XX. Cap. VIII. Harduinus monuit; verum nec omnia ex illo, nec ipsis Cassiani verbis. Eadem recurrunt in nostro Pœnitentiali non tantum cum adjunctis quæ in Gregorio leguntur, nec in Cassiano apparent, sed iisdem verbis utrinque in Gregorio scilicet, & in Pœnitentiali. Latius quidem excurrit Pœnitentialis Auctor sed hæc latiora Gregorius resecavit, prout se præstitisse in præfatione ad canones istos suos profitetur. Quin & apud eundem Anonymum sana sunt quæ in textu Gregorii vitiatam lectionem ferunt, ut ad canones eosdem Gregorii adnotabo. Recurrunt quidem ista etiam in Pœnitentiali Ecgberti lib. I. Cap. II. sed aliis verbis quam sint in Gregorio; cum vicissim Gregorius eadem Anonymi verba retineat. Sexcenta id generis alia offerre pronum esset ad demonstrandum libellum hunc a Gregorio III. visum, espilatumque fuisse. Quis vero credat auctori libelli tam sæpe in suum succum traducti, ætate sua florentis nomen vel ignorasse Gregorium, vel agnitum innominatum præteriisse?*

At inquiunt Ballerini, Burchardus in lib. XIX. & Pœnitentiali Bedæ canones affert quatuor, eorumque nullus in Pœnitentiali Anonymi occurrit. Forte ita erit in Burchardo excuso; at in meo codice Sæculi, quantum conicio, XII. bis tantummodo Bedæ Pœnitentiali laudatur; semel in capite, ut ibi signatur, XVIII. incipiente sciendum est &c. *itemque totidem verbis Anonymo nostro respondet. Iterum vero in capite ibi CXLVI. quod in nullo Pœnitentiali reperi, sed Burchardi ætate libellus iste Bedæ interpolationibus vitiatus circumferebatur, teste eodem Burchardo, Lib. XIX. Cap. VIII. his verbis:* Sed in Pœnitentiali Bedæ plura inveniuntur ab aliis inserta quæ nec canonibus, nec aliis Pœnitentialibus conveniunt. *Ex additiciis unum forte haberi potest canon iste sub Bedæ nomine a Burchardo productus incipiens:* Multi quod non sine dolore dicendum est &c. *Hæc a me olim animadversa, & nunc diligentius expensa induxerunt ut anonymam hanc collectionem Bedæ adscriberem quod & nunc facio hæsitatione tamen quadam adjecta propter auctoritam tantorum Virorum, qui sententiam meæ oppositam tuentur.*

ANONYMI FORTE BEDÆ CANONES POENITENTIALES.

Ex Suppl. Mansi. Pag. 566 Ex Marten. Anecdot. tom. IV. col. 31.

Conc. Carth. IV. can. 74.

UT Sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges injungat.

Ibid. can. 75.

Item. Ut negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

Ibid. can. 76.

Item. Is qui penitentiam in infirmitate petiit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit; dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & si continuo credatur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus eucharistia: si supervixerit, commoneatur a supradictis testibus petitionibus suis satisfactum esse, & subdetur statutum pœnitentiæ tempus, quandiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. *

* Hæc omnia iisdem verbis Gregor. c. 32.

Car. can. 79.

Item. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

Item. Pœnitentes, quantum leges pœnitentiæ exsequuntur, si casu in itinere vel in mare mortui fuerint, ubi eis sacerdos subvenire non potuerit, memoria eorum & orationibus, & oblationibus commendentur.

In Concilio Hipone regio de pœnitentibus.

Secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & ut presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cujuscumque autem pœnitentis publicum aut vulgatissimum crimen est, quod universam ecclesiam commoverit, ante absida ei manus imponatur.

In decretali Innocentii episcopi.

Epist. ad D centium Fi gubinum ep scopum ca 12.

De pœnitentibus autem qui sive ex gravioribus commissis sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla intervenit ægritudo, ut feria ante pascha ei remittendum, Romanæ ecclesiæ consuetudo monstrat. Cæterum de ponderе æstimando delictorum sacerdoti est judicare, ut adtendat ad confessionem pœnitentis & adflictus ac lacrymas corrigentis; ac tunc jubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem suam, vel si quis ægritudinem incurrerit, atque usque desperationem devenerit, ei ante tempus relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

In concilio Nicæno de morituris lapsis.

Conc. Nic can. 12.

De his qui vita excedunt, vetus lex observetur etiam nunc, ut morituro & desideranti eu-

eucharistia non negetur ; ea tamen conditione, ut si supervixerit, non communicet, nisi statutum pœnitentiæ tempus impleverit, vel si episcopus probabili causa concesserit. ANNO CHRISTI 748.

In concilio Arausico.

Conc. Arausi. II. can. 3. Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatura manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit consolationi secundum definitiones patrum, qui hujusmodi communionem congruentem viaticum nominarunt, ut si supervixerint stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.

In concilio Arlatinsi.

Conc. Arelat. II. can. 22. De his qui in præsenti vita positi excesserunt, placuit nullum a communione vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honoravit pœnitentiam, oblatio illius suscipiatur.

In epistola S. Innocentii episcopi.

Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur: & si aut comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, non recipiantur. Juvenibus autem non facile pœnitentia committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

De pœnitentibus propter ruinam.

Statuitur ut Abbas videat, cui a Deo tribuitur potestas alligandi & solvendi, si aptior est ad veniam juxta scripturæ exempla, si cum lacrymis & lamentatione & lugubri veste sub custodia melior est pœnitentia brevis quam longa & remissa cum tempore mentis.

De pœnitentia intima.

Theodori c. 22. Spicil. tom 9. Pœnitentes secundum canones non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ : nos autem pro misericordia miserantis Dei post annum vel sex menses licentiam damus.

Excarpsum de epistola papæ Leonis.

Leo. epist. 2. ad Rust. Narbon. c. 7. De his qui in ægritudine pœnitentiam accipiunt, & cum relevaverint agere nolunt ; culpanda est talium negligentia, sed non penitus deserenda, ut crebris cohortationibus incitati, quod necessarii expetierunt, fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

Ibid. cap. 8. *Item.* De his qui jam deficientes pœnitentiam accipiunt, & ante communionem moriuntur, horum causa ad judicium reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium differatur. Nos autem quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non possumus.

Cælestinus papa de ultima pœnitentia.

Epist. 2. ad Galliæ episcopos c. 2. Perdidisset latro præmium in cruce ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset ; & cum esset in pœna pœnituit, & per hujus sermonis professionem habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conversione in ultimis positorum mente potius est æstimanda, non tempore, Propheta hoc taliter adhibente, *in quocumque die conversus fuerit peccator, vita vivet.* Et iterum : *cum conversus fueris, ingemueris ; tunc salvus eris.* Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille obliget judicii, cui occulta omnia noverit revelari. ANNO CHRISTI 748.

De cura pro mortuis.

De quatuor modis quibus vivi adjuvant mortuos, Origenes ait : animæ defunctorum quatuor modis solvuntur, aut oblationibus presbyterorum aut episcoporum Deo, aut prece sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut jejunio carorum.

De his quibus offerre debet Synodus ait.

Canones Hibern. lib. 15 cap. 2. Quatuor modis offert ecclesia pro animabus defunctorum, pro valde bonis gratiarum actiones, in quibus nihil habet quod debeat ; pro valde malis consolationes vivorum ; pro non valde malis, ut tolerabilior fiat damnatio ; pro non valde bonis, ut plena remissio fiat.

Item Augustinus ait.

Libr. de octo quæst. Dulcitii quæst. 2. n. 4. Tria genera oblationis sunt, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, hoc est, Deo gratias agunt quod bene vixerunt ; pro non valde malis propitiationes, quibus prosunt sacrificia, si tamen aliquod meritum præparaverunt in vita ; pro valde malis si nulla sunt adjumenta mortuorum, tamen consolationes sunt virorum, idest pauperum sunt.

Synodus Romana.

Valde boni non egent remedio post mortem, quia seipsos in vita sua liberaverunt. Pro valde malis non est necesse, quia de his judicatum est non esse fructuosum, nisi tantum eleemosyna accipienda a vivis & pauperibus dividenda. Pro non valde malis & pro non valde bonis, oblatio & oratio & eleemosyna & jejunium danda sunt, si tamen in vita professi sunt quod crediderunt.

De sacrificando pro mortuis Gregorius in vita patrum.

Lib. 4. Dial. cap. 50. Cui peccata gravia non deprimunt, prodest mortuis sepeliri in ecclesia, quia cum eorum proximi ad sacra loca venientes sepulchra eorum aspiciunt, pro eis preces Domino fundunt. Cui vero peccata deprimunt, ad majorem damnationis cumulum in ecclesia ponuntur.

Item Gregorius.

Ibid. c. 55. Ii quibus peccata dimissa non fuerunt, sacris locis adjuvari post mortem non possunt.

Ibid. c. 55. *Item*, vides quod sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

De vexatis a diabolo.

Si homo vexatus est a diabolo, & nescit aliquid, nisi ubique discurrere, & occidit semetipsum quacumque causa, potest ut oretur pro eo, si ante religiosus erat : si pro desperatione, aut pro timore aliquo, aut pro causis incognitis, Deo relinquimus hoc judicium, & non ausi sumus orare pro illo. Qui se occiderit propria voluntate, missas pro eo facere non licet, sed tantum orare, & eleemosynas largiri. Si quis subita tentatione mente sua exciderit, vel per insaniam seipsum occiderit, quidam pro eo missas faciunt.

Petrus in libris Clementis.

Unusquisque in sua potestate habet breve, aut longum pœnitentiæ suæ tempus exigere ; & ideo in vobis est quod non velitis ad nostram convenire mensam. *Item.* Fieri potest ut multi temporis negligentiam brevis & assidua reparet diligentia. *Item.* Nullus putet quod in temporis longitudine documentum conversionis ostenditur & non devotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt men-

tes, qui non temporum rationem collegit, sed amorem. *Joannes Caſſianus ait :* Reminiſcamur David duo tam gravia, & tam immania crimina pœnitudinis ſermone deleta.

ANNO CHRISTI 748.

Gregorius. Cauſæ penſandæ: & tunc ligandi atque ſolvendi poteſtas exercenda eſt. *Auguſtinus ait* : Non nocent mala præterita, ſi non placent præſentia, præcipue ſi multis eleemoſynis fuerint expetita.

De inceſtis canones Arelatenſes cap. X.

Conc. Arel. 2. can. 10. De his qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles & prohibentur nubere, placuit ut quantum poſſit conſilium eis detur, ne alias uxores viventibus uxoribus ſuis, licet adulteris, accipiant.

Canon Neocæſarienſis.

Concil. Neoc. can. 2. Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem : veruntamen in exitu propter miſericordiam, ſi promiſerit quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quod ſi defecerit vir aut mulier, in talibus nuptis difficilis erit pœnitentia, in vita permanente.

Canones Apoeninſes.

Conc. Epaon. can. 30. Inceſtis conjunctionibus nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtus vero, nec ullo conjugum prævalendus præter illos quos nominare funeſtum eſt, hoc eſſe cenſuimus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit, ſi quis frater germanus ſorores accipiat, ſi quis novercam duxerit, ſi quis conſobrinæ ſe ſociet, quod ut a præſente tempore prohibemus, ita ea quæ ſunt anterius non ſolvimus ; ſi quis relictæ avunculæ miſeratur, aut patrui, aut privignæ, id eſt philaſtria concubitu polluatur, ſine quibus conjunctio illicita habeatur, interdicitur eundi melioris conjugii libertatem.

Interrogatum Auguſtini ſi debeant duo germani fratres ſinguli ſorores accipere, quæ ſunt ab illis longa progenie generati.

Reſpondit *Gregorius*. Hoc fieri modis omnibus licet : nequaquam enim in ſacris eloquiis invenitur quod huic capitulo contradicere videatur.

Et in alio loco.

Duo fratres duas ſorores in conjugio poſſunt habere, quidam pater & filius matrem & filiam.

In tertia propinquitate carnis licet nubere ſecundum Græcos.

Capit. Theodori m. 13. & 112. Sicut in lege ſcriptum eſt, in quinta ſecundum Romanos: tamen in tertia non ſolvunt poſtquam factum fuerit. Ergo in quinta generatione conjungantur, quarta ſi inventi fuerint, non ſeparantur, tertia ſeparantur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere poſt obitum ejus.

Dicta Eſydori.

Iſidor. lib 9. Origin. c. 7. Beatus *Eſydorus* de conſanguinitate ſic loquitur: cujus ſeries VII. gradibus dirimitur hoc modo. I. filius & filia. II. nepos & neptis. III. pronepos & proneptis. IV. abnepos & abneptis. V. adnepos & adneptis. VI. trinepos & trineptis. VII. trinepos filius & trineptis filia. Hæc conſanguinitas dum ſe paulatim propaginem ordinibus dirimens uſque ad ultimum gradum ſeſe ſubtraxerat, & propinquitas eſſe deſierat, eam rurſus lex matrimonii vinculo repetit, & quodam modo revocat fugientem. Ideo autem uſque ad ſextum generis gradum conſanguinitatis conſtituta eſt, ut ſicut ſex ætatibus mundi generatio & hominis ſtatus finitur : ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

ANNO CHRISTI 748.

Huc uſque Eſydori procedit ſententia.

Item ex decreto papæ Gregorii minoris, qui nunc Romanam catholicam gerit matrem eccleſiam, quid de hac cauſa quam inquiritis ſanxerit ſancta & vera auctoritas intimamus.

I.

Si quis presbyter duxerit uxorem, anathema ſit.

II.

Si quis monacham, ſeu Deo ſacratam, quam Dei ancillam appellant, in connubium duxerit, anathema ſit.

III.

Si quis commatrem ſpiritualem in conjugium duxerit, anathema ſit.

IV.

Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema ſit.

V.

Si quis neptem in conjugium ſociaverit, anathema ſit.

VI.

Si quis novercam aut nurum duxerit in conjugium, anathema ſit.

VII.

Si quis conſobrinam in conjugium duxerit, ſimiliter anathema ſit.

VIII.

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit duxerit in conjugium, anathema ſit.

Huc uſque ex decreto prædicti papæ.

Invenimus etiam in aliorum decretis, quod ſi neſcienter, ſicut adſolet, eccleſiaſticam conſtitutionem per negligentiam noſtri temporis ſacerdotum, in quarto, vel quinto, vel ſexto gradu cognationis, ideſt conſanguinitatis in conjugio copulati fuerint, non ſeparentur; ſed tamen iſtud non inlegitime, ſed venerabiliter conceſſum eſſe noſcatis. Idcirco prius cavendum eſt ne hoc omnino proveniat. In tertio vero vel ſecundo, quod abſit, gradu ſi contigerit talis copula: ſeparari oportet.

Hi ſunt dies qui non computantur in pœnitentia. Dies dominicus, Natale Domini, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio Domini, Pentecoſten, S. Joannis Baptiſtæ, S. Mariæ, & SS. duodecim Apoſtolorum, vel S. Martini, & veneranda feſtivitas Sancti, qui in ipſa provincia corpore requieſcit.

De conſanguinitate in conjugio.

Intellige quid lex loquitur, nec minus, nec plus. Quod autem obſervatur apud nos, ut quatuor genera dividantur, nec vidiſſe dicunt nec legiſſe, ut pœnitentia ſemper iſto modo ſervata ſit, ab uno anno & deinceps de qualicumque peccato, ideſt in unaquaque hebdomada III. dies ſine vino & med. & ſine carne, & jejunet uſque ad veſperum, & manducet de cibo ſicco & tres quadrageſimas ſemper de ſicco cibo, & jejunet tres dies ad nonam, & tres dies ad veſperam.

Clerici ſive laici ebrietatem & ventris diſtentionem in omnibus caveant. Faciant quod Apoſtolus dixit: *Sive manducatis, ſive bibitis, vel quidquid facitis, omnia in gloria Dei facite.* Tunc ergo digna pœnitentia eſt, ſi hoc impleatur.

De

ANNO CHRISTI 748.

De laude in matrimonio.

Non omnis mulier viro conjuncta uxor est viri; quia nec omnis filius mulieris est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima & inter æquales, multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera; propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit in Genesi, ubi dicitur: *Ejice ancillam & filium ejus, non erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac.*

Augustinus ait qualis esse debeat uxor quæ habenda est.

Id est si viro casta, si desponsata in virginitate, si dotata legitime, & a parentibus tradita, & a sponso & paranymphis ejus accipienda. Ita secundum legem & evangelium publicis nuptiis honeste in conjugium legitime sumenda est, & omnibus diebus vitæ suæ, nisi ex consensu & causa vacandi Deo nunquam a viro suo separanda est, excepto fornicationis causa. Si enim fornicata fuerit, relinquenda est; sed illa vivente altera non ducenda est, quia adulteri regnum Dei non possidebunt.

De adulterio.

Vir qui uxorem suam invenit adulteram, & non vult dimittere eam; sed in matrimonio suo adhuc habere; annos II. pœniteat, & jejunia religiosa exerceat. Et quandiu ipsa pœniteat, abstineat se a matrimonio ejus, quia adulterium illa perpettaverit.

Item.

Maritus qui cum uxore sua dormierit, lavet se antequam intret in ecclesia.

Item.

Mulier adultera si est, & vir ejus non vult habitare cum illa; si vult illa monasterium intrare, quartam partem suæ hereditatis obtineat: si non vult, nihil habeat.

Item.

Si vir & mulier conjunxerint se in matrimonio; & postea dixerit mulier de viro non posse nubere cum eo; si quis potest probare quod verum dicit, accipiat alium.

Ab hostibus captæ.

Cujus uxorem hostis abstulerit, & non potest repetere eam; licet ei aliam accipere, melius est quam fornicare. Si postea redditur uxor, non debet recipere eam, si aliam habet; sed ipsa accipiat alterum virum, si unum ante habuerit; eadem sententia stat de servis transmarinis.

In alio loco synodus Anquirinensium.

Mulieres quæ abortivum faciunt antequam animam habeant, & postea, idest post XL. dies accepti seminis: ut homicidæ pœniteant, idest III. annos in IV. feria, & VI. & in tribus quadragesimis, missi ante XL. dies I. annum pœniteant.

Et in alio.

Conc. Ancyr. can. 20. Mulieres vero quæ fornicantur, & partus suos necant; sed ex his qui agunt secum & in utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eos ab ecclesia removet; humanius autem nunc devenimus, ut his X. annis tempus pœnitentiæ tribuatur.

Augustinus. Quæcumque mulier aut partum suum disperdit, aut filium necavit, homicidium perpetravit. Mulier sive vir consentiens in hoc peccato VII. annos pœniteant.

Hieronymus ait. Quæcumque mulier hanc detestationem fecerit, rea ab his constituitur, aut suæ animæ aut homicidii. Inde XIV. annos pœniteat.

ANNO CHRISTI 748.

Hieronymus ait: Pudet dicere, proh nefas! triste quod verum est, erecta cervice & ludentibus pedibus incedunt & reliqua.

Aliæ vero sterilitatem bibunt, & nec damnati hominis homicidium faciunt.

Canon Aquirinensium.

Qui auguria, auspicia, quæ sive somnia vel divinationes quaslibet secundum mores gentium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt in exquirendis aliquam artem maleficiorum, aut in domos suas inlustrent; confessi pœniteant. Si de clero sunt, abjiciantur; si vero sæculares V. annos agant pœnitentiam secundum regulas antiquas constitutas. Conc. Ancyr. can. 23.

Theodorus.

Si mulier divinationes vel incantationes diabolicas fecerit; in canone V. annos, & nunc I. annum vel tribus quadragesimis, vel XL. dies juxta qualitatem culpæ pœniteat.

Si quis mathematicus fuerit, per invocationem dæmonum mentes tulerit, V. annis pœniteat, III. ex his pane & aqua.

Si quis emissor tempestatum fuerit, VII. annos pœniteat; III. ex his in pane & aqua.

Si quis ad fanum communicaverit, XL. diebus pœniteat in pane & aqua.

Si quis de maleficio suo aliquem perdiderit, VII. annis pœniteat, III. ex his in pane & aqua.

Si quis per amorem veneficus sit, & neminem perdiderit; si clericus, annum I. pœniteat in pane & aqua: laicus dimidium annum pœniteat.

Maxime si per hoc mulieris partum quisque deceperit; III. annos unusquisque superaugeat in pane & aqua, ne homicidii reus sit. * Mulier si qua ponit filium suum supra tectum, vel in fornacem, pro sanitate febris, V. annos pœniteat. *Greg. ca. 23.

De fornicatione, & reliqua ingenia, & immundas pollutiones. Moyses: non commiscendum cum masculo coitu femineo, & subditur; ambo moriantur.

Item in canone Apostolorum.

Episcopus, presbyter, Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio aut furto captus est, deponatur: non tamen communione privetur: quia non judicat Dominus bis in idipsum. Can. apost. 24.

Si quis pontifex fornicationem faciens naturalem; X. annos pœniteat, per multas lacrymas & eleemosynas veniam a Domino petat, post annos III. vel IV. levius pœniteat.

Si quis fornicaverit sicut sodomitæ fecerunt, X. annos pœniteat; tribus integris. Alii sodomitæ VII. annos, & molles sicut mulier adultera VII. annos peniteat. Qui semen aut sanguinem biberit, III. annos peniteat. Greg. can. 21.

Si quis semen in os miserit, VII. annos pœniteat: alii judicant per consilium III. Qui sæpe fecerit fornicationem, primus canon judicat X. annos. Secundus canon VII. annos, sed pro infirmitate hominis per consilium dixerunt III. annos pœniteat.

Pueri se invicem manibus inquinantes dies XL. peniteant.

Pueri inter fœmora fornicantes, annum I. iterantes, annos II. pœniteant.

Puer parvulus oppressus a majore hebdomadam unam peniteat. Si consenserit, XL. diebus.

Vir

Vir semetipsum coinquinans primum c. die- A vulneris cui inflixit tribuat, ne læsus scandali-
ANNO CHRISTI 748. bus, iterans, annum I. pœniteat.

Si quis fornicationem aut immunditiam fecerit, laicus III. annos, clericus V. subdiaconus VI. diaconus VII. presbyter X. episcopus XII. molles uno anno pœniteant.

Si quis frater cum fratre fornicationem faciens per commixtionem carnis, XII. annos ab omni carne se abstineat.

Qui cum sorore sua fornicatur, XII. annos pœniteat: alii XV. judicant.

Si cum matre fornicaverit, XV. annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi diebus dominicis.

Si mater cum filio suo parvulo fornicationem imitatur, annos III. pœniteat, & III. B quadragesimas & legitimas ferias.

Moyses. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo.

Canon. Qui cum pecoribus coierit, XI. annos pœniteat. Quidam dixerunt per consilium VII. quidam III. quidam I. quidam cum duobus ut pueri. Oportet discretio esse inter qua-
Greg. ca. 22. litatem pecudis vel hominum. * Animalia ad alia coitum hominum polluta, occidantur, carnesque canibus projiciantur, sed coria adsumantur. Ubi autem dubium est, non occidantur.

De occisione canon Anquirinensium.

Conc. Ancyr. Can. 21. & 22. Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidam se jugiter mittant, circa exi- C tum autem vitæ communione digni habeantur. Eos vero qui non voluntate, sed casu homicidium perpetraverint, hæc vero humani ordinatio quinquennii tempus tribuat.

Qui occiderit monachum, vel clericum, arma relinquat, & Deo serviat, vel VII. annos pœniteat.

Greg. III. can. 3. Qui autem episcopum aut presbyterum occiderit, rege judicandus est.

Si laicum alterum occiderit meditatione odii, vel possidendæ hereditatis ejus; anno VII. pœniteat sine carne & vino. Si per iram subitam & rixam, III. annos pœniteat.

Qui ad homicidium faciendum consenserit, & factum fuerit; VII. annos pœniteat; III. in- D tegros. Si autem voluerit & non potuerit; III. annos pœniteat.

Si quis alium aliter percusserit, & sanguinem effuderit, XL. dies pœniteat, & vulnus restituat. Si diaconus, VI. menses. Si presbyter unum annum pœniteat.

Greg. ibid. Qui occiderit hominem XL. dies abstineat ab ecclesia. Si quis pro ultione proximi hominem occiderit; pœniteat sicut homicida III. vel VII. annos. Si tamen reddere vult propinquis pecuniam æstimationis, levior erit pœnitentia, idest dimidio spatio. Similiter qui occiderit hominem publico bello, vel per jussionem domini sui XL. dies pœniteat.

Si quis liber jubente majore suo innocentem; E annum I. pœniteat; & sequentes II. quadragesimas & legitimas ferias.

* Greg. ca. 20. * Qui per rixam in ictu debilem vel deformem hominem reddiderit; impensas in medicos & maculæ pretium, & opus ejus donec sanetur restituat, & dimidium annum pœniteat. Si vero non habet unde restituat, hic annum integrum.

Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere, II. hebdomadas pœniteat; si clericus fuerit VI. menses, quod & si vulneraverit, dies XL. sed & pecuniam pro modo

ANNO CHRISTI 748.

Si quis clericus homicidium fecerit, & proximum suum occiderit X. annos exul pœniteat: post hos recipiatur in patriam, si pœnitentia comprobatur episcopo, ut & satisfaciat parentibus ejus quem occidit, vicem filii reddat. Si autem non satisfaciat parentibus ejus quem occidit, vicem filii reddat. Si autem non satisfaciat parentibus illius, nunquam recipiatur in patriam; sed more Cain vagus & profugus sit super terram.

Mater si occiderit filium suum, LX. annos pœniteat, & nunquam mutet nisi in die dominico.

Mulier paupercula si occiderit filium suum, Greg. c. 5. VII. annos pœniteat. In canone dicitur, si homicida sit, X. annos pœniteat.

Si moritur infans sine baptismo, III. annos habens; pater & mater III. annos pœniteat, I. ex his in pane & acqua.

Infans, infirmus & paganus commendatus presbytero, si moriatur sine baptismo, presbyter deponatur. Si negligentia sit parentum, I. annum pœniteant.

Qui necat filium suum sine baptismo, in canone X. annos pœniteat, per consilium VII. annos.

Si moriatur sine nece hominis & sine baptismo, III. annos pœniteat.

Qui homicidium vel furtum commiserit, & C non composuit illis quibus nocuit: quando confessus fuerit episcopo vel presbytero peccata sua, debet illis aut propria reddere, vel componere. Si vero non habuerit substantiam unde componere potest, vel nescierit quibus nocuerit, plus augeat pœnitentia.

De furto. Greg. cap.

Si quis furtum capitalem commiserit, idest quadrupedia, vel casas effregerit, aut quodlibet meliore præsidium furaverit, V. annos pœniteat, III. integros.

Qui sæpe furtum fecerit, VII. annos pœni- Ibid. teat, aut quomodo judicaverit sacerdos. Qui vero de minoribus furtum fecerit, III. annos D pœniteat.

Si quis aliquid de ministerio ecclesiarum vel qualecumque opus, quolibet modo fraudaverit, vel neglexerit, VI. annos pœniteat.

Faciens furtum semel I. annum: si iterum, duos annos. Si puer, XL. diebus, XX. diebus, ut asserit æqualitas eruditionis.

Si quis servum aut quemcumque hominem quolibet ingenio in captivitatem duxerit aut transmiserit; III. annos pœniteat in pane & aqua.

Si parvulus annorum decem aliquod furtum Ibid. fecerit, VII. dies pœniteat. Si autem post annos XX. aliquid furtum fecerit, X. dies pœniteat.

De juramento. E

Perjurium qui fecerit in ecclesia XI. annos pœniteat. Qui vero pro necessitate coactus, III. quadragesimas.

Neces in manus.

Si vero juraverit in manu episcopi vel pres- Greg. ca. 7. byteri, seu in altari, sive in cruce consecrata, & mentitus est, III. annos pœniteat. Si in cruce non consecrata, I. annum pœniteat.

Si quis juraverit in manu hominis, nihil est apud Græcos, nos secundum Christum, aut ex verbis tuis justificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis.

In-

Interrogatio Romana.

ANNO CHRISTI 748. De juramento, non jurare omnino hoc sequentia lectionis dicit non adjurandum esse per creaturam aliam, sed per creatorem, ut mos est prophetis, vivit Dominus, & vivit anima mea; & vivit Dominus cui adsisto hodie.

De contradictione.

Finis autem contradictionis ad juramentum est, sed Domino. Omne enim quod dominatur, hoc & adjuratur. Alii perjures III. annos pœniteant.

De contradictione duorum absque testibus, statuunt ut per sancta IV. evangelia antequam communicent testentur, qui adprobantur, & deinde sub judice famæ relinquantur.

Si quis perjuraverit VI. annos pœniteat, III. integros, ut & juret nunquam præterea. Si Greg. ca. 7. quis coactus pro qualibet necessitate, aut nesciens perjuraverit, tres annos pœniteat, I. integrum.

De escis immundis.

Qui manducat carnem immundam, aut a vulpibus dilaceratam, XL. dies pœniteat.

Qui manducaverit morticinas instius XL. dies pœniteat.

Qui animalis carnem cujus mortem nesciebat, tertiam partem anni cum pane & aqua vivat sine vino, & carne.

Qui manducaverit morticina sciens, C. diebus pœniteat.

Greg. ca. 30. Si quis venationem aliquam quocumque exercuerit: si clericus, annum I. si diaconus, II. si sacerdos, III. annos pœniteat.

Greg. ca. 29. Animalia quæ a lupis seu canibus lacerata, non sunt comedenda, nisi porcis & canibus. Nec cervus, nec capra, si mortui inventi fuerint. Græci autem carnem non dant morticinorum porcis suis. Pelles eorum ad calciamenta liceant; & lana & cornua accipere licet: tamen non in sanctum aliquid.

De Porcis.

Si casu porci comedent carnem morticinorum aut sanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec gallinos.

Porci ergo qui sanguinem hominis gustantes tetigerunt, manducantur; sed qui cadavera mortuorum lacerantes manducaverunt, carnem eorum manducare non licet, usque dum macerantur post annum.

Pisces autem licet comedere, quia alterius naturæ sunt. Aves vero & animalia cætera si in retibus strangulantur, non sunt comedenda; nec si accipiter oppresserit, si mortui inveniuntur, quæ IV. capitulo actus apostolorum: ita præcipiunt abstinere a fornicatione & sanguine suffocato & idolatria. Et cum non prohibent, consuetudo non est comedere. Leporem licet comedere; & bonum est pro disenterio; & fel ejus miscendum est cum pipere pro dolore omnimoda.

Animal vulneratum a bestiis & gustatum, licitum est manducare. Si homo prius illud animal vivum occiderit: si vero mortuum prius fuerit, dejiciatur caro ejus.

Si apes occidunt hominem, occidi debent festinanter; mel tamen non manducetur.

De ebrietate.

Greg. ca. 8. Si quis episcopus vel aliquis ordinatus in consuetudine ebrietatis vitium habuerit; aut desinat, aut deponatur. Si quis presbyter aut diaconus per ebrietatem vomitat, XL. dies pœniteat. Si laicus fidelis XV. dies pœniteat. Si monachus, XXX. dies pœniteat. Si clericus, XX. dies. Si fidelis laicus sic per negligentiam inebriat alterum, XL. dies pœniteat. Si vomitum facit infirmitatis causa, si non culpa est, aliter laici septem diebus, clerici vero vel subdiaconi III. diaconi IV. presbyter V. episcopus IV. ANNO CHRISTI 748.

Si per ebrietatem & voracitatem evomerit eucharistiam, XL. dies pœniteat. Clericus, monachus, vel diaconus XL. presbyter LXX. episcopus XC. Si infirmitatis causa, VII. diebus. Unusquisque sine infirmitatis causa sacrificii septem diebus, quidam psalterium, quidam bis psalterium.

Si vomitum sacrificii die in igne projecerit, vel in flumine, C. psalmos cantet.

B Si canes comedent talem vomitum, C. die- Greg. ca. 8.
bus sistit; si non, XL. diebus. Qui vero inebriantur contra præceptum Domini, si votum sanctitatis habent, hoc est ebriositas, * quando statum mentis mutant & linguam balbutit, Greg. ca. 8. totidem verbis.
& oculi turbantur, & vertigo erit, & ventris distensio, ac dolor sequitur, si clericus VII. septem diebus pœniteat, monachus XIV. diaconus IV. hebdomadas, presbyter VI. hebdomadas, episcopus V. laicus III. dies sine vino & carne.

De Eucharistia.

Greg. ca. 28. iisdem verbis. * Si quis Eucharistiam negligentiæ causa perdiderit, I. annum, vel III. quadragesimas, vel XL. dies pœniteat.

C Si sacrificium in terra ceciderit, causa negligentiæ, L. psalmos cantet.

Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, aut colorem non habet saporemque, XX. vel XXX. vel XL. dies pœniteat, & in ignem accendatur, cinis ejus sub altare abscondatur. Si usque ad terram ceciderit, I. diem peniteat.

Si stilla super altare ceciderit, III. dies peniteat.

Si mus comedit sacrificium causa incuriositatis, XXX. vel XL.

Qui in ecclesiam modicam partem perdiderit, & non invenit, XX. dies pœniteat, vel unoquoque die psalmos LXX. canet.

D Qui autem in plebe suum chrismal perdiderit & non invenit, XL. dies pœniteat, vel III. quadragesimas pœniteat.

Qui perfundens calicem in fine solemnitatis, XXX. dies pœniteat.

De diversis causis qui creaturam perdiderit, hoc est thus, tabulas, aut sedulam, sive sal benedictum, panem novum consecratum, vel aliquid huic simile, VII. dies peniteat.

Mus si ceciderit in liquorem; tollatur inde, & aspergatur liquor ille acqua benedicta. Si vero mortua fuerit, abjiciatur, sive lac sit, sive cervisia, vel aliquid hujusmodi.

* Quod si multum sit liquor ille, in quo Greg. c. 30.
mus, vel mustella incidens moritur, purgetur
E & aspergatur aqua sancta, & sumatur si necessitas sit.

Si aves stercorant in quemcumque liquorem; hujusmodi tollatur stercus, & mundatur cibus aqua benedicta, & sumatur.

Qui sanguinem nescius cum saliva bibit, non nocebit.

Qui manducat sanguinem proprium; polluitur; inscius non nocet: si autem sciens, pœnitentiam agat juxta modum pollutionis.

Si quis falsitatem commisit, VII. annos pœniteat. Qui autem consentit, V. annos pœniteat.

De

ANNO CHRISTI 748.

De alio pœnitentiali.

Detractionibus, laici VII. diebus, clericus II. hebdomadas, ſubdiaconus III. presbyter V. epiſcopus VII.

Item.

Si quis cum alio iram tenet in corde; ſicut homicida judicatur. Si non vult reconciliari fratri ſuo quem odio habet; tandiu in pane & aqua pœniteat uſque dum reconcilietur.

Synodus Arelatenſis.

Conc. Arel 1. Can. 50. Hi qui publicis inter ſe odiis exardeſcunt; & ab eccleſiæ conventu removendi ſunt, donec ad pacem recurrant.

De baptiſmo reiterato, & de opera die dominico.

Qui rebaptizati ſunt ignorantes, non indigent pro eo pœnitentia, niſi quod ſecundum canones non poſſunt ordinari niſi pro magna neceſſitate. Si autem non ignari iterum baptizati ſunt, quaſi iterum Chriſtum crucifixerunt, pœniteant VII. annos IV. & VI. feria, & in tribus quadrageſimis, ſi pro vitio aliquo fuerit. Si autem munditia licitum putaverint, III. annos pœniteant. Baptizati a presbytero non baptizato iterum debent baptizari.

Theodorus de opere die dominico.

Qui operantur die dominico, eos Græci prima vice arguunt; ſecunda tollunt aliquid ab eis; tertia vice tertiam partem de rebus, aut valupent, vel VII. diebus pœniteant.

De communicatione.

*Greg. ca. 30. * Si quis autem die dominico per negligentiam jejunaverit, hebdomada tantum debet abſtinere: ſi ſecundum, dies XX. Si poſtea, XL. Si per damnationem diei jejunaverit, ſicut Judæi abominantur ab omnibus eccleſiis catholicis. *Si autem contemſerit indicto jejunio in eccleſia, & contra decreta ſeniorum fecerit, ſi non in quadrageſima, XL. diebus pœniteat: Si autem in quadrageſima, annum peniteat: Si frequenter & in conſuetudine erit, exterminabitur ab eccleſia, dicente Domino: *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, & reliqua.*

*Ibid. totidem verbis.

De communicatione die dominico.

Theod. Cap. n. 72. Græci omni die dominico communicant, clerici & laici, & qui tribus dominicis non communicaverint, excommunicantur, ſicut canon habet. Romani ſimiliter communicant qui volunt; qui autem nolunt, non excommunicantur.

Synodus Agathenſis.

Can. 18. Sæculares vero qui in natali Domini & Paſcha & Pentecoſten non communicaverint; catholici eſſe non credantur.

De abſtinentia mariti.

Græci & Romani tribus diebus abſtinent ſe a mulieribus ante panes propoſitionis, ſicut in lege ſcriptum eſt. Infirmis licet omni hora potum & cibum ſumere quandocumque deſiderant, ſi opportuna non poſſunt manducare, non licet homini a ſervo ſuo tollere pecuniam ſine voluntate ejus, quem ille de labore ſuo adquiſierit. Viro licet in baptiſmo ſuſcipere feminam: feminæ vero non licet ſuſcipere virum.

De reverentia eccleſiæ.

Ligna eccleſiæ non debent ad aliud quid jungi niſi ad eccleſiam aliam, ſi neceſſe eſt, vel igne comburenda, vel ad perfectum in monaſterio fratribus: in laicali tamen opere non debent procedere, & in loco altaris crux ponatur.

Pro infantibus licet miſſas facere cui vult ante VII. annos. Si clericus pervenerit ad infirmum paganum, melior eſt baptizare cum aqua ſignata in nomine ſanctæ Trinitatis. ANNO CHRISTI 748.

De uſuris.

Si quis uſuris undique exierit, III. annos pœniteat, I. ex his in pane & aqua.

Si quis dilaturus fecerit quod deteſtabile eſt, III. annos pœniteat.

Si quis laicus per ignorantiam cum hæreticis communicaverit; ſtet autem cum cathecumenis, ideſt ſeparatus ab eccleſia, XL. diebus pœniteat.

Si in captivitatem per vim ducta, aut ductus redimi non poteſt, poſt annum poteſt accipere alterum virum.

Item.

Mulier nupta uni viro, quæ vovet Deo, ut poſt mortem viri non accipiat alium; eo mortuo, prævaricatrix voti, ſi acceperit alterum; iterumque nupta cum eo pœnitentia mota, implere vota ſua vult; non poteſtate viri ejus eſt utrum impleat, an non. Æger unam licentiam dedit nubere cum illo viro cui confeſſa eſt vota poſt X. annos.

Item.

Muliere mortua, licet viro poſt menſem alteram accipere.

Item.

Poſt annum licet mulieri tollere virum.

De voto mulierum.

Si quis maritus vel ſi qua mulier votum habens virginitatis adjungitur matrimonio, non dimittat illud, ſed pœniteat IV. annis. Mulieri non licet votum vovere ſine conſenſu viri ſui: ſed & ſi voverit, dimitti poteſt. Maritus non debet uxorem ſuam nudatam videre.

Item.

Quæcumque mulier adulterium perpetraverit, in poteſtate viri eſt ſi velit reconciliari mulieri adulteratæ. Si reconciliaverit; in clero non proficit. Vindicta illius ad primum virum pertinet, non ad regem.

Ad menſtruum.

Ad mulierem quæ patitur menſtrua non accedas. Si aperuerit fontem ſanguinis ſui moriatur. Greg. ſan. 25.

Greg. Audiſtis ut morte lex ſacra feriat. Si quis vir ad menſtruatam mulierem accedat. Nuncque tamen mulier, dum conſuetudinem menſtruam patitur prohiberi eccleſiam intrare non debet, quia ei naturæ ſuperfluitas ad culpam non valet reputari, & per hoc quod in vita patitur, juſtum non eſt ut ingreſſu eccleſiæ privetur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum patiebatur ſanguinis poſt tergum Domini humiliter veniens, veſtimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea ſtatim ſua infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit Domini veſtimentum tangere: cur cui menſtruum ſanguinis patitur, non liceat Domini eccleſiam intrare? Si dicis: illam infirmitas compulit medicamentum quidem contra ægritudines explorare. Greg. ibid.

Feminæ utique & menſtruus ſui ſanguinis fluxus ægritudo eſt. Si illa ſanguinaria conceditur ſanitas, cur non cedatur tunc mulieribus quæ naturæ ſuæ vitio infirmantur. Sanctarum communis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi.

Moyſes.

Si mixtus vir mulieri & lavari acqua debeat, & ante ſolis occaſum eccleſiam non intrare lex veteri populo præcepit, quæ autem intelligi ſpiritua-

ritualiter poteſt. Nunc autem vir cum propria A
ANNO CHRISTI 748. conjuge dormiens niſi lotus aqua intrare eccleſiam non debet ; ſed neque lotus intrare ſtatim debet. Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus uſus fuit poſt ammixtionem propriæ conjugis, & lavacri purificationem, & ab ingreſſu eccleſiæ paulum reverenter abſtinere : quia ipſa licita ammixtio conjugis ſine voluptate carnis fieri non poteſt. A ſacri loci ingreſſu abſtinendum eſt, quia voluptas ipſa eſſe ſine culpa nullatenus poteſt. Vigilanti vero mente penſandum eſt, quia in Sina monte Dominus ad populum locuturus, prius eundem populum abſtinere a mulieribus præcepit.

Greg. Si quis vero ſuam conjugem non cupidine voluptatis raptus, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur ; iſte profecto ſive de ingreſſu eccleſiæ, ſive de ſumendo Domini corporis ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus judicio, quia nobis prohiberi non debet, cum ei juxta præfinitam ſententiam etiam eccleſiam licuerit intrare. Hinc de pueris David dicitur, ut ſi a mulieribus mundi eſſent, panes propoſitionis acciperent: quos omnino non acceperunt, niſi prius eos mundos David a mulieribus fateretur. Tunc autem vir qui poſt ammixtionem conjugis lotus aqua fuerit, etiam ſacræ communionis myſterium valet accipere.

Poſt quos dies purificari debent.

Cum vero enixa fuerit mulier, qua die debeat eccleſiam intrare Teſtamenti veteris præceptione didiciſti, ut pro maſculo diebus XXXIII. pro femina autem LXVI. diebus debeat abſtinere. Quæ tamen ſciendum eſt quæ ei in myſterium accipitur. Nam ſi hora eadem qua genuerit actura gratias intrat eccleſiam, nullo peccati pondere gravatur. Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa eſt. In carnis commixtione voluptas eſt. Nam in prolis procreatione gemitus: unde & ipſi primæ matri omnium dicitur, *in doloribus paries*. Si itaque enixam mulierem prohibens eccleſiam intrare; ipſam ei pœnam ſuam in culpam deputamus.

De prægnantis baptiſmo.

Baptizare autem prægnantem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, ſi mortis periculo urgeatur, vel ipſa hora eadem qua gignit; vel hoc quod gignetur, eadem qua natum eſt, nullo modo prohibetur.

Greg. de purificatione poſt partum.

S. Greg. in Reſp. ad inter. S. Auguſtini. Ad ejus concubitum vir ſuus accedere non debet, quo ad uſque qui gignitur ablactetur. Prava autem conſuetudo in conjugatorum moribus ſurrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant; eos aliis mulieribus ad nutriendum tradant, quod videlicet ex ſola cauſa incontinentiæ videtur. Attamen niſi purgationis tempus tranſierit, viris ſuis non debent E
miſceri.

Theodorus.

Ergo cujus uxor eſt infidelis & gentilis, & non poteſt converti, dimittatur. Si mulier diſceſſerit a viro ſuo diſpiciens eum, nolens revertere, & reconciliari viro, poſt quinque annos cum conſenſu epiſcopi aliam accipere licebit uxorem.

Moyſes de nocturna pollutione.

Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomno, & niſi lotum aqua ei uſque ad veſperam intrare eccleſiam non concedit.

Gregorius in reſponſis Auguſtino.

Populus ſpiritualis intelligens ſub eodem intellectu accipiet, quia quaſi per ſomnium illudetur qui tentatus immunditia variis imaginibus in cogitatione inquinatur, ſed lavandus eſt aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluat, & niſi prius ignis tentationis recederit, reum ſe quaſi uſque ad verſperum agnoſcat. Sed eſt in eadem inluſione valde neceſſaria diſcretio, qua ſubtiliter penſari debeat ex qua re accedat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate : aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate evenerit, omnimodo hæc inluſio non eſt ei timenda, quia hanc animus neſcius pertuliſſe magis dolendum eſt, quam feciſſe. Cum vero ultra modum appetitus gulæ in fumendis alimentis rapitur, atque idcirco bonorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen uſque ad prohibitionem percipiendi ſancti myſterii, vel miſſarum ſolemnia celebrandi ; cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhiberi myſterium pro eo quod ſacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alii qui implere miniſterium valeant, inluſio per crapulam facta a perceptione ſacri myſterii prohibere non debet; ſed ab immolatione ſacri myſterii abſtinere, ut arbitror, humiliter debet, C
ſi tamen dormientis animam turpi imaginatione non concluſerit. Nam ſunt quibus ita plerumque inluſio naſcitur, ut eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus turpibus imaginationibus non fœdetur: qua in re unum ubi oſtenditur ipſa mens rea, non tamen vel ſuo judicio libera, cum ſe etſi dormiente vidiſſe tamen in virgiliis corporis meminit, corpore nihil meminit ingluviem cecidiſſe. Sin vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur inluſio dormientis, patet animi ſui reatus, videt enim a qua radice inquinatio illa proceſſerit : quia quæ cogitavit hæc pertulit neſciens.

Qui in ſomnis non volens pollutus ſit, ſurget canetque VII. pœnitentiales, ideſt : *Domine ne in furore tuo. Beati quorum. Domine ne in furore tuo. Miſerere mei Deus. Domine exaudi orationem meam. De profundis. Domine exaudi orationem.* Vel unuſquiſque ſecundum ſuam virtutem, & in mane XXX. pſalmos cantet. * Volens autem in ſomnis peccare, ſive qui pollutus ſit ſine voluntate, XV. pſalmos. Si in ſomno peccans ſine cogitatione, XV. pſalmos. Item in ſomno peccans ſi ex cogitatione pollutus eſt, XXV. pſalmos. Si ſemen fundit in eccleſia per dormitationem, cantat pſalterium, vel III. dies pœniteat. Si voluntarie ſemen in eccleſia fundit mala cogitatione : ſi clericus XVII. dies pœniteat ; diaconus XXV. presbyter XL. epiſcopus L. monachus XXX.

Greg. ca. 24.

Turbatam hic lectionem reſtituit Greg. ibid.

Sacerdos tangendo oſculando mulierem coinquinatus, XL. dies pœniteat.

Si oſculatur ſacerdos feminam per deſiderium, XX. dies pœniteat. Si ſemen per oſculum fuderit, XL. dies pœniteat. Si per cogitationem fuderit ſemen, hebdomada jejunet. Si tangit manum cum manu, III. hebdomadas ; epiſcopus IV. hebdomadas ; ſi monachus, VII. dies ; ſi diaconus, IV. dies ; ſi clericus, II. dies ; laici I. diem pœniteant. Si tangit manu die, XIV. dies pœniteat ; monachus tres hebdomadas; clerici VII. dies pœniteant. Aliter ſi clerici manum cum manu, XXX. dies

ANNO CHRISTI 748.

pœniteat vel XX. quanto magis alii gradus ? * Qui impugnatione mentis violenter coinquinatus est, VII. dies pœniteat, vel quousque cogitatio vincitur. De his apostolus Jacobus melius intimabat: *Confitemini*, inquit, *alterutrum, peccata vestra, & orate pro invicem ut salvemini*.

* Greg. cap. 24. iisdem verbis.

Si quis sæpe per violentiam cogitationis semen fuderit, XX. dies.

De ritu mulieris in ecclesia vel ministri.

Mulieres non velant altare cum corporali, nec oblationes super altare, neque calicem ponant, neque stent ordinate in ecclesia, neque in convivio sedeant. In te sacerdos, mulieres non est licitum alicui pœnitentiam indicare, quia in canone nulli licitum est, nisi solis sacerdotibus. Mulieres possunt sub nigro velamine accipere sacrificium, ut Basilius judicavit. Mulier potest oblationes facere secundum Græcos. Non est ad Romanos.

De servis & ancillis.

Pater filium necessitate coactus potestatem habet tradere in servitium VII. annis. Deinde sine voluntate filii licentiam tradendi habet. Homo XIII. annorum se ipsum potest facere servum. Non licet homini a servo suo tollere pecuniam quam ipse acquisierit. Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxerit, postea deliberato servo vel ancilla, si non potest redimi qui in servitio est, libero licet ingenuo conjungere. Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittere eam, si ante cum consensu amborum conjuncti sunt. Si prægnantem mulierem quasi liberam comparat, liber est qui ex ea generatur. Qui ancillam prægnantem liberat, quem genuerat, sit servus.

De diversis quæstionibus.

Jejunia legitima tria sunt in anno pro populo, XL. ante pascha, ubi decimas anni solvimus, & XL. ante natale Domini, & post Pentecostem XL. dies & noctes.

De promissione sua laici non debent moram facere, quia mors non tardat. Servo Dei nullatenus licet pugnare, multorum licet sit consilio servorum Dei.

Infans pro infante potest dari ad monasterium Dei, quamvis alium voviſſet; tamen melius est votum implere. Similiter pecora æquali pretio possunt mutare, si necesse sit.

Rex si alterius regis terram habet, potest donare pro anima sua.

Inventio in via tollenda est. Si inventus fuerit possessor, reddatur ei tributum; si non fuerit inventus, ecclesiæ sit. Consuetudo provinciæ, id est ne tantum pauperes in decimis aut in aliquibus rebus vim patiantur. Decimas non est legitimum dare nisi pauperibus & peregrinis, sive laici suas ad ecclesiam. Pro reverentia regenerationis in albas pentecostem orandum est ut in quinquagesima oratur. Oratio potest sub velamine esse, cum necessitas cogit. Qui pro homine mortuo jejunat, se ipsum adjuvat. De mortuo autem Dei solius est notitia.

De pœnitentia adulteri synodus Quirinensium.

Conc. Ancyr. can. 19.

Si quis adulterium commiserit, VII. annos pœniteat, completis perfectionis secundum pristinos gradus.

Si quis adulterium commiserit, id est cum muliere aliena, vel sponsam, vel virginem corruperit; laicus III. annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua: clericus v. diaconus v. integros; presbyter sive monachus VII. annos, III. ex his in pane & aqua; episcopus XII. v. ex his in pane & aqua.

ANNO CHRISTI 748.

Si quis clericus postquam se Deo voverit, ad sæcularem habitum iterum reversus fuerit, aut uxorem duxerit, X. annos pœniteat, III. ex his in pane & aqua, & nunquam postea in conjugio copuletur. Quod si noluerit, sancta synodus, vel sedes apostolorum separabit eos a communione & convivio catholicorum. Similiter mulier postquam se voverit Deo, si tale scelus commiserit, pari sententia subjacebit. Greg. cap 4.

De sanctimoniale fornicaria.

Si quis fornicaverit cum sanctimoniali vel Deo consecrata, sicut in superiore sententia unusquisque juxta ordinem suum pœniteat, diaconus & presbyter, & episcopus, ipsa virgo sacra fornicans VII. annos pœniteat. Una est pœnitentia puellæ & viduæ, VII. annorum. Majorem meruit quæ virum habet, si fornicationis crimen admisit.

Si quis cum ancilla Dei, annos VII. pœniteat. Laicus maculans se cum ancilla Dei, II. annos pœniteat. Si genuerit ex ea filium, III. annos pœniteat. Si sine conjugio sunt, III. quadragesimas pœniteat. Quidam dicunt XL. diebus.

Si quis vacans uxorem alterius polluit, annos II. pœniteat. Si quis uxoratus virginem, similiter pœniteat. Si uxoratus ancillam suam, I. annum & III. quadragesimas & legitimas ferias tribus mensibus primis, & a sua se contineat. Illa si invita passa est, XL. dies; si consentiens, III. quadragesimas & legitimas ferias. Si genuerit ex ea filium, liberet eam.

Puer cum aliqua puella fornicari nitens, nec coinquinatus, XX. diebus pœniteat: Si autem coinquinatus est, C. diebus. Si vero, ut moris est, suam complet voluntatem, annum pœniteat.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel monachus uxorem duxerit in conscientia populi, deponatur. Si adulterium perpetraverit cum ea, & in conscientia populi decernit; projiciatur extra ecclesiam, & inter laicos pœniteat, quandiu vivit.

Qui dimiserit alteri uxorem suam conjungi, VII. annos pœniteat cum tribulatione, vel XV. levius.

De raptoribus & incensoribus.

Si quis virginem aut viduam raptus fuerit, III. annos pœniteat. Si quis domum vel aream cujuscumque voluntarie igne cremaverit, superiore sententia subjacebit.

De machina mulierum.

Mulier qualicumque molimine aut per se ipsam aut cum altera fornicans, III. annis pœniteat, unum ex his in pane & aqua.

Sanctimonialis femina.

Cum sanctimoniali per machinam fornicans, annos VII. pœniteat, II. ex his in pane & aqua.

Qui sæpe fornicatur, laicus cum laica, III. annos pœniteat, & quanto sæpius ac negligentius, tanto magis & tempus addat & modum.

Qui diutius fornicationi, perjurio, latrociniis, cæterisque flagitiis servivit, annos VII. pœniteat.

Mulier abstineat se a viro III. menses quando concepta est, antequam pariat, & post partum,

tum, XL. dies. Qui autem nupserit his diebus, XL. dies pœniteat, vel XXX. vel XX.

ANNO CHRISTI 748.

Qui in matrimonio sunt, abstineant se in III. quadragesimis, & in Dominica nocte & in sabbato & fer. IV. & VI. quæ legitimæ sunt, & III. noctes abstineant se antequam communicent.

Qui in quadragesima ante pascha cognoscit mulierem suam & noluit abstinere, annum unum pœniteat, vel suum pretium reddat ad ecclesiam, vel pauperibus dividat, vel XXVI. solidos reddat. Si per ebrietatem vel aliqua causa acciderit, sive consuetudine, XL. dies pœniteat.

Si vir cum muliere sua retro nupserit, pœniteat quomodo de animalibus, id est si consuetudine erit, III. annos. Si vero in terga nupserit, & consuetudo erit, VII. annos pœniteat.

Si mulier cum muliere, annos III. id est si mulier quæ se more fornicatoris ad alteram conjunxerit, III. annos sicut fornicator pœniteat. Sic & illa quæ semen viri sui in cibo miscens, ut inde plus ejus amorem accipiat, pœniteat similiter.

Mulier si inter imitante maleficia sua, id est per poculum, aut per artem aliquam, VII. annos pœniteat. Si paupercula, IV. annos pœniteat. Si quis fornicatur cum virgine, IV. annos pœniteat: si cum maritata, quatuor annos integros, II. alios, II. quadragesimis tribus & tribus diebus hebdomadæ pœniteat.

Si mulier sola cum se ipsa coitum habeat, III. annos pœniteat. Uxor quæ sanguinem viri sui pro remedio gustaverit, XL. dies plus minusve jejunet. Similiter pœniteat.

Quirinensium.

Conc. Ancyr. can. 24. Si quis sponsam habens sorori cujus forsitan intulerit violentiam, eique inhæserit tanquam suæ, hanc autem deceptam postea duxerit uxorem desponsatam: illa vero quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi qui facti hujus conscii sunt, X. annos in pœnitentia redigentur secundum canones constitutos.

De canone Cæsarii.

Conc. Neoc. can. 2. Mulier si duobus fratribus nupserit, abjici debet usque ad diem mortis: Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet: ita tamen ut si forte sanitatem receperit, matrimonio soluto ad pœnitentiam admittatur, quæ si defuncta fuerit mulier in hujusmodi consortio constituta, difficilis erit pœnitentia remanenti, qua sententia tam viros quam mulieres teneri debebunt.

Theodorus.

Qui nubet Dominico, petat a Deo indulgentiam, & II. vel III. diebus pœniteat.

Basilius judicavit.

Mulieres menstruo tempore non intrent in ecclesia, neque communicent, nec sanctimoniales, nec letatæ. Si præsumant, III. hebdomadas pœniteant. Similiter pœniteat qui intrat in ecclesia ante mundum sanguinis post partum, idest XL. diebus.

Incipit de diversis malis.

Diversitas cùlparum diversitatem facit pœnitentiarum. Nam & corporum medici diversa medicamenta generibus componunt. Aliter enim vulneraliter morbum, aliter enim tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combustiones curant. Ita igitur etiam & spiritales medici diversis curationum generibus animarum vulnera, morbum, culpas, dolores, ægritudines, infirmitates sanare debent. Sed quia hæc paucorum sunt; ad purum scilicet cuncta cognoscere & curare ad quæ integrum salutis statum debeant revocare: ideoque vel pauca, juxta seniorum traditiones & juxta nostram ex parte intelligentiam: ex parte namque prophetamus, & ex parte cognoscimus, aliqua proponamus, quod ad remedium animæ pertinet, & de remediis vulnerum, secundum priorum patrum, id est diffinitiones dicturi.

ANNO CHRISTI 748.

Sacri tibi eloquii, fidelissime frater, ante medicamina compendii rationem intimemus. Prima itaque est remissio qua baptizamur in aqua secundum illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest videre regnum Dei.* Vide Excerpt. Greg. III. cap. 1. Joan. 3. 5. Secunda charitatis effectus, ut est illud: *Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum.* Luc. 7. 4. Tertia eleemosynarum fructus, secundum hoc: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Quarta perfusio lacrymarum, Domino dicente, *quia flevit in conspectu meo, & ambulavit tristis contra me, non inducam malum in diebus ejus.* Quinta criminum confessio, Psalmista teste, *Dixi, confitebor adversus injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Psal. 31. 5. Sexta afflictio cordis & corporis, Apostolo consolante: *Dedi hujusmodi hominem in interitum carnis Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* 1. Cor. 5. 5. Septima emendatio morum, hoc est abrenuntiatio vitiorum, evangelista contestante: *Jam sanus es, noli ultra peccare, ne quid tibi deterius fiat.* Joan. 5. 14. Octava intercessio Sanctorum, ut illud: *Si quis infirmatur, inducat presbyteros, & orent pro eo. Multum enim valet apud Deum deprecatio justi assidua.* Jac. 5. 14. Nona misericordiæ & fidei meritum, ut est hoc: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Matth. 5. 7. Decima confessio & salus alienorum, Jacobo confirmante: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam suam a morte, & cooperiet multitudinem peccatorum suorum.* Jac. 5. 20. Sed melius est tibi ut infirmus sis, & vitam solitariam ducere, quam perire cum plurimis. Undecima indulgentia & remissio, Veritate promittente & dicente: *Dimittite & dimittetur vobis.* Luc. 6. 37. Duodecima passio martyrii spes unica salutis, indulgente & latroni crucifixo Deo respondente: *Amen dico tibi quia hodie mecum eris in paradiso.* Luc. 23. 43. His ergo de canonica auctoritate prælibatis, patrum etiam statuta subrogaturum investigare convenit, secundum illud: *Interroga patrem tuum & adnunciabit tibi, presbyteros tuos, & dicent tibi.* Deut. 32. 7. Iterum causa deferatur ad eos. Statuunt ergo octo principalia vitia humanæ saluti contraria his octo contrariis remediis sanentur. Vetus namque proverbium est: *Contraria contrariis sanantur.* Qui enim inlicita licenter commisit, a licitis coercere se debet, sed hoc omni pœnitentia solerter est intuendum, quantum quis tempore in delictis remaneat, qua eruditione imbutus, quali impugnatur passione, quali existat fortitudine, quali detur affligi lacrymabilitate, quali compulsus est gravatione peccare. Omnipotens etenim Deus, qui cor omnium novit, diversasque naturas indidit, non æquivalentiæ pœnitudinis pondera peccaminum pensavit, ut illud propheticum: *Non enim ferris triturabitur Gith, neque rota plaustri super criminum circumiet, sed virga excutietur Gith,* Isa. 28. 27. &

ANNO CHRISTI 748. *Sap. 6. 7. Reg. S. Ben. cap. 2.*

criminum. In baculo autem panis comminuetur, ut est illud: *Potentes potenter tormenta patiuntur*. Unde quidam sapiens, *Cui plus creditur, plus ab eo exigitur*. Discant igitur sacerdotes Domini qui ecclesiis præsunt, quia pars eis data est cum his quorum delicta repropitiaverint. Quid est autem repropitiare delictum, nisi cum assumpseris peccatorem, & monendo, hortando, docendo, adduxeris eum ad pœnitentiam, ab errore correxeris, a vitiis emendaveris, & feceris eum, ut ei taliter converso propitius sit Deus? Cum ergo talis sit sacerdos, & talis sit doctrina tua, & sermo tuus, pars tibi datur eorum quos correxeris, ut illorum meritum tua sit merces, & illorum salus tua sit gloria.

Et alibi de modis pœnitentiæ.

Affert Burch. l. 19. ex Pœnit. Bedæ. Vide Præmonit. meam supra. Mansi.

Sciendum vero est quanto quis tempore moratur in peccatis, tantum ei augendum est penitentia.

Item alibi.

Alii statuunt duodecim triduanas per annum repensandum, quod ego non laudo, nec vitupero, sicut *Theodorus* laudavit. Alii centum dies cum semipane mensuræ paximatium aqua & sale, & psalmos L. in unaquaque nocte. Alii L. interpositiones in una nocte interveniente. Alii pœnitentiam egenis statuunt eleemosynam, hoc est pretium viri vel ancillæ, sed posterior est, sed dimidium omnium quæ possidet unusquisque det: & si quidem fraudavit, quadruplum reddat ei, sicut Christus judicavit.

Theodorus.

De ægris quoque pretium viri vel ancillæ pro anno, vel dimidium omnium quæ possidet dare, & si quidem fraudaverit reddere quadruplum, ut Christus judicavit; & legimus in pœnitentiale pro criminalibus annos aut duos vel tres pœnitentiam agere in pane & aqua: vel pro aliis minutis culpis mense uno aut hebdomada. Simili modo & apud aliquos hæc causa ardua & difficilis est: ideo qui ita non potest facere, consilium damus ut psalmos & orationem vel ad eleemosynam, cum aliquis diebus in pœnitentiam pro hoc esse debeat, id est psalmodias. Et qui potest implere quod in pœnitentiale scriptum est, bonum est. Et hic est ordo idem psalmodiæ pro pœnitentia, pro uno hoc sunt quando in pane & aqua debet pœnitere. Hoc sunt psalmi L. flectendo genua aut sine genua flectendo LXX. infra ecclesiam, aut in unum locum per ordinem psallat. Pro hebdomada quando in pane & aqua debet pœnitere, ccc. psalmos flectendo genua per ordinem psallat infra ecclesiam, aut in unum locum, aut sine genua flectendo ccccxx. Et pro uno mense quando in pane & aqua debet pœnitere, psallat psalmos MCC. cum genua flectendo, aut sine genua flectendo MDCLXXX. Et postea per omnes dies reficiat ad sextam, nisi quarta, nisi & sexta feria jejunet usque ad nonam. A carne & vino abstineat se. Alium cibum, quem ei dederit postquam psallat, sumat. Et qui psalmos non novit, & ita pœnitere debet, & jejunare non potest, per unumquemque diem redemptio valenti denarium in pauperibus erogat, & in unaquaque hebdomada jejunat unum diem usque ad nonam & alium usque ad vesperam, & quod habet manducat. Quando in uno anno cum pane & aqua pœnitere debet, donet in eleemosynam solidos XXVI. & in unaquaque hebdomada unum diem jejunet usque ad vesperam, & in tribus quadragesimis de quantum sumat, pensat & tribuat medietatem in eleemosynam. In secundo anno remissio pœnitentiæ est de Natali Domini usque ad Epiphaniam, & de Pascha usque ad Pentecostem. Et qui non potest sic agere pœnitentiam, sicut superius diximus, in primo anno eroget in eleemosynam solidos XXVI. & in secundo XX. & in tertio XVIII. hoc sunt solidi LXIV. Et de potente quomodo sibi redimat de criminalibus culpis, recurrat ad evangelium, sicut Zachæus Domino dixit: *Domine, omnium dimidium bonorum meorum do pauperibus*, & extra hoc adjungit: *Et si alicujus aliquid injustum abstuli, in quadruplum restituam*. Et ille a Domino meruit audire: *quia hodie salus huic domui advenit*, hoc est remissio omnium peccatorum suorum, & secundum patrum traditionem forsitan in præsenti. Non sunt..... cui aliquid injunctum abstulit, aut non posset animus ejus, sicut evangelium facere medietatem, donec consideratur hoc, quantum ipse est pensatus in argentum, eroget in eleemosynam, & alium tantum quantum valet ipsum argentum, de terra ecclesiis Dei conferat in eleemosyna, & tertia tantum quantum valet ipsum argentum, aut de mancipiis dimittat liberos, aut captivos redimat, & omnia quæ injuste egit, ab illo die non repetat, & de quod desinierat peccare, non desinat corpus & sanguinem Christi communicare. Sciat se illam sententiam adjungi quæ Zachæus meruit, & illud non est dimittendum quod Apostolus ait: *Qui per corpus peccavit, per corpus emendat*; hoc est jejunium, vigiliæ, orationes & obsecrationes ad Deum, quia scriptum est: *nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium Dei, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros*. Legitur quia Christus jejunavit, quia nullum peccatum commisit, similiter & apostoli post donum Spiritus Sancti. Igitur eorum nos debemus imitatores esse, quorum volumus esse participes regni cælestis. Propterea super his oportet nos aliquid adaugere de expenso, id est jejuniis in unaquaque hebdomada quarta & sexta feria a vino, & carne vel epularibus cibis. Similiter & de continentia conjugis suæ, abstineat se ab his diebus, juxta quod in canones sancti constituerunt, hoc sunt diebus Dominicis & solemnitatibus, seu & legitimis quadragesimis tribus, vel quarta & sexta feria, sciens scriptum esse, qui plus laborat plus mercedem accipiet. Hi sunt dies qui non computantur in pœnitentia, dies Dominici, Natale Domini, Epiphania, Pascha, Ascensio Domini, Pentecostes, S. Joannis Baptistæ, & S. Mariæ semper virginis, & SS. Apostolorum XII. vel S. Martini, sive veneranda solemnitas illius Sancti, qui in ipsa provincia corpore quiescere videtur.

Luc. 19. 8.

2. Cor. 6. 3.

ANNO CHRISTI 75.

ANNO CHRISTI 754.

PIPPINI REGIS EPISTOLA

Ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum,

QUA CONFIRMAT DONATIONEM

Et privilegium Monaſterii Fuldenſis a Sede Apoſtolica conceſſum.

Ex Labbei Append. Tom. VI.

Pippinus rex Francorum Bonifacio archiepiſcopo & legato Germanico ab apoſtolica ſede directo.

QUia veneranda paternitas tua noſtram excellentiam poſtulavit pro monaſterio, quod a te noviter conſtructum eſt in ſolitudine Buchonia juxta fluvium Fuldæ, in loco, quem beatæ memoriæ Karlomannus germanus noſter legitima donatione tibi conceſſit, ut ſicut ex auctoritate ſancti Petri principis apoſtolorum, pro quo legatione fungeris, privilegio ſedis apoſtolicæ ſublimatum eſſe conſtat, ita etiam noſtræ auctoritatis præcepto roboretur: placuit nobis, petitionibus tuis aſſenſum præbere; & ideo hanc noſtræ præceptionis ſeriem ob honorem Dei & venerationem ſancti Petri conſcribi juſſimus, per quam privilegium ſedis apoſtolicæ a beato Zacharia tibi collatum, cum conſenſu epiſcoporum, cæterorumque fidelium noſtrorum per omnia roboramus, præcipientes ut nullus ſacerdotum in regno noſtro divinitus nobis conceſſo, in præfato monaſterio juriſdictionem aliquam ſibi vendicet præter ſedem apoſtolicam, ita ut niſi ab abbate monaſterii fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnia ibi quiſquam præſumat celebrare; ſed juxta id quod ſubjectum conſtat apoſtolicæ Sedi, firmitate privilegii inconcuſſe roboratum permaneat; locis etiam & rebus, quas tam moderno tempore tenet, vel poſſidet, quam quas futuris temporibus, juribus ipſius monaſterii divina pietas augere voluerit, ex donis & oblationibus, decimiſque fidelium, abſque ullius perſonæ contradictione, firmitate perpetua perfruatur. Si autem quiſpiam noſtræ auctoritatis præcepto repugnare voluerit, ſententiam apoſtolicæ diſtrictionis, quæ privilegio expreſſa eſt, experiatur; ut tamen hoc, quod ob amorem Dei, & venerationem ſancti Petri noſtra auctoritate firmavimus, ſtabile permaneat, manu noſtra roboratum, & tam annuli noſtri impreſſione, quam fidelium noſtrorum adſtipulatione ſubnixum. Vale.

ANNO CHRISTI 752.

ANNO CHRISTI 752.

VITA,

EPISTOLÆ ET DECRETA

STEPHANI PAPÆ II.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 409.

[a] STephanus II. natione Romanus, ex patre Conſtantino, ſedit annos quinque (*a*) dies viginti octo. Hic poſt patris ſui tranſitum parvus derelictus in venerabili cubiculo Lateranenſi * pro doctrina apoſtolicæ traditionis ſub prædeceſſoribus beatæ memoriæ pontificibus permanſit, quem ſigillatim per * eccleſiaſticos ordines promoventes, ad diaconatus ordinem eum ordinaverunt. Defuncto vero beatæ memoriæ domno Zacharia papa Stephanum quemdam presbyterum ad ordinem pontificatus cunctus populus ſibi elegit, & intra Lateranenſe patriarchium miſit, ubi biduo manens tertio die poſtquam a ſuo ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſas ſuas diſponeret, ſubito dum ſederet alienatus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt. Poſt hæc vero cunctus Dei populus congregatus eſt intra venerabilem baſilicam ſanctæ Dei genitricis ad præſepe. Ubi & omnes miſericordiam Domini Dei noſtri petentes, & in ipſius Dominæ noſtræ ſanctæ, ſemperque virginis Dei genitricis Mariæ bono animo, & conſona voce prædictum beatiſſimum virum ſibi eligunt pontificem. Quem omnes ſincera mente cum laudis præconiis in baſilicam Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, deportaverunt, & exinde intus venerunt, & in patriarchium juxta morem intromiſerunt. Erat enim iſdem beatiſſimus papa amator eccleſiarum Dei, traditionem etiam eccleſiaſticam (*b*) firma ſtabilitate * conſervans. Pauperum Chriſti velox ſubventor, & verbi Dei in magna conſtantia prædicator. Viduas & pupillos * multo melius viſitans, fortiſſimus etiam ovilis ſui cum Dei virtute defenſor. Mox vero reſtauravit quatuor in hac Romana urbe ſita antiquitus xenodochia, quæ a diuturnis & longinquis temporibus deſtituta manebant, & in eis ordinavit omnem utilitatem in diverſis eorum locis diſponens intus etiam, & foris, in quibus & multa contulit dona: Quæ & per privilegii paginam ſub anathematis interdicto confirmavit. Pari modo a novo fundaſſe dignoſcitur & xenodochium in * plantana centum pauperum Chriſti diſpoſitum illic faciens, quotidianum videlicet victum eorum decernens tribui. Nam & foris muros hujus civitatis Romanæ ſecus baſilicam beati Petri apoſtoli duo fecit xenodochia, in quibus & plura contulit dona, quæ & ſociavit venerabilibus diaconis illic foris exiſtentibus * perenniter permanere, id eſt diaconiæ ſanctæ Dei genitricis, & beati Silveſtri duæ, & privilegiis apoſtolicis perenniter permanenda munivit. Inter hæc vero dum magna

* Sub doctrina apoſtolicæ traditionis ſuorum prædeceſſorum Gregorii & Zachariæ pontificum

* clericales. Stephanus II. 93. Stephanus vero papa tertia die moritur. Stephanus alius eligitur.

* conſervabat.

* eleemoſynis ſcilicet quam corporali præſentia

Plataria

* ut perenniter permanerent,

(*a*) *dies XXIX.* (*b*) *firmam ſtabiliter conſervans*

ANNO CHRISTI 751. * Aistulpho

magna persecutio a Longobardorum rege * Aistulfo in hac Romana urbe, vel subjacentibus ei civitatibus extitisset, & vehemens ejusdem regis sevitia immineret, illico isdem beatissimus papa tertio apostolatus ordinationis suæ mense disponens suum germanum sanctissimum, scilicet Paulum diaconum, atque Ambrosium primicerium * plurimis cum muneribus ad eumdem Longobardorum regem Aistulfum ad pacis ordinandum atque confirmandum fœdera misit. Qui præfati vir ad eum (*a*) convenientes impertitis muneribus, quo facilius eadem pro re apud eum impetrarent, in quadraginta annorum spatia, pacis fœdus cum eo ordinantes confirmaverunt. At vero isdem protervus Longobardorum rex antiqui hostis invasus versutia, ipsa fœdera pacis post pene quatuor menses, in perjurii incidens reatum, disrupit. Multas jam fato sanctissimo viro vel cuncto populo Romano ingerens contumelias, varias illi minas * dirigens. Cupiens quippe Deo sibi non contrario cunctam hanc provinciam invadere, & onerosum tributum hujus Romanæ urbis inhabitantibus * adhibere nitebatur. Per unumquodque scilicet caput singulos auri solidos annue * inferre inhiabat. Et suæ jurisdictioni civitatem hanc Romanam, vel subjacentia ei castra subdere indignanter asserebat. Cernens vero idem sanctissimus papa valide præfati regis pernicioſam imminere sævitiam, magnopere ad se accersitis venerabilium monasteriorum sanctorum Vincentii, & Benedicti religiosis abbatibus, sua vice eidem crudelissimo misit regi, obnixe per eos postulans pacis fœdera, * & quietem utrarumque partium populi Dei obtinere * confirmandam. Quos nempe suscipiens & omnino contemptui habens, sprevit eorum * monita, & ad suæ animæ detrimentum sine effectu causæ confusos ad propria absolvit monasteria; obtestans eos minime ad sanctissimum papam declinare. Quod audiens ipse præcipuus pater extemplo (juxta ut crebro consueverat) omnipotenti Domino Deo nostro suam populique sibi commissi commendans contulit causam hanc, lugubrem ejus divinæ majestati insinuavit lamentationem. Et dum hæc ageretur * conjunxit Romam Joannes imperialis silentiarius, deferens eidem sanctissimo pontifici regiam jussionem, simulque & aliam ad nomen prædicti regis impii detulit adhortationis * annexam jussionem, ut reipublicæ loca diabolico ab eo usurpata ingenio, proprio restitueret (*b*) domino. Quem videlicet imperialem missum confestim sæpefatus sanctissimus papa cum suo germano prædicto sanctissimo Paulo diacono ad eumdem misit nequissimum Aistulfum Ravennam. Quibus susceptis, cum inani eos absolvit responso, * adhærens eidem imperiali misso quemdam propriæ gentis nefarium virum diabolicis imbutum consiliis ad regiam * properandum * urbem; reversique legati Romam, ac præsentati eidem sanctissimo papæ enarraverunt ei nihil se egisse. Tunc præfatus sanctissimus vir agnito maligni regis consilio misit in regiam urbem suos missos, & apostolicos affatus cum imperiali præfato misso, deprecans imperialem clementiam, ut juxta quod ei sæpius scripserat, cum exercitu ad tuendas has Italiæ partes modis omnibus adveniret, & de iniquitatis filii morsibus Romanam hanc urbem vel cunctam Italiam provinciam liberaret.

ANNO CHRISTI 751. * nequitia

Inter hæc vero permanens in sua * pernicie præfatus atrocissimus Longobardorum rex, exarsit furore vehementi, & fremens ut leo pestiferas minas Romanis dirigere non desinebat, asserens omnes uno gladio jugulari, nisi suæ, ut præfatum est, sese subderent ditioni. * Rursumque antefatus sanctissimus pater congregato universo Romano cœtu taliter eos paterno amore admonuit inquiens: Quæso vos, filii charissimi, pro nostrorum delictorum mole Domini imploremus clementiam, & ipse noster erit adjutor, liberabitque nos sua providentissima misericordia a persequentium manibus. Cujus salutiferis admonitionibus cunctus obediens populus, congregati unanimiter omnes, lacrymis fusis omnipotentem Dominum nostrum deprecati sunt. In una vero dierum cum multa humilitate solicite procedens in litania cum sacratissima imagine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qua (*c*) * antheropositа nuncupatur, simulque & cum ea alia diversa sacra * ministeria recipiens, proprioque humero ipsam sanctam imaginem cum reliquis sacerdotibus idem sanctissimus papa gestans, nudisque pedibus tam ipse, quamque universa plebs incedentes in ecclesiam sanctæ Dei genitricis, quæ ad præsepe nuncupatur, posito in omnium capitibus populorum cinere, cum maximo * ululatu pergentes, misericordissimum Dominum nostrum deprecati sunt, alligans connectensque adorandæ cruci Dei nostri pactum illud, quod nefandus rex Longobardorum disrupit. Hic beatissimus papa omnes suo sacerdotes & clerum in Lateranensi patriarchio sedule aggregans, admonebat divinam totis nisibus (*d*) scrutari scripturam, in lectione vacare spirituali, ut efficaces invenirentur in omni responso & assertione adversariorum ecclesiæ Dei. Nec enim cessabat indesinenter admonendo & confortando cunctum Dei populum, sobrie pieque agere, atque ab omni pravitate sese custodire. Hic beatissimus vir pro salute provinciæ, & omnium Christianorum, omni sabbatorum die litaniam omni postposito neglectu fieri statuit. Unum quidem sabbatum ad sanctam Dei genitricem Ad præsepe, alium vero ad beatum Petrum apostolum, & alium ad beatum Paulum apostolum. Hic beatissimus papa restauravit basilicam sancti Laurentii super sanctum Clementem sitam regione tertia, quæ a diuturnis temporibus diruta manebat. Restauravit & tegumen cœmeterii sanctæ Soteris, quod ceciderat. Itaque dum isdem sanctissimus vir jam fatum pestiferum Longobardorum regem immensis vicibus innumerabilia tribuens munera deprecatur pro gregibus sibi a Deo commissis, & perditis * ovibus, scilicet pro universo (*e*) * exercitu Ravennæ, atque cuncto istius Italiæ provinciæ populo, quos diabolica fraude ipse (*f*) impius deceperat rex, & possidebat. Et dum ab eo nihil hac de re obtineret, cernens * præsertim & ab imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium; tunc quemadmodum prædecessores ejus beatæ memoriæ domnus Gregorius, & Gregorius alius, & domnus Zacharias beatissimi pontifices

* dirigebat.
* adjicere.
* auferre
* cumquiete
* confirmanda.
* munera,
* convenit
* annexa verba
* *id est*, conjungens
* profectum.
* Constantinopolim *scilicet*.
Joanne silentiario.
* *forte* acheropœeta
* mysteria.
* ejulatu.
* civibus.
* exarchatu
* præterea

(*a*) *conjungentes*. (*b*) *domino*. (*c*) *acheropositа*.
(*d*) *sectari scripturam*. (*e*) *exarchatu Ravennæ*.
(*f*) *impii decerneret*.

ces Carolo (*a*) excellentissimæ memoriæ regi Francorum direxerunt, petentes sibi subveniri propter oppressiones ac invasiones, quas & ipsi in hac Romanorum provincia a nefanda Longobardorum gente perpessi sunt, ita modo & * inspiratus ipse venerabilis pater, divina gratia * inspirante, clam per quemdam peregrinum suas misit literas Pippino regi Francorum nimio dolore huic provinciæ inhærenti conscriptas.

* Adhuc etiam non * Ad hunc etiam nunc cessavit dirigens, ut suos hic Romam ipse Francorum rex mitteret missos, per quos eum ad se accersiri fecisset. * valde Et dum * valide ab eodem Longobardorum rege civitates & provincia * ista Romanorum opprimerentur, subito conjunxit missus jam fati regis Francorum, nomine * Rodigangus abbas, per quem misit in responsis omnem voluntatem ac petitionem prædicti sanctissimi (*b*) papæ se adimplere. Et postmodum alius missus familiaris ejus conjunxit, ea ipsa annuncians. Cumque a Longobardis, ut præfatum est, antiqua Romana urbs, & castra universa distringerentur, ita etiam (*c*) ut Ciccanense castellum, quod colonorum sanctæ Dei ecclesiæ existebat, usurparet, illico * ad regiam urbem conjunxit sæpefatus Joannes imperialis silentiarius cum missis ipsius sanctissimi pontificis, deferens secum & quæ deportaverat iniqui Longobardorum regis missus, simul & jussionem imperialem, in qua * inerat insertum, * a Longobardorum rege sanctissimum papam esse properaturum ob recipiendam Ravennatium urbem, & civitates * ei pertinentes. Pro quo & de præsenti Stephanus papa direxit ad eumdem (*d*) blasphemum regem suum missum pro sua, & qui cum eo ituri erant, indemnitate. Ipsoque reverso, extemplo & missi jam fati Pippini regis Francorum conjunxerunt, id est * Rodigangus episcopus, (*e*) & Anthcarius dux, quatenus prædictum sanctissimum papam (juxta quod petendo miserat) ad suum * Franciæ regem deducerent, quem etiam paratum invenerunt ad prædictum Longobardorum regem properandum pro recolligendis universis dominicis perditis (*f*) * ovilibus. Tunc * consulens idem beatissimus papa omnipotentis Dei nostri misericordiam, egressus est ab hac Romana urbe ad beatum Petrum apostolum (*g*) decimoquarto die mensis Octobris indictione septima: secutique sunt eum plures Romanorum, & ceterarum civitatum populi flentes ululantesque, & nequaquam eum penitus ambulare sinebant. Qui videlicet sanctissimus vir sese in Dei virtute, protectione sanctæ Dei genitricis, & beatorum principum apostolorum (*h*) confidens constanter pro salute omnium, licet infirmitate corporis (*i*) detentus, laboriosum aggressus est iter, confortans atque commendans cunctam dominicam plebem bono pastori domino nostro, & beato apostolorum principi Petro. Et assumens secum ex * hac sancta ecclesia quosdam sacerdotes, proceres etiam & cæteros clericorum ordinis, nec non & ex militiæ optimatibus, Christo prævio, cœptum prosecutus est iter, magnam illi cæli serenitatem domino in ipso itinere tribuente. Igitur

* conjungente eo fere quadragesimum milliarium Longobardorum finium, in una noctium signum in cælo magnum apparuit, (*k*) quasi globus igneus ad partem australem declinans a Galliæ partibus in Longobardorum partes. Itaque unus ex eisdem Francorum missis scilicet (*l*) Antcharius dux quantocius præcedens Ticinum, eum præstolatus est. Cum vero apropinquasset jam fatus beatissimus papa ad civitatem Papiam, direxit ad eum sæpefatus Aistulfus (*m*) nequissimus rex missos suos, obtestans eum nulla penitus ratione audere verbum illi dicere petendi Ravennatium civitatem, & exarchatum ei pertinentem, vel de reliquis reipublicæ locis, quæ ipse vel ejus prædecessores Longobardorum reges invaserant. Ille vero ita ei misit in responsis, asserens, quod * nullius trepidationis terrore sileret hujuscemodi petendi causam. Conjungente vero eo Papiam civitatem, & prædicto nefando regi præsentato, plura illi tribuit munera, & nimis eum obsecratus est, atque lacrymis profusis eum petivit, ut dominicas, quas abstulerat, redderet oves, & propria propriis restitueret. Sed nullo modo apud eum hæc impetrare valuit. Nam & imperialis missus, & ille simili modo petiit, & imperiales litteras illi tribuit, & nil obtinere potuit. Prædicti vero Francorum missi imminebant fortiter apud eumdem Aistulfum, ut præfatum sanctissimum papam in Franciam pergere relaxaret. Ad hæc convocans jam dictum beatissimum virum interrogavit, si * ejus in Franciam properandi esset voluntas? Quod videlicet ille nequaquam siluit, sed suam illi propalavit voluntatem. Unde ille ut leo dentibus fremebat, pro quo & diversis vicibus suos satellites ad eum clam misit, ut eum quoquo modo a tali * intentu declinarent. (*n*) Alias vero, præsente Rodigango sanctissimo episcopo, interrogavit eumdem beatissimum papam jam fatus Longobardorum rex * si velle haberet in Franciam ambulandi, & ita * effatus est: Quod si tua voluntas est me relaxandi, mea omnino est ambulandi. Tunc absolutus est ab eo, & assumens ex hujus sanctæ Dei ecclesiæ sacerdotibus & clero, id est Georgium episcopum Ostiensem, (*o*) * Vvilearium episcopum Numentanum, Leonem, Philippum, Georgium, & Stephanum presbyteros, Theophylactum archidiaconum, Pardum & Gemmulum diaconos, Ambrosium primicerium, Bonifacium, (*p*) secundum, hoc est alium Leonem, & Christophorum regionarios secum, & cæteros. Quintadecima die mensis Novembris prædictæ (*q*) indictionis a civitate Papia movens suum in Franciam profectus est iter. Et post ejus absolutionem adhuc nitebatur suprascriptus Longobardorum rex a prædicto itinere eum deviare, quod minime ipsum sanctissimum virum latuit. Unde & cum nimia celeritate Deo prævio ad * Francorum * conjunxit Clusas. Quas ingressus cum his qui cum eo erant, confestim laudes omnipotenti Deo reddidit. Et cœptum gradiens iter ad venerabile monasterium sancti Christi martyris Mauricii pervenit. In quo & constitutum erat pariter secum

Fran-

* ex hujus sanctæ ecclesiæ clero

* pro nullius trepidationis terroris sileret ab ejuscemodi petendi causa

* a regia urbe venit.

* erat

* ad regem

* ad eam

* ei

* Rothingandus.

* in Franciam.

* Intentione.

* si vellet ire in Franciam respondit:

* ovibus, * cernens

* Willarium

ANNO CHRISTI 752.

* perveniente eo in Longobardorum finibus

* pervenit Clusas.

(*a*) *excellentissimo regi Francorum &c.* (*b*) *patrii sc &c.* (*c*) *ut & Ciccanes castellum*
(*d*) *blasphemum.* deest. (*e*) *Autcarius.* (*f*) *ovilibus.* deest.
(*g*) Cod: Luc: ita prave legit: *XIV. ind. VIII. Mense I. ind. VII.* (*h*) *conferens.* (*i*) *defectus.*
(*k*) *quasi gladius igneus* (*l*) *Autcaris dux* (*m*) *nequissimus.* deest.
(*n*) *Alia vero die præsente Rodigango Episcopo, interrogavit &c.* (*o*) *Quilcbartum*
(*p*) *secundicerium Leonem, & Christophorum &c.* (*q*) *septima indictionis.*

ANNO CHRISTI 748.

Francorum regem convenire, annuente Domino sospes isdem beatissimus pontifex cum omnibus qui cum eo erant advenit. In quo & aliquantis demorantes diebus * conjunxerunt in prædicto venerabili monasterio (*a*) Fulradus abbas, & * Rothardus dux directi a sæpefato Pippino excellentissimo Francorum rege, petentes eumdem sanctissimum pontificem ad suum progredi regem. Quem & cum magno honore (*b*) cum omnibus ad eum deduxerunt. Audiens vero isdem rex ejusdem beatissimi pontificis adventum, nimis festinanter in ejus advenit occursum una cum conjuge, filiis etiam, & primatibus, * pro quo (*c*) & * afferens centum millia filium suum nomine Carolum in occursum ipsius (*d*) coangelici papæ direxit cum aliquibus ex suis optimatibus. Ipseque in palatio suo in loco, qui vocatur (*e*) Ponticone, ad fere trium millium spatium descendens de equo suo cum magna humilitate terræ prostratus, una cum sua conjuge, filiis, & optimatibus, eumdem sanctissimum papam suscepit. Cui & vice stratoris usque in aliquantum locum juxta ejus sellarem properavit. Tunc prædictus (*f*) almificus vir cum omnibus suis * extensa voce gloriam, & incessabiles laudes omnipotenti Deo referens cum hymnis & canticis spiritualibus usque ad præfatum palatium pariter cum rege omnes profecti sunt; sexta Januarii mensis die, in apparitionis Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi sacratissima solemnitate, ibique intus oratorium pariter consedentibus, mox idem beatissimus papa prædictum (*g*) Christianissimum regem lacrymabiliter deprecatus est, ut per pacis fœdera causam beati Petri, & reipublicæ Romanorum disponeret. Qui de præsenti jurejurando eidem beatissimo papæ satisfecit, omnibus mandatis ejus & admonitionibus sese totis * nisibus obedire, & ut illi placitum fuerit, exarchatum Ravennæ, & * reipublicæ jura, seu loca reddere *modis omnibus. Sed quia tempus imminebat hiemale, eumdem sanctissimum papam cum suis omnibus * Parisios apud venerabile monasterium beati Dionysii (*b*) ad * habitandum pergere curavit. Quo peracto, & eo in eodem venerabili monasterio cum jam fato (*i*) Christianissimo Pippino * conjungente, Domino annuente, post aliquantos dies iisdem Christianissimus [b] Pippinus rex ab eodem sanctissimo papa Christi gratia cum duobus filiis suis reges uncti sunt Francorum. Postea vero beatissimus papa præ nimio labore itineris atque temporis inæqualitate fortiter infirmatus est, ut etiam omnes tam sui, quamque etiam * Francorum ibidem existentium (*k*) omnes eum desperarent. Sed Domini Dei nostri ineffabilis clementia, qui non deserit sperantes in se, salvum cupiens (*l*) domnum Christianissimum, dum eum mane mortuum invenire sperabant, subito (*m*) illo die sanus repertus est. Pippinus vero rex cum admonitione, gratia & oratione ipsius venerabilis pontificis absolutus, * in loco qui * (*n*) Carisiacus appellatur pergens, ibique congregans cunctos proceres regiæ suæ potestatis, & eos tanti patris admonitione imbuens, statuit cum eis quæ semel Christo favente una cum eodem beatissimo papa decreverat perficere. Interea nefandissimus Aistulphus * Carolomannum fratrem benignissimi Pippini regis a monasterio beati Benedicti, in quo devote per revolutum temporis spatium * monachice degebat (*o*) diabolicis ei suasionibus suadens, * in Franciam provinciam ad objiciendum atque adversandum causæ redemptionis sanctæ Dei ecclesiæ, & reipublicæ Romanæ, direxit. Dumque illuc * conjunxisset, nitebatur omnino, & vehementius decertabat sanctæ Dei ecclesiæ causam subvertere, juxta quod a præfato (*p*) nec dicendo Aistulpho tyranno fuerat directus. Sed propitiante Domino minime valuit sui germani Christianissimi Pippini regis Francorum in hoc firmissimum cor inclinare. Potius autem, comperta nequissimi Aistulphi versutia, tota se virtute idem excellentissimus Pippinus Francorum rex professus est decertare pro causa sanctæ Dei ecclesiæ, sicut pridem jam fato beatissimo sponderat pontifici. Tunc pari consilio isdem sanctissimus papa cum denominato Francorum rege consilio inito juxta id quod præfatus Carolomannus Deo se devoverat monachicam degere vitam, in monasterio eum * illic in Francia collocaverunt. Ubi & post aliquantos dies divina vocatione de hac luce migravit (anno Domini DCCLV.) Porro Christianissimus Pippinus Francorum rex, ut vere beati Petri fidelis, atque jam fati sanctissimi pontificis salutiferis obtemperans (*q*) monitis, direxit suos * missos Aistulpho (*r*) nequissimo Longobardorum regi, propter pacis fœdera, & * proprietatis sanctæ Dei ecclesiæ ac reipublicæ restituenda jura, atque bis, & tertio, juxta sæpefati beatissimi papæ admonitionem, eum deprecatus est, & plura ei pollicitus est munera, ut tantummodo pacifice propria restitueret propriis. Sed ille, peccato imminente, (*s*) obedire distulit. Ad hoc isdem eximius Francorum rex cernens, quod atrocissimi Aistulphi nequaquam valeret quoquo modo saxeum mollire cor, generalem contra eum decrevit facere monitionem. Et dum jam fere medium itineris spatium Francorum exercituum graderentur cunei, rursum (*t*) ipse sanctissimus vir præfatum benignissimum deprecatus est Pippinum regem, *demum sævissimo Aistulpho, (*u*) diro Longobardorum regi, si quo modo (*x*) potuisset, vel fero tandem ejus sedare sævitiam, & propria propriis saluberrime suaderet reddere, absque humani effusione sanguinis. Et ita factum est: atque denuo ipse benignissimus Francorum rex suos eidem Aistulpho misit missos. Sed beatissimus isdem papa, ut vere pater, & bonus pastor, ne sanguis effunderetur Christianorum, admonitionis & obsecrationis apostolicas ei direxit literas, per eas & fortiter & omnia divina mysteria, & futuri examinis diem conjurans atque obtestans, ut pacifice sine ulla sanguinis effusione propria sanctæ Dei ecclesiæ, & reipublicæ Romanorum redderet jura; sed, iniqui-

ANNO CHRISTI 748

* Carolo magno fratri.

* monachus * eum in Franciæ provinciam ad sibi obediendum.

* pervenisset.

* Viennæ. * collocaverunt.

* jussis,

* præfatæ sanctæ

* ut denuo.

* & fere ad * offerens.

* excelsa.

* vtribus. * seu cetera loca juri reipublicæ. * modis omnibus reddere. * Parisiacum * hibernandum.

comitante.

Franci ibidem existentes de ejus vita desperarent. * omnem fieri hominem, dum eum.

* ad locum * Parisiacus.

(*a*) *Folradus abbas, & Rottardus directi a &c.* (*b*) *cum omnibus, qui cum eo erant ad eum deduxerunt.*
(*c*) *& fere ad C. millia &c.* (*d*) *coangelici* deest (*e*) *Pontiane*
(*f*) *almificus* deest (*g*) *Christianissimum* deest (*h*) *hibernandum*
(*i*) *Christianissimo* deest, & sic semper. (*k*) *homines eum &c.*
(*l*) *omnem hominem dum eum mane &c.* (*m*) *alia die sanus &c.* (*n*) *Parisiaco.*
(*o*) *diabolicis ei suasionibus*, deest (*p*) *nec dicendo tyranno* deest.
(*q*) *regis.* (*r*) *nequissimo*, deest sicut & epiteti fere omnes qui in editis leguntur. (*s*) *noluit. Ad hoc*
(*t*) *isdem papa deprecatus est Pippinum &c.* (*u*) *dirigeret Longobardorum regi*
(*x*) *potuisset ejus mollire cor, & propria &c.*

ANNO CHRISTI 748

iniquitate ejus obsistente, nequaquam acquiescere voluit. Potius autem e contrario minas & indignationes præfato pontifici & excellentissimo Pippino regi, vel cunctis Francis direxit. (*a*) Tunc * fixus in omnipotentis Dei misericordia antefatus Pippinus Francorum rex iter suum * profectus est, præmittens ante suum occursum aliquos ex suis (*b*) proceribus, & cum eis exercituales viros ad custodiendum proprias Francorum * clusas. Ibique conjungentes remoti residebant, proprii regis præstolantes adventum. Audiens itaque protervus ille (*c*) Aistulphus * parvos fuisse Francos illos, qui ad custodiam propriarum advenerant clusarum, fidens in sua * ferocitate, subito aperiens clusas, super eos diluculo cum plurimis exercitibus irruit. Sed justus judex Dominus, & Deus salvator noster Jesus Christus victoriam paucissimis illis tribuit Francis. Et multitudinem illam Longobardorum superantes trucidaverunt, ita ut ipse Aistulphus fuga arreptus vix ab eorum evadere potuisset manibus, nisi usque in Papiam civitatem absque armis fugam arripuisset. (*d*) In qua & præ timore Francorum cum aliquantis se retrusit. Ipsi vero Franci introeuntes clusas (*e*) cunctorum * fossatum Longobardorum post peractam cædem abstulerunt, spolia multa auferentes. Conjungens vero Christianissimus Pippinus Francorum rex, sequipes etiam ejus & antefatus beatissimus papa factus, usque ad muros civitatis Papiæ utrique perveneruut. Quam & obsidentes per aliquantos dies viriliter eam Francorum exercitus * constrinxerunt. Tunc jam fatus beatissimus & coangelicus papa Pippinum deprecatus est benignissimum regem, ut jam amplius malum hoc non * proveniret, neque sanguis effunderetur Christianorum, imminens salutifera prædicatione, ut pacifice causæ finirentur. * Ad hæc Christianissimus Pippinus Francorum rex ejusdem beatissimi patris & boni pastoris audiens adimplensque admonitionem, Deo dilectam pacem inientes, atque in scripto fœdera partium affirmantes inter Romanos, Francos & Longobardos, & obsides Longobardorum isdem Francorum rex abstolens, spopondit ipse Aistulphus cum universis suis judicibus sub terribili & fortissimo sacramento, atque in eodem pacti fœdere per scriptam paginam affirmavit se illico redditurum civitatem Ravennatium cum aliis diversis civitatibus. (*f*) Et post hoc facta pace inter Romanos, Francos & Longobardos rex Pippinus obsides Longobardorum secum ducens in finibus suis rediit. Cumque abinvicem essent segregati, solitum in perjurii reatum infidelis ille Aistulphus Longobardorum rex incidens quod jurejurando promisit reddere distulit. Dum enim sæpefatus sanctissimus papa conjugeret Romam, post aliquanti temporis spatium furore vehementi repletus adversarius ille, & suæ animæ inimicus Aistulphus, Deo sibi contrario, non solum quia ea quæ promiserat minime adimplevit, sed etiam generalem faciens commotionem cum universo regni sui Longobardorum populo contra hanc Romanam venit urbem, quam per trium mensium spatia obsidens, atque ex omni circumdans parte, quotidie fortiter eam expugnabat; omnia quæ erant extra urbem ferro & igne devastans, atque funditus demoliens consumpsit. Imminens vehementius isdem pestifer Aistulphus, ut hanc Romanam capere posset urbem, nam & multa corpora sanctorum effodiens, eorum sacra * (*g*) mysteria ad magnum animæ suæ detrimentum abstulit. Hæc itaque impie ab eodem Aistulpho gesta quanto citius sæpedicti Francorum * insonuere in aures. Sed & beatissimus pontifex per marinum iter suos ordinans, ad eum in Franciam dirigit missos, una cum quodam religioso viro (*b*) Vvarnerio nomine, qui ab eodem Francorum rege huc Romam directus fuerat. Cuncta quæ gesta sunt, & quæ crudeliter tyrannus ille peregit Aistulphus * subtili (*i*) fictione suis apostolicis relationibus sæpefato Christianissimo & Dei cultori Pippino Francorum intimavit regi, adjurans eum fortiter, firmiterque * sub divina diei judicii obtestatione, cuncta quæ beato Petro pollicitus est ad implendum. At vero ad hæc Christianissimus Pippinus rex Francorum fervore fidei motus iterum cum Dei virtute generalem faciens motionem in Longobardorum partes * conjunxit, & clusas funditus eorumdem evertit Longobardorum. Etenim cum ad prædictas Longobardorum clusas jam fatus Christianissimus Pippinus Francorum appropinquaret rex, * conjunxerunt in hanc Romanam urbem imperiales missi, Gregorius scilicet (*k*) protosecreta, & Joannes silentiarius directi ad prædictum Francorum regem. Quos suscipiens beatissimus papa eisdem motionem præfati Francorum regis nunciavit: quod quidem illi dubium habuerunt credendi. Et adhærens eis missum apostolicæ sedis, eos in Franciam ire * absolvit. Et pergentes marino itinere quantocius Massiliam advenerunt. In quam ingredientes didicerunt jam prædictum Francorum regem Longobardorum fines fuisse ingressum, juxta adhortationem antefati beatissimi papæ, & promissionem quam beato Petro jurejurando obtulerat. Et hæc cognoscentes ipsi imperiales missi tristes effecti nitebantur dolose missum apostolicæ sedis detinere Massiliæ, ut minime ad prædictum properaret regem, affligentes eum * valide. Sed interveniente beato Petro apostolorum principe eorum callida ad nihilum redacta est versutia. Itaque unus ex ipsis (*l*) protosecreta præcedens apostolicæ sedis missum celeriter prænominatum Francorum assecutus est regem: quem & in finibus Longobardorum non procul a Papia reperit civitate: & nimis eum deprecans, atque plura spondens * tribui imperialia munera, ut Ravennatium urbem vel cæteras ejusdem exarchatus civitates & castra imperiali tribuens concederet ditioni. At nequaquam valuit (*m*) firmissimum jam fati Christianissimi atque benignissimi fidelis Dei & amatoris beati Petri apostoli, scilicet antefati Pippini Francorum regis, inclinare cor, ut easdem civitates & loca imperiali tri-

ANNO CHRISTI 748.

* filius

* profectus.

* Clausas.

paucos.

fortitudine.

* cœmeteria

* innotuerunt auribus

* subtiliter suis.

* sub divini judicii die obtestans, ut cuncta quæ beato Petro pollicitus est adimpleret.

* fossatum. *id est castra.*

* venit.

* constrinxit.

* venerunt in hanc urbem

* Proto a secretis.

* perveniret,

* Ad hoc Pippinus rex audiens eos paci inhiantes, atque in scripto fœdere pactum promittentes dixit summo pontifici: Fiat secundum præceptum tuum, beatissime pater.

* absolvit, *ideest dimisit.*

* valde.

Gregorius videlicet.

* proto a secretis.

* tribuit

(*a*) *Tunc Pippinus rex profectus est præmittens &c.* (*b*) *proceribus.* deest
(*c*) *Aistulphus rex parvum numerum ex illis Francis adfuisse, qui ad custodienda propria &c.*
(*d*) *In qua se cum suis habitavit. Ipsi vero &c.* (*e*) *cunctum fossatum.*
(*f*) *Et post hoc ab invicem segregati in perjurium Aistulphus &c.*
(*g*) *cymiteria abstulit. Castrum itaque illud Narniense, quod pridem reddiderat missis Francorum adjura B. Petri Apostoli obtulit. Hæc itaque ab Aistulpho gesta &c.* (*h*) *Vvarnario nomine* (*i*) *refertione.*
(*k*) *protosecreta.* (*l*) *Gregorius videlicet protoasecreta* (*m*) *valuit scilicet antefati Pippini Francorum regis inclinare cor &c.*

tribueret ditioni. Asserens isdem Dei cultor, mitissimus rex, nulla penitus ratione easdem civitates a potestate beati Petri, & jure ecclesiæ Romanæ, vel pontificis apostolicæ sedis quoquo modo alienari pati: affirmans etiam sub juramento, quod per nullius hominis favorem sese certamini sæpius dedisset, nisi pro amore beati Petri & venia delictorum; asserens & hoc, quod nulla * eum thesauri copia suadere valeret, ut quod semel beato Petro obtulit auferret. Et hoc prædicto imperiali misso reddens in responsis, continuo eum ad propria remeandum per aliam viam absolvit, & sine effectu Romam conjunxit. Dum vero antefatus benignissimus Pippinus Francorum rex Papiam obsidens constringeret civitatem, tunc Aistulphus atrocissimus rex Longobardorum, ut veniam illi tribueret, rogavit, & ab obsidione cessaret; quas prius contemserat conscriptas in pacti fœdere reddere civitates, se modis omnibus professus est redditurum. Et denuo confirmato anteriore pacto, quod per elapsam octavam indictionem inter partes convenerat, restituat ipsas civitates prælatas, addens & castrum quod cognominatur * Comiaclum.

ANNO CHRISTI 748.

* ei.

* Comacium.

De quibus omnibus receptis civitatibus donationem in scriptis a beato Petro, atque a sancta Romana ecclesia, vel omnibus in perpetuum pontificibus apostolicæ sedis emisit possidendam, quæ usque hactenus in archivio sanctæ ecclesiæ recondita tenetur. Ad recipiendas vero ipsas civitates misit ipse Christianissimus Francorum rex suum consiliarium, id est, Fulradum venerabilem abbatem & presbyterum. Et continuo (*a*) ejus * eximietas feliciter cum suis exercitibus Franciam repedavit. Prænominatus autem Fulradus venerabilis abbas, & presbyter Ravennatium partes cum missis jam fati Aistulphi regis conjungens, & per singulas ingrediens civitates tam Pentapoleos quam & Æmiliæ, easque recipiens, & obsides * per unamquamque auferens, atque primates secum una cum clavibus portarum civitatum deferens, Romam conjunxit. Et ipsas claves tam Ravennatium urbis, quamque diversarum civitatum ipsius Ravennatium exarchatus una cum suprascripta donatione de eis a suo rege emissa in confessione beati Petri ponens, eidem apostolo, & ejus vicario sanctissimo papæ, atque omnibus ejus successoribus pontificibus perenniter possidendas atque disponendas tradidit, id est, Ravennam, Ariminum, (*b*) Pisaurum, atque Fanum, Cesenas, Senogallias, Æsium, (*c*) Forum Pompilii, Forum Livii, cum castro Sussubio, montem (*d*) Feretri, Acerragium, montem Lucari, Serram, castellum sancti Mariani, Bobium, Urbinum, Gallium, Luceolos, Eugubium, Comiaclum, nec non & civitatem Narnienſem, quæ a * ducatu Spoletino a parte Romanorum per evoluta annorum spatia fuerat invasa. Dum ergo hæc agerentur, ipse infelix Aistulphus quodam loco in venationem pergens divino ictu percussus defunctus est. Tunc Desiderius quidam dux Longobardorum, qui ab eodem nequissimo Aistulpho Tusciæ in partes erat directus, audiens præfatum objisse Aistulphum, illico aggregans ipsius Tusciæ universam exercituum multitudinem, regni Longobardorum arripere nixus est fastigium. Cujus personam despectui habens * (*e*) Radehisus dudum rex, & postmodum monachus, germanus præfati Aistulphi, sed & alii plures Longobardorum optimates, cum eo eumdem Desiderium spernentes, plurimam trans Alpes vel cætera Longobardorum loca exercituum multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti sunt.

* de unaquaque tollens.

duce Spo'etano.

ANNO CHRISTI 748

* Rachia.

Ad hæc præfatus Desiderius obnixe præfatum beatissimum pontificem deprecatus est sibi auxilium ferre, quatenus ipsam regiam valeret assumere dignitatem, spondens jurejurando omnem præfati beatissimi pontificis adimplere voluntatem. Insuper & reipublicæ se redditurum professus est civitates quæ remanserant, imo & copiosa daturum munera. Tunc isdem præcipuus pater & bonus pastor inito consilio cum sæpefato Fulrado venerabili presbytero & abbate, atque consiliario Christianissimi Pippini Francorum regis, misit suum germanum, Paulum scilicet diaconum, atque Christophorum consiliarium una cum præfato Fulrado in partes Tusciæ ad prædictum Desiderium. Cum quo loquentes confestim per scriptam paginam terribili juramento isdem Desiderius cunctam professus est superius annexam sponsionem adimplere. Post hæc vero peracta statim suum missum, id est Stephanum venerabilem presbyterum, cum apostolicis exhortatoriis literis præfato Rachisi, vel cunctæ genti Longobardorum direxit, properans & prædictus Fulradus venire cum aliquantis Francis in auxilium ipsius Desiderii: sed & plures exercitus Romanorum, si necessitas exigeret, in ejus dispositi * occurri adjutorium. Et suffragantibus prædicti sanctissimi pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens Dominus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione antefatus Desiderius per jam dicti coangelici papæ * concursum eamdem, quam ambiebat, assumeret regalem dignitatem. Dum vero hæc agerentur, direxit missum suum sanctissimus pontifex, & abstulit ipsis civitatibus, quas sæpedictus Desiderius rex reddere promiserat beatissimo eidem papæ, id est, Faventiam, cum castro (*f*) Tiberiano, seu Gabellum, universum ducatum Ferrariæ in integro. Et annuente Deo, rempublicam dilatans, & universam dominicam plebem, videlicet rationales sibi commissas oves, ut bonus pastor, animam suam ponens, omnes ab insidiis eruit inimicorum: cursumque consummans, & omnia utiliter perficiens, Dei vocatione vitam finiens ad æternam migravit requiem. Qui fecit ordinationem unam per mensem Martium, (*g*) presbyteros undecim, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero viginti: & cessavit episcopatus (*h*) dies triginta quinque. Sepultus est in basilica beati Petri apostolorum principis, sexto Kalendas Maii, indictione decima. (*i*) Et cessavit episcopatus ejus diebus triginta duobus.

* occurrere.

* consensum Rachis vero reddit ad monasterium

Stephanus II. papa factus quo tempore.

Notæ Severini Binii.

a *Stephanus*.) Duodecimo die post obitum Zachariæ, vigesima septima Martii, anno Domini septingentesimo

(*a*) *ejus eximietas* : deest (*b*) *Pensaurum*, *Concam*, *Fanum* &c.
(*c*) *forum Populi*, *Forum Livii* &c. (d) *Feletri*, *Acerragio monte*, *monte Lucati*, *Serram Castellum Santi Marini Bubium*, *Urbinum*, *Callis*, *Eugubium* &c. (*e*) *Ratchisum* (*f*) *Tiberiaco*.
(*g*) *presbyteros duos*, *diaconos duos*, *episcopos per diversa loca numero IV.*
(*h*) *dies XXII.* (*i*) *deest* hæc repetitio.

ANNO CHRISTI 752.

teſimo quinquageſimo ſecundo electus eſt Stephanus ſecundus; qui ſicut prima ætate teſte Anaſtaſio pie eſt inſtitutus, ita primordia pontificatus, inſtitutis & reſtauratis pauperum xenodochiis a pietate inchoavit: tertio menſe pontificatus fœdus quadraginta annorum cum Aiſtulpho Longobardorum rege iniit: quod cum rex fœdifragus quarto poſt menſe rupiſſet, nihilque apud eum iteratis muneribus atque legationibus pacem expentibus profeciſſet, auxilium oravit a Conſtantino imperatore, ſed non exoravit. Itaque frequentatis per urbem publicis litaniis, precibus, & proceſſionibus, a Pippino ſubſidium petiturus urbe egreſſus Aiſtulphum adiit: ſed cum nihil ibi profeciſſet, ad Pippinum in Gallias perrexit; a quo honorifice exceptus, ſpem & promiſſionem ſubſidii impetravit, cujus cauſa Romæ in Gallias profectus erat. Ut beneficia ab eodem accepta compenſaret, Pariſiis Pippinum cum filiis reges Galliæ conſecravit. In morbum vitæ ſuæ periculoſiſſimum dum ibidem incidiſſet, beneficio ſancti martyris Dionyſii, ut fatetur in diplomate quodam apud Hilduinum in Areopagiticis, ſubito præter omnium expectationem convaluit. Dum Pariſiis ageret, teſte Vvalfrido Strabone, eccleſiam Gallicanam in ſacro cantu per Romanos clericos perfecte inſtruxit. Aiſtulphus autem rex Longobardorum interea Carlomannum fratrem Pippini e monaſterio Caſſinenſi, quod ingreſſus erat, abſtractum, accedente abbatis juſſu miſit in Galliam, ut fratrem Pippinum a ſubſidio Romanæ eccleſiæ ferendo avocaret. Quod cum ille Romanæ eccleſiæ obſervantiſſimus ea dumtaxat intentione propoſuiſſet, ut barbari regis furor ab inferenda clade Caſſinenſi monaſterio abſtineret, adeoque non ex propria ſententia hoc demandatum negotium peregiſſet, nihilque apud fratrem obtinuiſſet, parata eſt Francorum contra Longobardos expeditio. Habita pugna, fuſoque Longobardorum exercitu, Aiſtulphus Papiæ urbis ingreſſu ab internecione ſe liberavit. Verum cum Pippinus eamdem urbem obſidione cinctam deditione incolarum ſubegiſſet, rogatu & interceſſione pontificis, Aiſtulpho ea conditione reddita, ut jurato promitteret ſe Ravennam, aliaſve quas nullo jure invaſerat Romanæ eccleſiæ civitates, propediem redditurum eſſe. Quod cum Aiſtulphus rex non gravato præſtitiſſet, Pippinus cum ſuis in Gallias, Stephanus papa reliquiis ſancti Dionyſii donatus in urbem rediit; ubi ſummo gaudio a ſuis exceptus dignas Deo laudes pro tot tantiſque acceptis beneficiis publice apud baſilicam ſancti Petri ex more perſolvit. Aiſtulphus poſt abitum Pippini timore ſolutus, non modo nihil eccleſiæ reſtituit, ſed potius comparato undequaque exercitu, ipſius urbis obſidionem præparavit. Videns ea Stephanus papa, nova legatione in Gallias miſſa, novum ſubſidium implorat per literas infra ſubſequentes. Quas cum rex Pippinus accepiſſet, citiſſime parato exercitu Italiam ingreditur, cogitque Aiſtulphum, ut quas invaſerat Ravennatis exarchatus urbes ſtatim reſtitueret, atque poſſeſſione evacuaret. Pippinus receptas una cum multis aliis ſupra recenſitis Romanæ eccleſiæ donavit, factamque donationem ſcripto inſtrumento publico, quod etiamnum in archivis Romanæ eccleſiæ continetur, corroboravit. Et ne bis perjurus tertio adverſus Deum ejuſque ſanctos bella moveret, Aiſtulphum vita ſimul & regno Deus ſpoliavit: delatoque auctoritate ſedis apoſtolicæ regno Longobardorum ad Deſiderium ducem Tuſciæ, factum eſt juſto Dei judicio, ut qui noluerunt Romanam eccleſiam quidquam jurium in Italiæ civitatibus poſſidere, iidem, ut videre eſt apud Anaſtaſium ſupra, ab ipſa ſupplices regnum petere debuerint.

Compendium rerum ab eo geſtarum.

Pippinus rex Galliæ fit.

Pippinus Longobardos bis vicit.

Longobardi regnum a pontifice experunt.

Hujus temporibus ſanctus Bonifacius & Hildebertus Colonienſis archiepiſcopus circa Trajectenſem eccleſiam de jure diœceſeos controverterunt, ut patet ex epiſtola Bonifacii ad Stephanum papam.

An Pippinus a Stephano vel a Bonifacio unctus fuerit in regem Galliæ.

b *Pippinus rex ab eodem ſanctiſſimo papa Chriſti gratia cum duobus filiis ſuis reges uncti ſunt Francorum.*) Idem præter Anaſtaſium hic aſſerunt Theoph. lib. 22. Paulus diaconus lib. 6. cap. 5. Egilvvaldus lib. 2. cap. 1. & ipſe Ludovicus imperator in epiſtola ad Hilduinum ſcripta, quæ in Areopagiticorum antiqua verſione invenitur. Unctum vero eſſe Pippinum a ſancto Bonifacio affirmant priſci Francorum annales, tam Nuerianiani quam Pithœani. Aimoinus lib. 4. cap. 61. Marianus, Regino, Lambertus, Sigebertus, & hiſtorici omnes Latini, ut ait Baronius anno 754. *Poſſunt tamen*, inquit Serarius, notat. 38. lib. 3. hiſt. Mogunt. *qui diſcordes videntur in concordiam non difficulter adduci, ſi dicamus ab utroque unctum Pippinum; a Bonifacio ſcilicet uno tempore, tamquam a pontificis ipſius legato; a Stephano deinde alio ſecreto tempore, tamquam ab ipſomet pontifice. Nam eumdem regem unxi ſæpius quid vetat? An non etiam aliquando factum? Mitto Caroli Magni ejuſque filiorum hiſtorias. Saul rex nonne bis unctus? 1. Regum 10. David vero nonus ter? 1. Regum 16. 2. Reg. cap. 2. & 5. Hujuſmodi enim interdum ceremonia ac ritus ad majorem auctoritatem, ſolemnitatem, & confirmationem iterantur: Concil. General.* Tom. XII.

prout recte dixit lib. 2. Regum cap. 5. quæſt. 4. Toſtatus. Idem factum eſſe Pippino notant Aimoinus lib. 4. cap. 62. & Tilius libro de regibus Franciæ. Hæc Serarius lib. 5. Mog. hiſtoriæ notat. 38.

c *Chriſto prævio.*) *Hic*, inquit Baronius anno 753. num. 9. *alluſiſſe eum putamus ad ritum illum Romanæ eccleſiæ, quo ſacratiſſima euchariſtia ſoleret peregrinantes Romanos pontifices præcedere.*

d *Carlomannum fratrem Pippini.*) Carlomannum non ſui animi conſilio hæc præſtitiſſe, ſed juſſu illius, cui voverat Dei nomine obedire, abbatis Caſſinenſis monaſterii, teſtatur Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 7. in fine his verbis: *Poſtmodum vero cum ab Aiſtulpho Longobardorum rege rogaretur, ut pro quibuſdam regni ſui negotiis ad Pippinum fratrem ſuum Francorum regem pergeret, abbate quoque id fieri poſtulante, ægre conſentiens profectus tandem eſt*, &c. Hæc de Carlomanno Leo Oſtienſis.

An Carlomannus monachus contra eccleſiam ſollicitando peccaverit

e *Francorum clauſæ.*) Clauſæ ſunt anguſtiæ Alpium, quibus velut oſtiis acceſſus hoſtium vetabatur.

I. AD PIPPINUM REGEM FRANCORUM.

Gratias agit de promiſſis per Droctegangum abbatem, qui a Pippino miſſus ad Stephanum papam fuerat, cum is in Franciam venire ſe velle ſignificaſſet.

Domino excellentiſſimo filio Pippino regi Stephanus papa.

PRæſens Droctegangus abbas, ſacris liminibus protectoris tui beati apoſtolorum principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus, impoſita ſibi verba ſalutationis ac ſoſpitatis expoſuit a Deo ſervatæ atque amantiſſimæ excellentiæ tuæ. Unde innumeras omnipotenti Deo læti effecti gratias referentes egimus, petentes ejus divinam miſericordiam, licet peccatores & indigni, ut pro ſua te protegat pietate, excellentiſſime fili, & multo amplius atque perfectius ſuo timore tuum regnum confirmet, & amore apoſtolico; quatenus & præſenti vita longe feliciter fruaris, & æternæ beatitudinis conſors fructu apoſtolici amoris effici mereaſ. Etenim præſens Droctegangus, fidelis tuus miſſus, juxta quod nobis locutus fuit, congruum per eum tuæ ſublimiſſimæ bonitati in ore ponentes remiſimus reſponſum: cui & in omnibus credere jubeas, fili, quia in omnibus quæ mandaſti, Chriſto cooperante, ſalutaria tibi mandavimus. Sed imple dominicum dictum, ſicut ſcriptum eſt: *Quoniam qui perſeveraverit uſque in finem ſalvus erit.* Ex hoc enim centuplum accipies, & vitam poſſidebis æternam. Hoc autem petimus, fili, ut dum miſſos tuos ad nos remittere juſſeris cum reſponſis, hunc Joannem, virum religioſum, cum eis mittere jubeas: fidelis enim tuus eſt, & prudenter reportat reſponſa. Bene vale.

Epiſt. 10. codicis Caroliani.

Matth. 10.

II. AD PROCERES FRANCORUM.

Ut ipſius apud Pippinum regem petitioni faveant, eique in ſuſcipienda eccleſiæ cauſa operam ſuam conferant.

Stephanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei viris glorioſis noſtriſque filiis omnibus ducibus gentis Francorum.

LÆta gaudet ſancta mater eccleſia in profectu fidelium filiorum. Propterea & ſi corpore abſentes, ſpiritu vero præſentes, glorioſam prudentiam atque dilectionem veſtram, ſublimiſſimi filii, ac ſi præſentialiter amplec-

Epiſt. 11. codicis Caroliani.

ANNO CHRISTI 752. *Pſal. 124.*

ANNO CHRISTI 752.

ctentes in oſculo pacis, ſalutamus in Domino, dicentes: *Benefac, Domine, bonis & rectis corde*. Quoniam fiduciam habemus, quod Deum timetis, & protectorem veſtrum beatum Petrum, principem apoſtolorum diligitis, & cum tota mentis devotione pro ejus perficienda utilitate in noſtra obſecratione cooperatores & adjutores eritis: pro certo tenentes, quod per certamen, quod in ejus ſanctam eccleſiam, veſtram ſpiritualem matrem, feceritis, ab ipſo principe apoſtolorum veſtra dimittantur peccata, & pro capti curſu laboris centuplum accipiatis de manu Dei, & vitam poſſideatis æternam. Idcirco obſecramus atque conjuramus veſtram ſapientiſſimam charitatem per Deum & per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & diem futurum examinis, in quo omnes pro noſtris facinoribus erimus reddituri rationem ante tribunal æterni judicis, ut nulla interponatur occaſio, ut non ſitis adjutores ad obtinendum filium noſtrum a Deo ſervatum Pippinum, excellentiſſimum regem, pro perficienda utilitate fautoris veſtri beati apoſtolorum principis Petri, ſicut per præſentem Drocegangum religioſum abbatem, ejuſque concomites direximus: quatenus vobis concurrentibus, dum noſtra deprecatio fuerit impleta, ipſo principe apoſtolorum, cujus cauſa eſt, largiente, veſtra deleantur peccata, & ut habet poteſtatem a Deo conceſſam, ſicut claviger regni cælorum vobis aperiat januam, & ad vitam introducat æternam. Sed attendite, filii, & ad participandum hoc quod optavimus ſtudioſius elaborate: ſcientes quod ſi quis declinaverit in aliam partem, ab æternæ beatitudinis hereditate erit alienus. Scriptum quippe eſt: *Qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit*. *Diligentibus namque Deum omnia cooperantur in bonum*. Bene valete.

Matth. 10.
Rom. 8.

III. AD PIPPINUM, EJUSQUE FILIOS REGES.

Cunctante Aiſtulpho civitates reſtituere, noviſque infeſtationibus eccleſiam vexante, regem obteſtatur, ut opem ferat, & donationem ſancto Petro promiſſam re ipſa implere ſtudeat.

Dominis excellentiſſimis filiis Pippino regi, & noſtro ſpiritali compatri, ſeu Carolo & Carlomanno item regibus, & utriſque patriciis Romanorum, Stephanus papa.

Codicis Carolini 7. *Epiſt. 7.*

PRovidi & ſapientiſſimi Salomonis prophetica ita fertur aſſertio: *Nomen bonum ſuper miſericordiam*. Nomen quippe bonum eſt, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde & pura conſcientia cuſtodire, & operibus implere. Nomen enim bonum eſt, totis viribus ad exaltationem ſanctæ Dei eccleſiæ, per quam & ſalus Chriſtianorum exiſtit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen, ſi operibus fuiſſet impletum. Redemptor namque noſter miſericors & multum miſerator Dominus, illis propitiator exiſtit, quos omnino tota mentis integritate fideles, & defenſores ſanctæ ſuæ eccleſiæ cognoverit. Qualis remuneratio, aut merces ſub cælo exiſtimanda & coæquanda eſt ad eam, quæ pro defenſione Dei eccleſiæ & domus beati Petri eſt rependenda? Ideo namque excellentiſſimam, & a Deo protectam bonitatem veſtram, ſuper turbas populorum, & multarum gentium, idem Rex regum, & Dominus dominantium ſalvos vos inſtituit, ut per vos ſancta Dei eccleſia exaltetur. Potuerat namque alio modo, ut illi placitum fuiſſet, ſanctam ſuam vindicare eccleſiam, & juſtitiam ſui principis apoſtolorum exigere: ſed quia mentem & conſcientiam veſtram, a Deo protecte ſpiritalis compater, & dulciſſimi filii, probare voluit, ideo noſtram infelicitatem ad vos venire præcipit. Tradidimus enim corpus & animam noſtram in magnis laboribus ad viam ſpatioſam, & longinquam provinciam, valde fiſi in veſtra fide: per Dei nutum illuc profecti ſumus, afflicti in nive & frigore, æſtu & aquarum inundatione, atque validis fluminibus, & atrociſſimis montibus, ſeu diverſis periculis. Etenim dum veſtris mellifluis obtutibus præſentati ſumus, omnes cauſas principis apoſtolorum in veſtris manibus commendavimus: quoniam quidem inſpirati a Deo aurem petitionibus noſtris accommodare dignati eſtis, & vos beato Petro polliciti eſtis ejus juſtitiam exigere, & defenſionem ſanctæ Dei eccleſiæ procurare: & ut vere fideles Deo, pura mente pro defenſione Dei eccleſiæ dimicandum properaſtis. Sed omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio, qui ſuperbos humiliat, & humiles exaltat, illico juſtitiam beati Petri veſtræ bonitati, & omnibus Chriſtianis demonſtravit, & tale præfulgidum miraculum oſtendit, quale omnino glorioſum eſt referendum. Illi enim inimici Dei & ſanctæ eccleſiæ, qui in ſua ferocitate confidebant, veloces pedes habentes ad effundendum ſanguinem, ſuper brevem numerum populi veſtri irruerunt, & ita per manum beati Petri omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus eſt, ut illi, qui innumerabiles exiſtebant, a paucis hominibus fuiſſent interempti. Et humiliati ſunt ipſi inimici beati Petri uſque ad terram, & ita timorem & tremorem in illis Dominus immiſit per interceſſiones beati Petri, ut ad nihilum devenirent. Non enim gladius hominis, ſed gladius Dei eſt qui pugnat. Videns namque ſuam deceptionem iniquus Aiſtulphus rex, cum ſuis a Deo deſtructis judicibus, per blandos ſermones & ſuaſiones atque ſacramenta illuſerunt prudentiam veſtram, & plus illis falſa dicentibus, quam nobis veritatem aſſerentibus credidiſtis. Magno namque dolore & triſtitia, excellentiſſimi filii, cor noſtrum repletum eſt, cur minime bonitas veſtra nos audire voluit. Omnia denique, quæ per Dei juſſionem vobis locuti ſumus, veraciter ediximus, & jam patefacta ſunt, ut facta ipſa demonſtrant. Etenim, ſicut primitus Chriſtianitati veſtræ ediximus, iniquus Aiſtulphus rex, ingreſſo in ejus corde perfido diabolo, omnia quæ per ſacramentum B. Petro per veſtros miſſos reſtituenda promiſit, irrita fecit, & nec unius palmi terræ ſpatium B. Petro reddere voluit. A die enim illo, quo a melliflua bonitate veſtra ſeparati ſumus, tantum nos affligere & tribulare viſus eſt, quantum non poteſt os hominis enarrare. In magna namque deſpectione ſanctam Dei eccleſiam, & noſtram humilitatem, & veſtros miſſos habere viſus eſt, quia etiam & ad propriam noſtram animam auferendam mala ejus imperatio & ſummiſſio facta eſt. Quid multa dicimus? Tantum nos tribulavit, quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides pro nobis flerent. Tamen omnia veſter conſiliarius Fulradus presbyter

byter & abbas, una cum ſuis ſociis, ſi Deum A *xit anima mea*. Et certe quos dileximus, per
ANNO CHRISTI 752. præ oculis habent, omnia vobis enarrare poſſunt. Non enim quia jam reddere, ut conſtituit, propria beati Petri voluit, ſed etiam ſcamaras atque deprædationes, ſeu devaſtationes in civitatibus & locis beati Petri facere ſua imperatione nec ceſſavit, nec ceſſat. Oblitus quippe eſt Deum qui fecit eum, & fidem Chriſtianam tranſgreſſus eſt. Quomodo ulterius credendus eſt, ſive ipſe, ſive ejus conſentanei, qui tanta in Dei myſteriis ſacramenta præbuerunt, & noluerunt conſervare? Vere enim omnia vobis prædiximus de ejuſdem impii regis mendacio & falſitate: & quemadmodum diximus manifeſta ſunt vobis, & perjurium ejus declaratum eſt. Pro quo peto vos, excellentiſ- B ſimi & a Deo protecti filii, & nimis obſecro, doleat vobis pro ſancta Dei eccleſia, & beati Petri cauſa: & quod per donationem beato Petro offerendum promiſiſtis, ei poſſidendum contradere debeatis. Mementote, & ſemper in veſtris præcordiis firmiter tenete quod promiſiſtis eidem janitori regni cælorum. Nulla jam vos ſeducat ſuaſio, aut acceptilatio. Conſiderate quam fortis exiſtit exactor idem princeps apoſtolorum beatus Petrus. Videte omnia quæ ei promiſiſtis, & per donationem offerendum polliciti eſtis, contradere feſtinate, ut non lugeatis in æternum, & condemnati maneatis in futura vita. Vita enim hujus mundi brevis eſt, & ſicut umbra declinatur, & ſicut veſti- C mentum inveteraſcit. Illam vitam æternam, quam vobis beatus Petrus pro ſua cauſa & juſtitia promiſit, tota mente & integro corde quærite. Decertate bonum opus, quod cœpiſtis, implere, & quæ per donationem manu veſtra confirmaſtis, protectori veſtro beato Petro reddere feſtinate; quoniam ſcriptum eſt: *Eccl. 5.* *Melius eſt non vovere, quam vovere, & votum non reddere*. Sciatis enim, quia ſicut chirographum veſtram donationem princeps apoſtolorum firmiter tenet, & neceſſe eſt ut ipſum chirographum expleatis: ne dum juſtus Judex ad judicandum vivos & mortuos, & ſæculum per ignem advenerit, in futuro judicio idem princeps apoſtolorum idem chirographum de- D monſtrans nullam habere firmitatem, diſtrictas faciatis cum eo rationes. Sed magis explete quod promiſiſtis velociter, ut iterum vitam æternam, quam ab ipſo principe apoſtolorum promiſſam habetis, poſſideatis. Conjuro vos, excellentiſſimi & a Deo protecti filii, per Deum omnipotentem, qui continet omnia ſua potentia, & per ſanctam ejus matrem glorioſam ſemper virginem Mariam dominam noſtram, atque virtutes cælorum, & per beatos principes apoſtolorum Petrum & Paulum, atque per tremendum judicii diem, ubi omnes conſtricte ad reddendum de noſtris factis rationem aſſiſtere habemus, ubi nulla eſt ingenioſa excuſatio, velociter & ſine ullo impedimento, quod E beato Petro promiſiſtis per donationem veſtram, civitates & loca, atque omnes obſides & captivos beato Petro reddite, vel omnia quæ ipſa donatio continet: quia ideo vos Dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, unxit in reges, ut per vos ſancta ſua exaltetur eccleſia, & princeps apoſtolorum ſuam juſtitiam ſuſcipiat. Magnum deſiderium in noſtro corde habebamus veſtros mellifluos vultus aſpicere, & de veſtræ jucunditatis lætitia gaudere, juxta quod ſapientiſſimus ait Salomon: *Per vicos & plateas quæſivi quem dile-*

Dei juſſionem invenimus, & quos deſideravimus amplexi ſumus: pro quo diffuſa eſt ſuper vos benedictio & gratia beati Petri, ut Domini fuit proviſio. Quod nullus de veſtris parentibus meruit ſuſcipere, vos ſuſcepiſtis, & princeps apoſtolorum præ ceteris regibus & gentibus vos ſuos peculiares faciens, omnes ſuas cauſas vobis commiſit: & vos reddetis rationem Deo quomodo pro juſtitia ipſius janitoris regni cælorum decertaveritis. Cunctus namque noſter populus reipublicæ Romanorum magno dolore, & amariſſimis lacrymis una nobiſcum tribulantur pro eo, dum ad tam longam & ſpatioſam provinciam properavimus, & præ fatigio validi itineris caro noſtra minuata eſt; ſic vacui & infructuoſi ſine effectu juſtitiæ reverſi ſumus. Attamen nos infelices juxta dominicum præceptum egimus, & omnes cauſas beati Petri vobis commendavimus; & vobis pertinet hoc, ſive ad peccatum, ſive ad mercedem. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quod beatus Petrus nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet juſtitiam, & factum non eſt, & in magno cordis ſtupore de hoc omnes evenerunt. Sed peto excellentiſſimam bonitatem veſtram, ut vituperium hoc a gentibus auferatis, & omnibus fidem veſtram operibus oſtendite, eo quod fides, ut ſcriptum eſt, ſine operibus otioſa eſt. Cum qua enim fiducia, aut fortitudine, ad expugnandos inimicos veſtros pergere poteſtis, ſi juſtitiam beati Petri, ut promiſiſtis & initiaſtis, non perfeceritis? Si enim ut cœpiſtis operibus adimpleveritis, eritis ſemper victores & fortiſſimi ſuper veſtros inimicos; & præſens regnum per multorum annorum ſpatia cum bona poſſidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tanto operi direximus ad vos Vvillarium reverentiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & coepiſcopum & fidelem, qui vobis omnia de noſtra tribulatione, & cauſa beati Petri proprio ore enarret: cui in omnibus credere jubeatis, & exitum bonum in cauſa beati Petri ponere. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

ANNO CHRISTI 753.

IV. AD PIPPINUM REGEM.

Romana urbe ab Aiſtulpho & Longobardis obſeſſa lacrymabiles literas ſcribit, quibus opem a Pippino iterum votis omnibus implorat.

Domino excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Stephanus papa.

QUanta luctuoſa & amariſſima triſtitia circumvallati, quantaque anxietate atque anguſtia coarctati ſimus, & quantas, crebreſcentibus continuis malis, oculi noſtri diſtillantes profundant lacrymas, credimus quod & ipſa omnium elementorum figmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujuſdam bonæ mulieris Suſannæ pudicitiæ verba loquimur: *Anguſtiæ nobis undique, & quid agamus ignoramus*. O fili excellentiſſime & Chriſtianiſſime, utinam omnipotens rerum creator Dominus, quemadmodum priſcis temporibus Habacuc illum prophetam ad refocillan- *Daniel. 13* *Daniel. 14.*

Codicis Carolini 6.

dum

dum & consolandum Danielem, præcipuum prophetam, abstrusum in leonum lacu, repentino volatu apportatum ab angelo miserat; ita & nunc, si dici potest, ejus misericordissima longanimitas a Deo servatam excellentiam tuam, vel unius horæ momento præsentem fecisset, ad contemplandam ærumnosa & lugubres angustias & tribulationes, quas immaniter a Longobardorum gente, & eorum nefando rege patimur. Ecce venerunt nobis dies angustiæ, præsto sunt dies fletus & amaritudinis, dies anxietatis, & gemitus, & doloris; quoniam quod timebamus evenit, & quod verebamur accidit. Pro quo angustiati, afflicti, atque oppressi, & ex omni circumquaque parte circumdati a nequissimo Aistulpho rege & Longobardorum gente, profusis lacrymis, percussoque pectore, cum propheta Dominum deprecantes dicimus; *Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui libera nos.* Et rursum: *Apprehende arma & scutum, & exurge in adjutorium nostrum. Domine judica nocentes nos, & expugna impugnantes nos.* Etenim sæpius bonitati tuæ innotescere videmur licet nostras tribulationes, tamen & nunc luctu & gemitu referendum malorum pericula, quæ ab eodem protervo rege passi sumus, & ejus gente Longobardorum, magno cogente periculo, significandum statuimus. Jam credimus, Christianissime & excellentissime fili & spiritalis compater, omnia nobilitati tuæ esse cognita, quomodo pacis fœdera ab impio Aistulpho rege & ejus gente dissipata sunt: & qualiter nihil juxta ut constituit, & per vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus impetrare. Et jam quia nullum augmentum nobis factum est, potius autem post desolationem totius nostræ provinciæ, & plura homicidia ab eadem gente perpetrata, etiam quod cum magnis lacrymis & dolore cordis dicimus agnoscas, excellentissime fili & spiritalis compater. In ipsis Januariis Kalendis cunctus ejusdem Aistulphi Longobardorum regis exercitus e Tusciæ partibus in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, & resederunt juxta portam beati Petri, atque beati Pancratii, & Portuensem. Ipse vero Aistulphus cum aliis exercitibus conjunxit ex alia parte, & sua fixit tentoria juxta portam Salariam, & ceteras portas, & nobis direxit dicens: Aperite mihi portam Salariam & ingrediar civitatem, & tradite mihi pontificem vestrum, & habebo in vobis compassionem: alioquin muros subvertens, uno vos gladio interficiam, & videam qui vos eruere possit de manibus meis. Sed & Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam urbem conjungentes, resederunt juxta portam B. Pauli apostoli, & cæteras istius Romanæ civitatis portas, & omnia extra urbem prædia longe lateque ferro & igni consumpserunt, domos omnes comburentes, pene ad fundamenta destruxerunt. Ecclesias Dei incenderunt, & sacratissimas sanctorum imagines in ignem projicientes suis gladiis consumpserunt: & munera sancta, id est corpus Domini nostri Jesu Christi, in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt, & cibo carnium copioso saturati comedebant eadem munera. Velamina altarium, ecclesiarum Dei omnia ornamenta, quod nimis crudele dici est, auferentes, in propriis utilitatibus usi sunt. Servos Dei monachos, qui pro officio divino in monasteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniaverunt; & sanctimoniales feminas, atque recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore sese clausuræ tradiderunt, abstrahentes cum magna crudelitate polluerunt: quin etiam & in ipsa contaminatione alias interficere nisi sunt. Et omnes domos cultas beati Petri igni combusserunt, vel omnium Romanorum, ut dictum est, domos comburentes extra urbem funditus destruxerunt, & omnia peculia abstulerunt, & vineas fere ad radices absciderunt, & messes conterentes omnino devoraverunt. Et neque domui sanctæ nostræ ecclesiæ, neque cuiquam in hac Romana urbe commoranti spes remansit vivendi, quia, ut dictum est, omnia ferro & igni consumpserunt, & multos homines interfecerunt. Sed copiosam familiam beati Petri, & omnium Romanorum, tam viros quam mulieres jugulaverunt, & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos a mamillis matrum suarum separantes, ipsosque vi polluentes interemerunt ipsi impii Longobardi. Et tanta mala in hac Romana urbe fecerunt, quanta certe nec paganæ gentes aliquando perpetrarunt: quin etiam, si dici potest, & ipsi lapides nostras desolationes videntes ululant nobiscum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanam civitatem obsidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortissima die noctuque cum pessimo furore incessanter contra nos ad muros istius Romanæ urbis commiserunt. Et non deficiebant impugnantes nos, ut suæ potestati, quod avertat divinitas, subjiciens omnes uno gladio idem iniquus Aistulphus interimeret. Ita enim nobis exprobrantes asserebant: Ecce circumdati estis a nobis, & non effugietis manus nostras: veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus nostris. Nam & civitatem Narniensem, quam beato Petro tua Christianitas concessit, abstulerunt, & aliquas civitates nostras comprehenderunt. Quamobrem constricti vix potuimus per maximum ingenium marino itinere præsentes nostras literas, & missos ad tuam excellentissimam Christianitatem dirigere, quas & cum magnis lacrymis scripsimus. Qui etiam probante veritate dicimus, per unamquamque literam lacrymas sanguine mixtas exprimeremus: & utinam præstaret nobis Dominus, ut qua hora nostram luctuosam exhortationem legeris, in præsentia tua per omnem literam sanguine plenæ lacrymæ fluerent. Unde, fili excellentissime, & spiritalis compater, peto te, & tanquam specialiter assistens, provolutus terræ, & tuis vestigiis me prosternens, cum divinis mysteriis conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus principe apostolorum beato Petro, ut sub nimia festinatione, & maxima celeritate nobis subvenias ne pereamus; quoniam post Dominum in tuis manibus nostrum omnium Romanorum commisimus animas. Non nos derelinquas: sic non te derelinquat Dominus in omnibus actibus & operibus. Non nos spernas: sic non te spernat Dominus invocantem ejus potentiam. Non elonges a nobis auxilium tuum, Christianissime fili, & spiritalis compater: sic non elonget Dominus auxilium suum & protectionem a te tuaque gente, dum ingressi fueritis contra inimicos vestros ad dimicandum. Adjuva nos, & auxiliare nostri sub magna velocitate, Christianissime: sic adjutorium sumas a Deo omnipotente, qui te unxit super turbas populorum per institutionem beati Petri in regem.

ANNO CHRISTI 752.

Psal. 78.

Psal. 34.

ANNO CHRISTI 753.

Occur-

ANNO CHRISTI 752.

Occurre, occurre, fili, & subveni nobis, antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat; Peto te, ne pereamus, ne quando dicant gentes quæ in cuncto orbe terrarum sunt: Ubi est fiducia Romanorum, quam post Dominum in regibus Francorum habebant? Non nos patiaris perire, & ne moreris, aut differas nobis ad solatiandum, nec a tuo nos separes auxilio: sic non sis alienus a regno Dei, & inseparatus a tua dulcissima conjuge, excellentissima regina, & spiritali nostra commatre. Non nos amplius anxiari, & periclitari, atque in luctu & fletu perseverare permittas, bone excellentissime fili, & spiritalis compater: sic non superveniat tibi luctus de tuis meisque dulcissimis filiis, domno Carolo & Carolomanno excellentissimis regibus & patritiis. Non obdures aurem tuam ad audiendum nos, & ne avertas faciem tuam a nobis, ne confundamur in nostris petitionibus, & ne periclitemur usque in finem: sic non obduret Dominus aurem suam tuas ad exaudiendum preces; & ne avertat faciem suam a te in illo futuri examinis die, quando cum beato Petro, & cæteris suis apostolis ad judicandum sederit omnem ordinem, omnem sexum, omnemque potestatem humanam, & sæculum per ignem, dicaturque tibi, quod avertat divinitas: Nescio te, quia non auxiliatus es Dei ecclesiæ, & defendere minime procurasti ejus peculiarem populum periclitantem. Audi me, fili, audi me, & subveni nobis. Ecce adest tempus salvandi nos: salva nos antequam pereamus, Christianissime rex. Quid enim melius, quidve elegantius, quam periclitantes & in angustia positos salvare? Scriptum quippe est: *Qui salvat tamquam qui ædificat*. Hinc enim præcipuus Isaias propheta ait: *Subvenite oppresso*. Omnes enim gentes, quæ circumquaque sunt positæ, & ad vestram per Dei potentiam Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salvæ factæ sunt. Etsi omnibus gentibus auxilium impertire non differtis, & per vos salvæ efficiuntur, multo amplius sanctam Dei ecclesiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. O quanta fiducia in nostro inerat corde, quando vestrum mellifluum conspicere meruimus vultum, & in charitatis vinculo sumus alligati atque connexi, in magna quiete & securitate nos permanere! Sed dum a vobis separabamus lucem videre, eruperunt tenebræ, & facta sunt novissima nostra pejora prioribus. Considera fili, considera, & omnino percogita, per Deum vivum te conjuro, quoniam & nostra & omnes Romanorum populi animæ, post Deum & ejus principem apostolorum in tua a Deo protecta excellentia, & gente Francorum a Deo tibi commissa pendent: quia, ut prælatum est, in gremio tuo nostras commisimus animas: & si perire, quod absit & avertat divina clementia, nos contigerit, perpende, obsecro, & omni modo perpensa, in cujus animam respiciat ad peccatum. Certe enim omnino crede, Christianissime, si nobis aliqua evenerit calamitas, quod absit, periclitandi, tu de omnibus, a Deo protecte & dilectissime nobis, ante tribunal Dei eris redditurus rationem cum omnibus tuis judicibus: quoniam ut prælatum est, nulli alio nisi tantummodo tuæ amantissimæ excellentiæ, vel dulcissimis filiis, & cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & beati Petri, sanctam Dei ecclesiam, & nostrum Romanorum reipublicæ populum commisimus protegendum. Ecce omnes nostros dolores & anxietates atque angustias tuæ a Deo protectæ bonitati innotuimus. Tu vero, excellentissime fili, & spiritalis compater, age & libera post Dominum in te confugientes, ut fructum bonum afferens in futuri examinis die merearis dicere: Domine meus, princeps apostolorum beate Petre, ecce ego clientulus tuus, cursum consummans, fidem tibi servans, ecclesiam a superna clementia tibi commendatam de manibus persequentium defendens liberavi, & assistens immaculatus coram te, offero tibi pueros quos mihi commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites atque incolumes existentes. Tunc & in præsenti vita regni gubernacula tenens, etiam & in futuro sæculo cum Christo regnans, cælestium præmiorum gaudia adipisci merearis; audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi*. Incolumem excellentiam tuam superna gratia custodiat.

Isai. 2.

Matth. 25.

EMBOLUM.

Magnopere direximus ad vestram Christianissimam excellentiam præsentem nostrum missum Georgium reverentissimum ac sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum, atque Vvarneharium religiosum abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum & comitem, magnificos item missos nostros, qui vobis nostros omnes dolores, & cunctas desolationes, quas a Longobardorum gente, & eorum protervo rege passi sumus & assidue patimur, vobis subtili enarratione, sicut propriis oculis viderunt, viva voce dicere debeant: quibus & in omnibus tamquam nobismetipsis credere jubeat Christianissima excellentia vestra, & nostram liberationem nimis festinanter procurare. Et conjuro te per Deum vivum & verum, a Deo protecte fili & spiritalis compater, ut nequaquam amplius discredas nostras afflictiones, & nullo modo neglectum ponatis ad liberandum nos: ne, quod absit, si amplius credere distuleris, & neglexeris nos eruendum, nobis, quod avertat divinitas, irruat calamitas pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum atque condemnationem in præsenti & æterna vita: quia vobis animas omnium nostrum Romanorum tradidimus. Sed magis magisque, ut prælatum est, conjuramus te, a Deo servate excellentissime fili & spiritalis compater, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem indivisam, ut nostras tribulationes & angustias, atque dolores & desolationes credere jubeatis, sine qualibet ambiguitate, & nobis propter Deum subvenire, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum inimicorum nostrorum nimis festinanter occurrere digneris: ut fructum offerens copiosum victor, intercedente beato Petro, super omnes barbaras nationes efficiaris, & vitam æternam possideas. Præfatus vero Vvarneharius abbas pro amore beati Petri loricam se induens, per muros istius afflictæ Romanæ civitatis die noctuque vigilavit, & pro nostra omnium Romanorum defensione atque liberatione, ut bonus athleta Christi, totis suis viribus decertavit.

ANNO CHRISTI 752.

V. AD FRANCOS.

Missa fuit sub nomine Petri apostoli & Stephani ad eosdem pro subsidio contra Longobardos.

Petrus vocatus apostolus a Jesu Christo Dei vivi Filio, qui ante omnia sæcula cum Patre regnans in unitate Spiritus sancti, in ultimis temporibus pro nostra omnium salute incarnatus & homo factus, nos suo redemit pretioso sanguine, per voluntatem paternæ gloriæ, quemadmodum per sanctos suos destinavit prophetas, in scripturis sanctis, & per me omnis Dei catholica & apostolica Romana ecclesia, caput omnium ecclesiarum Dei, ipsius redemptoris nostri sanguine supra firmam fundata petram, atque ejusdem almæ ecclesiæ Stephanus præsul, gratia, pax, & virtus ad eruendam eamdem sanctam Dei ecclesiam, & ejus Romanum populum mihi commissum de manibus persequentium, plenius ministretur a Domino Deo vestro: vobis viris excellentissimis Pippino, Carolo, & Carlomanno tribus regibus, atque sanctissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, vel cunctis religiosis monachis, verum etiam ducibus, comitibus, & cunctis generalibus exercitibus, & populo Franciæ commorantibus.

Cod. Carolin. ep. 3.

EGo Petrus apostolus, dum a Christo Dei vivi filio vocatus sum supernæ clementiæ arbitrio, illuminator ab ejus potentis totius mundi sum præordinatus, ipso Domino Deo

Matth. 2.

nostro confirmante: *Ite, docete omnes gentes,*

Joan. 20.

baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et iterum: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*: & mihi suo exiguo servo & vocato apo-

Joan. 21.

stolo sigillatim suas commendans oves, ait: *Pasce oves meas, pasce agnos meos.* Et rursus:

Matth. 16.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum. quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Quamobrem omnes qui meam audientes impleverunt prædicationem, profecto credant sua in hoc mundo Dei præceptione relaxari peccata, & mundi atque sine macula in illam progredientur vitam.

* quia.

Etenim * quibus illuminatio Spiritus sancti in vestris refulsit præfulgidis cordibus, vosque amatores effecti estis sanctæ & unicæ Trinitatis per susceptum evangelicæ prædicationis verbum, profecto in hac apostolica Dei Romana ecclesia nobis commissa vestra futuræ retributionis spes tenetur annexa.

Ideoque ego apostolus Dei Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendum de manibus adversariorum hanc Romanam civitatem, & populum mihi a Deo commissum, sed & domum, ubi secundum carnem requiesco, de contaminatione gentium eruendam, vestram omnium provocans dilectionem adhortor, & ad liberandam ecclesiam Dei mihi a divina potentia commendatam omnino protestans admoneo, pro eo quod maximas afflictiones & oppressiones a pessima Longobardorum gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantissimi, sed pro certo confidite, memetipsum tamquam in carne coram vobis vivum assistere, & per hanc adhortationem validis constringere atque obligare adjurationibus. Quia secundum promissionem quam ab eodem Domino Deo & redemptore nostro accepimus, peculiares inter omnes gentes, vos omnes Francorum populos habemus. Itaque protestor, & admoneo tamquam in [e] ænigmate, & firma obligatione conjuro vos Christianissimos reges, Pippinum, Carolum, & Carolomannum, atque omnes sacerdotes, episcopos, abbates, presbyteros, vel universos religiosos monachos, & vel cunctos judices; item duces, comites, & cunctum Francorum regni populum, & tamquam præsentialiter in carne vivus assistens coram vobis, ago ego apostolus Dei Petrus: ita firmiter credite vobis per adhortationis alloqui verbum: quia etsi carnaliter desum, spiritualiter autem a vobis non desim. Quoniam scriptum est: *Qui susci-*

Matth. 10.

pit prophetam in nomine prophetæ, mercedem susci-

pit.

Sed & domina nostra Dei genitrix semper virgo Maria nobiscum vos magnis obligationibus adjurans protestatur, atque monet, & jubet, simul etiam & throni, atque dominationes, vel cunctus cælestis militiæ exercitus, nec non & martyres atque confessores Christi, & omnes omnino Deo placentes, & hi nobiscum adhortantes, & conjurantes protestantur: quatenus doleat vobis pro civitate ista Romana, nobis a Domino Deo commissa, & ovibus dominicis in ea commorantibus, nec non & pro sancta Dei ecclesia mihi a Domino commendata: defendite atque liberate eam sub nimia festinatione de manibus persequentium Longobardorum, nec (quod absit) corpus meum, quod pro Domino Jesu Christo tormenta perpessum est, & domus mea ubi per Dei præceptionem requiescit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanietur amplius, nec trucidetur ab ipsa Longobardorum gente, qui tanto flagitio perjuri, rei existunt, & transgressores divinarum scripturarum probantur. Præstate ergo populo meo Romano, mihi a Deo commisso, in hac vita fratribus vestris, Domino cooperante, præsidia totis vestris viribus, ut ego Petrus vocatus Dei apostolus in hac vita, & in die futuri examinis vobis alterna impendens patrocinia, in regno Dei lucidissima ac præclara vobis præparem tabernacula, atque præmia æternæ retributionis, & infinita paradisi gaudia vobis pollicens ad vicem tribuam: dummodo meum peculiarem populum, & Romanam meam civitatem, fratres vestros Romanos de manibus iniquorum Longobardorum nimis velociter defenderitis.

Currite per Deum vivum & verum vos adhortor & protestor. Currite & subvenite, antequam fons vivus, unde sacrati & renati estis, arescat: antequam ipsa modica favilla de flagrantissima flamma remanens, de qua vestram lucem cognovistis, extinguatur: antequam mater vestra spiritualis sancta Dei ecclesia, in qua vitam speratis accipere æternam, humilietur, invadatur, & ab impiis violetur atque contaminetur. Protestor vos, dilectissimi filii mei adoptivi, per gratiam Spiritus sancti protestor, & nimis coram Deo terribili, creatore omnium, adhortor atque admoneo ego apostolus Dei Petrus & una mecum sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, quam mihi Dominus commisit, ne patiamini perire hanc civitatem Romanam, in qua corpus meum constituit Dominus, quam & mihi commendavit, & fundamentum fidei constituit: liberate eam, & ejus Romanum populum,

ANNO CHRISTI 748.

Franci peculiares filii sancti Petri.

Nomine Dei genitricis; & omnium sanctorum agit.

Efficaces ingerit Stephanus preces.

ANNO CHRISTI 752.

pulum, fratres vestros; & nequaquam invadi permittatis a gente Longobardorum. Sic enim sunt invasæ provinciæ & possessiones vestræ a gentibus quas ignoratis. Non separemini a populo meo Romano: sic enim non sitis alieni aut separati a regno Dei, & vita æterna. Quidquid enim poscetis a me, subveniam vobis, videlicet, & patrocinium impendam. Subvenite populo meo Romano fratribus vestris, & perfectius decertate, atque * finem imponite ad liberandum eos. Nullus enim accipit coronam, nisi qui legitime decertaverit: & vox decertate fortiter pro liberatione sanctæ Dei ecclesiæ, ne in æternum pereatis.

* fidem impendite.

Urget vehementius precibus papa.

Conjuro vos, (ut præfatum est) dilectissimi, per Deum vivum, & omnino protestor, minime permittatis hanc civitatem meam Romanam, & in ea habitantem populum amplius a gente Longobardorum laniari, ne lanientur & crucientur corpora & animæ vestræ in æterno atque inextinguibili igni Tartareo cum diabolo, & ejus pestiferis angelis: & ne dispergantur amplius oves dominici gregis a Deo commissi, videlicet populus Romanus: ne vos dispergat & projiciat Dominus, sicut Israeliticus populus dispersus est.

Excellit gens Francorum omnes gentes.

° existit.

Declaratum quippe est quod super omnes gentes, quæ sub cælo sunt, vestra Francorum gens apostolo Dei Petro prima° extitit; & ideo ecclesiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus vicarii mei commendavi ad liberandum de manibus inimicorum. Firmissime enim tenete, quod ego servus Dei vocatus apostolus omnibus vestris necessitatibus, cum modo precati estis, auxiliatus sum, & victoriam per Dei virtutem vobis de inimicis vestris tribui: & inante attribuam nihilo minus, credite; si ad liberandum hanc meam civitatem Romanam nimis celeriter accurretis. Mementote & hoc, quomodo & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ dum contra vos prælium inceperunt a vobis, qui pravo numero contra eos fuistis, prosterni feci. Pro quo decertate hanc meam velociter adimplere admonitionem; ut perfectius mereamini meum auxilium adipisci per gratiam quæ mihi data est a Christo Domino nostro.

Comminatur excommunicationem.

Ecce, filii charissimi, prædicans admonui vos. Si obedieritis velociter, erit vobis pertingens ad magnam mercedem, & meis suffragiis adjuvari, & in præsenti vita omnes vestros inimicos superantes, & longævi existentes, bona terræ comedetis, & æterna procul dubio fruemini vita. Sin autem, quod non credimus, & aliquam posueritis moram, aut adinventionem minime velociter hanc nostram ad implendam adhortationem, ad liberandam hanc meam civitatem Romanam, & populum in ea commorantem, sanctam Dei apostolicam ecclesiam a Domino mihi commissam, simul & ejus præsulem: sciatis vos ex auctoritate sanctæ & unicæ Trinitatis per gratiam apostolatus, quæ data est mihi a Christo Domino, vos alienari pro transgressione nostræ adhortationis a regno Dei, & vita æterna. Sed Deus & Dominus noster Jesus Christus, qui nos suo pretioso sanguine redimens, ad lucem perduxit veritatis, nos quoque prædicatores & illuminatores totius mundi constituit, det vobis ea sapere & intelligere, eaque disponere nimis velociter; ut celerius hanc civitatem Romanam, & ejus populum, seu sanctam Dei ecclesiam mihi a Deo commissam ad eruendum occurratis, quatenus misericorditer, sicut fidelibus suæ potentiæ, meis pro vobis intervenientibus suffragiis, & in præsenti vita longævos, sospites, & victores conservare jubeat, & venturo in sæculo dona suæ remunerationis faciat multiplicius promereri cum sanctis & electis suis. Bene valete.

ANNO CHRISTI 752.

VI. AD PIPPINUM REGEM.

Gratias agit ob urbem liberatam, collatumque in ecclesiam Romanam beneficium. De Aistulphi regis morte, & Desiderio ejus successore. Orat ut reliquas exarchatus & Pentapolis civitates nondum redditas a Desiderio juxta fidem ab eo datam restitui jubeat. Missa per Georgium episcopum & Joannem sacellarium legatos.

Domino excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & pacricio Romanorum, Stephanus papa.

EXplere lingua, excellentissime fili, non valemus quantum tuo opere, tua vita, delectamur. Facta quippe diebus nostris virtute divina miracula vidimus; quod per excellentiam tuam sancta omnium ecclesiarum Dei mater & caput, fundamentum fidei Christianæ, Romana ecclesia, quæ valde ab hostium impugnatione periculorum impugnationibus lamentabatur, magna nunc gaudii soliditate nimirum est translata atque confirmata, & mœrentes Christianorum animæ tuo fortissimo præsidio maxima sunt relevatæ lætitia. Pro quo in vestro opere, & nostra exultatione, libet cum angelis exclamare: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Et quia elapso anno, isto in tempore, valde ab hostium depopulosa impugnatione sauciati, & ultra citraque circumdati affligebamur; nunc autem tuo potentissimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immenso exultamus gaudio, & benedicentes nomen Domini cum Psalmographo consona dicimus voce: *Hæc est immutatio dexteræ Altissimi*. Et rursum: *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*. Cujus enim vel saxeum pectus tam benigno opere a tua præclara bonitate peracto, cognitoque, non statim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuæ excellentiæ amorem molleścat? Hæc me, fateor, excellentissime fili & spiritalis compater, quæ per te mirabiliter facta sunt, sæpe convenientibus ex universo orbe terrarum nationibus dicere, sæpe cum eis pariter admirari delectat, & extensa voce mellifluæ tuæ excellentiæ laudes persolvere indeficienter. Hæc me plerumque etiam in momento horarum excitant, indeflexibili oculo pro immensa bonitatis tuæ, & universæ gentis Francorum sospitate, omnipotenti Deo fundere preces. Denique, amantissime, & Deo inspirate, victor, felix, & divina providentia fortissime rex, qualiter beatus Petrus apostolorum princeps tuæ devotionis affectum, quem pro ejus causa decertans adhibuisti, susceperit, ipsa liquido cunctis vita vestra testatur. Scriptum quippe: *Vota justorum placabilia*. Libet quippe omnino, excellentissime fili, tuæ bonitati magnas gratiarum persolvere laudes, & nomen Domini pro tam maxima benignitate glorificantes exhilarata voce canere: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitans plebem suam, & redemptionem facere cupiens populo suo, suscitavit nobis, Christianissime victor, nostris diebus fortissimum libe-

Codicis Carolini 8.

Luc. 2.

Psal. 76.

Psal. 29.

Prov. 15

ANNO CHRISTI 752.

ratorem. Quid enim aliud quam novum te dixerim Moysem, & præfulgidum asseram David regem? quoniam quemadmodum illi ab oppressionibus Allophylorum populum Dei liberaverunt; ita quoque tu benedicte a Deo victor, fortissime rex, tuo certamine ecclesiam Dei, & ejus afflictum populum ab hostium impugnatione eruere studuisti. Benedictus es, eximie fili, a Deo excelso qui fecit cælum & terram: & benedictus Deus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiæ, & tuos amantissimos natos, meosque spirituales filios, domnum Carolum & Carolomannum, a Deo institutos reges Francorum, & patricios Romanorum, cum Christianissima eorum matre, excellentissima regina, dulcissimaque conjuge, fidele Dei, spiritali nostra commatre, tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus semen vestrum, & benedicat in æternum, atque solium regni fruendum perenniter concedat, & universam gentem Francorum sub vestra ditione permanentem illæsam custodiat. Vale in Domino, rex benignissime, quia per te sanctæ Dei ecclesiæ inimici humiliati sunt, & magna lætitia ipsa sancta Dei ecclesia est relevata, & ejus peculiaris populus jucundatur, & per te benedicitur Deus: pro quo & ejus benedictio super te plenius est effusa: gaudium enim uberrimum in universum terrarum orbem intulisti. Magna sunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus tribuenda, sed inter hæc misericordissimi Dei nostri clementiam indesinenter petimus, ut cælestis sui regni gaudia vobis tribuat vicissitudine. Quapropter cum magna fiducia, tamquam præsentialiter coram tuo mellifluo consistens aspectu, flexis genibus petens peto te, & omnino coram Deo vivo deprecor, ut jubeas firmiter in hoc bono opere, sicut certe confidimus, usque in finem permanere, pro sanctæ Dei ecclesiæ perfecta exaltatione, & ejus populi deliberatione, & integra securitate: & plenariam justitiam eidem Dei ecclesiæ tribuere digneris, atque optimum & velocem finem in causa fautoris tui beati Petri adhibere jubeas; ut civitates reliquas, quæ sub unius dominii ditione erant connexæ, atque constitutos fines, territoria etiam loca, & saltora, in integro matri tuæ spiritali sanctæ ecclesiæ restituere præcipiatis: ut populus Dei, quem a manibus inimicorum redemisti, in magna securitate & delectatione tuo auxilio adjutus vivere valeat; quoniam & filius noster Deo amabilis Fulradus, fidelis vester, omnia conspiciens satisfactus est, quod nequaquam ipse populus vivere possit extra eorum fines, & territoria atque possessiones, atque civitatibus illis, quæ semper cum eis sub unius domini ditione erant connexæ. Peto te, filii, peto te coram Deo vivo & fortiter conjuro, spiritalis compater, ut in hoc bono opere perfectius maneas, & non hominum blandimentis, aut suasionibus, vel promissionibus, quod absit, faveas, & in aliam declines partem; sed magis vere timens Deum, omnia quæ beato Petro sub jurejurando promisisti, adimplere jubeas, & sicut cœpisti plenariam justitiam illi impertire. Etenim tyrannus ille sequax diaboli Aistulphus, devorator sanguinum Christianorum, ecclesiarum Dei destructor, divino ictu percussus est, & in inferni voraginem demersus. In ipsis quippe diebus, quibus ad hanc Romanam urbem devastandam profectus est post annui spatii circulum, ita divino mucrone percussus est, ut profecto in eo tempore quo fidem suam tentans diversa piaculi scelera perpetratus est, in eo & suam impiam finiret vitam. Nunc autem Dei providentia, per manus sui principis apostolorum beati Petri, simul per tuum fortissimum brachium, præcurrente industria Deo amabilis viri Fulradi, tui fidelis, nostri dilecti filii, ordinatus est rex super gentem Longobardorum Desiderius vir mitissimus, & in præsentia ipsius Fulradi sub jurejurando pollicitus est restituendum beato Petro civitates reliquas, Faventiam, Imolam, & Ferrariam, cum earum finibus: simul etiam & saltora, & omnia territoria, nec non & Auximum, Anconam, & Numanam civitates, cum earum territoriis. Et postmodum per Garinodum ducem, & Grimoaldum, nobis reddendum spopondit civitatem Bononiam, cum finibus ejus, & in pacis quiete cum eadem Dei ecclesia & nostro populo semper mansurum professus est, atque fidelem erga a Deo protectum regnum vestrum esse testatus est. Et petiit nos quatenus bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo & cuncta gente Longobardorum magnam pacis concordiam confirmare jubeas. Nam & Spoletani ducatus generalitas, per manus beati Petri, & tuum fortissimum brachium, constituerunt sibi ducem: & tam ipsi Spoletani, quamque etiam Beneventani, omnes se commendare per nos a Deo servatæ excellentiæ tuæ cupiunt, & imminent anhelantius in hoc deprecando bonitatem tuam. Unde petimus te, excellentissime fili & spiritalis compater, ut si prædictus Desiderius, quemadmodum spopondit, justitiam sanctæ Dei ecclesiæ, sive reipublicæ Romanorum, beato Petro protectori tuo, plenius restituere, & in pacis quiete cum ecclesia Dei & nostro populo, sicut in pactis a tua bonitate confirmatis continetur, permanserit cum universa sua gente, jubeas in id quod petiit tuas a Deo inspiratas aures inclinare. Hoc interea anhelantius, ut nimis velociter eidem Desiderio regi, obtestando, admonendo, etiam & præcipiendo, dirigere jubeas, ut reliquas civitates, loca, & territoria, atque patrimonia, & saltora, in integro sanctæ ecclesiæ reddere debeat: & tale fundamentum, & optimum in causa ejus imponere jubeas, ut auxiliante Domino ipsa sancta Dei ecclesia secura maneat in finem sæculi, & plenaria justitia a justo judice Domino Deo nostro, & memoriale nomen tibi in sæcula maneat, ut etiam cunctæ a Christo protectæ genti vestræ Francorum. Inspiratus autem a Deo nimis festinanter causam sanctæ ecclesiæ perficies: quia sunt aliæ canonicæ causæ, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam regni tui laudem, & magnam animæ tuæ, vel cunctæ gentis Francorum immensam mercedem. Et hoc obnixe postulamus præcelsam bonitatem tuam, ut inspiratus a Deo, & ejus principe apostolorum beato Petro, ita disponere jubeas de parte Græcorum, ut fides sancta catholica & apostolica per te integra & inconcussa permaneat in æternum, & sancta Dei ecclesia, sicut & ab aliis, & ab eorum pestifera malitia liberetur, & secura reddatur, atque omnia proprietatis suæ percipiat; unde pro animæ vestræ salute indefessa luminarium concinnatio Dei ecclesiis permaneat, & esuries pauperum, egenorum vel peregrinorum nihilo minus resecetur, & ad veram saturitatem perveniant. Qualiter autem cum silentiario locuti fueritis, vel quo-

ANNO CHRIST 773.

quomodo eum tua bonitas absolverit, una cum exemplari literarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite, ut sciamus qualiter in communi concordia agamus, sicut inter nos & Fulradum Deo amabilem constitit. Ipse vero dilectus filius noster Fulradus in omnibus causis juxta tuam præceptionem peregit: & maximas gratias illi egimus pro suo certamine. Qui videlicet ad vos revertens omnia qualiter acta sunt bonitati vestræ intimabit. Præsentes vero fidelissimos nostros, id est Georgium reverentissimum ac sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum, atque Joannem regionarium, nostrumque sacellarium, petimus ut hilariori suscipiens vultu, in omnibus acceptari jubeas; & quidquid nostra vice bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris, atque cum effectu causæ, & lætabundis nunciis ad nos remeandas absolvere jubeas. Nam & hoc obsecramus bonitatem tuam, ut nimis celeriter ad nos * conjungendum absolvere præcipias reverentissimum fratrem & coepiscopum nostrum Vvileharium. Omnipotens autem Deus in cunctis actibus tuis, excellentissime victor rex, suæ dextræ extensione te protegat, tibique & præsentis vitæ prospera, & post multorum annorum curricula, gaudia æterna concedat, faciatque cum tua dulcissima conjuge, excellentissima regina, spiritali nostra commatre, & vestris meisque dulcissimis filiis, maximo gaudio jucundari, & regni vestri gubernaculo a Deo vobis concesso perfrui: & qui in præsenti vita regni potestatem tenetis, etiam futuro in sæculo cum Christo in æternum regnetis; promerentes illam dominicam promissionem audire: Venite benedicti patris mei: pro eo quod certamen bonum certastis, cursum consummastis, fidem servastis, sumite repositas vobis coronas, & accipite regnum vobis ab origine mundi præparatum. Nam & ex hoc præcelsæ, & a Deo custoditæ excellentiæ vestræ innotescimus, quia petit nobis Optatus religiosus abbas vestri monasterii sancti Benedicti, pro monachis suis, qui cum tuo germano profecti sunt, ut eos absolvere jubeas: sed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere jubeas. Incolumem excellentiam tuam gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 751.

* commigrandum.

Matth. 25.

VII. AD PIPPINUM REGEM, ET CAROLUM AC CAROLOMANNUM,

Ut Aistulfum Longobardorum regem, qui juramentum restituendi civitates & loca sibi donata, violavit, cogant justitiam facere de promissis.

Dominis excellentissimis filiis, Pippino regi, & nostro spiritali compatri, Carolo & Carolomanno item regibus, & utrisque patritiis Romanorum Stephanus papa.

Cod. Carol. 7. DUM regni vestri nomen inter cæteras gentes erga sinceram fidem B. Petri principis apostolorum lucidissime fulserit, valde studendum est ut unde glorioriores cæteris gentibus in servitio B. Petri vos omnes Christiani asserunt, inde omnipotenti Domino, qui dat salutem regibus pro defensione sanctæ suæ ecclesiæ, perfectius placeatis: ut fidem quam erga eumdem principem apostolorum colitis, adjutricem in omnibus habeatis. Optaveramus quidem, præcellentissimi filii, amplius protelando nostram locutionem dilatare: sed quia pro multis ab iniquo Aistulfo rege Longobardorum nobis ingestis tribulationibus cor nostrum omnino atteritur dolore, & tædet spiritus noster: ideo a multorum sermonum prolixitate declinavimus, & unum quod est necessarium, excellentissimæ Christianitati vestræ innotescere studuimus. A Deo protecte, nosterque spiritalis compater, & vos dulcissimi filii, pro mercede animarum vestrarum, quemadmodum misericors Deus noster cælitus victorias vobis largiri dignatus, justitiam B. Petri, in quantum potuistis, exigere studuistis, & per donationis paginam restituendum confirmavit bonitas vestra. Nunc autem sicuti primitus Christianitati vestræ de malitia ipsius impii regis ediximus, ecce jam mendacium & iniqua perversitas, atque ejus perjurium declaratum est. Antiquus quippe humani generis hostis diabolus, ejus perfidum invasit cor: & quæ sub vinculo sacramenti adfirmata sunt, irrita facere ausus est. Nec unius enim palmi terræ spatium beato Petro sanctæque Dei ecclesiæ, vel reipublicæ Romanorum reddere passus est: tanto quippe a die illo, a quo ab invicem separati sumus, nos affligere, & in magna ignominia sanctam Dei ecclesiam habere conatus est, quanto non possunt hominum linguæ enarrare: quia etiam & ipsi lapides, si dici potest, tribulationem nostram magno ululatu flerent, & ita nos visus est affligere, ut denuo in nobis innovata fuisset infirmitas. Nimis namque lugeo, excellentissimi filii, cur verba nostra infelicitatis non audientes, mendacium plusquam veritatem credere voluistis, illudentes nos & irridentes. Unde & sine effectu justitiæ B. Petri ad proprium ovile, & populum nobis commissum sumus reversi. Omnes denique Christiani ita firmiter credebant, quod B. Petrus princeps apostolorum nunc per vestrum fortissimum brachium suam percepisset justitiam, dum tam maximum ac præfulgidum miraculum vestris felicissimis temporibus demonstravit, talemque vobis immensam victoriam Dominus Deus, & Salvator Jesus Christus, per intercessiones sui principis apostolorum pro defensione sanctæ suæ ecclesiæ largiri dignatus est. Sed tamen, boni filii, credentes eidem iniquo regi, quod per vinculum sacramenti pollicitus est propria vestra voluntate per donationis paginam beato Petro, sanctæque Dei ecclesiæ, & reipublicæ, civitates & loca restituenda confirmastis: sed ille oblitus fidem Christianam, & Deum, qui eum nasci præcepit, irrita, quæ per sacramentum firmata sunt, facere ausus est. Quapropter *Iniquitas in verticem illius descendit*. Patefactus quippe est laqueus, quem effodit, & in eo pro suo mandato & perjurio incidit. Conjuro vos, filii excellentissimi, & a Deo protecti, per Dominum Deum nostrum, & sanctam ejus gloriosam semperque virginem genitricem Mariam, dominam nostram, omnesque virtutes cælorum, & per beatum Petrum principem apostolorum, qui vos in reges unxit, ut doleat vobis pro sancta Dei ecclesia, & juxta donationem, quam eidem protectori vestro domino nostro beato Petro offerre jussistis, omnia reddere, & contradere sanctæ Dei ecclesiæ studeatis, & nequaquam jam ipsius nequissimi regis vel ejus judicum seductoria verba, & illusionis mandata credatis. Ecce enim

ANNO CHRISTI 753.

Psal. 7.

patefactum est mendacium ejus, ut nequaquam ulterius vires credendi habere possit : sed magis, cognito ejus iniquo ingenio & iniqua voluntate, ejus fraudantur insidiæ, & quod semel beato Petro polliciti estis, & per donationem vestra manu firmatam pro mercede animæ B. Petro reddere & contradere festinate. Beatus denique Paulus apostolus ait : *Melius est non vovere, quam post votum non reddere*. Etenim nos omnes causas sanctæ Dei ecclesiæ in vestro gremio commendavimus, & vos reddetis Deo, & B. Petro rationem in die tremendi judicii, quomodo decertaveritis pro causa ejusdem principis apostolorum, & restituendis ejus civitatibus & locis. Vobis denique, multis jam devolutis temporibus, hoc bonum opus reservatum est, ut per vos exaltetur ecclesia, & suam princeps apostolorum percipiat justitiam. Nullus meruit de vestris parentibus tale præfulgidum munus, sed vos prælegit, & præscivit Deus ante tempora æterna, sicuti scriptum est : *Quos præscivit, & prædestinavit, hos & vocavit ; & quos vocavit, illos & justificavit*. Vocati estis : justitiam ipsi principi apostolorum sub nimia festinatione facere studete, quia scriptum est, *fides ex operibus justificatur*. De omnibus vero tribulationibus nostris, quas passi sumus, vel denuo patimur, Deo auxiliante Fulradus filius, vester consiliarius, & ejus socii, enarrabunt vobis : & ita agite de causa beati Petri, ut & in hoc victores favente Domino existatis, & in futuro, intercedente ipso principe apostolorum beato Petro, gaudia possideatis æterna. Bene valete, excellentissimi filii.

ANNO CHRISTI 752.

Eccli. 5.

Rom. 8.

Jac. 2.

PRÆCEPTUM STEPHANI PAPÆ II.

ANNO CHRISTI 752.

De hospitali & domo Romæ Fulrado abbati concessa.

Stephanus episcopus servus servorum Dei Fulrado amabili presbytero & abbati.

PEtentium desideriis ita nos convenit impertire assensum, ut tamen sequentibus temporibus nullis ecclesiastica utilitas valeat submitti dispendiis. Nam tunc petitorum postulatio congruum videtur suscipere effectum, quando ecclesiastica prædia congrue ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia petistis a nobis, quatenus hospitale positum infra basilicam beati Petri, juxta sepulchrum beati Leonis papæ, quod tenuit Ratchis monachus, juris ipsius basilicæ B. Petri ; nec non & domum positam juxta monasterium B. Martini, cum inferioribus & superioribus suis, cum metatu suo & horticello, quam tenuit Nazarius monachus, juris venerabilis monasterii sancti Stephani cata Galla patricia, vobis ad tempus emissa præceptione concedere deberemus ; inclinati precibus vestris, per hujus præcepti seriem suprascriptum hospitale, & domum positam, cum inferioribus & superioribus suis, vel omnibus in integro pertinentibus, a præsenti decima indictione, diebus vitæ vestræ vobis concedimus detinendum. Post vero obitum vestrum, utrumque hospitale & domum, ut superius legitur, ad jus suprascriptorum piorum locorum, cujus & est proprietas, in integro nihilo minus revertantur. Bene valete.

☞ ADMONITIO JO. DOM. MANSI IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

Ex Suppl. Mansi T. I. pag. 599.

Stephani papæ II. ad Fulradum S. Dionysii abbatem epistola seu bulla, qua plura in monachos Sandionysianos plane nova & inusitata confert, notior est, quam ut Labbeum latuerit. Dedit illam ex Sirmondi editione, & quidem opportune, cum sincerior sit præ altera quam Mabillonius in tertio sæculo ordinis S. Benedicti e codicibus MSS. Benedictinis expressit. Cum tamen de sinceritate ejus ferveat controversia inter doctos & qui ex illis sinceram admittunt, dissideant inter sese utra probatior, juvat ex utraque editione Mabillonii & Labbei seu Sirmondi producere.

EPISTOLA STEPHANI PP. D EPISTOLA STEPHANI PP.

Ad Fulradum Abbatem.

EDITIO SIRMONDI ET LABBEI.

Stephanus episcopus, servus servorum Dei, Fulrado Deo amabili, archipresbytero & abbati venerabilium monasteriorum ab eodem Deo auspice fundatorum, & per seriem omnibus successoribus vicissim abbatibus in perpetuum.

QUoniam semper sunt concedenda quæ rationabilibus congruunt desideriis, oportet ut devotio conditoris piæ constructionis oraculi in privilegiis præstandis minime denegetur. Igitur quia postulasti, a nobis, dilectissime noster fili, quatenus in provincia Franciæ, ubi & ubi tibi placitum fuerit in diversis locis, sive in his, quæ proprietatis tuæ juri pertinent, sive etiam iis, quæ per emptionis paginam tibi advenerunt, quamque

Ad Fulradum Abbatem.

EDITIO MABILLONII.

Stephanus episcopus, servus servorum Dei, Fulrado Deo amabili, presbytero & abbati venerabilium diversorum monasteriorum, Deo auspice, fundatori, & per seriem omnibus successoribus ejus vicissim abbatibus in perpetuum.

QUoniam semper sunt concedenda, quæ rationibus optantur congruis, oportet ut devotio conditoris sancti Oraculi in præstandis privilegiis a nobis augeatur. Igitur quia postulasti a nobis, dilectissime noster fili, quatenus in regno Franciæ, ubi & ubi tibi placitum fuerit in ruris atque mœnis diversorum locorum sive in his quæ tuæ proprietatis sunt, in his etiam, quæ per emptionis paginam tibi advenerunt, sive in rebus parentum

tuo-

Sirmondi & Labbei editio. A Mabillonii editio.

ANNO CHRISTI 751.

que etiam in rebus parentum tuorum, vel unde tibi contingat, monasteria construendi licentiam tribueremus, ipsaque monasteria, a te fundata, privilegiis sedis apostolicæ munirentur, ut sub jurisdictione sanctæ, cui, Deo auctore, deservimus, ecclesiæ constituta nullius alterius ecclesiæ jurisdictionibus submittantur. Pro qua re piis desideriis faventes, ac nostra auctoritate, id quod exposcitur, effectui mancipamus; & ideo per hanc apostolicam auctoritatem tibi, cui supra, dilecto filio nostro Fulrado, vel cæteris tuis successoribus abbatibus, licentiam & potestatem largientes concedimus ædificandi monasteria, ubicumque in Franciæ provincia volueritis, sive in locis proprietatis vestræ, sive etiam in his, quæ per comparationis seriem tibi prædicto filio nostro obvenerunt, ac obvenerint, vel unde unde ad te pervenerunt, vel pervenerint.

Et omnem cujuslibet ecclesiæ episcopum, aut alium quempiam sacerdotem, in præfatis monasteriis ditionem quamlibet habere, præter sedem apostolicam, hac auctoritate prohibemus. Ita ut nullus episcopus, aut alius sacerdos, vel etiam quispiam e laicis, in quoquam contrarietatem eisdem monasteriis inferre præsumant, nisi tu, Deo amabilis vir, vel successores tui abbates, quempiam forsitan sacerdotum permiseris ad quodlibet opus peragendum, quando ipsa venerabilia loca ædificaveris. Sed & hoc omnino interdicimus, ut nullus episcoporum præsumat presbyterum aut diaconem, vel reliquos ordines ecclesiasticos in prædictis monasteriis ordinare, vel missas ibidem celebrare, nisi ille, qui ab abbate in tempore existente fuerit invitatus. Episcopum illum, qui hujusmodi consecrationem sacri ordinis in ipsis cœnobiis constituerit, nullo modo alius cujuslibet ecclesiæ episcopus pro eadem causa condemnare audeat. Sed & tabulas, & chrisma similiter consecrandi vobis licentiam tribuimus. Et hoc B. Petri principis apostolorum auctoritate promulgantes sancimus, ut nullo modo concilium episcoporum & laicorum absque voluntate excellentissimi filii nostri Pippini regis, vel tuæ dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quoquo modo episcopum consecrare.

Et omnes causas tuas vel cœnobii tui, per sedem sacratissimam apostolicam reclamare licentiam habeas, & proprietate tua in omnibus fruaris, dum rationes deducere malueris, una cum misso Francorum ad sedem apostolicam; & interim nullus te condemnet: potius au-

ANNO CHRISTI 751.

tuorum, vel undecumque tibi advenerint, monasteria construendi licentiam tribueremus, ipsaque monasteria, sicut a te sine refragatione de aliquo judice vel reclamatore constructa sunt, ita libera sub jure sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui, Deo auctore, deservimus, a nobis firmata privilegiorum in futuro permaneant. His igitur quam piis desideriis faventes, ac nostra benedictione id quod petis, effectui mancipantes, per hanc apostolicam auctoritatem tibi, cæterisque successoribus tuis abbatibus cœnobii sanctorum martyrum, Dionysii, Rustici, & Elutherii, licentiam & potestatem concedimus ædificandi monasteria ubicumque in Franciæ regno volueritis, sive in locis proprietatis vestræ, sive in his, quæ per comparationis seriem, vel concessionem regum, vel parentum vestrorum dono, vel undecumque, vel ubicumque vobis quolibet justo modo obvenerint.

Et quoniam ad preces Chludovii, filii Dagoberti regis, domnus Landericus Parisiacæ urbis episcopus, a sua & omnium successorum potestate deinceps, cum consilio suorum canonicorum, & fratrum suorum coepiscoporum regionis illius cœnobium vestrum, & omnes ad eum servientes clericos, quorumcumque ordinum in procintu vestri monasterii absolvit; nos etiam idem & habere vobis episcopum, per singulare privilegium, concedimus, qui de vobis ab abbate, vel a fratribus in monasterio vestro electus, & a fratribus nostris episcopis de illa regione consecratus, illa vestra monasteria a vobis ædificata provideat, & vice nostri nominis ubi & ubi fuerint, regat, & prædicationi tam in ipso vestro monasterio, quam in sibi subjacentibus deserviat.

Ut autem alicujus ecclesiæ episcopus vel sacerdos illa monasteria a vobis ædificata aliquo cupiditatis vinculo deceptus invadat, & illi episcopo, quem tu vel successores tui elegerint & ordinare fecerint, per invidiam, aut per quamlibet occasionem aliquam contradictionem inferat, prohibemus; sed sint reliqua vestra monasteria sub apostolica ditione, sicut & ipse sanctus locus constitutus est, ad quem ipsa omnia prædicta monasteria pertinere videntur. Hoc autem Christi Dei & Domini nostri, & beati Petri apostolorum principis, & nostra auctoritate promulgantes sancimus, ut ista, quæ dictavimus, ita roborata permaneant, & nemo episcoporum de quacumque Ecclesia presbyterum, vel diaconum ordinare, vel aliquod ecclesiasticum ministerium celebrare, vel concilium convocare, in prædictis monasteriis audeat, nisi ille, quem abbas illo in tempore existens, ad hæc officia peragenda invitaverit.

Tuas autem & tuorum monasteriorum causas, tu, atque tui successores per tempora, quæ ventura sunt, ad nostram & apostolicam audientiam reportare & reclamare per nostram præceptionem licentiam habeas, & cum veneris ad nos, vel legatos tuos miseris, nullus interea

Sirmondi & Labbei editio. A Mabillonii editio.

ANNO CHRISTI 752.

autem, ſicut vere ſacratiſſimæ ſedis apoſtolicæ proprius familiaris ab omnibus optimi vigoris honorem percipias, ipſaque venerabilia ædificata a te monaſteria, ſub ditione ſacratiſſimæ ſedis beati Petri apoſtolorum principis confirmata, protectione apoſtolica in omnibus ut tueantur promulgamus: qualiter profecto juxta id quod ſtabilita apoſtolicis privilegiis conſiſtunt, inconcuſſe dotanda permaneant.

Conſtituentes per hujus decreti noſtri paginam, atque interdicentes omnibus cujuslibet eccleſiæ præſulibus, vel cujuſcumque dignitatis prædítis poteſtate, ſub anathematis interpoſitione qui eis præſumpſerit præſentis conſtituti, a B nobis præfatis monaſteriis indulti, quolibet modo exiſtere temerator.

Bene valete, IV. Kalendas* Martias, imperante domno piiſſimo Conſtantino a Deo coronato magno imperatore, an. XXXVIII. poſt ejus Conſulatum anno XVIII. ſed Leone majore imperatore ejus filio, anno IV. indictione X.

terea te vel illos videlicet tuos ſucceſſores condemnare valeat, vel res tuas quoquo modo invadere præſumat.

Si quis autem rex, vel epiſcopus, vel aliquis de poteſtatibus hujus ſæculi, contra iſtam noſtram auctoritatem facere voluerit, & de noſtra apoſtolica auctoritate aliquod fraudare tem- B ptaverit, habeatur ſicut ſacrilegus, nec habeat partem neque ſocietatem in regno Chriſti & Dei, ſed ſit anathema Maranatha in perpetuum.

Qui autem noſtram hanc & apoſtolicam auctoritatem conſervaverit, benedictione cæleſti repleantur a Domino Jeſu Chriſto in ſæcula ſæculorum.

Bene valete. Datum IV. Kal. Martias, imperante domno piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno imperatore, anno decimo octavo imperii ejus, ſed & Leone majore imperatore ejus filio, anno quarto, indictione decima.

ANNO CHRISTI 752.

I.

Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Fulrado religioſo presbytero & Abbati noſtro dilecto.

CUra nobis atque ſollicitudo eſt ſumma, religioſa venientibus, & Chriſti amore ferventes in corde gerentibus viris Deo amabilibus digne ad *amorem* ſuſcepti ornatum apoſtolici veſtimenti concedendum certe creditur & ad laudem ſanctæ Dei eccleſiæ pertinet, quatenus & ſi qui ea digne induuntur invitati valeant pro nobis Chriſto Deo noſtro fundere preces, accedere tuos nos inſtantes bonæ actionis mores, & maximo amore ducti excellentiſſimi filii noſtri Pippini regis declinantes prævidimus tuam nobis dilectam adornare religionem: udonis ac ſubtularis calceamentum, & ſuper ſellam equitanti, mappulum, quæ omnia prædicta tuo uſque tantum a te fiet. Nos aut ullomodo poſt te facturo presbytero redditurum. Immo magis dum obire contigerit, eadem tibi indumenta * contineri decernimus, quatenus hac potius benedictione & honore, die noctuque pro vita & incolumitate filii noſtri Pippini regis, & noſtra ſalute Chriſtum Dominum inceſſanter depreceris.

* cohumari

II.

Stephanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei Fulrado religioſo presbytero, & abbati venerabilis monaſterii ſancti Chriſti martyris Dionyſii, & per eum in eodem venerabili monaſterio in perpetuum.

CUra nobis atque ſollicitudo eſt nimia, illis conferre ſacerdotalem honorem, qui per omnia religioſe caſteque vivere ac Deo placere norunt, quatenus & hi quibus dignitas confertur in diem illum terribilem, cum C ante divinum judicem adſtiterint, irreprehenſibiles comprobentur; & non ſi digni extiterint. de ſibi collati ſacri honore noxam peccatorum minime incurramus. Itaque nimio ducti amore prædicti honorabilis monaſterii protectoris noſtri atque fautoris beati Chriſti martyris Dionyſii intus provinciam Franciæ conſtituti congruum proſpeximus apoſtolica noſtra auctoritate ad honorem ſacri altaris dignos ordinis, & teſtimonio bono comprobatos ſex conſtituere diaconos, qui ſtolam dalmaticæ decoris induantur, ut ſi ſacrum peragant omni tempore miniſterium, quatenus noſtris temporibus ob decoratum ordinem diaconatus in præfato venerabili monaſterio & nobis merces adcreſcat; D & nunc pro tali beneficio in poſteris temporibus ſine dubio noſtri nominis indeſinenter memoriam ad ſacras miſſas facere non obliviſcantur, atque etiam pro impenſo beneficio miſſis ſanctæ noſtræ eccleſiæ euntibus & redeuntibus, in quantum poſſibilitas erit humanitatis ſuſceptione in jam fato venerabili monaſterio facere non deſiſtant, ut ex hoc & religioſi monachi illic degentes laudem ſibi bonam apud hanc ſanctam ſedem apoſtolicam adquirant, & apud omnipotentem Dominum Deum & Salvatorem Jeſum Chriſtum, & ipſum Dominum & auctorem noſtrum beatum principem apoſtolum Petrum æternam poſſideant bonitatem. Bene valete.

E

* REVELATIO STEPHANI PAPÆ II.

* geſta V. Kal. Aug. 754.

Cum in ſancti Dionyſii monaſterio exitiali morbo teneretur, ejuſdem ſancti martyris beneficio divinitus liberatum fuiſſe teſtatus eſt.

Stephanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

SIcut nemo ſe debet jactare de ſuis meritis, ſic non debet opera Dei, quæ in illo per

ſuos

ANNO CHRISTI 754.

suos sanctos fiunt sine suis meritis, silentiare, sed prædicare: quia sic angelus admonet Tobiam. Unde ego pro oppressione sanctæ ecclesiæ a rege atrocissimo & blasphemo, nec dicendo Aistulpho, ad optimum & sancti Petri fidelem dominum Pippinum Christianissimum regem in Franciam veni, ubi ægrotavi usque ad mortem, & mansi aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio beati martyris Christi Dionysii. Quo cum jam me medici desperarent, fui in oratione in ecclesia ejusdem beati martyris subtus campanas, & vidi ante altare bonum pastorem dominum Petrum, & magistrum gentium dominum Paulum & nota mente illos recognovi [1] de illorum furtariis, & ter beatum dominum Dionysium ad dexteram domini Petri, subtilem & longiorem, pulchra facie, capillis candidis, colobio indutum candidissimo, purpura clavato, pallio toto purpureo, auro interstellato, & sermocinabantur inter se lætantes. Dixitque bonus pastor dominus Petrus: Hic frater noster postulat sanitatem: & dixit beatus dominus Paulus: Modo sanabitur: & appropinquans misit manum suam ad pectus domini Dionysii amicabiliter, respexitque ad dominum Petrum: Et dixit dominus Petrus ad dominum Dionysium hilariter: Tua gratia sanitas est ejus. Et statim beatus Dionysius thuribulum incensi, & palmam in manu tenens, cum presbytero & diacono qui in parte stabant, venit ad me, & dixit mihi: Pax tecum, frater, noli timere, non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris. Surge sanus, & hoc altare in honorem Dei & apostolorum ejus Petri & Pauli, quos videas, dedica, missas gratiarum agens. Erat enim ibi inæstimabilis claritas & suavitas. Moxque sanus gratia Dei factus, volebam implere quod mihi præceptum erat. Et dicebant qui ibi aderant quod dementabar. Quapropter retuli * illis, & regi, suisque optimatibus quæ videram, & quomodo sanus fuerim: & implevi quæ jussa sunt mihi. * Benedictus Deus.

Tob. 12. Hæc contigerunt anno Christi 754.

* ex ordine.

* omnia.

In veteri codice Floriacensi de gestis pontificum hæc leguntur: Huic papæ sanctissimo Stephano revelatio & memoria ostensa est de consecratione altaris apostolorum Petri & Pauli, quod est situm ante sepulchrum SS. Dionysi, Rustici & Eleutherii quinto Kalendas Augusti, qui pro oppressione atrocissimi & nec nominandi Haistulfi Pippinum regem Francorum adiit, & in monasterio sanctorum Dionysii sociorumque ejus infirmus jacuit, sed sanctorum precibus sanitati redditus altare consecravit, & non multo post tempore Pippinum & duos filios ejus Karolum & Karolomannum in reges Francorum apud Ferrarias benedixit & contestatus est, ut nullus nisi de eorum progenie per succedentium temporum curricula in regno Franciæ rex crearetur. Acta sunt hæc anno Incarnationis dominicæ DCCLIV.

ADDITIO AD REVELATIONEM Stephani II. Papæ

Ex Codicibus ecclesiæ Senonensis & S. Germani Pratensis.

Ex Labbei Append. to. VI.

GEsta sunt hæc a beato Stephano Papa divina clementia, adjuvantibus sanctis Apostolis Petro & Paulo, per beatissimum martyrem Dionysium hoc anno, qui est ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCLIV. V. Kal. Augusti. *Deinde mox sequitur in iisdem codd.* Quoniam Christi roboratus virtute inter celebrationem consecrationis præfati altaris, & oblationem sacratissimi sacrificii, unxit in reges Francorum, florentissimum regem Pippinum, & duos filios ejus Carolum, & Carolomannum, sed & Bertradam conjugem ipsius inclyti regis Pippini indutam cycladibus regiis, gratia septiformis Spiritus sancti, in Dei nomine consignavit, atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate B. Petri sibi a Domino Jesu Christo tradita obligavit, & obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi, vel quique ex eorum progenie orti, Regem super se præsumant aliquo modo constituere, nisi de eorum propagine, quos & [2] Divina providentia ad sanctissimam apostolicam sedem tuendam eligere, & per eum, videlicet vicarium sancti Petri, imo Domini nostri Jesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare, & unctione sacratissima consecrare.

NOTA PETRI DE LANDE in revelationem & additionem.

1 *De illorum furcariis.*) Sic restituimus ex his duobus pervetustis codd. loco furtariis, ac etiam ex Regi- C none Abbate paulo ante reposuimus tota mente, loco nota mente; quæ ambo legabantur in editione conciliorum. Porro vox illa furcarium, ex Glossariis significat tum quoddam tunicæ interioris genus quasi supra carnem indutæ, tum etiam exterioris, ac superioris genus alterum, singulare quidem ac illustre vocatum jam Gallice, COTTE D'ARMES, vel olim SURCOT, quod dicitur hodie de fecialibus.

2 *Divina providentia ad apostolicam sedem tuendam.*) Quod primum Clodoveo nuper ad fidem converso Anastasius II. Papa scripsit, hoc de regis ejusdem posteris Pelagius II. Papa prædixit, atque concupivit, scribens ad Aunacharium episcopum Autissiodorensem his verbis *Non credimus otiosum, nec sine Divinæ providentiæ administratione dispositum, quod vestri reges Romano imperio in orthodoxæ fidei confessione sint similes, nisi ut huic urbi, ex qua fuerat oriunda, vel universæ Italiæ, finitimos, adjutoresque præstare, & quod regibus vestris juvandi nos* (scilicet papam, & sedem apostolicam) *virtus sit data divinitus.* Idipsum etiam in secundæ regum nostrorum stirpis honorem contestatus est ibi Stephanus II. Ac insuper ipsemet expertus est ob protectionem, & donationem Pippini regis, ita ut cæteri pontifices Romani, atque reges Francorum, simul ac invicem sequuti fuerint tum illas Anastasii atque Pelagii prænunciationes, tum Stephani exemplum, nempe illi confugiendo, & acceptando, hi autem protegendo, atque donando: quodque longe post ab Innocentio II. Papa inter alios actum est apud reges nostros tertiæ stirpis adversus Petri Leonis schisma, de quo Abbas Suggerius in vita Ludovici Francorum regis cognomento Grossi: *Cum*, inquit, *Petri Leonis pars, tum parentum suffragio, tum Romanæ nobilitatis præsidio prævaleret, dominus papa Innocentius cum suis Urbem relinquere deliberat. Descendens itaque navali præsidio ad partes Galliarum, tutum & approbatum elegit personæ & ecclesiæ post Deum defensionis asylum, regnum nobilissimum Francorum, nunciisque suis ad regem Ludovicum destinavit, & personæ, & ecclesiæ opitulari efflagitat.* E

RESPONSA [a] STEPHANI PAPÆ II.

Quæ cum in Francia esset in Carisiaco villa, [1] Brittanico monasterio dedit ad varia consulta, de quibus fuerat interrogatus, anno Christi DCCLIV.

1. *De eo qui abjecta ancilla uxorem ingenuam ducit.*

II. *Si*

[a] Primus edidit P. Jacobus Sirmondus Soc. Jes. *ex* MS. Laudensi. *Harduinus.*

II. *Si alter conjugum debitum reddere non possit.*
ANNO CHRISTI 752. III. *De eo qui uxorem habet in patria, & in alia regione versatur.*
IV. *Si quis commatrem de baptismo vel confirmatione duxerit.*
V. *An liceat viro qui uxorem repudiavit, aliam ducere.*
VI. *De virginibus non velatis, si nupserint.*
VII. *De monachis & nonnis, si nuptias ineant.*
VIII. *De vidua quæ susceptο velo postea nubit.*
IX. *Si sanus vir leprosam duxerit uxorem.*
X. *De eo qui nesciens a quo sit ordinatus missas fecit & baptizavit, tum postea dimisso officio uxorem duxit.*
XI. *De presbytero, qui cum deesset aqua, periclitantem infantem vino baptizavit.*
XII. *An liceat aqua concha vel manibus infusa baptizare.*
XIII. *De presbytero qui baptizavit nesciens symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos, & an ipse ordinatus esset.*
XIV. *De presbytero qui baptismi formulæ quædam adjecit, & nescit utrum episcopus fuerit, qui eum ordinavit.*
XV. *De episcopis accusatis & condemnatis.*
XVI. *De presbyteris & diaconis accusatis.*
XVII. *De presbytero cujus crimen, quod ante ordinationem admiserat, innotuit.*
XVIII. *De coma clericis aut monachis non laxanda.*
XIX. *De femina quæ alteri nupserat, cum ejus vir in aliena provincia falso mortuus putaretur.*

I.

81. q. 2. Ancillam. IN epistola Leonis papæ ad Rusticum Narbonensem episcopum cap. 5. ita continetur: Ancillam a toro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis.

II.

Si quis se in conjugio copulaverit, & uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit, non liceat eos separare: nec pro alia infirmitate, excepto si dæmonii infirmitas, aut lepræ macula supervenerit: ceterum si ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint invicem conjuncti, unus alteri servitium exhibeat.

III.

Si quis in aliena patria ancillam duxerit in consortium, postea in propriam reversus ingenuam acceperit; & iterum contigerit, ut ad ipsam qua inantea fuerat patriam revertatur, & illa ancilla quam prius habuit, alii viro sociata fuerat; hic talis potest aliam accipere, tamen non illa vivente ingenua, quam in patria propria habuit.

IV.

Ut nullus habeat commatrem suam spiritalem, tam de fonte sacra, quam de confirmatione, neque sibi clam in neutra parte conjugio sociatam. Quod si conjuncti fuerint, separentur.

V.

Si uxor a viro repudiata fuerit, utrum liceat viro illa vivente aliam ducere, in epistola domni Innocentii papæ directa ad Exuperium Tolosanum episcopum continetur: Qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est: qui vero vel uxore vivente, quamvis desociati videantur esse a conjugio, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri: intantum ut etiam eæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in evangelio: *Quid dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur.* Et ideo omnes a communione abstinendos. ANNO CHRISTI 752. Matth. 19.

VI.

De his qui promissam virginitatem transgredientes matrimonium inierunt, in epistola beati Innocentii papæ directa Victricio Rothomagensi episcopo cap. 15. ita continetur. Eæ vero, quæ necdum sacro velamine sunt tectæ, tamen in proposito virginali semper vivere se promiserant, licet velatæ non sint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non debet? Nam si apostolus Paulus quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixerit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerint, quanto magis virgines quæ pactionis suæ fidem minime servaverunt? 27. q. 1. H. vero quæ. 1. Tim. 5.

VII.

De monachis & nonnis de monasterio fugientibus, in concilio Chalcedonensi cap. 16. ita continetur. Virginem quæ se Deo consecraverit, similiter & monachum non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci episcopus humanitatem misericordiamque largiri. 27. q. 1. S. qua virgo.

VIII.

De muliere quæ post mortem viri sui velata fuerit aliquantum temporis, & postea virum accipit, in epistola Siricii papæ ad episcopum Himerium Tarraconensem directa cap. 5. ita continetur; De his vero qui acta pœnitentia, tamquam canes ac sues ad vomitos pristinos & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludricas voluptates, & nova conjugia, & illicitos denuo appetiere concubitus; quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam suffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, ut sola in ecclesia fidelibus oratione jungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interfint: a dominicæ autem mensæ convivio segregentur; ut hac saltim districtione correpti, & ipsi se castigent, & alii a talibus retrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere cum ad Deum cœperint proficisci, per communionis gratiam voluimus sublevari. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerint, servandam esse censemus. Qua de re juxta hujus venerabilis viri sententiam, eamdem mulierem, quæ tali nefario conjugio abjecto monastico habitu copulata est, & in id quod Deo promisit non perduravit, decernimus in monasterium sine mora mittendam, ut illic in sua pœnitentia finiat vitam. 33. q. 2. De his vero qui

IX.

Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, * ut postmodum ei superveniat lepra, postposita negligentia tales separentur, ne concepti filii lepræ macula polluantur. Fas namque est, ut mundus ad mundam jungatur. * f. aut

X.

De illo presbytero, qui dicit se nescire qui eum benedixit, & tamen aliquantum temporis

Missas

ANNO CHRISTI 752

Missas fecit, & baptizavit; postea autem ipsum officium dimittens uxorem duxit. Hunc vero presbyterum quis ambigat omnino culpabilem, qui sacrilego ausu quod sibi collatum ignorabat uti minime debuit? Pro quo omnimodo abjiciendus est, & in monasterium mittendus, ut illic sub digna pœnitentia suam lugendo finiat vitam. Infantes vero illi, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis sunt baptizati, omnimodo probantur baptizati, pro eo quod & laicis, si necessitas urget, ut non illi qui baptizandi sunt in æternum pereant, licentia data est in hoc succurrere. Mulier vero illa, quam in uxorem sacrilegus ille pseudopresbyter accepit, si cognovit quia officium presbyteri fungebatur, & ita cum eo juncta est, & illa in monasterio pœnitentiæ submittatur. Si vero ignoranter hoc egit, nulla ei adscribitur culpa.

XI.

Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla ei exinde adscribitur culpa, * (Infantes sic permaneant in ipso baptismo.) Nam si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur, pœnitentiæ submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumpsit.

* Quod ansulis clausimus, glossema est, aut e margine in textum a librario temere intrusum, aut ex proximis canonibus per incuriam translatum, vel certe murato numero arbitramur sic esse legendum: *Infans autem sic permaneat in ipso baptismo.* Capitulis vero 12. & 14. numerus pluralis omnimo competit, ut res ipsa loquitur.

XII.

Si licet per necessitatem cum concha, aut cum manibus, infanti in infirmitate posito aquam super caput fundere, & sic baptizare. Hoc baptisma, si in nomine sanctæ Trinitatis peractum fuerit, firmiter permanebit: præsertim cum & necessitas exposcit, ut ille qui ægritudine detentus est, hoc modo renatus particeps Dei regni efficiatur.

XIII.

De illo presbytero qui baptizavit, tamen nec symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos tenet, nec scit si episcopus eum benedixit. Hic primum omnium dignitatem, qua illicita uti præsumpsit, amittens, sub districta pœnitentia, & in monasterium mittatur: & omnibus diebus vitæ suæ plangens quod incongrue egit, degat vita monastica. Infantes vero, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, in hoc baptismo permaneant.

XIV.

De illo presbytero qui baptizavit isto modo sic rustice. In nomine Patris mergo, & Filii mergo, & Spiritus sancti mergo; & ipse presbyter nescit si episcopus fuit qui eum benedixit. Hic qui ordinationem suam ignorat, omnino abjiciendus est & sub arcta pœnitentia in monasterio mittendus, ut omnibus diebus vitæ suæ in luctu & fletu sub monastico habitu conversetur. Infantes vero illi quos baptizavit, licet rustice, quia in nomine sanctæ Trinitatis sunt baptizati, in eo permaneant baptismo.

XV.

De episcopo accusato in concilio Antiocheno cap. 15. ita continetur: Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, cunctique consonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciæ manere sententiam.

1. q. 4. Si quis episcopus.

XVI.

De presbyteris vel diaconibus accusatis in concilio Carthaginensi cap. 20. ita continetur.

15. q. 7. Si autem presbyteri.

Si autem presbyteri aut diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est una secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant, eadem dierum & dilationum, & discussionis personarum inter accusatores, & eos qui accusantur, forma servata: reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci cognoscat & finiat.

XVII.

De presbytero qui in culpam criminalem incidit, & peccatum ejus publicatum est, in concilio Neocæsariensi cap. 9. ita continetur: Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur, & confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit confessus, & argui manifeste nequiverit, potestatis suæ judicio reliquatur.

15. q. 1. Qui admisit.

XVIII.

Ut nullus clericus aut monachus comam laxare præsumat, aut anathema sit.

XIX.

De separata a marito, si vir ejus in aliena provincia vivere putabatur, in epistola beati Leonis papæ directa ad Nicetam Aquilejensem episcopum ita continetur: Cum ergo per bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putarint, aut nunquam a dominatione crediderint liberandos, & aliorum conjugium * solitudine cogente transierint. Cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse remeaverint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a Deo jungitur mulier Deo, & iterum præceptum agnovimus, ut quod Deus junxit homo non separet, necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis judicetur, & tamquam alieni juris pervasor habeatur, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: & tamen plenum justitiæ est, ut eisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur, quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? Et ideo si viri post longam captivitatem reversi, ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, & inculpabile judicandum quod necessitas intulit, & restituendum est quod fides poscit. Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt no-

34. q. 1. Cum per bellicam.

* solicitudine

Prov. 19.

Matth. 19.

ANNO CHRISTI 751.

tandæ, ita ut etiam eccleſiaſtica communione A
privetur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerint, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod juſta remiſſio potuit expiare. Redeant ergo ad ſuum ſtatum voluntaria redintegratione conjugia: neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahant, quod conditio neceſsitatis extorſit: quia ſicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros ſuos nolunt, impiæ ſunt habendæ; ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, merito ſunt laudabiles judicandæ.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Brittanico monaſterio.*) Codex Laudunenſis in fine ſic habet: *Explicitum quæ domnus papa Stephanus in Cariſiaco villa Brittaniaco monaſterio ad interrogata dedit reſponſa.* Brittaniacenſibus ergo monachis privatim apud Cariſiacum data intelligimus. Cariſiaci villæ, ubi regium erat palatium ad Iſaram fluvium, mentio facta eſt in Anaſtaſii narratione de Stephani papæ adventu in Franciam. Brittaniaci vero monaſterii ſitum docet Hincmarus in examine Willeberti epiſcopi Catalaunenſis: *Denunciatus eſt omnibus locus ordinationis ejus in monaſterio quod Brittennacus dicitur, in parochia Noviomagenſi.* B

EPISTOLA BONIFACII

AD STEPHANUM PAPAM II.

Novo pontifici ſolitam offert fidei atque obedientiæ devotionem, & tarditatem excuſat. C

Domino excellentiſſimo, & præ cæteris pontificibus præferendo & amando, & apoſtolatus privilegio prædito, Stephano papæ Bonifacius exiguus epiſcopus, diſcipulus Romanæ eccleſiæ, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem.

SAnctitatis veſtræ clementiam intimis ac viſceratis obnixe flagito precibus, ut familiaritatem & unitatem ſanctæ ſedis apoſtolicæ ab almitatis veſtræ clementia impetrare & habere merear, & in diſcipulatu pietatis veſtræ ſedi apoſtolicæ ſerviendo, ſervus veſter fidelis ac devotus permanere poſsim, eodem modo quo ante ſub tribus præceſſoribus veſtris apoſtolicæ ſedi ſerviebam, venerabilis memoriæ duobus Gregoriis, & Zacharia, qui me ſemper hortatione & auctoritate literarum ſuarum muniebant & adjuvabant: quod & pietatem veſtram agere deprecor, ut præceptum paternitatis veſtræ eo melius perficere & implere poſſim. Nam ſi quid in iſta legatione Romana, qua per triginta & ſex annos fungebar, utilitatis eccleſiæ præfatæ peregi, adhuc implere & augere deſidero. Si autem minus perite, aut injuſte a me factum aliquid vel dictum reperitur, judicio eccleſiæ Romanæ prompta voluntate & humilitate emendare me velle ſpondeo. Interea deprecor, ut pietas Domini mei non indignetur, quia tam tarde miſſum meum & literas ad præſentiam veſtram direxi. Sed hoc idcirco contigit, quia præoccupatus fui in reſtauratione eccleſiarum quas pagani incenderunt; qui per titulos & cellas noſtras pluſquam triginta eccleſias vaſtaverunt & incenderunt. Et hæc fuit occaſio tarditatis literarum & appellationis paternitatis veſtræ, & non aliqua negligentiæ incuria. D E

EPISTOLA BONIFACII AD FULRADUM

ANNO CHRISTI 751.

ABBATEM SANCTI DIONYSII, PIPPINI REGIS Capellanum.

Brevi ſe moriturum præſagiens Pippino regi diſcipulos ſuos per Fulradum commendat, ac præcipue Lullum, quem ſibi ſucceſſorem deſignat.

Bonifacius ſervus ſervorum Dei, gratia Chriſti epiſcopus, chariſſimo conſacerdoti Fulrado preſbytero perennem in Chriſto charitatis ſalutem.

FRaternæ dilectioni tuæ ob ſpiritalem amicitiam, quam ſæpe in neceſsitatibus meis pro Dei intuitu feciſti, dignas gratias perſolvere non poſſum: ſed Deum omnipotentem deprecor, ut tibi in alto cælorum culmine mercedis præmia in gaudio angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Chriſti nomine deprecor, ut quod bono initio cœpiſti, cum bono fine perficias: id eſt ut meo verbo glorioſum & amabilem regem noſtrum Pippinum ſalutaveris, & illi magnas gratias referas de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit; & ut illi referas, quod mihi & amicis meis ſimiliter videtur, ut vitam iſtam temporalem, & curſum dierum meorum per iſtas infirmitates cito debeam finire. Propterea deprecor celſitudinem regis noſtri, pro nomine Chriſti Filii Dei, ut mihi nunc viventi indicare & mandare dignetur circa diſcipulos meos, qualem mercedem poſtea de illis facere voluit. Sunt enim pene omnes peregrini, quidam presbyteri per multa loca ad miniſterium eccleſiæ & populorum conſtituti: quidam ſunt monachi per cellulas noſtras, & infantes ad legendum literas ordinati ſunt: & aliqui ſeniores, qui longo tempore mecum viventes laboraverunt, & me adjuvabant. De his omnibus ſolicitus ſum, ut poſt obitum meum non diſperdantur; ſed ut habeant mercedis veſtræ conſilium & patrocinium celſitudinis veſtræ, & non ſint diſperſi, ſicut oves non habentes paſtorem, & populi prope marcam paganorum non perdant legem Chriſti. Præterea almitatis veſtræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum meum Lullum, coepiſcopum, ſi Deus voluerit, & ſic clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum & eccleſiarum componere & conſtituere faciatis prædicatorem & doctorem presbyterorum & populorum. Et ſpero, ſi Deus voluerit, quod in illo habeant presbyteri magiſtrum, & monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem & paſtorem. Propterea hoc maxime fieri peto, quia presbyteri mei prope marcam paganorum pauperculam vitam habent. Panem ad manducandum acquirere poſſunt; ſed veſtimenta ibi invenire non poſſunt, niſi aliunde conſilium & adjutorem habeant, ut ſuſtinere & indurare illis locis ad miniſterium populi poſsint, eodem modo ſicut ego illos adjuvi. Et ſi pietas Chriſti hoc vobis inſpiraverit, & hoc quod peto conſentire & facere volueritis, per hos miſſos meos præſentes, aut per literas pietatis veſtræ hoc mihi mandare & indicare dignemini, ut eo lætior in mercede veſtra vivam vel moriar.

EPI-

ANNO CHRISTI 752.

EPISTOLA BONIFACII AD PIPINUM REGEM FRANCORUM.

Gratias agens petit an ad placitum venire debeat, & de Anstridi fallacia.

Domino excellentissimo Pippino regi Francorum Bonifacius episcopus in Domino salutem.

CElsitudinis vestræ clementiæ magnas gratias agimus; Dominum Jesum Christum precantes, ut vobis in regno cæiorum æternam mercedem retribuat, eo quod petitiones nostras A clementer exaudire dignati estis, & senectutem meam atque infirmitatem consolari. Nunc autem, glorioſe fili, cognoscas quia per misericordiam Dei credo quod possim in servitio vestro iterum esse. Propterea petimus vos, ut nobis indicetis, si ad placitum vestrum debeamus venire, ut vestram voluntatem perficiamus. Quidam servus ecclesiæ nostræ, & ipse mendacissimus, qui nos ante fugiebat, Ansfrid nomine, venit ad nos cum indiculo vestro, rogans ut ei justitiam faceremus: misimus illum ad vos cum ipsis literis cum ipso nostro, ut cognoscatis quia mentitus vobis est; petentes ut nos pro mercede vestra defendatis contra tales falsarios, & eorum mendaciis non credatis. Valete in Deo semper.

ANNO CHRISTI 752.

ANNO CHRISTI 752.

CONCILIUM VERMERIENSE [a]

ANNO CHRISTI 752.

QUOD APUD VERMERIAM PALATIUM

Præsente Pippino rege, sub ejus regni ut videtur exordia celebratum est, anno Christi DCCLII. Stephani II. papæ, Pippini ejusdem regis I.

Extat in Capitul. Baluz. tom. I. Edit. Paris. pag. 161.

CANONES

Conciliis Vermerienſibus a Gratiano, aliisque adscripti.

Ex concilio apud Vermerias.

(Burchardus addit cap. XCIII.)

can. si quatuor XXIII q. VIII.

(*a*) SI quatuor aut quinque homines seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit; quicumque eorum plagam ei imposuit, secundum statuta canonum, ut homicida judicetur; reliqui autem qui eum impugnabant, volentes eum interficere, similiter pœniteant. Qui vero nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt, extra noxam sint.

B *Ex eodem conc. (Burch. habet cap. IX.)*

(*b*) Si femina ingenua acceperit servum sciens quod servus esset, habeat eum; quia omnes unum patrem habemus in cælis. Una lex erit viro & feminæ.

can. si femina XXIX. q. II

Ex eodem conc. (Burch. addit cap. IV.)

Si quis filiastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab uxore sua, & nunquam aliam accipiat.

can. si quis XXX. q. II

Ex eodem conc.

(*c*) Si quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre: ille nunquam accipiat uxorem: illæ vero, si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc C scierint ipsæ feminæ, absque maritis perpetuo maneant.

can. si quis cum matre, & filia XXXV. q. II

Ex eod. conc. (Burch. ad. cap. X.)

(*d*) Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater ejus nescius eamdem duxerit uxorem;

---

[a] Primus edidit Sirmondus ex MS. Cod. S. Vincentii Metensis. Vermeria est in diœcesi Suessionensi, *Verberies*. Hard. Extat apud Mabillonium de re Diplomat. lib. 6. p. 491. Pippini Regis placitum in Vermeriensi palatio an. 752. editum, quo Abbaciacum villa Dionysianis monachis vindicatur.

Labbeus in margine admonet hæc duo vocabula cap. 3. *neptem suam* abesse a codice Palatino Biblioth. Vatic. & *merito*, inquit, *nam in genere loquitur de quacumque uxore*. Verum ex pœna hic adversus presbyterum constituta facile colligitur observationem viri clarissimi non posse esse veram. Nulla quippe Ecclesiastica regula presbyteros, qui uxores habent, quas ante consecrationem suam duxerant, removet a sacro ministerio, si eas sic habuerint tanquam non habentes. Pœna igitur depositionis hic adjecta est propter incestum admissum cum neptre; quod erat crimen atrocissimum, acriter ab ecclesia semper vindicatum in laicis. Habet Ecclesia pœnas suas, ferrum excommunicationis adversus laicos, depositionem seu degradationem, ut hodie loquimur, adversus presbyteros. Itaque sensus istius capitis hic esse debet: Si quis presbyter neptem suam uxorem habuerit, quod nulli Christiano licet, multo minus presbytero, primam ipsam a latere suo prorsus removeat, deinde propter temeritatem suam decidat a gradu, quem obtinet in Ecclesia. Vide Canonem I. Synodi Neocæsar. *Baluzius in Notis ad Capitul.*

Item in cap. 2. ubi est: *abstinet* Vatic. habet: *ab illo se abstinet, potest aliis nubere*. In cap. 6. ubi hic est *inservita &c.* Ivo p. 5. cap. 164. legit *In servitute detecta. Mansi.*

NOTÆ.

(*a*) Hunc canonem falso inscriptum esse, constat inter omnes. Regino lib. 2. cap. 97. priorem partem illius laudat ex concilio Moguntino. Berardus censet desumptum esse ex libro I. Legum Longobardorum, qui ex lege regis Rotharis aliquid non dissimile præfert; a collectoribus autem Burchardo, Ivone & Gratiano amplificatum judicat.

(*b*) Est can. V. conciliarii Compendiensis, qui locus est Vermeriæ proximus. Similiter ad idem concilium Compendiense can. XII. pertinet sequens canon.

(*c*) Est canon XIV. concilii Compendiensis, sed auctius; est etiam in Wormatiensi anni 868.

(*d*) Est canon X. conc. Triburiensis, sed aliis verbis, & quod Triburiense dicit de patre & filio, hæc Gratianus duobus fratribus accommodat, ut optime notat Berardus.

ANNO CHRISTI 752.

rem; frater eo quod fratri crimen celaverit, A septem annos pœniteat; & post pœnitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem pœniteat, & sine spe conjugii maneat.

Ex eod. conc. (*Burch. lib. II. cap.* 200.)

(*a*) Si episcopo aut presbytero causa criminalis, homicidium, adulterium aut maleficium reputatum fuerit, in singulis missam tractare debet, & communicare, & de singulis sibi reputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit quinquennio a liminibus ecclesiæ extraneus habeatur.

Ex eod. conc. cap. VI. (*Burch. lib. IV. cap. LXIII.*)

(*b*) Ut ad prædicationem, & confirmationem episcopi omnes de more conveniant, eique fideliter ministrent & obediant.

Ex eod. conc. cap. IV. (*Burch. lib. XVII. cap. XXXI.*)

(*c*) Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, & aliam nunquam accipiat. Similiter & mulier.

ANNO CHRISTI 753.

CONCILIUM ROMANUM DUBIUM

A Stephano P. celebratum Anno DCCLIII.

STephanum II. Pontificem Synodum celebrasse anno sui Pontificatus primo, secundo Idus Januarii, ac proinde anno Christi 753. colligitur ex literis ipsius Pontificis, quæ leguntur apud Monachum Nonantulanum in vita S. Anselmi Abatis Nonantulani, & apud Ughellum Ital. sacr. tom. 2. de Episcopis Mutinensibus n. 10. in quibus hæc extant Stephani verba: *Residentibus nobiscum plurimis Episcopis ad Beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum limina synodale commonente Concilio venit Flavius Aystulphus vir excellentissimus Rex Italici regni ad prædictorum Apostolorum vestigia* &c. Eorum autem, qui huic Synodo interfuerunt, præter unum Ravennatem Archiepiscopum Sergium nullus exprimitur. En literas In hoc Concilio datas ex Supplemento Mansi to. I. pag. 601.

☞ *Stephanus servus servorum Dei omnibus venerabilibus fratribus, & coepiscopis; cunctisque religiosis christianis Deo deservientibus regno Italico, & patriarchatu Romano.*

Extant etiam apud Murator. rer. Ital. to. I. pa. 2.

REsidentibus nobiscum plurimis episcopis ad beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum limina, synodale commanente concilio, venit Flavius Aistulfus, vir excellentissimus, rex Italici regni, ad prædictorum Apostolorum vestigia, inter cætera, quæ contulit, dona beati Petri Apostoli ecclesiæ, obtulit præceptum unum, in quo continebatur, quod ob reverentiam Domini Salvatoris, atque beatæ semper Virginis Mariæ, omniumque sanctorum Apostolorum construxisset monasterium in territorio Mutinensi, loco nuncupato Nonantula, ipsumque præceptum concessisset viro venerabili nomine Anselmo abbati: & eundem virum Anselmum cum secum haberet, obtulit illum pariter, & præceptum supra sacratissimum corpus Sancti Petri Apostoli, sicque dotavit * prædictum monasteriorum Sanctæ Sedis Romanæ, quam Deo auctore regere cernimur. Petiit præfatus Rex nostram munificentiam, ut corpus sanctissimi papæ Sylvestri cum aliis Sanctorum pignoribus eidem Anselmo abbati ad prædictum venerabile monasterium deferre concederemus, & per benedictionem protinus nostris manibus consecraremus ipsum abbatem, & cucula indueremus secundum regulam S. Benedicti; ejus manibus traderemus simul & baculum pastoralem, & pedales (1) secundum ordinem: Cujus sanctissimam petitionem hilari vultu, quam petebat, concessimus. Et quoniam nobiscum adest sanctissimus confrater noster Sergius sanctæ Ravennatensis ecclesiæ episcopus, commendavimus ipsum venerabilem abbatem & ejus monasterium sub suo regimine nostra vice gubernandum omni tempore, tantum si ab abbate monasterii fuerit invitatus, & si ei, vel suis successoribus aliqua adversa contigissent a quocumque præsule, maxime ab episcopo Mutinensis ecclesiæ, in cujus parochia constat esse constructum, sub sancta Ravvenatensi ecclesia haberet refugium propter terrarum longitudinem, qua distat a sede. Præcipimus ei etiam ut prædictum sanctum corpus (2) S. Sylvestri, & alias Sanctorum reliquias per se ipsum ad jam dictum cœnobium deferat, & recondat, altariaque simul, & ecclesiam nostra apostolica auctoritate consecraret. Robur etiam nostræ S. Romanæ ecclesiæ eidem sancto loco per apostolicum privilegium contulimus, veluti sanctissimus papa Gregorius plurimis ecclesiis protulit. Et jussimus huic opusculo subterscribi.

* f. *donavit*.

Stephanus servus servorum Dei S. R. E. apostolicus Anselmo religioso abbati venerabilis monasterii S. Sylvestri siti Nonantula, territorio Mutinense, & per te in eodem venerabili monasterio in perpetuum.

QUæcumque ad laudem redemptoris Domini nostri Dei, & Salvatoris pertinere noscuntur, & ad stabilitatem venerabilium locorum respiciunt, cum magno solicitudinis studio nos

NOTÆ.

(*a*) Est canon X. conc. Wormatiensis anno 868. habiti.
(*b*) Est canon CXXXVII. conc. Turonensis an. 858.
(*c*) Est canon XII. conc. Compendiensis.
(1) Lege *pedules*, quorum usum ante mille annos abbatibus concessum cum baculo fuisse docet nos Theodorus Cantuariensis archiepiscopus in collectione canonum, ubi agit de ordinatione abbatis per episcopum; qui *dat ei baculum, & pedules*. De his alias fusius. MURATOR.
(2) Et tamen corpus S. Sylvestri, forsan ejus partem Romani contendunt apud se adservari in ecclesia BB. Sylvestri, & Martini de montibus. MURATOR.

ANNO CHRISTI 751.

dio nos convenit apostolica & rationali censura procurare; quatenus ex hoc juges eidem propitiatori nostro Domino Deo efficacius persolvi possunt cardinum * laudes; & nobis, qui licet immeriti, divina tamen gratia proveniente; pastoralis regiminis curam gerimus, optima in sydereis arcibus remunerationis præmia adscribantur. Igitur quia constat religiositatem tuam nobis detulisse præceptum D. piissimi regis Aistulfi de præfato monasterio, & omnibus ei pertinentibus locis, ac possessionibus, atque petiistis, ut per nostri apostolici privilegii paginam reconfirmaremus. Unde nos precibus vestris inclinati hac hora præsenti XIV. (*lege VI.*) indictione in perpetuum supradictum monasterium successorum tuorum abbatum ditione, & potestate cum omnibus sibi pertinentibus confirmantes, & irrefragabili jure decernimus permanenda, id est monasterium S. Sylvestri, quod & Nonantula territorio Mutinense. Quapropter auctoritate B. Petri Apostoli, cui a Domino Deo nostro cælorum regni claves traditæ sunt, & potestas ligandi, & solvendi cælo terraque concessa est, promulgantes decernimus, & firma stabilitate censura statuimus, ut ipsum venerabile monasterium cum omnibus locis, mansis, fundis, & casalibus, domibus, atque familiis, servis originalibus, simulque rebus, & possessionibus, & frugibus, & decimationibus, nec non aquis, molis, olivetis, vel quidquid in quibuscumque locis habere, vel tenere videtur; vel si quid in potestate legaliter donatum, vel largitum fuerit, aut quolibet modo juste evenerit, tenere, & possidere sine qualibet controversia perpetuis temporibus valeat, & nulli unquam liceat regum, episcoporum, ducum, vel actorum parvæ, vel magnæ personæ in prædicto venerabili monasterio, vel in eis, quæ eidem pertinere noscuntur, quocumque modo incumbere, atque invasionem facere, nec quispiam sacerdotum ibidem præsumat accedere, vel missarum solemnia celebrare, & neque episcopus, neque abbas, vel comes, aut quælibet magna parvaque persona in præfato monasterio vel in ejus cellis, aut ecclesiis mantiones facere, aut expensas expetere, aut aliquod per potestatem servitium, præter peregrinos, & hospites, & neque colloquium qualecumque, aut placitum in ipso monasterio, aut in ejus prænominatis cellis tenere quis audeat, nisi ab abbate fuerit invitatus: quatenus hoc, quod ad laudem Dei, & stabilitatem prædicti monasterii statuimus, firma stabilitate permaneat, interdicentes omnino episcopo, in cujus parochia esse videtur supradictum monasterium constitutum, ut nihil contra tenorem præsentis decreti pia postulatione indulti quidpiam attentet, neque ullo modo ejus baptismales ecclesias sibi vindicet, neque ipse, suique successores præsumant prohibita contingere; sed neque missarum solemnia ibidem persolvere præsumat, nisi ab abbate suprascripti monasterii fuerit invitatus: neque ordinationem sacerdotum quilibet episcoporum in præfato monasterio, vel ejus jure, aut suo clero agere audeat, nisi, ut præfatum est, ab abbate fuerit invitatus; A chrismaque, vel quidquid ad sacra mysteria pertinet, si a parte monasterii fuerit postulatum, a quibuscumque prævoluerit præsulibus, concedimus tribuendum. Sed neque decimas unquam dare concedimus, nisi ecclesiis supradicti venerabilis monasterii ad nostram diœcesim pertinentibus. Sed & hoc statuimus, & inviolabili sanctione apostolica auctoritate firmamus, ut nullus aliquando in prædicto monasterio de aliis monasteriis, seu quibuscumque ecclesiis, atque locis abbas esse præsumat, neque a quacumque potestate eis introducta: Sed cum divina vocatione abbas præfati monasterii pertinxerit, & resolutionis tempus advenerit, de propria semper congregatione eligatur abbas, qui ab omnium B monachorum consensu in eis constituatur ad augumentum, & solertissimam gubernationem eorum pro Dei amore morantium monastico ordine militantium; nihilominus hujus nostri pontificis interdictione inhibemus aliquam scripturam, vel confirmationem de prædicti monasterii rebus, vel de prænominata Abbatia quoquo ingenio contra hoc nostrum præceptum petere. Si qua vero scriptura vel petitio impetrata fuerit, vel in reliquo apparuerit, has irritas esse, vacuasque omni robore jubemus. Si quis præterea, quod non credimus, præsumpserit hoc nostrum apostolicum privilegii constitutum in aliquo transgredi, aut contemnere, sciat, se auctoritate BB. Petri & Pauli Apostolorum Principum, & CCCVIII. * Patrum anathematis vinculis esse innodatum, & cum diabolo, & ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi æterni incendii supplicio concremandum deputatum, & e regno Dei penitus segregatum. Porro qui observator, & custos extiterit benedictionis gratiam a misericordiosissimo Domino Deo nostro, & vitam perpetuam consequatur.

C

D

Scriptum per manum Sergii S. R. E. Scriniarii indictione VI. mense Januario. Data idibus Januarii per manum Anastasii I. episcopi Diœcesanorum S. sedis apostolicæ anno Deo propitio Pontificatus D. Stephani summi pontificis, & universalis papæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli primo. Bene valete.

E

ANNO CHRISTI 753.

* f. *carminum.*

* f. CCCXVIII.

JOANNIS DOMINICI MANSI

In has literas Stephani II. papæ

CENSURA.

LIteras hasce Stephani totumque item sub illo concilium suspectum mihi efficit insolens & a moribus ætatis illius plane abhorrens illarum literarum præscriptio. Quis enim unquam ex sinceris ætatis ejus documentis audivit illud: *Deservientibus in regno Italico, & patriarchatu Romano?* Nunquam etiam in genuinis Stephani epistolis anni pontificatus ejus adscribuntur; quin potius annis Græcorum Imperatorum vel etiam interdum Regum Longobardorum epistolas consignare mos erat. Vix etiam crederetur Aistulphus, qui per hos annos invisum habebat pontificem Romanosque, tantæ fuisse religionis erga S. Petrum ut Romam inviserit, & observantem se adeo erga Pontificem præbuerit; silente præsertim auctore Pontificalis, qui Stephani gesta diligentissime persequitur.

ANNO CHRISTI 753.

SYNODUS METENSIS SUB DOMNO REGE PIPPINO FACTA.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De inceſtis.*
II. *De eccleſiaſticis viris.*
III. *De presbyteris & clericis, ut eos archidiaconus convocet ad ſynodum.*
IV. *De his qui res eccleſiaſticas verbe Domini regis tenent.*
V. *Ut Presbyteri, qui vicos vel eccleſias tenent, ceram, vel alios cenſus ad matrem civitatis eccleſiam perſolvant, ſicut conſuetudo ſit.*
VI. *De teloneis, unde enigi non debeant.*
VII. *De moneta.*
VIII. *De immunitatibus conſervandis.*
IX. *De juſtitia facienda.*
X. *De eccleſiaſticis viris, qui ſe reclamare ad palatium veniunt.*

[1] CAPITULA.

I.

Capitular. lib. 5. cap. 7.

SI homo inceſtum commiſerit de iſtis cauſis, de Deo ſacrata, aut commatre ſua, aut cum matrina ſpiritali de fonte & confirmatione epiſcopi, aut cum matre & filia, aut duabus ſororibus, aut cum fratris filia, aut ſororis filia, aut nepte, aut cum conſobrina atque ſobrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam ſuam perdat ſi habet, & ſi emendare ſe noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet; & ſi hoc fecerit, ſexaginta ſolidos domno regi componat, uſquedum ſe ipſe homo correxerit. Et ſi pecuniam non habet, ſi liber eſt, mittatur in carcerem uſque ad ſatisfactionem: ſi ſervus aut libertus eſt, vapuletur plagis multis: & ſi dominus ſuus permiſerit eum amplius in tale ſcelus cadere, ipſos ſexaginta ſolidos domno regi componat.

II.

Lib. 5. c. 8. De eccleſiaſticis vero, qui ſupradicta facinora commiſerint, ſi bona perſona fuerit, perdat honorem ſuum: minores vero vapulentur, aut in carcerem recludantur.

III.

Lib. 5. c. 9. De presbyteris & clericis ſic ordinamus, ut archidiaconus epiſcopi eos ad ſynodum commoneat una cum comite: & ſi quis contempſerit, comes eum diſtringere faciat, ut ipſe presbyter, aut defenſor ſuus ſexaginta ſolidos componat, & ad ſynodum eat: & epiſcopus ſuum presbyterum, vel clericum, juxta canonicam auctoritatem dijudicari faciat. Solidi vero ſexaginta de ipſa cauſa in ſacellum regis veniant. Et ſi aliquis per violentiam presbyterum, aut clericum, aut inceſtuoſum contradixerit, tunc comes ipſam perſonam per fide juſſores poſitam ante regem faciat una cum miſſo epiſcopi venire: & domnus rex diſtringat, ut ceteri emendentur. * Ibid. c. 10.

Huc uſque mſ. Pal. Va tribuit eos cilio Com pendienſi: poſtrema au tem capitul quinque con cilio Ver- nenſi anno 753. teſte Holſtenio; neque cuiq codicem il lum luſtrar nobis conti git. Ex Baluzii Capitul. tom. I. pag 178. 179.

IV.

Ut illi homines qui res eccleſiaſticas per verbum Domus-Regis tenent, ſic ordinatum eſt, ut illas eccleſias unde ſunt, vel illas domos epiſcopii vel monaſterii cujus eſſe noſcuntur, juxta quod de ipſis rebus tenent, emendare debeant, & illos cenſus vel illas decimas ac nonas ibidem dare pleniter debeant, ſicut eis ad Vernum [1] ordinavimus. Et qui hoc non fecerit, ipſas res perdat.

V.

Ut hi qui illos vicos vel illas eccleſias tenent, illos cenſus vel illam ceram, quæ longo tempore ad illud epiſcopium reddiderunt, modo ſic ordinavimus ut ſic faciant. Et qui hoc non fecerit, ſexaginta ſolidos perſolvat.

VI.

De teloneis vero ſic ordinamus, ut nullus de * victualio & carris, quæ abſque negotio ſunt, teloneum reprehendat. De ſaumis ſimiliter ubicumque vadunt, & de peregrinis ſimiliter conſtituimus, * qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, ut ipſos per nullam occaſionem ad pontes * & ad excluſas, aut navigio detineatis: nec propter ſcrippa ſua ullo peregrino calumniam faciatis, nec ullum teloneum eis tollatis: & ſi aliquis hoc fecerit, qualiſcumque homo hoc comprobaverit, nos de ſexaginta ſolidis triginta illi concedimus, & illi alii in * ſacellum regis veniant.

* victualia & carnalia

* ut quando

* aut ſcluſas

* faccellum

VII.

De moneta conſtituimus, ut amplius non habeat in libra penſante niſi viginti duos ſolidos, & de ipſis viginti duobus ſolidis monetarius accipiat ſolidum unum, & illos alios domino cujus ſunt reddat.

VIII.

1. Hinc poſt Vernenſem conventum edita fuiſſe hæc capitula liquet, proinde anno 756. adſcribit Baluzius in Capitularibus.

ANNO CHRISTI 753.

VIII.

Ut emunitates conſervatæ ſint.

IX.

lib. 5. cap. 14. Ut omnes juſtitias faciant, tam publici quam eccleſiaſtici. Et ſi aliquis homo ad palatium venerit pro cauſa ſua, & antea comiti non innotuerit in mallo ante * rachemburgios, aut ſi cauſa ſua ante comitem in mallo fuit ante rachemburgios, & hoc ſuſtinere noluerit, quod ipſi ei legitime judicaverint; ſi pro iſtis cauſis ad palatium venerit, vapuletur: & ſi major perſona fuerit, regis arbitrium erit. Et ſi reclamaverit quod legem ei non judicaſſent, tunc licentiam habeat ad palatium venire pro ipſa cauſa. Et ſi ipſos convincere potuerit, quod legem ei non judicaſſent, ſecundum legem contra ipſum emendare faciat. Et ſi * comes & rachemburgii ei convincere potuerint, quod legem ei judicaſſent, & ipſe hoc recipere noluerit, hoc contra ipſos emendare faciat.

ANNO CHRISTI 753. omnes & rachemburgi cum

* rachemburgos ſeu rachemburgios

X.

Similiter de eccleſiaſticis, ſi ad palatium venerint de eorum cauſa ſe reclamare ſuper eorum ſeniore, vapulentur, niſi ſenior pro ſua cauſa tranſmiſerit. Ibidem c. 15

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Capitula.*) Edita jam fuerant a Petro Pithœo in fronte capitularium, extantque in eodem codice ſancti Vincentii Metenſis, atque in aliis antiquis. Sed quo anno vel loco condita ſint, nuſquam tradunt. Sunt tamen, qui in Metenſi quodam conventu a Pippino rege facta ſcribant.

ANNO CHRISTI 753.

CONCILIUM MOGUNTINUM

ANNO CHRISTI 753

In quo S. Bonifacius Lullum ſibi ſubſtituit.

COncilium a ſancto Bonifacio Archiepiſcopo coactum, in quo ſibi in Friſiam redituro Lullum in Moguntina ſede ſubſtituit, ex ſupplemento ejus Vitæ a presbytero Moguntino Anonymo ſcriptæ, & ab Henſchenio ad diem 5. Junii recitatæ cap. 2. eruitur; ibi enim habetur: *Vir autem Dei qui divina inſpirante gratia ubique geſtiebat verbi Dei ſemina pullulaſſe, gentes adhuc indomitas deſtinavit adire Freſonum, ut ritu ſuperſtitioſo dereliſto, cultura idolorum depoſita, rerum omnium creatorem Deum colerent. Synodali (ergo) auctoritate, & conſenſu Principis Pippini Lullum Moguntiæ ordinavit, ſecumque primitus ad Turingiam deduxit, & omnibus in illa regione Nobilibus illum commendavit, uti fidei catholicæ adſtipulatores ei aſſiſterent. Noviſſime autem præcepto Romani Pontificis, & conſilio venerandi Principis Pippini, & Synodalis auctoritatis licentia, & omnium Epiſcoporum, & Abbatum, nec non Canonicorum, & Monachorum, omniumque Chriſtianorum ad ſuam diœceſim pertinentium profectus eſt.* Auctor etiam Vitæ tertiæ hujus Sancti, quem Henſchenius ibid. pag. 481. putat Monaſterienſem, ex tribus Codd. Mſs. exhibitæ num. 5. ait narrata S. Vvillibrordi Ultrajectini Epiſcopi morte: *Mox ut hæc audivit, pro tanti viri morte graviter ingemuit. Inter graviſſima doloris lamenta, profundique gemitus ſuſpiria obviavit illi mente, quantocius Synodum coadunare deberet. Nec mora convenientibus in unum Epiſcopis, omnique choro eccleſiaſtici ordinis cum conſenſu illorum omnium, & cum decreto Pippini regis, qui tunc Karolomanno fratre defuncto Rex effectus eſt, Lul venerabilem virum Moguntinæ ſedi ſibi elegit ſucceſſorem; Sturim vero venerabilem in cenobio Fuldenſi conſtituit Abbatem, præcipiens illi curam gerere gregis commiſſi: Vvillibaldum quidem paſtoralis officii regimen in loco Heyſtele commendavit; & Burchardo ejuſdem civitatis parochiam in Vvirceburch delegavit. Vvigbertum quoque in Monaſterio, quod nuncupatur Hersfelda, fratrum conſtituit gubernatorem*, &c. Hujus vero concilii epocham adinvenire non adeo facile erit, variantibus inter ſe Auctoribus de ordinationis S. Lulli anno, uti videre eſt apud Pagium ad an. Ch. 753. num. 5. Serarius lib. 4. rer. Mogunt. ipſo initio dicit id factum eſſe an. 755. ut habet Marianus Scotus, vel 754. ex lib. 2. Othloni cap. 13. & ſeqq. quem ultimum annum elegit Mabillonius ſæc. 3. Benedict. par. 2. in elogio hiſtorico S. Lulli. Baronius, & Cointius ad an. 752. Pagius autem in an. 753. rejicit inter diem 12. Martii, & 23. Maji, ut ipſe eruit ex vita S. Sturmii Abbatis Fuldenſis primi ab Eigilo concinnata, qui ait Monaſterium Fuldenſe fundatum an. 744. die 12. Martii; quod idem de anno ſcribit Rudolphus Monachus Fuldenſis in vita beati Rabani Archiep. Mogunt. apud Bollandum die 4. Febr. Subdit deinde anno decimo poſt conditum Monaſterium S. Bonifacium in Friſiam ſe contuliſſe; ac proinde an. Ch. 753. Imo Lulli ordinationem factam eſſe inter diem 12. Martii, quo annus decimus fundationis Monaſterii Fuldenſis cœpit, & diem 23. Maji deducit Pagius ex diplomate Pippini Regis *menſe Majo die* XXIII. *anno ſecundo regni ipſius glorioſi regis* (ideoque Ch. 753.) pro eccleſia Ultrajectina, cui jam præerat S. Bonifacius. Extat diploma apud Vvillelmum Hedam in hiſt. Epiſcop. Ultraject. & apud Cointium an. 753. n. 30.

ANNO CHRISTI 754.

CONCILIABULUM [b] CONSTANTINOPOLITANUM

ANNO CHRISTI 754.

[c] PSEUDOSEPTIMUM [d] UNIVERSALE

Et [e] reprobatum, [f] trecentorum triginta octo episcoporum: a Constantino Copronymo imperatore [g] adversus cultum sanctarum imaginum congregatum, [h] anno Domini DCCLIV. tempore Stephani papæ II.

Acta hujus conciliabuli in sexta actione concilii Nicæni II. infra * *a Gregorio Neocæsarienſi epiſcopo recitantur, eademque ibidem interlocutione orthodoxorum Joannis cancellarii & Epiphanii refutantur. Titulus pſeudoſynodi eſt:* Definitio * ſanctæ, magnæ, & univerſalis ſynodi.

* Pag. 1046. Græce & Latine, & inſenius Latine tantum ex veteri verſione.

* terminus ex Anaſt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa, locus, & tempus concilii.

Concilium.) Cauſam, locum, tempus, numerum epiſcoporum, & acta conciliabuli Theophanes ſummatim enarrat his verbis: *Eodem quoque anno Conſtantinus impius contra ſanctas & venerabiles imagines concilium iniquum* * *trecentorum triginta octo epiſcoporum congregavit in palatio Hieriæ; quorum primi erant Epheſinus filius Abſimari, & Paſtillus Pergenſis, qui apud ſe quæ viſa fuerunt, dogmatizarunt*, &c.

* *triginta octo*

Cauſa & auctoritas congregati concilii.

Qua ratione, quaque auctoritate hæc pſeudoſynodus congregata fuerit, indicant acta Stephani papæ apud Baronium anno 754. extantia, quibus ſcribitur, quod in templo beatæ Mariæ Virginis, nullo catholico patriarcha præſente, ipſe imperator Conſtantinus ambonem conſcenderit, atque ex eo Conſtantinum monachum ex Sylæi epiſcopo patriarcham homo laicus deſignaverit: & paulo poſt per laicum epiſcopum laicus imperator ſacroſanctum univerſale concilium ſeptimum, ut ajebant, congregaverit.

Locus Conciliabuli.

b *Conſtantinopolitanum.*) Patet ex actis conciliabuli loco prænotato, ubi dicitur: *Sancta, magna, & univerſalis ſynodus, quæ in hac regia civitate congregata eſt in baſilica intemeratæ & ſanctæ ſemper virginis deiparæ Mariæ quæ cognominatur Blachernas*, &c. Unde graviſſime aberrant Sixtus Senenſis lib. 5. bibliothecæ ſanctæ, annotatione 247. & auctor ſummæ conciliorum in principio ſeptimæ ſynodi, qui hanc falſo tertiam Epheſinam nominant. Cauſam erroris utrique dediſſe videtur Theodoſius Epheſinus epiſcopus qui pſeudoſynodo præſediſſe legitur.

Utrum hæc ſynodus tertia ſit Epheſina? Præludium conciliabuli.

Pſeudoſeptimum eſſe probatur.

Acta ſancti Stephani junioris martyris quæ recenſentur a Baronio anno DCCLIV. inter alia referunt, quod antequam in hoc templo epiſcopi convocati convenirent, imagines vitam D. N. Jeſu Chriſti artificioſiſſime repræſentantes prius deleri penituſque abradi, atque in locum earum animalium formas ſubſtitui procurarunt.

c *Pſeudoſeptimum.*) Septimi concilii titulum huic ſuo conventiculo impoſuiſſe patet in primis ex actis ſynodalibus ejuſdem conciliabuli, & ex ſancti Stephani junioris martyris. Sed audi quid in actis ſancti Stephani junioris martyris Joannes cancellarius contradixerit: *Septima quomodo erit, utpote quæ non concordat cum ſex prioribus ſanctis & univerſalibus ſynodis? Omne enim ſeptimum ordinatum in eadem numeratione quæ res quæ præceſſerunt, rebus præcedentibus conſentaneum eſſe debet*, &c. In actis Stephani apud Baronium: *Quomodo ſeptimum dicetur quod ſex priora concilia minime ſequitur? Quidquid enim ſcriptum eſt, ſextum & quintum, & ea quæ antecedunt, ſequatur neceſſe eſt, ut ſeptimum eſſe queat. Cum igitur vos ſex conciliorum ſanctiones abrogaveritis, quid eſt quamobrem concilium veſtrum ſeptimum appelletis?* Ergo illi non aliter ſuo conventui illegitimo nomen ſeptimi concilii impoſuerunt, quam ſi ligoni nomen ſcaphæ attribueris.

An fuerit œcumenicum.

d *Univerſale.*) Conſtat ex actis ſupra memoratis. *Sed quomodo*, inquit Joannes Cancellarius prædicta actione ſexta concilii Nicæni in principio, *magna & univerſalis, in quam neque omnes conſenſerunt, & reliquarum eccleſiarum præfecti non admiſerunt; ſed anathemate eam devoverunt? Non habuit cooperarium, ut hæc, quæ nunc celebratur*, Nicæna ſynodus, *Romanum papam, neque illius ſacerdotes, neque per vicarios, neque per provinciales literas, quemadmodum fieri in ſynodis debet.* Acta ſancti Stephani: *Cumque initio ſic legiſſet: Decreta ſancti & œcumenici ſeptimi concilii: ſanctus Stephanus ver, ſilentio manu ſignificato, O ſingulare mendacium, inquit, infirmo enim & caduco fundamento, caducum quoque profecto & imbecillum ædificium impoſuiſtis.* Et paulo infra: *Jam qui œcumenicum illud concilium vocare queat, quod nec Romanus antiſtes (citra cujus auctoritatem nullo modo fieri poteſt ut res eccleſiaſtica ad normam redigantur) ratum habuit, nec Alexandrinus comprobavit, nec Antiochenus, nec denique Hieroſolymitanus. Ubinam eorum libelli ſunt? aut quinam per diverſa loca miſſi ſunt, quibus falſum veſtrum concilium confirmaretur, ut hac ratione œcumenicum conſeri poſſit?* Quare œcumenicum nemo dixerit eſſe concilium, cui non modo non Romanus pontifex, ſed neque etiam ullus patriarcha per ſe vel per legatos ſuos interfuit.

e *Reprobatum.*) Primum quidem auctoritate Stephani Papæ, ut teſtatur Hadrianus in epiſtola ad Conſtantinum & Irenem Auguſtos: deinde etiam totius œcumenici concilii Nicæni unanimi conſenſu. Recte igitur in libello ſecundæ Nicænæ ſynodo oblato, orthodoxi orientales actione 3. ajunt: *Sex generales ſynodos antehabitas una voce legati prædicant, aliam autem illam, quam ſeptimam dicunt, non modo non recipiunt, ſed uno animo & voce teſtantur, utpote quæ ex hæreſi contra apoſtolicam & patrum traditionem ſit congregata non aliam ob cauſam quam ut ſacroſanctas & venerabiles imagines everſet.* Apud acta Stephani martyris, cum legeretur initio: *Decreta ſancti concilii*: interlocutus Stephanus dixit: *Quonam modo ſanctum exiſtimari queat, quod ſancta profanare minime dubitavit? Quid enim? An non ſancta a vobis protrita ſunt? An non, cum in concilio veſtro ſederetis, libellus vobis a quibuſdam piis viris oblatus eſt, qui epiſcopum quemdam eo nomine deferret, quod lancem ſanctam, in qua Chriſti ac Dei genitricis imagines ſculptæ erant, contriviſſet?* Actione ſexta concilii Nicæni ſecundi in principio contra titulum pſeudoſynodi ait Joannes Cancellarius: *Quo pacto autem ſancta dicenda erit, quæ quid ſit ſanctum non intelligit? Execrabilis & profana eſt, & adulterina.* Et merito. Nam qui in hac congregati fuerunt inter ſanctum & prophanum, inter purum & impurum non diſtinxerunt; quippe qui imaginem Domini Dei noſtri cum imagine ſimul ſatanæ idolum appellarint. Omnes auctores, qui de conciliis generalibus aliquid ſcripſerunt, hanc ſynodum, vel inter concilia eccleſiæ non enumerant, vel ſaltem aperte reprehendunt: hæretici noſtri temporis pſeudoſynodum reprobatam & damnatam a vera & germana ſeptima ſynodo Nicæna (a qua ipſi cum ſuis dogmatibus de cultu & invocatione ſanctorum, de meritis bonorum operum, de veritate corporis & ſanguinis in ſacramento euchariſtiæ expreſſe anathematizantur) magna cum admiratione multorum laudant & ſummopere deprædicant: idque ſane illa Dei ſecreta providentia, ut ſuam ipſius incredibilem ſtupiditatem & impudentiam ipſi prodant; & antiquiores Iconoclaſtas novatoribus meliores eſſe iidem propria confeſſione juſte deponant. Nam ſi noſtros cum illis Copronymianis conferas, duplo triploque deteriores eſſe invenies. Copronymus inter ſacras imagines abjectas cultum venerandæ crucis, per quam in medio poſitam ſuos adſtringebat juramentis, retinebat: novatores Iconoclaſtæ indifferenter omnem imaginem rejiciunt. Cultum diviniſſimi ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti Copronymus cum ſuis retinebat: funeſta autem novatorum ſecta eumdem calumnioſe deteſtatur. Vide Bellarminum lib. 1. de conciliis c. 9. & 2. de imaginibus c. 14. Baronium anno 754. n. 19. 20. &c.

Utrum & a quibus reprobatum.

Hæc pſeudoſynodus a ſolis hæreticis laudatur.

f *Trecentorum triginta octo epiſcoporum.*) Ita Theophanes & acta conciliabuli loco ſupra allegato.

g *Adverſus cultum ſanctarum imaginum.*) Hæc qua ratione geſta fuerint, videre eſt infra actione 6. concilii Nicæni II. in actis ſancti Stephani refertur, quod non tantum ſacrarum imaginum cultum damnaverint, ſanctum Germanum Conſtantinopolitanum patriarcham, Georgium Cyprium, Joannem Damaſcenum, alioſque omnes ſacrarum imaginum cultores anathematizaverint, & idololatras vocaverint; verum etiam ſanctorum martyrum reliquias igne & aqua perdiderint, per lignum ſanctæ crucis, perque corpus ac ſanguinem Domini in ſacramento euchariſtiæ juratam exegerint a ſuis profeſſionem ſe nunquam imagines culturos, ſed potius eaſdem velut idola execraturos, nunquam invocaturos eſſe. Vide Baronium prædicto loco.

Acta conciliabuli quæ.

h *Anno Domini* 754.) Conſtat ex auctore Theophane, qui ait hanc ſynodum IV. Idus Februarii ſeptimæ indictionis & decimi quarti anni Conſtantini Copronymi inchoatam, perduraſſe uſque ad ſextum Idus Auguſti ejuſdem ſeptimæ indictionis, cum qua annus Chriſti 754. & Conſtantini 14. coincidunt.

Tempus concilii quod.

SY-

ANNO CHRISTI 754.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

CONSTANTINI COPRONIMI IMP.

Λεόντος οὖν τελευτήσαντος, Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ γεγονὼς τῆς βασιλείας διάδοχος, Ελλήνων καὶ Ιουδαίων χεῖρον τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν ἐδίωξεν. Συγκαθεσθεὶς γὰρ Κωνσταντίνῳ διαδόχῳ Ανασασίου, σὺν τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ματαιόφροσιν, ἄθεον ἐποιήσατο σύνοδον. Ἐν ᾗ Χριστοῦ καὶ ἁπάντων τῶν ἁγίων τὰς σεβασμίας εἰκόνας ἀπεκάλεσεν εἴδωλα, τὰς λειψανοθεσίας ἠρνήσατο, καὶ πῦρ θεοτίμητα λείψανα. Ὁ γὰρ Κωνσταντῖνος οὗτος τῆς Παμφυλίας γεγονὼς μὲν ἐπίσκοπος, καὶ διὰ αἰσχροπραγματείας τινὰς, ἃς ἐποίησαν αὐτοῦ, εἰς πλεῖστα ἔτη καθαίρεσιν. Σχολάζων δὲ πολυτρόπως ἐφιλιώθη τῷ αὐτοκράτορι, καὶ σύντεκνος αὐτοῦ ἐχρημάτισε τῷ Βυζαντίῳ ἀρχιεπισκόπῳ. Ὅμως οὖν βλασφημιῶν αὐτοῦ, ἄξιον μισθὸν ἀνταπέβαλεν. Ὑπὸ τοῦ συντέκνου αὐτοῦ καρατομηθεὶς φοφανῶς εἰς τὸ χωνήγιον. καὶ Νικήτας τὸν θρόνον αὐτοῦ διεδέξατο, κἀκεῖνος Παῦλος ὁ Κύπριος Σαλαμίνιος ἐκληρώσατο.

A LEoni igitur mortuo, Constantinus filius imperio succeſſit: & ipſis Græcis atque Judæis deterius eccleſiam Chriſti eſt perſecutus. Conſpiratione enim inita cum Constantino Anaſtaſii ſucceſſore, & vaniſſimis epiſcopis, impiam inſtituit ſynodum: in qua Chriſti, omniumque ſanctorum imagines idola nominavit, interceſſiones negavit, & divinitus honoratas reliquias igni tradidit. Conſtantinus enim iſte Pamphyliæ fuerat Epiſcopus: & propter turpia quædam facta ab ejuſdem religionis ſociis depoſitione multatus. Cum autem varie ſeſe verſaret, demum in amicitiam imperatoris penetravit, ejuſque compater eſt factus. Nihilominus tamen blaſphemiarum ſuarum meritam B conſecutus eſt mercedem a compatre ſuo publice in loco venerationibus deſtinato capite truncatus. Solium vero ejus Nicetas conſecutus eſt: & hujus Paulus Cyprius Salaminius.

☞ MABURGENSIS ſeu HIERAPOLITANA SYNODUS EUTYCHIANORUM

Pro electione patriarchæ Antiocheni celebranda

Anno Græcorum 1066. Chriſti 755. celebrata.

Ex Supplem. Manſi Tom. I. pag. 605.

DE hac ſynodo ita diſſerit Aſſemanus Bibliot. Orient. tom. II. pag. 111. Defuncto Joanne patriarcha, Abdallas Meſopotamiæ præfectus, qui poſtea rex Arabum & Perſarum fuit, eligi in patriarcham curavit monachum quemdam, Iſaac nomine, qui Edeſſæ cellam ſibi conſtruxerat, ubi chymicæ arti ſtudebat; ſed paulo poſt ab eodem Abdalla interemptus eſt.

Iſaaco ſubrogatus Athanaſius Sandalenſis paucis poſt diebus, juſſu ejuſdem Abdallæ, interiit: eique ſucceſſit Georgius ex monaſterio *Canſaræ* electus in ſynodo Maburgenſi in eccleſia S. Thomæ extra urbem poſita. Ei autem ſynodo interfuere Joannes epiſcopus Callinici, Timotheus Edeſſæ, David Daræ, Aba Amidæ, Serguna Mardæ, Stephanus Chaburæ, C Conſtantinus Samoſatæ, Cyriacus Tur-Abdini, Dionyſius Haran, Elias Sigar, Paulus Tagrit, Zachæus Charmæ, Jonas Be-Nuhadræ (quæ & *Naarda*, *Nearda*, & *Neardea* dicitur) aliique ex Syria bene multi. Quum vero abſenti Georgio ſuffragium ſcripta manu dediſſent, & conſecrationis munus ipſi jam collaturi eſſent, Joannis cujuſdam monachi impulſu ſchiſma inter eos ortum eſt. Nam qui ex inſula Meſopotamena erant, ac præſertim Cartaminenſes & Athanaſiani, antequam Georgius ordinaretur, ſeſe ſubduxere, factoque conventu Joannem Callinici epiſcopum, qui primus omnium Georgio ſuffragium dederat, in patriarcham conſtituunt. Et occidentales quidem omnes atD que Moſulani Georgio parebant; orientales vero Joannem ſequebantur.

ANNO CHRISTI 755.

CONCILIUM VERNENSE

PIPPINI REGIS AUCTORITATE * IN ' VERNO

* ad palanum Veriis.

Palatio celebratum, ſub die v. Idus Julias, anno Chriſti ' DCCLV. Stephani papæ II. & Pippini ejuſdem regis IV.

TITULI CANONUM.

I. *Ut unaquæque civitas ſuum habeat epiſcopum.*

II. *De epiſcopis metropolitanorum vice conſtitutis.*

III. *Ut epiſcopus in ſua parochia omnium corrigendorum habeat poteſtatem.*

IV. *De duabus ſynodis per ſingulos annos convocandis.*

V. *Qua ratione ſint emendandi qui virorum aut puellarum monaſteriis præſunt.*

VI. *Ne abbatiſſa duabus præſit monaſteriis, nec extra monaſterium, niſi rex vocet, licentiam habeat exeundi. De monialibus item, ne exeant,*

ANNO CHRISTI 755.

& ut lapsa in monasterio ipso pœnitentiam agant. Ut per alios ipsarum necessitates regi, vel synodo suggerantur: & de probatione earum quæ regulariter vivere nolunt.

VII. *Ut publicum baptisterium nisi jussu episcopi nullam constituatur.*

VIII. *Ut omnes presbyteri episcopo subsint, nec sine illius jussione baptizent, nec missas faciant.*

IX. *Excommunicari eos qui cum excommunicatis communicant. Quæ lex sit excommunicatis: & de iis qui adversus excommunicationem reclamant, vel eam parvipendunt.*

X. *Ut monachi Romam, vel ad alia loca non vagentur. Et si quis ob negligentiam abbatis ad aliud monasterium migrare velit, cum episcopi consensu liceat.*

XI. *Ut clerici omnes sub manu vivant episcopi, vel in monasterio sub ordine regulari.*

XII. *Ut clerici ab ecclesiis suis ad alias non migrent: & ut alterius ecclesiæ clericum nemo suscipiat.*

XIII. *De episcopis vagantibus, ut neque ministrent, neque ordinationem ullam faciant sine licentia episcopi cujus parochia est.*

XIV. *Die dominico quid operis facere liceat, aut non liceat.*

XV. *Ut nuptiæ omnes publice fiant.*

XVI. *Ut clerici sæcularibus negotiis non implicentur.*

XVII. *Ut mortuo episcopo ecclesia supra tres menses sine pastore non relinquatur.*

XVIII. *Ut clerici publica judicia sine jussu episcopi non petant.*

XIX. *Ut ecclesiarum immunitates illibate serventur.*

XX. *De ratiociniis monasteriorum, quæ regi vel episcopo debentur.*

XXI. *Ut episcopi singuli presbyteratus sibi competentes obtineant.*

XXII. *De teloniis, ut a peregrinis non exigantur, neque ab iis locis ubi esse non debent.*

XXIII. *Ut judices viduarum & orphanorum atque ecclesiæ causas primo audiant loco.*

XXIV. *Ut nullus per pecunias ad honores ecclesiasticos accedat.*

XXV. *Ut episcopi, & alii judices, pro justitia facienda sportulas non accipiant.*

PRÆFATIO.

SUffecerant quidem priscorum patrum regulæ sanctæ ecclesiæ catholicæ, rectissimæque normæ ad mortalium correctionem prolatæ, si earum sanctissima jura perseverassent illæsa. Sed quia emergentibus causis quibusdam * congruis temporeque inquieto superveniente, contigit nonnulla ex hac re negligentia faciente fuisse intermissa, ideoque gloriosissimus atque Deo religiosus, illuster vir Pippinus rex Francorum universos pene Galliarum episcopos aggregari fecit ad concilium Verno palatio publico, recuperare aliquantisper cupiens instituta canonica. Et quia facultas modo non suppetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult esse correctum, quod ecclesiæ Dei valde cognoscitur esse contrarium. Et si tempora serena spatiaque tranquilla divinitus fuerint ei collata, cupit ad plenum secundum sanctos canones, plenius opitulante divina gratia, melius, perfectius, integreque inantea conservare. Et cum ita factum fuerit, cessent hæc quæ necessitate cogente ex sacris canonibus remissius sunt excerpta, maneantque præfata jura canonica firma, integra, atque intemerata. Tamen interim quod melius possumus, hæc inconvulsa atque inviolata esse cupimus. Ipsarum enim rerum, quæ pro emendatione nostra communiter sunt prolata, per distincta capitula subter tenentur inserta. Datum v. Idus Julii, anno IV. suprascripti gloriosissimi Pippini regis.

* *Non*, inter ferunt codices Vat. Palatini.

ANNO CHRISTI 755.

CANONES.

I.

Ut episcopi debeant per singulas civitates esse.

II.

Episcopos quos modo in vicem metropolitanorum constituimus, ut ceteri episcopi ipsis in omnibus secundum canonicam institutionem obediant, interim quod * secundum canonicam institutionem hoc plenius emendamus.

* *antea additur in Pal. cod. & ante Vat.* alii autem id non agnoscunt.

III.

Ut unusquisque episcoporum potestatem habeat in sua parochia, tam de clero, quam de regularibus, ad corrigendum & emendandum secundum ordinem canonicum spiritalem, ut sic vivant qualiter Deo placere possint.

IV.

Ut bis in anno synodus fiat. Prima synodus mense primo, quod est Martiis Kalendis, ubicumque domnus rex jusserit, in ejus præsentia. Secunda synodus Kalendis Octobris, aut de Suessiones, aut alibi, uti in Martiis Kalendis inter ipsos episcopos convenit. Et illi episcopi ibidem conveniant, quos modo vice metropolitanorum constituimus: & alii episcopi, vel abbates, seu presbyteri, quos ipsi metropolitani apud se venire jusserint, ibidem in ipsa secunda synodo convenire faciant.

V.

Ut monasteria tam virorum quam puellarum, secundum ordinem regulariter vivant: & si hoc facere contempserint, episcopus, in cujus parochia esse videntur, hoc emendare debet. Quod si non poterit hoc emendare, illi quem metropolitanum constituimus hoc innotescat, & ipse hoc emendari faciat. Quod si hoc nec ipse emendare poterit, ad synodum publicam exinde veniant, & ibidem canonicam sententiam accipiant. Et si publicam synodum contempserint, aut honorem suum perdant, aut excommunicentur ab omnibus episcopis: & tales in eorum loco in ipsa synodo constituantur per verbum & voluntatem domni regis, vel consensu servorum Dei, qui secundum ordinem sanctum ipsum gregem regant.

VI.

Constituimus ut nulla abbatissa duo monasteria præsumat habere, nec extra

mona-

monaſterium licentiam habeat exire, niſi A
ANNO CHRISTI 755. hoſtilitate cogente. Sed domnus rex quando aliquam de ipſis abbatiſſis ad ſe venire juſſerit, ſemel in anno, per conſenſum epiſcopi, in cujus parochia eſt, ut tunc ad eum aliqua veniat ex ſua juſſione, ſi neceſſitas fuerit: & alibi omnino non debeat, nec per villas, nec per alia loca demorari, niſi tantum quam celerius potuerit ambulare & reverti. Et ante non moveat de ſuo monaſterio, quam ſuum miſſum ad domnum regem tranſmittat: & ſi juſſerit rex venire, veniat; ſin autem, in monaſterio perma- B neat. Interim quod inantea hoc plenius ſecundum canones emendaverit. Similiter nec illæ monachæ extra monaſterium exire debeant. Quod ſi aliqua in aliquem lapſum ceciderit, infra monaſterium per conſilium epiſcopi pœnitentiam agat. Et ſi neceſſe eſt de earum neceſſitate ad domnum regem, vel ad ſynodum aliquid ſuggerere, earum præpoſiti, vel miſſi, hoc debeant facere: & qualia munera ad palatium dare voluerint, per miſſos ſuos ea dirigant. Et ſi aliqua monaſteria ſunt, quæ earum or- C dinem propter paupertatem adimplere non poſſunt, hoc ille epiſcopus de veritate prævideat, & hoc domno regi innoteſcat, ut in ſua eleemoſyna hoc emendari faciat. Et ſi tales feminæ velatæ ad præſens ibi congregatæ inveniuntur, quæ regulariter vivere non velint, nec ad hoc dignæ ſunt, ut cum illis aliis habitent, epiſcopus vel abbatiſſa prævideant locum aptum, ubi ſeparatim cum cuſtodia in pulſatorio habitare debeant, vel operari manibus quod ipſa abbatiſſa eis juſſerit, D interim quod probatæ dignæ ſint ut in congregatione recipiantur.

VII.

Ut publicum baptiſterium in nulla parochia eſſe debeat, niſi ubi epiſcopus conſtituerit, cujus parochia eſt: niſi tantum ſi neceſſitas venerit pro infirmitate, aut pro aliqua neceſſitate, illi presbyteri, quos epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicumque loco evenerit, licentiam habeant baptizandi, ut omnino ſine baptiſmo non moriantur.

VIII.

Ut omnes presbyteri, qui in parochia ſunt, ſub poteſtate epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus presbyter præſumat in illa parochia baptizare, nec miſſas celebrare ſine juſſione epiſcopi in cujus parochia eſt. Et omnes presbyteri ad concilium epiſcopi ſui conveniant. Et ſi hoc quod ſuperius comprehenſum eſt facere contempſerint, ſecundum canonicam inſtitutionem judicentur, tam ipſi, quam defenſores eorum.

IX.

ANNO CHRISTI 755. Capitular. lib. 5. c. 24.

* Si quis presbyter ab epiſcopo ſuo degradatus fuerit, & ipſe per contemptum poſtea aliquid de ſuo officio ſine commeatu facere præſumpſerit, & poſtea ab epiſcopo ſuo correptus & excommunicatus fuerit; qui cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. Similiter quicumque clericus, aut laicus, vel femina, inceſtum commiſerit, & ab epiſcopo ſuo correptus ſe emendare noluerit, & ab epiſcopo ſuo excommunicatus fuerit; ſi quis cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe excommunicatum eſſe. Et ut ſciatis qualis ſit modus iſtius excommunicationis; in eccleſiam non debet intrare, nec cum ullo Chriſtiano cibum vel potum ſumere, nec ejus munera quiſquam accipere debet, vel oſculum porrigere, nec in oratione ſe jungere, nec ſalutare, antequam ab epiſcopo ſuo fuerit reconciliatus. Quod ſi aliquis ſe reclamaverit quod injuſte ſit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum epiſcopum venire & ibidem ſecundum canonicam inſtitutionem dijudicetur, interim ſuam excommunicationem cuſtodiat. Quod ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & epiſcopus emendare minime potuerit, regis judicio exilio condemnetur.

* In uſ. præcedit titulus iſte: De modis excommunicationis tam de clericis quam de laicis.

X.

Ut monachi, qui veraciter regulariter vivunt, ad Romanam ſedem, vel alicubi vagari non permittantur, niſi obedientiam abbatis ſui exerceant. Et ſi talis cauſa evenerit, quod abſit, quod ille abbas ſic remiſſus vel negligens inveniatur, ut in manus laicorum ipſum monaſterium veniat, & hoc epiſcopus emendare non potuerit, & aliqui tales monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipſo monaſterio in alterum migrare velint, propter eorum animas ſalvandas, hi per conſenſum epiſcopi licentiam habeant, qualiter eorum animæ poſſint ſalvari.

XI.

De illis hominibus qui dicunt quod ſe propter Deum tonſuraſſent, & modo res eorum vel pecunias habent, & nec E ſub manu epiſcopi ſunt, nec in monaſterio regulariter vivunt; placuit ut in monaſterio ſint ſub ordine * regulari, aut ſub manu epiſcopi ſub ordine canonico. Et ſi aliter fecerint, & correpti ab epiſcopo ſuo ſe emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma ſervetur.

* regulæ

XII.

Clericos in eccleſia militantes, ſicut jam conſtitutum eſt, non licere in alterius civitatis eccleſia, vel in poteſtate

Diſt. 71. Clericos. Et Conc. Chalc. Can. 20

laicorum militare, sed ibidem permanere, in qua principio ministrare meruerunt; extra eos qui amissa patria ad aliam ecclesiam pro necessitate venerint. Qui vero episcoporum, aut laicorum, post hoc constitutum, alterius ecclesiæ clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi, & eum qui susceperit, & eum qui susceptus est, quousque clericum qui translatus est fecerit ad suam reverti ecclesiam. *

ANNO CHRISTI 755.

* eodem ordine quali ter fuit: *addatur* in c. Pal. Vat.

XIII.

De episcopis * vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit juxta instituta sanctorum patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant sine jussione episcopi cujus parochia est. Et si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur, interim quod ad synodum exinde venerint, & ibidem secundum canonicam institutionem accipiant sententiam: nisi tantum pro itineris causa. Et si ullus clericus aut laicus talem episcopum aut presbyterum defensaverit sine commeatu episcopi cujus parochia est, excommunicetur usque ad emendationem.

* vacantibus.

XIV.

Conc. Aurel. III. c. 8.

Quia persuasum est populis de die dominico agi cum caballis, sive bubus & vehiculis, itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparari, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exerceri, (quæ res ad Judaicam magis, [a] quam ad Christianam observationem pertinere probatur) id statuimus, ut die dominico quod ante fieri licuit liceat. De opera tamen rurali, arato, aut vineæ sectione, excussione, vel sepe, censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus suprascriptis quæ interdicta sunt exercere, qualiter emendari debeat, non in laicorum districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

XV.

Ut omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles, quam ignobiles.

XVI.

Ut clerici conductores non sint, hoc est ut non habeant actiones sæculares, nisi pro causa ecclesiarum, orphanorum, vel viduarum, ordinante episcopo suo, vel abbate.

XVII.

Conc. Chalced. c. 23.

Ut post mortem episcopi non liceat episcopatum esse sine pastore supra menses tres, nisi talis necessitas grandis evenerit, ut hoc nullo modo aliter fieri possit. Præcipue ad proximam synodum, cum evenerit, episcopus ordinetur.

ANNO CHRISTI 755.

XVIII.

Con. Carthag. III. cap. 9.

Ut nullus clericus ad judicia laicorum publica veniat, nisi per jussionem episcopi sui, vel abbatis, juxta canones Carthaginenses cap. IX. ubi scriptum est: Qui relicto ecclesiastico judicio publicis judiciis se purgare voluerit, etiamsi pro illo prolata fuerit sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali judicio. In civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos judices undique ecclesiæ patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio judicat, qui de universa ecclesia male sentiendo, de judicio sæculari poscit auxilium; cum privatorum Christianorum causas Apostolus ad ecclesiam deferri, atque ibidem terminari præcipiat: & maxime ne in talibus causis inquietudinem domno regi faciat.

XIX.

Ut omnes immunitates in universis ecclesiis conservatæ sint.

XX.

In alia synodo nobis perdonastis, ut illa monasteria, ubi regulariter monachi vel monachæ vixerunt, hoc quod eis de illis rebus dimittebatis unde vivere potuissent, exinde, si regalis erat, ad domnum regem faciant rationes abbas vel abbatissa; & si episcopalis, ad illum episcopum. Similiter & de illis vicis.

XXI.

Ut illos presbyteratus, qui ad illum episcopatum legibus obtingunt, ille episcopus ipsos debeat habere, sicut * in alia synodo perdonavit domnus Rex.

* antea in alia synodo dixistis.

XXII.

De peregrinis qui propter Deum vadunt, ut de eis * telonios non tollant. & de illis aliis teloniis, * quos domnus rex antea perdonavit, sic fiat, ut ibi legitime non debent esse, donati non sint.

* telonium vel teloneas

* sicut vos perdonastis ita fiat, ut ubi legitime donati non fuerint transeant.

XXIII.

Ut comites, vel judices, ad eorum placita primo viduarum, orphanorum, vel ecclesiarum causas audiant & definiant, in eleemosyna domni regis, & postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent.

XXIV.

Ut nullus per pecunias ad honorem vel gradum ecclesiasticum accedere debeat, quia hæresis simoniaca esse videtur.

XXV.

[3] Ut nec episcopus, nec abbas, nec ullus laicus, pro justitia facienda sportulas * contradictas accipiat: quia ubi dona intercurrunt, justitia evacuatur.

* *id est* vetitas

In mf.

ANNO CHRISTI 755.

In mſ. c. Palatino Vat. ſubjunguntur quædam de teloneis, de moneta & de juſtitia, quæ ſupra habentur nomine Concilii Metenſis *diſtincta in quinque capitula.*

Notæ Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Verno palatio.*) In codice Metenſi *Vernis* legitur, ut in vulgatis: at in Bellovacenſi *Vernȝ palatio*, quod rectius videtur, Sic enim a Pippino ipſo appellatur, lib. v. cap. XI. *Sicut eſt ad Vernum ordinavimus.*

2 *Anno Chriſti 755.*) Pippini regis anni, quando primum inauguratus eſt a ſancto Bonifacio, conſurgunt ex anno Chriſti 752. quod docet chronicum Pithœanum, & confirmant antiquæ tabulæ monaſterii ſancti Galli, in quibus comparatur tertius annus Pippini regis, VIII. Idus Auguſti, cum anno Chriſti 756. item annus ſextus Pippini, XII. Kalendas Januarias, cum anno 757. & rurſum annus X. Pippini ejuſdem, V. Idus Majas, cum anno 761. Conſequens ergo, ut annus quartus Pippini, quem ſynodi notat præfatio, cum anno Chriſti congruere dicatur 755.

3. *Ut nec epiſcopus.*) Poſt hunc canonem ſequebatur in vulgatis canon XXVI. *De juſtitia facienda*: in quo etiam deſinit codex Metenſis, ſed ante hunc tres item alios præmittit, *De teloneis, de moneta, & de immunitatibus*: quos omnes, cum ſuperius relati ſint in capitulis de alia ſynodo, jure hoc loco miſſos facit exemplar Bellovacenſe. Can. 25.

ANNO CHRISTI 755.

AD CONCILIUM VERNENSE

ANNO CHRISTI 755.

Anni 755.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Manſi Suppl. pag. 607.

VErnenſe concilium ſequenti anno 756. celebratum fuiſſe colligo ex die, qua primum ejus ſynodi patres convenerunt, ſubſcripto præfationi ejuſdem concilii. Cum enim die dominica patres ſynodum primo coire ex veteri diſciplina conſueviſſent, ut paſſim per totam criticam ſuam Pagius animadvertit, annus ille concilio adſcribendus, quo dies indicti concilii in dominicam, vel in feriam ſecundam cadebat. His conſtitutis, dies v. idus Julii non quidem anno 755. quo cum feria ſexta componebatur; ſed anno 756. in dominicam incidit; cui proinde anno concilium Vernenſe illigandum eſt. Tunc quidem, fateor, annus quintus Pippini juxta Pagii ſupputationem, non quartus, ut præfertur in data concilii, currebat. Sed error facile in nota numerali irripere potuit. Forte etiam Pippinus regnum inivit anno quidem 752. ut egregie Pagius defendit, ſed aliquandiu poſt menſem martium, immo & poſt V. Id. julii ejuſdem anni. Licet enim initio illi ſic ſtabilitio repugnat diploma Goldaſtianum a Pagio ad A. 752. 3. productum, qua ante V. Id. majas regnum illud cœpiſſe Pagius probat; cum tamen illud pugnet cum altero Goldaſtiano diplomate a Mabillonio producto, & Pagio ad A. 752. 6. memorato, quod regnum illud ne in decembri quidem anni 752. cœptum præfert; hinc nihil ex eo certi adſtrui poteſt. Hæc igitur concilii epocha ut genuina admitti poteſt, & ex ea non inepte Pippiniani regni epocha ante diem XI. julii retraheretur.

Ex pagio ad An. Ch. 756. n. 11.

CONCILIUM ANGLICUM

In quo ſtatuitur celebrandam eſſe quotannis memoriam S. Bonifacii, ſociorumque Martyrum.

Cuthbertus Dorovernenſis Antiſtes, S. Bonifacii morte intellecta, Epiſcoporum, & Abbatum Synodum collegit, & communi ſuffragio ſtatuit quintum Junii, quo die Martyrii corona donatus eſt, ſolemniter in ejus ſociorumque memoriam ab omnibus Anglo-Saxonibus celebrandum eſſe. Recitat Cuthberti epiſtolam Alfordus ad An. Ch. 756. quo Spelmannus Synodum illam collocat, ex Codice Bonifaciano n. 70. Data eſt ea non tantum a Cuthberto, ſed & a Presbyteris & Abbatibus in Concilio congregatis ad Lullum Archiepiſcopum Moguntinum, ejuſque Epiſcopos ac Sacerdotes; atque talis eſt.

Reverendiſſimo fratri, & in amore Chriſti cariſſimo Lullo Coepiſcopo, ſimulque cooperatoribus ſuis Epiſcopis, & Sacerdotibus Dei, quorum nomina in libro vitæ ſcripta teneantur, Cuthbertus Servus ſervorum Dei, cum aliis conſacerdotibus Dei, & Presbyteris, ſeu Abbatibus æternæ proſperitatis ac pacis in Domino ſalutem.

PRofitemur igitur chariſſimi ſinceriſſima intentione coram Deo, & electis Angelis ejus; quia quandocumque veſtram dilectionem, Dpacis ac proſperitatis proventum, & ſanctæ religionis in Chriſto profectum, ſacræque exhortationis fructum, de aliorum converſatione abundantius habere, remigerulis referentibus audimus: quod inde ſatis gaudentes, & pro vobis obnixius orantes, læti gratias agimus largitori bonorum omnium Deo. Quando igitur aliqua religioni veſtræ injuria facta, aut aliquod irrogatum narratur damnum, mæror, & triſtitia nos cruciat; qui nimirum ſicut gaudio veſtro in Chriſto congaudemus; ita & adverſitate pro Chriſto contriſtati compatimur. Non enim aliquando, in memoria noſtra obliterari poſſunt diverſi, atque indefeſſi tribulationum angores, quos, ut viſcera noſtra, vos ipſi cum Deo dilecto Patre noſtro Beatæ memoriæ Bonifacio Martyre, inter perſecutores paganos, & hæreticos, atque ſchiſmaticos ſeductores, in tam periculoſa, ac tam feritate plena peregrinatione, pro amore æternæ patriæ, longo tempore ſuſtinebatis: & quia illo ſcilicet per agonem Martyrii, cum ſuis pluribus domeſticis, ad æternam cæleſtis patriæ quietem glorioſe, feliciterque migrante, vos qui ſuperſtites talium eſtis, forſitan eo periculoſius, & difficilius, inter diverſa tentamenta converſamini, quo tanto Pa-

to Patre, & doctore, ad præsens vos orbatos esse constat.

ANNO CHRISTI 755.

Et quamvis hinc quædam mœstitiæ amaritudo, nostra discruciat valide præcordia, tamen hujusce doloris gemitum, quædam sæpius ad memoriam rediens, nimiæ ac novæ exultationis hilaritas jucundat, ac mitigat, dum frequentius recolentes, admirabili, vel potius ineffabili Dei pietati tripudiantes gratias agimus, quod tam præclarum speculatorem cælestis bibliothecæ, tamque egregium Christi militem, cum multis bene educatis, & optime instructis discipulis, gens Anglorum advena, Britannia meruit, palam omnibus ad spiritales agones, & ad multarum per Dei omnipotentis gratiam, salutem animarum de se procul laudabiliter emittere: vel longe lateque ferocissimas nationes per devia diutius errantes, de lata ac spatiosa voragine perditionis perpetuæ, ad splendidiuas semitas supremæ patriæ, per sacræ exhortationis incitamenta, & per exempla pietatis & bonitatis, ipse ductor, & signifer antecedendo, & adversa quæque, opitulante Deo, fortiter expugnando, feliciter perduceret: atque ita actutum veraciter fieri etiam rerum effectus, glorioſius quam dicta demonstrant. Et in illis quoque locis, quos ante illum nullus ante aliquando evangelizandi causa doctor adire tentabat. Unde igitur post incomparabile toto orbe Apostolicæ electionis, & numeri mysterium, aliorumque tunc temporis evangelizantium discipulorum, Christi ministerium; hunc inter egregios & optimos orthodoxæ fidei Doctores, & amabiliter habemus, & laudabiliter veneramur. Unde in Generali Synodo nostra, ubi de cæteris omnibus, quæ vestræ modo sanctitati paucis depromimus, plenius inter nos conferebamus; ejus diem natalitii, illiusque cohortis cum eo * martyrizantis insinuantes, statuimus annua frequentatione solemniter celebrare: utpote quem specialiter nobis cum B. Gregorio & Augustino, & patronum quærimus, & habere indubitanter credimus, coram Christo Domino, quem in vita sua semper amavit: & in morte, ut ipsius meruit gratiam, magnifice clarificavit.

Bonifacius & Socii Britanniæ emissionis.

* Lege, *Martyrizata.*

Præterea quippe, ut prædiximus, vestræ solicitæ speculationis curam, & quasi tædio absentati Patrisfamilias, ut ita dicam, quodammodo confectam, necnon & generalitatem subjectorum vobis servorum Dei, paternis affatibus fraterniſque solatiis relevare & consolare, ubicumque in negotio prævalemus, fatemur nos semper esse paratos. Unde in primis ad confirmationem dilectionis, quam erga vos habent penetralia cordis nostri; sermone affectuque Apostoli utamur, & cum Apostolo simul dicamus: *Gratia vobis, & pax: gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis memoriam facientes in orationibus nostris, sine intermissione, memores operis Fidei vestræ & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum.* Quod enim jam olim vivente venerandæ memoriæ Bonifacio, per scripta nonnulla, & per fideles internuncios, æque conditum esse constat, idipsum semper revocare ad invicem, satis necessarium ducimus: hoc est ut mutuæ pro nobis nostriſque, & hic viventibus, & hinc obeuntibus interpellationes, orationes, Missarumque remedia ad viventem Deum, & judicem omnium, suppliciter agantur, juxta Apostolica monita: orate, inquit, pro invicem, ut salvemini, &c. hoc enim modo nobis divinam clementiam complacere dignoscimur, offerentes ei orationum pura libamina. Sic nobis eamdem prosperitatem inveniemus in adversis. Etenim ubi Domini, juxta ipsius promissionem, præsto est adjutorium, cuncta fugatur Malignorum adversitas. Ipse enim dixit, si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est. Hoc enim sagaci solertia studioſius ideo agendum esse judicamus; quia juxta Apostolica præsagia, instant nunc tempora periculosa, & reliqua quæ ipse in eadem prosequitur epistola.

1. Thes. 1.

2. Tim 3.

ANNO CHRISTI 755.

Et quia non est opus scribere vobis de exterioribus calamitatum incursibus, quas frequenter, ut reor, passi estis, id est persecutionibus, rapinis, odiis, & scandalis, & his similibus. Cæterum ecce quamplurimis in locis Christianæ religionis valide status vacillat; dum pene undique exterius, interiusve rerum Ecclesiasticarum perturbatur ordo; novellarumque conversationum pravæ ubique pene succrescunt sectæ. Nec mirum; dum videlicet postpositis antiquorum Patrum decretis, ac legibus Ecclesiasticis relictis, multi, juxta proprias adinventiones, prava, ac plurimorum nociva saluti sentiunt, affirmant, atque agunt: ut scilicet transacto anno, a quodam magnæ auctoritatis viro dictum, & gestum esse constat: Ad hæc autem nos, ut timeo, pusillanimes, & minus justitiæ zelo accensi, quid aliud in primis agere debemus; quam ut indesinenter suffragia sanctorum postulemus Apostolorum, Martyrumque Christi, ac venerabilium Antistitum Ecclesiarum Dei: ut in hoc, quod vocati, & constituti sumus, continuis excubiis, Christi gratia nos faciat perseverare; & ut non simus reprobi, sed magis accepti: non desides, sed solertes: non dispergentes, sed congregantes quoscumque valemus, ad unanimitatem Christianæ religionis, & unanimitatem Ecclesiasticæ conversationis; quatenus ministerium nostræ dispensationis, & laboris solertia, ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis proficiat; ut cum bene servientibus, & placentibus Deo, quandoque mereamur audire: *Beatus servus, quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: Amen dico vobis super omnia bona constituet eum.*

Luc. 12. v. 37. 43. 44.

Et ad hæc frequentius ad memoriam exempli causa revocemus, recordandæ memoriæ egregius Magister, & Martyr B. Bonifacius, quomodo, vel quanta solertia, laborarit in doctrina Christi; quanta pericula atque difficultates pro amore Christi, & animarum lucro, etiam usque ad ipsam mortem, libenter tolerarit. Et quia omnipotentis modo familiaris factus est, prudentia vestra solerter attendat, si ejus vos oporteat sacris admonitiobus consentire, & pietatis illius exempla pro viribus sequi. Ille enim, quantum illius domesticus factus est, quem amavit ante omnia; tanto majora apud eum potest obtinere. Unde quippe si aliqui subjectorum illius, quibus eum quondam divina dispensatio magisterii loco præfecit, ab ejus documentis spiritualibus dissentiunt, vel prava conversatione recedunt, qui defensor illorum in æterno judicio esse potuit; fit potius accusator, & rationes ab eis cum ipso Judice districtius requirit. At vero e diverso, quicumque illius sacræ institutionis, ac doctrinæ normulam rite consequuntur; pro certo se sciant, & ipsius Romanæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, a qua Legatus eis, & doctor directus est; ac deinde pariter

cum

ANNO CHRISTI 755.

cum eâ, omnium noſtrum habere, & viventes, & morientes in oratione, & Miſſarum celebratione, ut ſupra diximus, perpetuam communionem: ſic tamen uſque ad finem, vobis dehinc Doctoribus, & Rectoribus ſuæ ſalutis, humiliter atque amabiliter, pro Deo & æterna mercede, non dedignantur obedire: non deficientes aliquando ut indevoti, vel ſubdoli: ſed ſemper ut bonæ indolis diſcipuli proficientes, & fideliter adhærentes, ſuæ militiæ in Chriſto magiſtris, ad palmam ſupernæ vocationis Dei, & gloriam regni cæleſtis.

Hæc ſalutaria veſtræ ſanctitati ſcripſimus verba; non quaſi ignaris, aut indigentibus noſtræ ruſticitatis normula; ſed charitatis, atque commonitionis mutuæ gratia: conteſtantes & obſecrantes per omnipotentem Deum, & Filium ejus Jeſum Chriſtum, & adventum ipſius & regnum ejus, ut vos, o chariſſimi, cuncti generaliter, cum ſubjectis vobis in Chriſto, per omnia ſitis ſemper ad invicem fideles, ut unanimes cooperatores, contra omnes orthodoxæ Fidei inimicos, atque hæreticos, & ſchiſmaticos, ac nequiſſimæ converſationis homines. *Per hoc enim eritis bonis hominibus amabiles, ſeu laudabiles, & Deo omnipotenti acceptabiles, atque chari; & ita cum ipſo Beato Patre, & prædeceſſore veſtro, felicem in futuro vocem a Judice cunctorum Chriſto ſinguli mereatis audire. Euge*, inquiet, *ſerve bone ac fidelis; quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Amen.

† Omnipotens Deus vos omnes diu incolumes in ſuo ſancto timore & amore cuſtodire dignetur dilectiſſimi fratres ac filii, †

† Cuthbertus Archiepiſcopus.

† Lullo Coepiſcopo.

ANNO CHRISTI 756. Ex Labbei Append. tom. VI.

CONCILIUM LIPTINENSE

ANNO CHRISTI 756.

Anno Domini DCCLVI. celebratum,

A quo juxta primum ejus nominis ſub Carlomanno Francorum duce res eccleſiæ iterum præcariæ fiunt ſub annuo cenſu duodecim denariorum, prætereaque illarum nonæ & decimæ ſolvi deinceps eccleſiis juſſæ.

Hujus ſynodi meminerunt epiſcopi in epiſtola a ſynodo apud Cariſiacam miſſa ad Ludovicum regem Germaniæ his verbis. Carli principis filius Pippinus rex ſynodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum ſancto Bonifacio legatus apoſtolicæ ſedis Gregorius nomine. Nam & ſynodum ipſam habemus, & quantumcumque de rebus eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, eccleſiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res eccleſiis a quibus ablatæ erant reſtituere, propter concertationem quam cum Vvaifario Aquitanorum principe habebat, non prævaluit, præcarias fieri ab epiſcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad reſtaurationes tectorum, & de unaquaque caſata duodecim denarios ad eccleſiam unde res erant beneficiatæ, dari conſtituit, uſquedum ipſæ res ad eccleſiam revenirent. *Patet ex hoc contextu epiſcopos hæc duo ejuſdem nominis concilia ibi confundere, in eo quod aſſerant ſanctum Bonifacium cum Gregorio ſedis Apoſtolicæ legato adfuiſſe huic ſecundo Liptinenſi: cum paſſus fuerit anno 754. in quo conveniunt omnes ſcriptores: qui certe ſolus concilio Liptinenſi primo ut legatus Apoſtolicus præfuerat anno 743. quo tempore Pippinus non erat rex, & Georgius quoque legatus nondum erat Apoſtolicus, ſed anno duntaxat præſentis 756. quo miſſus eſt in Gallias a Stephano II. papa, vice ſua loquens, ut ipſe ſcribit Pippino regi. Unde fecimus epocham hujus ſecundæ Liptinenſis ſynodi, quam tandem patet adhuc diverſam eſſe a prima: cujus canon ſecundus auctior eſt in ſecunda, ſtatuto de nonis & decimis præſtandis. Præterea patet utruſque ſynodi Liptinenſis confuſio, ex hoc quod Pippinus tempore ſynodi apud Liptinas primæ, anno ſcilicet 743. congregatæ, nullam habuerit concertationem cum VVaifario, ut legitur in eadem epiſtola, qui tunc non erat Aquitanorum princeps.*

AD CONCILIUM LIPTINENSE II.

Anno 756.

ADNOTATIO CRITICA.

Ex Suppl. Manſi tom. I. pag. 608.

Concilia Liptinenſia duo Labbeus diſtinxit, quorum alterum anno 743. aliud vero anno 756. aſſignandum opinatur. Id vero eruiſſe ſibi viſus eſt ex epiſtola ſynodica patrum concilii Cariſiaci, in qua ſynodi cujuſdam Liptinenſis ſub Pippino rege mentio ingeritur. Conſtat autem ſynodum Liptinenſem primam anni 745. longe ante conveniſſe quam Pippinus regnaſſet. Quamquam, ait idem Labbeus, Patres illi Cariſiaci ſecundam hanc Liptinenſem ſynodum cum priori illa in eo confunderunt, quod huic, ſub Pippino rege habitæ, præfuiſſe S. Bonifacium epiſcopum Moguntinum (qui reipſa priori Liptinenſi præfuit) ſcribant. Sed inane eſſe diſcrimen hoc conciliorum Pagius in critica ad A. 745. 12. 13. demonſtravit. Æque ſane errare potuerunt patres illi in eo concilio ſub Pippino rege conſtituendo; quemad-

madmodum errarunt duo concilia in unum ex Labbei ſententia confundendo. Ad hæc, ea quæ in concilio Liptinenſi ſub Pippino definita eſſe Patres Cariſiaci adnotarunt, de decimis ſcilicet & duodecim denariis in ſingulas fami- A lias pendendis eccleſiæ, hæc in priori concilio anni 745. ſub Carlomanno definita ex epiſtola IX. S. Zachariæ ad S. Bonifacium diſcimus. Igitur concilium II. Liptinenſe e collectionibus poſthac eliminandum eſt.

ANNO CHRISTI 756.

ANNO CHRISTI 756.

ANNO CHRISTI 757.

ANNO CHRISTI 757.

VITA, ET EPISTOLÆ PAULI PAPÆ I.

Dantur variante ex Cod. Luc. 450.

[a] PAulus natione Romanus, & patre Conſtantino, ſedit annos decem, menſem unum. Hic ab ineunte ætate in Lateranenſi patriarchio cum proprio ſeniore germano Stephano prædeceſſore ejus pontifice pro eruditione eccleſiaſticæ diſciplinæ traditus eſt temporibus domni Gregorii ſecundi junioris pontificis. Eſt poſtmodum a domno Zacharia beatiſſimo papa in diaconii ordine pariter cum antefato ſuo germano conſecratus eſt. Nam dum iſdem ejus germanus & anteceſſor pontifex ad extremum pertingeret vitæ, illico, (*a*) & populus cum eo hujus Romanæ urbis diviſus eſt, & alii cum Theophylacto archidiacono tenentes, in ejus domo congregati, reſidebant. Alii vero eidem beatiſſimo concordabant Paulo diacono: plurima pars judicum & populi cum eo tenentes, quam cum prædicto Theophylacto archidiacono. Ipſe vero ſanctiſſimus vir nequaquam a Lateranenſi patriarcho receſſit, ſed cum cæteris fidelibus ſuo ægrotanti germano & prædeceſſori pontifici perſeveranter famulabatur. Dum vero de hac vita prædictus ejus germanus & prædeceſſor pontifex migraſſet, eoque cum ingenti honore in baſilica beati Petri ſepulto, continuo eadem populi congregatio, quæ ſæpefato beatiſſimo Paulo tunc diacono tenebat, quoniam validior & fortior erat, eum in pontificatus culmen elegerunt. Poſt hæc hi qui cum præfato archidiacono aggregati erant diſperſi ſunt. Et ita Deo annuente iſdem ſanctiſſimus vir in apoſtolicam beati Petri ſacratiſſimam ſedem conſecratus pontifex eſt. Fuit autem temporibus Conſtantini & Leonis imperatorum. Erat enim mitis atque valde miſericors, nulli unquam malum pro malo reddens. Et ſi pro modico quemquam per iniquos ſatellites * tribulabat, in proximo tamen pietate motus conſolationis (*b*) ille inferebat miſericordiam. Hic, ut multi teſtati ſunt, nocte per ſemetipſum cellas pauperum infirmorum perjacentium, qui ex ſuis nequaquam aſſurgere valebant lectulis, nec non & aliorum inopum cum ſuis familiaribus noctis circuibat ſilentio, ampliſſime illis miniſtrans alimoniam, atque ſubſidii inferens opem. Sed & carceres, atque ealia clauſtra per eadem noctium ſecreta viſitabat. Et ſi quos ibidem conveniebat retruſos, a mortis eruens periculo, liberos ire relaxabat. Sed & plures qui debitis obligati, atque afflicti a ſuis fæneratoribus opprimebantur, reddito ipſo debito a jugo redimebat ſervitii. Viduis & pupillis, omnibuſque egentibus opem ferens. Fortiſſimus enim erat orthodoxæ fidei B defenſor. Unde ſæpius ſuos miſſos cum apoſtolicis obſecratoriis atque [b] admitoriis literis præfatis Conſtantino & Leoni Auguſtis direxit pro reſtituendis confirmandiſque in priſtinum venerationis ſtatum ſacratiſſimis imaginibus Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque ejus genitricis, atque beatorum apoſtolorum omniumque ſanctorum prophetarum, martyrum & confeſſorum. Hic enim beatiſſimus pontifex (*c*) communibus ſpiritualibus ſuis ſtudiis magnam ſolicitudinis curam erga ſanctorum cœmeteria indeſinenter gerebat. Unde cernens plurima eorumdem ſanctorum cœmeteriorum loca neglecta, ac deſidia & antiquitate maxima demolita, atque jam vicina ruinæ poſita, protinus eadem ſanctorum corpora de ipſis dirutis abſtulit cœmeteriis. Quæ cum hymnis & canticis ſpiritalibus intra hanc civitatem Romanam introducens, alia eorum per titulos ac diaconias, ſeu monaſteria, & reliquas eccleſias cum condecenti ſtuduit recondi honore. [c] Hic ſanctiſſimus præſul in ſua propria domo monaſterium a fundamentis in honore ſancti Stephani ſcilicet martyris atque pontificis, nec non & beati Silveſtri item pontificis & confeſſoris Chriſti, conſtruxit. Ubi & oraculum in ſuperioribus ejuſdem monaſteriis mœniis ædificans eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra clauſtra vero ipſius monaſterii eccleſiam miræ pulchritudinis a fundamentis noviter conſtruxit. Quam muſivo & marmoribus decorans, & omnem illis ornatum in auro argentoque & diverſis ſpiecibus largiens, ſed & * cyburium ibidem ex argento lib. . . . . fecit, illicque innumerabilium ſanctorum corpora, quæ de præfatis demolitis abſtulit cœmeteriis, maximo venerationis condidit affectu. In eodem quippe monaſterio plurima contulit prædia, & poſſeſſiones ac loca urbana, vel ruſtica, ſuperflue atque abundanter ditans auro & argento, aliiſque rerum ſpeciebus, & omnibus utilitatibus. Ubi & monachorum congregationem conſtituens, [d] Græcæ modulationis pſalmodiæ cœnobium eſſe decrevit, atque Deo noſtro omnipotenti, & omnibus ibidem requieſcentibus ſanctis magnis ſub interdictionibus ſedule ac indeſinenter laudes ſtatuit perſolvendas. Hic fecit noviter eccleſiam infra hanc civitatem Romanam in Via ſacra juxta templum (*d*) Romuli in honorem ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi ipſi beatiſſimi principes apoſtolorum, tempore quo Chriſti nomine marytrio coronati ſunt, (*e*) redemptori noſtro funderent preces, propria genua flectere viſi

Scribit ad imperatores pro veneratione imaginum.

* tribulatos audieb.

* ciborium

(*a*) *populus hujus Romanæ urbis* (*b*) *illi* (*c*) *cum omnibus*
(*d*) *Romis* (*e*) *dum Redemptori.*

ANNO CHRISTI 757.

visi sunt. In quo loco usque hactenus eorum genua pro testimonio omnis in postremo venturæ generationis in quodam fortissimo silice esse noscuntur designata. Nam & infra ecclesiam beati Petri apostoli foris muros hujus civitatis Romanæ noviter oraculum in honorem sanctæ Dei gentricis construxit, juxta oratorium sancti Leonis papæ, secus fores introitus sanctæ Petronillæ, atque B. Andreæ apostoli, musive & diversis metallis eum adornans. Ubi & effigiem sanctæ Dei genitricis in statua ex argento deaurato, quæ pensat libras (*a*) centum, constituit: in quo oraculo & sepulturam sibi construxit. Hic dum in ecclesia beati Pauli apostoli æstivo tempore pro valido caloris fervore demoraretur, corporali præoccupatus ægritudine illic vitam finivit, ubi & sepultus est. Illicque fere trium mensium spatio ejus * (*b*) inhumatum permansit funus. Postmodum vero congregati omnes Romani cives, & aliæ nationes ejus corpus per flumen Tiberis navicula transfretantes, ad beatum Petrum cum psalmodiæ honore deportaverunt, & in præfato ab eo constructo oraculo eum sepelierunt. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero (*c*) tres. Et cessavit episcopatus annum unum, & mensem unum.

Oraculum id est oratorium.

* humatum

Notæ Severini Binii.

Quo tempore pontificatum adeptus. Acta Pauli.

a *Paulus.*) Anno 757. die 28. Maii Paulus diaconus germanus frater Stephani prædecessoris sui contra Theophylactum potioribus votis pontificatum adeptus est. Constantinum ad erroris agnitionem, & Pippinum regem ad Italiam contra Longobardos defendendam, paterno affectu erga patriam & religionem invitat & admonet: corpora sanctorum extra urbem sepulta, ne aliorum hostium injuriæ exponerentur, in urbem transtulit, monasteria erexit, & pie fundavit. Constantinus imperator transgressores pseudosynodalis decreti, alios relegando, alios supplicio vitæ afficiendo, persequitur.

b *Admonitoriis literis.*) Hæ & præcedentes literæ Pauli ad Constantinum imperatorem, & Pippinum regem desiderantur. Priorum mentio habetur in epistola Hadriani papæ ad Constantinum & Irenem Augustos.

c *Hic sanctissimus præsul.*) Vide infra concilium Romanum.

Ingens Græcorum monachorum multitudo Romam confluit.

d *Græcæ modulationis psalmodiam esse decrevit.*) Cum impius imperator Copronymus, edicto promulgato, monachos in oriente esse prohibuisset, ingens Græcorum monachorum multitudo sese Romam contulerat. Quorum cum Græca lingua peculiaris esset, eosdem in monasteriis collocatos voluit ea præstare quæ in suis orientalibus monasteriis præstare consuevissent: nimirum ut psalmorum cantum aliaque officia ecclesiastica sua ipsorum lingua persolverent.

Constantinus sacrilegus pontificatus invasor, schismatis auctor.

e *Toto quidam dux*) Voluntate & consensu Desiderii regis Longobardorum per Totonem ducem Nepesinæ civitatis, auctore Hadriano in epistola ad Constantinum contigisse scribitur, quod Constantinus Totonis frater ex laico in Romanum pontificem electus & consecratus huic gravissimo schismati causam dederit. Ex duabus epistolis Vaticanæ bibliothecæ summatim refert Baronius pseudo pontificis auctoritate congregatum esse conciliabulum proximorum episcoporum, qui illegitimam ejus contra canones factam electionem & consecrationem probaverint.

☞ Epistolæ Integræ Codicis Carolini,

ANNO CHRISTI 757.

Quorum summam tantummodo Labbeus ex Baronio dederat.

Exemplar epistolæ, ubi Paulus diaconus & electus S. Romanæ ecclesiæ, (*d*) significans de transitu Stephani papæ per Immonem missæ, missum domni Pippini regis.

(*e*) *Domno excellentissimo filio Pippino regi Francorum & patricio Romanorum, Paulus diaconus, & in Dei nomine electus sanctæ sedis apostolicæ, cum gravi gemitu & immenso mœrore cordis.*

Codicis Carolini est XIII.

INnotescimus a Deo protectæ excellentiæ tuæ, potentissime victor rex, Dei vocatione de hac luce ad æternam requiem esse subtractum sanctæ recordationis dominum, & germanum meum Stephanum papam. (*f*) In cujus etiam transitu & ipsi lapides, si dici potest, nobis conflentes lacrymaverunt. In cujus apostolatus ordinem a cuncta populorum caterva mea infelicitas electa est. Et dum hæc agerentur, convenit (*g*) Romam Immo christianissimæ excellentiæ tuæ missus, & cum eo loquentes una cum nostris optimatibus, aptum perspeximus (*h*) eum hic detineri, donec Dei providentia, sacra apostolica benedictione (*i*) illustrati fuissemus. Et tunc plenius satisfactus de nostra (*k*) vel cuncti (*l*) puritate & dilectione, quam erga tuam benignissimam excellentiam, & cuncta gentem Francorum gerimus, eum ad vos repedandum cum nostris missis apostolicis (*m*) absolveremus. Quoniam nos pro certo agnoscas, excellentissime, & a Deo protecte noster, post Deum, auxiliator & defensor rex, quod firmi & robusti usque ad animam, & sanguinis nostri effusionem in ea fide & dilectione, & charitatis concordia, atque pacis fœdere, quæ præfatus beatissimæ memoriæ dominus & germanus meus sanctissimus pontifex vobiscum confirmavit, permanentes (*n*) & cum nostro populo permanebimus usque in finem. Unde & indesinenter extensis palmis ad cælum pro vitæ incolumitate excellentiæ tuæ atque dulcissimorum filiorum, & excellentissimæ reginæ sospitate, Domini Dei nostri exoramus clementiam (*o*) tuam, ut semper tuum auxilium & firmissima protectio extendatur super nos. Incolumem excellentiam tuam gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ Pauli sanctæ recordationis Romani antistitis per Andream & Gundricum missa, in qua continentur gratiarum actiones & postulationes, volendo adjutorium obtinere contra Longobardos.

Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Paulus papa cum maximo honorificentiæ conatu & dilectionis affectu.

Cod. Carol. est XIV

QUas præclara excellentia vestra misit literas, adferentibus Andrea & Gunderico

(*a*) *libras* deest numerus. (*b*) *humatum*. (*c*) deest *tres*, & desunt reliqua.
(*d*) *Lambec.* significat de transitu. (*e*) *Gretf.* Summ. apud Baronium & Centuriatores.
(*f*) *Lambec.* In cujus etiam transitu, etiam & ipsi lapides. (*g*) *Idem.* Conjunxit Romam Immo. (*h*) *Idem.* Eum hic detinere. (*i*) *Idem.* Illustrati fuerimus. (*k*) *Gretf.* Forte; vel populi cuncti. (*l*) *Lambec.* Vel cuncti populi puritate. (*m*) *Idem.* Absolvimus. (*n*) *Lambec.* Una cum nostro populo permanemus. (*o*) *Idem.* Deest tuam.

ANNO CHRISTI 757.

co solertissimis viris Christianitatis vestræ missis, acceptantes (*a*) suscepimus (*b*) literas, quibus solita gratulatione, lætitia relegentes & mente, & corde oppido sumus lætati, dum per eas optata nobis desideria, affectio & lætitia multum de (*c*) vestra prosperitate nobis compertum est, Deo omnipotenti immensas referentes gratias, qui nos juxta, ut crebro optamus de vestra immensa sospitate, lætos reddere annuit. Nihil enim nobis dulcius, nihil suavius in hac vita exstitit quam vestræ incolumitatis gaudia assidue prosperis relationibus addiscere, dum nimirum prosperitatis vestræ lætitia, sanctæ Dei ecclesiæ (*d*) exultatio, & omnium orthodoxorum extitit uberrima defensio, & eis denique a vobis directis syllabis, nos certos in omnibus reddidistis; vos paratos adesse in adjutorium & defensionem sanctæ Dei ecclesiæ, in quibus necessitas ingruerit, atque in ea vos fide & dilectione firmiter esse permansuros cum B. Petro apostolorum principe atque beatissimæ recordationis domno & germano meo Stephano sanctissimo papa, solliciti estis, omnia adimpleri, & inviolabiliter conservari adfirmantes, quæ eidem Dei apostolo polliciti, & ob veniam delictorum vestrorum confessi estis. Quod quidem nos, dum cor excellentiæ vestræ in manu Dei est, & divina benedictione sanctæ unctionis gratia, per apostolum ejus, & regni cælorum clavigerum, beatum Petrum in regem, excellentissime atque præcellentissime rex, esse dinoscitur unctus, magna nobis id est confitendi spes, quod in ea ipsa charitate & dilectione atque promissione, quam cælestis regni janitori spondere studuistis, vos firmiter esse permansurum, dum & proculdubio, & per literas, & vestros sedulo destinatos missos nobis confidendi (*e*) materia conferetis.

Unde & nos firmiter in vestra charitate, & dilectione, cunctis diebus vitæ nostræ erimus permansuri, & nullus nos poterit, per quamlibet temporum interruptionem a vestro amore & charitate atque dilectione, (*f*) quem (*g*) medio nostrum adnexa est, separare. Pro quo obnixis deprecationibus quæso, & coram terribili futuro judicio excellentiam vestram conjurans deprecor, ut juxta quod ex vestro mellifluo ore prolata, & B. Petro promissa sunt, firma constantia permanere (*h*) jubeatis, respuentes inimicorum sanctæ Dei ecclesiæ, & fidei orthodoxæ impugnationum impias suasiones, & inanes promissiones, & Deo magis, & beato Petro semper placere procurate, qui vobis præsentis regni gubernacula tribuit: (*i*) quatenus & temporalis regiæ potestatis, vel culmen largiri dignatus est, cælestia quoque vobis regna perenniter tribuat possidenda, & in immensas de hostibus apostolorum principis suffragiis largiri dignetur victorias.

De eo vero, quod innotuit excellentia vestra vobis a Desiderio Langobardorum rege esse insinuatum, nullam malitiam vel invasionem a Langobarbis in nostris partibus fuisse (*k*) illatas, omnino credat nobis benivola excellentia vestra, non veridice in hoc vobis (*l*) direxistis. Etenim, benignissime fili, & spiritalis noster compater, christianissime rex, dum (*m*) tantæ ab eisdem Langobardis devastationes in nostris finibus ac civitatibus factæ fuissent, & a nobis ex hoc ammonitus fuisset, comminationis suæ ad nos direxit literas, quas necessitate coacti, infra nostras apostolicas literas hoc præterito anno vestræ excellentiæ direximus intuendas. Hostiliter quippe in civitate (*n*) Synodaliensi per gentes, ferro & igne quæ extra eamdem civitatem consistebant, devastaverunt, & plurimam exinde (*o*) auferentes prædam, aliquantos ibidem interfecerunt homines. Similiter & in partes Campaniæ, id est Castro nostro, quod vocatur Valentis, hostiliter inruentes, talia sicut paganæ gentes, egerunt de quibus usque hactenus nequaquam justitiam ab eis recipere valuimus. Et ideo excellentiæ vestræ direximus, ut vestrum annuissetis dirigere missum, quatenus ejus præsentia inter partes justitiæ perveniisset, ut non ex hoc aliqua a nostra vel Langobardorum parte ad easdem perveniendum justitias dilatio perveniret.

Unde pro vestra amplissima satisfactione adprobationem fecimus, in præsentia prædictorum vestrorum fidelium missorum cum jam dictis Langobardorum regiis missis, & satisfacti sunt vestri missi de tantis iniquitatibus, & cognoverunt (*p*) vestram veritatem, & eorum mendacium. Et ob hoc non possumus tantas ab eis (*q*) nobis illatas malitias tacere, sed necesse nobis vestro regali culmini, utpote post Deum hujus provinciæ liberatori, cuncta innotescere, quo per eos omnis istius provinciæ a vobis redemptæ populus ad suam pertingere valeat justitiam.

Interea, præcellentissime ac benignissime rex, christianissime fili, & spiritalis compater, suscepimus & mensam illam quam olim sanctæ recordationis domino, & germano nostro beatissimo Stephano papæ, & per eum beato Petro apostolo obtulistis: quam & cum hymnis, & canticis spiritalibus letaniæ laudes solemniter Deo referentes, infra aulam ipsius principis apostolorum introduximus; quamque vestri missi in sacram confessionem, super corpus scilicet ejusdem cælorum regni Janitoris ex vestri persona obtulerunt, quam & chrismate unctionis sanctificantes, & sacram oblationem super eam imponentes, sacrificium laudis Deo omnipotenti (*r*) paterna animæ vestræ remuneratione, & regni vestri stabilitate (*f*) offeruimus, decernentes apostolica censura sub anathematis interpositione, nulli unquam licere, eam ab ecclesia beati Petri alienare. Et ecce memoriale vestrum in eadem apostolica aula fulgens permaneat in æternum, cujus remunerationem vos credite a justo retributore Domino Deo & beato apostolorum principe Petro, in cælestibus regnis adepturum.

De regio itaque & Petro, quod innotuistis omnino agnovimus, sed hoc in vestræ voluntatis arbitrio relaxamus, ut qualiter vobis placue-

(*a*) *Lambec.* Accepimus, quibus (*b*) *Gretf.* Videtur redundare *a* literas (*c*) *Lambec.* De vestra amplissima prosperitate nobis confertum est, Deo omnipotenti immensas deferentes grates.
(*d*) *Gretf.* Exaltatio. (*e*) *Murat. legend.* Materiam (*f*) *Gretf.* Quæ in medio
(*g*) *Lambec.* Quæ in medio (*h*) *Idem.* Lubeatis. (*i*) *Idem.* Quatenus ut temporalis regiæ potestatis fastigium vel culmen. (*k*) *Idem.* Infertas. (*l*) *Idem.* Direxit
(*m*) *Idem.* Tantæ sedulæ ab eisdem. (*n*) *Idem & Gretf.* Senogalliensi (*o*) *Lambec.* Abstollens (*p*) *Gretf.* Nostram
(*q*) *Idem.* Nobis sedule infertas malitias
(*r*) *Gretf.* Pro paternæ. Et *Lambec.* Pro æterna. (*f*) *Gretf.* Obtulimus

cuerit, ita ex eis agatis (*a*) sive illis apud vos eos detinendo, sive etiam ad nos absolvendo, quoniam omnino, quæ vobis placita sunt, & nobis omnino congrua, & prospera esse videntur. Præfati denique missi vestri, omnia quæ a vobis injuncta exstiterunt, liquidius nobis retulerunt. De quibus ad singula responsum reddimus, eosque de cunctis informatos, ad vos enarrandum absolvimus, perficientes & causam prædicti Andreæ, ut ejus fuit voluntas, & vestra exstitit præceptio. ANNO CHRISTI 757.

Omnipotens autem Dominus, qui dives est in misericordiis, suæ extensionis brachio vos continua defensione protegat, & omnes adversarios ac rebelles vestris regalibus subjiciat vestigiis, tribuens longæviter ac salubriter una cum excellentissima filia & spiritali nostra commatre benignissima regina, & amantissimis natis Carolo & Carolomanno, excellentissimis regibus, & patriciis Romanorum, atque Gisla nobilissima, regni gubernacula possidenda, & æterna præmiorum gaudia cum sanctis & electis perfruenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Pippinum regem directa pro defensione S. Dei Ecclesiæ, & pro monasterio, quod ei concessit prope montem Seraptem situm, gratias magnas referendo.

(*b*) *Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Paulus papa.*

Cod. Carol. est XVI.

DUM divinas scripturarum historias in nostro memoriali revolvimus, & diversorum Dei electorum merita perpendimus, (*c*) & vestræ divinæ inspirationis studia in nostræ mentis intuitu conferentes, novum te (*d*) gentes Moysen in his diebus refulsisse, præcellentissime fili, & spiritalis compater comperimus. Ille quidem, ut Israeliticum populum ex affligentium erueret oppressionibus, a divina majestate præcepta suscepit. Tu quoque præcellentissime atque eximie rex, ad liberandam sanctam universalem catholicam & apostolicam Dei ecclesiam, divinitus es inspiratus. Per illum denique Dominus in monte Sina legis mandata eidem Hebraico populo observanda tradidit, & lumine eum claritatis suæ illustravit. Per te quoque redemptor noster, Dei hominumque mediator, ecclesiæ suæ, & universo populo christiano ejus pretioso redempto sanguine, pacem tribuit, & ejus fidei orthodoxæ perfectam contulit defensionem. Et sicut idem Moyses legislator abominationes gentium, & culturam dæmonum exterminavit, ita & tu, christianissime regum, hæreticorum schisma, & auctores impii dogmatis respuisti. Pro quo merito divinæ lumine gratiæ, & oleo sanctificationis inter fideles reges, qui olim Deo placuerunt, unctus, connumeratusque comprobaris. Unde libet certe (*e*) psalmigraphi vocem & laudem excellentiæ vestræ canere: Invenit te Dominus, benignissime rex, fidelem sibi, & præcepta ejus servantem, & ideo oleo sancto unxit te, & ecce manus ejus auxiliabitur tui, & brachium ipsius confortabit te. ANNO CHRISTI 757.

Nec mirum, tam benignissimum regem tanto divino munere esse præornatum, quoniam: *Spiritus ubi vult & in quibus vult, ibi inspirat*, qui piis fulgent operibus, sicut vestra fulgere dinoscitur excellentia. Nam qualiter dilectionis vestræ amor erga beatum Petrum apostolorum principem, & circa nostram charitatem ferveſceret, licet solite vestris apicibus atque responsalibus discurrentibus, excellentissima christianitas vestra pronunciaverit, nunc tamen per eas, quas in præsenti per harum latores misistis, syllabas, amplissime nobis paternitatis vestræ affectum protulistis, significans, bone excellentissime fili, & spiritalis compater, & noster post Deum defensor, & liberator, firma perseverantia in amore ipsius principis apostolorum, & nostra charitate permansurum. Quod quidem nos securi de vestra immutabilis verbi pollicitatione (*f*) existerimus. Scimus enim cui credimus, & certi sumus, omnia verbis, juxta ut asseris, perfici. Quid itaque ex hoc vestræ valebimus rependere excellentiæ? aut quam vicissitudinem reddere potuerimus pro tanti beneficiorum suffragiis, quæ sanctæ Dei ecclesiæ, & christianorum fidei inferre præcelsa eximietas vestra dignata est, dum ad referendas gratiarum laudes mens nostra die noctuque provocatur. Joannis c. 3.

Admirandum mihi potius est, & valde stupendum, quomodo oris mei loquacitas tantorum præsidia beneficiorum proferre queat. Verumtamen *calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo*: & crebro elevatis oculis, & palmis extensis ad æthera, divinam pro vobis indesinenter exposcam clementiam, ut ipse super vos de throno majestatis suæ respiciat, & regni vestri fastigium foveat, atque immensas vobis de cælo tribuat victorias, & omnes barbaras gentes vestris dignetur vestigiis, & terminos regalis vestræ potentiæ dilatet. Etenim nos, fili excellentissime, & spiritalis compater, testem proferimus veritatis Deum, in cujus manu cor excellentiæ vestræ (*g*) corrigatur, quod sicut sæpius nostræ recordationis dominum & germanum nostrum sanctissimum Stephanum papam, & per eum cum sancta Dei ecclesia confirmatum est, permanentes permanebimus vestris obtemperantes voluntatibus. Et absit a nobis quod a vestro (*h*) quoquomodo separemur amore. Nulla quippe præmiorum datio, nulla promissionis qualitas, nullaque blandimentorum suasio, nos, sicut sæpius diximus, a vestra charitate poterit avellere. Sed peto, & tamquam præsentialiter obsecro mellifluam excellentiam vestram, ut amplissimam jam factæ spiritalis vestræ matris ecclesiæ exaltationem perficere, & firmissimus christianorum fidei defensor existere (*i*) jubeas, benignissime regum: quatenus ex hoc memoria nominis vestri usque in finem mundi, in domo Domini celebretur, & suffragiis apostolorum, & præsentis vitæ prospera, & æternæ beatitudinis vobis tribuantur gaudia. Psalm. 115. vers. 13.

In-

(*a*) *Lambec.* Sive illic (*b*) Summ. 25. apud Baronium, & Centuriatores. (*c*) *Lambec.* Et vestra. (*d*) *Gretſ.* Gentibus. (*e*) *Gretſ.* Psalmo 88. (*f*) *Lambec.* Existimus. *Gretſ.* Extiterimus. (*g*) *Gretſ.* Regitur. *Lambec.* Corrigitur, quod sicut sæpius nostri cordis puritatem propalavimus, in vestro amore & charitate, quemadmodum inter vos, & sanctæ recordationis dominum & germanum meum Stephanum &c. (*h*) *Lambec.* Quomodo (*i*) *Idem.* Lubeas.

ANNO CHRISTI 757.

Interea excellentissime fili, & spiritalis compater, quia inspiratus a Deo nobis monasterium illud secus montem (*a*) Seraptem situm, concedere dignatus es, magnas atque innumerabiles gratiarum actiones eximiæ præcellentiæ vestræ referimus. Sit vobis ex hoc Dominus retributor, & dignam cælestium præmiorum remunerationem in æterna beatitudine concedat. Nos quidem monasterium illud ad laudem Dei, & vestri memoriam, atque æternam mercedem, nostro monasterio dinoscimur subdidisse, ut quia beatus Silvester, christianorum illuminator fidei, cujus sanctum corpus in nostro monasterio a nobis reconditum requiescit, (*b*) ibidem persecutionem paganorum fugiens, conversatus est, justum prospeximus, ut sub ejus fuisset ditione, ubi ipsum reverendum requiescit corpus. Verumtamen nos penitus neque de hoc monasterio, neque de aliis quibuslibet causis, extra vestram voluntatem nequaquam quippiam agere volumus: sed ut vestra fuerit voluntas, de omnibus agere studemus. Itaque noster animus lætus effectus est, & Deo omnipotenti, & vestræ præcellentiæ, immensas retulimus grates, in id quod nostram deprecationem a Deo inspiratus exaudire dignatus es, benignissime rex, & præceptum regalis vestri culminis nostro monasterio dirigendum pronuntiastis, firmam ejusdem sanctæ mansionis procurantes, nunc & retro cunctis temporibus. Unde petimus divinam clementiam, ut sicut vos nostrum monasterium, quod ad laudem Dei constitutum est, confirmare studetis, ita vestrum regnum confirmare super omnes gentes dignetur. Et pro certo (*c*) sciat excellentissime christianitas vestra, quod omnes illos martyres, qui pro Christi nominis confessione suum fuderunt sanguinem, & in eodem sancto requiescunt monasterio, firmissimos apud divinam clementiam habebitis intercessores.

De eo vero, quod innotuistis de nostra vos certos effici sospitate, nos, bone & christianissime rex, in eo sospes fatemur esse, dum vestri corporis sospitas, & salus animæ opitulante Deo adcrescit, quia vestra salus nostra est prosperitas. His prælibatis, omnipotens rerum opifex, & arbiter Deus sua vos gratia foveat, & longævo ac prospero senio regalis culminis sceptra, cum magna victoria vobis, cum dulcissima vestra conjuge, præcelsa filia, & spiritali nostra commatre, domina Bertrada eximia regina, & amantissimis vestris, nostrisque filiis, eximiis regibus, & patriciis Romanorum, domnis Carolo & Carolomanno, nec non & domna Gisla nobilissima, perfrui concedat, & cælestis regni gaudia cum sanctis, & electis possidenda per infinita tribuat sæcula. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ad domnum Pippinum regem per Vvitmarum, & Gerbertum abbates, atque Hugbaldum directa, in qua continentur gratiarum laudes pro exultatione sanctæ Dei ecclesiæ, & postulans, ut semper in id decertare debeat.

(*d*) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod Carol est XVII.

DUM tam maxima nobis dilectionis affectio erga vestram a Deo (*e*) inspiratam excellentiam insistit, ob hoc sicut terra sitiens imbriferam desiderat inundationem, ita quoque vestræ prosperitatis cupimus addiscere nuntia, & de vestris profectibus gratulari. In hoc quippe nostri cordis est devotio exultandi, dum nimirum salus vestra nostra existit securitas. Interea duarum epistolarum series, quas vestra direxit excellentia, cum magno suscepimus amore: unam quidem primitus per Petrum primum defensorem missum vestrum, & aliam per præsentes fidelissimos vestros missos Vvidmarum scilicet, & Gerbertum abbates, atque Hugbaldum virum illustrem. Quarum paginam indagantes, mox liquido cuncta in eis exarata didicimus, immensas protinus Deo nostro referentes laudes, qui nos de vestra annuit sospitate gratulari.

In ipsis denique vestris relationibus (*f*) solicita nobis a Deo illustratæ mentis vestræ constantia protulit spei fiduciam, in id quod impensius innotuistis, atque sedulo ex operibus demonstrastis, vos totis viribus pro exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ, & fidei orthodoxæ defensione esse decertaturos, & in ea vos fidei pollicitatione permansuros, quam beato Petro principi apostolorum, nostroque prædecessori domino & germano beatissimo Stephano papæ spopondistis. Unde & in nostra fixi charitatis connexione. Ideo juxta id quod petendo direximus, (*g*) præfatos ad nos vestros videmini direxisse missos, qui apud Langobardorum imminerent regem pro diversis sanctæ Dei ecclesiæ causis ac justitiis ac in nostro assisterent solatio. Pro quo innumerabiles vobis referimus gratiarum actiones, quia vere, sicut benignus rex, & amator spiritalis matris vestræ sanctæ Dei ecclesiæ agere, christianissime fili, & spiritalis compater, semper studes, & profecto erit tibi Dominus, & in præsenti, & futuro dignus retributor.

Nos itaque, excellentissime & a Deo protecte fili, & spiritalis compater, firmi in vestræ charitatis dilectione permaneamus, nec est ulla rerum, aut temporum qualitas, quæ nos a vestra charitate possit separare, quia tu vere noster, post Deum, constas esse defensor, & auxiliator. (*h*) Præfati denique missi vestri, in nostra præsentia cum Langobardorum missis, nec non & Gentapolensium, ac singularum nostrarum civitatum hominibus adsistentes, comprobatio coram eis facta est de habitis inter utrasque partes aliquibus justitiis, videlicet de peculiis inter partes restitutis. Nam de finibus civitatum nostrarum, & patrimoniis beati Petri,

(*a*) *Gretf.* Soracten (*b*) *Lambec.* Pridem (*c*) *Lambec.* credat. (*d*) *Gretf.* Summ. 24. apud Baronium, & Centuriatores. (*e*) *Lambec.* Institutam. (*f*) *Lambec.* Solita (*g*) *Lambec.* Prælatos. (*h*) *Lambec.* Prælati.

ANNO CHRISTI 757.

tri, ab eisdem Langobardis retentis atque invasis, nihil usque hactenus; etiam ea, quæ primitus reddiderant, denuo invaserunt. Unde constitit, ut nostri, ac singularum nostrarum civitatum missi, ad Desiderium Langobardorum regem, cum vestris progredi debeant missis, ut in eorum atque prædicti regis præsentia, pro eisdem finibus ac patrimoniis comprobatio fiat, nobisque omnia juxta (*a*) pactionem restituantur. Et nescimus quid ex hoc proveniendum sit: attamen per (*b*) præfatos vestros missos rei agnoscere potestis meritum.

Quapropter quæsumus a Deo protectam excellentiam vestram, ut ita disponere jubeat, ut plenarias de omnibus recipere valeamus justitias, quatenus idem beatus Petrus princeps Apostolorum, pro cujus restituendis luminariis decertatis, firmissimus vobis sit auxiliator, ac optimus remunerator. Nam pro certo agnoscat excellentissima christianitas vestra, quia si nobis præfati civitatum nostrarum ab ejusdem Langobardis invasi fines, atque patrimonia reddita non fuerint, etiam ea quæ primitus reddiderunt, invadere insidiabuntur. Quapropter obnixe petimus christianitatem vestram, (*c*) ut vestra solita dispositione exaltatio sanctæ Dei ecclesiæ, & istius a vobis redemptæ cum Dei virtute provinciæ salus proficiat, (*d*) & ea omnia, quæ vestri missi sibimet a vestra præexcellentia injuncta habuerunt, nobis liquidius referentes, ad singula eis responsum reddidimus, & de omnibus eos informavimus, quæ vestræ excellentiæ referre debeant, nostrasque petitiones vestris studeant intimare auribus.

His itaque præmissis Dei nostri omnipotentis exoramus clementiam, ut sua vos fovere annuat gratia, (*e*) & præsenti temporali regno in longo senio cum prosperitate corporis, & salute animæ perfrui concedat, una cum dulcissima conjuge vestra excellentissima regina, filia & spiritali nostra commatre, atque præexcellentissimis vestris natis; & cælestia quoque vobis per infinita tribuat præmiorum gaudia possidenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ad domnum Pippinum regem, per Haribertum abbatem & Dodonem comitem directa, in qua continentur uberrimæ benedictiones, & gratiarum laudes, de firmo atque incommutabili pollicitationis verbo, & magna perseverantia in perficiendis causis Apostolicis.

(*f*) *Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carol. est XVII

EXplere verbis nequeo, & penitus fermonum copia nequaquam complecti valeo, excellentissime & revera præ cunctis regibus christianissime atque orthodoxe regum, quantum vestris meritis, atque piis operationum studiis intima cordis nostri affectio congratulatur: dum profecto vestro certaminis præsidio, & laborioso conamine sancta catholica & apostolica universalis mater vestra spiritalis Dei ecclesia, atque orthodoxa christianorum fides, ab æmulorum impugnationibus ereptæ consistunt, & ex hoc indesinenter ab omni populo christiano redemptori nostro Domino Deo, ob tantum vestrum adhibitum beneficii adminiculum, referuntur laudes. Unde merito, christianissime fili, & spiritalis compater, cum egregio illo atque præcipuo David rege, & eximio prophetarum, in cælestibus regnis participem te esse, omnium fidelium mentes opinantur, quia sicut honorum infulis, ita quoque & operibus eum coæquare christianitas tua, ut ipsa rei operatio demonstrat, dinoscitur. Ille enim erepta ab Allophylis arca Domini, cum hymnis & canticis spiritalibus, ac psalterii modulatione exultans, jocundabatur. Tu quoque fundamentum, & caput omnium christianorum, sanctam Romanam redimens ecclesiam & universum ei subjacentem populum, gaudens atque lætus omnipotenti Domino Deo nostro offerre satagis, cujus tam pii operis perfectionem adhibere benignitas tua anhelat, de quo jam repositam sibi in cælestibus arcibus præmiorum credat consequi remunerationem.

Properantes siquidem ad vos præsentes solertissimi viri, Haribertus scilicet abbas, & Dodo comes, excellentiæ vestræ fidelissimi missi, detulerunt nobis mellifluos, & nimis desiderabiles syllabas a vestra præclara christianitate directas. In quibus solicite nos de vestro firmo atque incommutabili pollicitationis verbo, & magnæ perseverantiæ constantia, quam in apostolicis perficiendis causis gerere videmini, certos reddere studuistis. Quod quidem nos firmi & omnino freti in vestro benigno proposito existimamus, fine tenus vos permansuros, atque perfectius operaturos, id quoque beato Petro Apostolorum principi, & prædecessori domino & germano nostro beatissimo Stephano papæ, polliciti estis.

Interea ferebatur, & hoc in eisdem vestris apicibus, quia id, quod & præsentes de parte vestra velle habuistis nos debere cognosci ex scriptis, nequaquam propalare maluistis, sed informatis de singulis causarum meritis (*g*) præfatis vestris missis, quæ nostris deberent innotescere auribus, & ita juxta ut a vobis præcepta sunt, egerunt, quod quidem nos de singulis, quæ nobis affati sunt, liquidius eos informavimus, qualiter nostram vitam a Deo institutæ regali vestræ potentiæ enarrare debeant. Sed & præsentes nostros missos, idest Joannem Subdiaconum & abbatem, atque Petrum primum defensorem cum eis pariter ad vestra regalia direximus (*h*) vestigia, quos petimus benigne solite a vobis suscipi, & quicquid vobis ex nostra informatione enarraverint; eis in omnibus (*i*) credere jubeatis, ut perfecta liberatio atque exaltatio sanctæ Dei ecclesiæ, & fidei orthodoxæ proficiat, & merito repositam vobis in cælo consequamini mercedis coronam.

Deus autem omnipotens, qui in excelsis habitat & humilia respicit, qui palmo universum mundum concludit, in cujus manu omnia regno-

(*a*) *Lamb.* juxta pacti seriem. (*b*) *Idem.* prælatos.
(*c*) *Lamb.* ut solite nostris petitionibus ea ipsa nobis restitui disponendum adcommodare jubeatis, ut vestra solita &c. (*d*) Etenim ea. *Lambec.* (*e*) & præsens temporale regnum in longo senio
(*f*) Gretf. Summ. 23. apud Bar. & Centuriat. (*g*) *Lambec.* prælatis vestris missis, quæ nostris debent &c. (*h*) fastigia. (*i*) *Lambec.* credere jubeatis: & ita de causis sanctæ Dei ecclesiæ, sicut magnam post Deum in vobis habemus fiduciam, disponere jubeatis; ut &c.

ANNO CHRISTI 757.

gnorum jure consistunt, sua vos protegat gratia, & e cælo vobis tribuat victorias, subjiciens vestro regali culmini omnes adversantes nationes, ævisque ac prosperis temporibus regni gubernacula faciat possidere cum excellentissima filia & nostra spiritali commatre, benignissima regina, dulcissima vestra conjuge, atque amantissimis natis Carolo & Carlomanno, excellentissimis regibus, & nobilissima atque excellentissima Gisla nostra spiritali filia; & vitam æternam per infinita vobis tribuat possidendam. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Pippinum regem per Vvilharium episcopum atque Dodonem, & Vvichardum directa, in qua continentur gratiarum actiones, ejusdem papæ fidei constantia, ut nullus favor, aut terror ab ejus amore aut charitate ullo modo possit separare.

(a) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod Carolini est XIX.

AD referendas gratiarum actiones præclaræ ac benignissimæ excellentiæ vestræ ob tanta beneficii præsidia sanctæ Dei ecclesiæ, & populo Romano a vobis irrogata, nullus, ut opinor, humanus sermo sufficere valebit. Neque præmia hujus mundi ad horum remunerationem digna vobis possunt rependi. Verumtamen est unus, solus, & verus in tribus (b) substantiis consistens Deus, qui justa (c) regni gaudia, & victoriæ triumphum impertire, ac retribuere excellentiæ vestræ potest. Interea properantibus ad nos, Vvilchario scilicet, reverendissimo fratre & coepiscopo, atque Dodone (d) Vvitchardo, fidelissimis vestris missis, obtulerunt nobis mellifluas ad desiderantissimos apices, a vestra destinatos christianissima excellentia. Quos intuentes, protinus agnita prosperitate vestræ lætitiæ solito exultationis gaudio interna pectoris nostri viscera redundaverunt, Creatorem nostrum ac redemptorem Dominum Deum continuis precibus implorantes ut diu nos ac sedulo de vestra ampliori jucunditate, & cælitus de hostibus concessis vobis victoriis annuat gratulari. At vero excellentissime fili, & spiritalis compater, per easdem honorabiles vestras syllabas certissimam nobis solitæ pollicitationis fiduciam contulistis; vos firma perseverantia decertaturos fore ad defensionem sanctæ Dei ecclesiæ, & universi populi Romani atque totius provinciæ, juxta id, quod polliciti estis beato Petro & ejus vicario, prædecessori nostro, Domno & germano meo sanctæ recordationis Stephano papæ, & in ea vos sponsionis fide permansuros. Et profecto, bone christianissime atque a Deo institute rex, magna nobis in hac credendi materia (e) conferitur. Nec enim aliter fidelium mentes æstimare possunt, quam id quod crebro a vobis pio intuitu operatum cernimus, & rei experimento didicimus.

Sed bene potentissime regum, ecce nunc opportunitas, ecce necessitatis dies cogunt, & tempus ingruentis quantocius christianitas vestra satagat. Nos quippe post Deum, & ejus sanctam gloriosam genitricem atque sacratissimos ipsius apostolos, fiduciam nostram alibi non habemus, nisi in vestram præclaram excellentiam. Tu enim post Deum, nobis refugium, christianissime, tu cum Dei brachio firma existis opitulatio, & vestri a Deo confortati regni securitas, nostra est immensa lætitia: (f) quo tam nos, quamque universus noster populus istius provinciæ (divina vos satisfaciat majestas) firmi atque immobiles in vestra charitate ac dilectione, & regni vestri a Deo protecti Francorum, amoris constantia permanentes permanebimus, & nullus nos poterit humanus (g) favor aut terror a vestri amoris dulcedine, charitatisque affectu separare; sed una (h) nobis erit in vestro amore vita, ac mors.

Quia vero innotuistis; ob hoc vos præsentes direxisse missos, ut agnoscere per eos voluissetis, utrum nobis a parte Langobardorum plenariæ factæ fuissent justitiæ, an non; ipsi omnino causæ meritum comperti sunt, & callidam versutiam, atque solite falsiloquam propositionem eorumdem vestrorum, nostrorumque æmulorum agnoverunt, eisque ad vos revertentibus, Deo propitio, vestris propalabunt in auribus. Eis denique de singulis, quæ a vobis injuncta habuerunt, nobis referentibus, singillatim de omnibus responsum reddentes, in eorum posuimus ore, quæ vestræ excellentiæ suggerere debeant, effectum ex hoc a vestra adipisci optantes excellentia.

Deus autem omnipotens de throno suæ majestatis super vos, regnumque vestrum, atque amantissimam conjugem præcellsam reginam, spiritalem vero commatrem nostram, atque dulcissimos vestros quidem carnales natos, nostros autem spiritales filios, nec non & super universum Francorum populum, respicere dignetur, & sui brachii dexteram super vos extendat, atque victorias vobis de cælo concedat, omnesque adversarios ante faciem vestram prosternat, & præsentem vitam longo senio, & futuram beatitudinem vobis tribuat perenniter possidendam. Deus te incolumem custodiat, excellentissime fili.

Item exemplar ejusdem papæ ad domnum regem Pippinum per Flavinum capellanum, & Joannem Subdiaconum & abbatem atque Pamphilum defensorem regionarium sanctæ Ecclesiæ (i) directa: in qua continentur gratiarum actiones, de ipsis missis, qualiter una cum missis imperialibus honorifice susceptí sunt &c.

(k) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod Carolini est XX.

CUm regalis potentiæ culmen pius fidei virtute, quam bellatorum armis videatur præsidio, & fortitudine circumtegi, quid mirum, & vere orthodoxe regum, si studiorum vestrorum conatus (l) ad protegendum Dei institutionem, ac fidei Christianorum censuram,

(a) *Gretf.* Summ. 21. apud Bar. & Centuriat. (b) *Gretf.* personis.
(c) *Lambec.* cælestis regni. (d) *Gretf.* Wulchardo. (e) *Gretf.* confertur.
(f) *Lambec.* quoniam tam nos. (g) *Idem* favor atque terror. (h) *Idem* nobis in vestro.
(i) *Idem* directæ. (k) *Gretf.* Summ. apud Baron. & Centuriat. (l) *Lamb.* ad profligandum.

ANNO CHRISTI 757.

ram, impensius imminere non desistat, & ob hoc & cælestis vobis victoria datur, & prospera a redemptore nostro credite præcellentiæ vestræ fore largitura. Remeantibus siquidem ad nos missis nostris, quos ad vestram præclaram excellentiam directos habuimus, Joanne videlicet subdiacono & abbate, atque Pamphilo defensore regionario spiritalis matris vestræ sanctæ nostræ ecclesiæ, una cum vestro misso Flavino capellano, attulerunt nobis honorabiles & nimis desiderabiles christianitatis tuæ literas, quas cum nimio jucunditatis gaudio suscipientes ac relegentes, protinus earum adsertio, tamquam suavitatis fragrantia nos adficiens, ac salutaris providentiæ fomento medens, lætos effecit.

Porro christianissime rex, amantissime fili, & spiritalis compater, innotuit benignitas vestra, qualiter nostri ac imperatoris missi a vobis suscepti sunt, & quemadmodum illis de singulis, quæ præclaro culmini vestro affati sunt, respondere studuistis, eos pro amore fautoris vestri beati Petri nequaqam suscipi, aut illis responderi adquiescentes absque nostrorum missorum præsentia. Sedet ipsi nostri legati ea ipsa nobis retulerunt. Unde licet nos ob tantam cordis vestri sinceram affluentiam, quam erga spiritalem matrem vestram Dei ecclesiam, & nostram fragilitatem habere videmini, digna rependere valemus. Est tamen protector vester Dominus Deus noster, qui vos regnare jussit, & sanctam suam ecclesiam ad defendendum vobis commisi, qui dignam præmiorum in præsenti ac futura vita præcellentiæ vestræ rependere potest remunerationem.

Itaque & literas, quas vobis, simulationis ac illusionis causa, ipsi imperiales missi attulerunt, nobisque a vobis directas suscipientes, earum agnovimus seriem & omnino in hoc benignitatis vestræ pia consideratio exultationis lætitiam nobis intulit, quia vere constat, non pro humano favore, sed pro Dei timore, ita vos peregisse. Sed & ea, quæ præfati nostri missi cum imperialibus missis de observatione fidei orthodoxæ, & pia patrum traditione, in vestri præsentia disputantes altercati sunt, nobis liquidius per eadem vestra scripta innotuistis, simulque & exemplar literarum, quas præfato imperatori direxistis, responsionis quippe (*a*) modum, & solutionem petitionum, de his, quæ ab eo vobis intimata sunt, nobis dirigere a Deo illustrata excellentia vestra annuit: verum etiam, & quemadmodum eisdem imperialibus missis responsum reddidistis, & unum ex eis (*b*) Anthi nempe spatarium cum vestris missis regiam direxistis urbem, & alium videlicet Synestum eunuchum apud vos denituistis: simili modo nobis minutius intimastis. Agnitisque omnibus a vobis pro exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ, & fidei orthodoxæ defensione, peractis, lætati sumus gaudio magno, & ita nobis placabilia existunt, sicut certe, non hoc humano consilio; sed Dei providentiæ intuitu, vos talia egisse ac respondisse ambiguum non est. Vere enim, Domine rex, fili christianissime, & spiritalis compater, spiritus Dei intimi cordis tui illustrat piam consideracionem, & qui spiritus sancti gratia redundat, non aliis nisi quæ spiritalia sunt, exuberat, quoniam cor potentiæ vestræ in manu Dei consistens, in suo proculdubio illud inclinat beneplacito.

ANNO CHRISTI 757.

Direxistis siquidem nobis per eadem vestra scripta significantes, quod nulla suasionum blandimenta, vel promissionum copia vos possit avellere ab amore & fidei promissione quam beato Petro principi apostolorum, & ejus vicario prædecessori & germano nostro sanctæ recordationis domno Stephano papæ pollicisti ellis: sed in ea ipsa vos charitate, & sponsionis fide tenus fore permansuros. Et quidem nos, præcellentissime regum, experimento comperimus, & operibus comprobavimus, vos firma atque robustissima constantia in ea ipsa sponsione in finem permanere; & in vobis confidimus, quod si universi mundi thesaurorum copia in conspectu vestro (*c*) offeratur ac tribuatur, nullo modo in aliam partem vestram firmam, & a Deo impulsam mentem declinare, (*d*) inflectereque valebit, quoniam vos omnipotens Dominus præ cunctis regibus sæculi elegit, & in vobis complacuit, ut vestro certamine sancta universalis Dei ecclesia Romana, & caput omnium ecclesiarum, ac firmamentum fidei christianæ, ab impugnatorum insidiis liberata extitisset, & illud, quod a constitutione sæculi Dominus per vos perfici decrevit, ecce mirabiliter operatum est.

Unde magnam post Deum in vestro regali culmine spei fiduciam habemus, quod perfectius ipsa sancta Dei ecclesia, atque hæc miserrima & afflicta Provinciola a perfidia inimicorum liberetur, quia antiquus humani generis hostis non desinit inimicorum corda pulsare, ut suas jaculentur solite insidias. Sed bone orthodoxe, tuo solito certaminis præsidio, eorum cum Dei virtute stude confringere malitiam, ut sancta Dei ecclesia & populus ejus peculiaris perfectius ab inimicorum sævitia liberetur, & merito suffragiis apostolorum circumsepti, mercedis vobis in cælo repositam coronam consequi mereamini. Direximus itaque excellentiæ vestræ, juxta ut intimastis, signum nostrum per præsentem missum vestrum. Interea & hoc innotescimus christianitati vestræ, quod jam sæpius nos petisse dinoscitur (*e*) Tassilo Bavariorum dux, ut nostros missos ad vestram præclaram excellentiam dirigi annuissemus, ut ea inter vos provenirent, quæ pacis sunt. Unde nos data occasione libentissime nostros missos, ideſt Philippum dilectum filium nostrum presbyterum atque Ursum (*f*) nostrum etiam fidelem ad vestri præsentiam visi sumus direxisse, transacto Majo mense; eo videlicet modo, ut qualiter vestra fuisset voluntas, ita peragere debuissetis. Et properantibus ipsis nostris missis usque Ticinum, advertsa suspicione arreptus Desiderius Langobardorum rex, minime eos permisit ad vestram a Deo conservatam excellentiam (*g*) pertransire; tamen & easdem literas, quas vobis dirigebamus, infra hæc nostra scripta christianitati vestræ transmisimus. Itaque & hoc a Deo protectæ christianitati vestræ aptum duximus intimandum. Quod relectis imperialibus literis

(*a*) *Idem*. modo. (*b*) *Idem*. Anthinum. *Gretf.* Forte Antimum, seu Anthymum.
(*c*) *Lamb.* afferatur. (*d*) *Idem*. conflectereque. (*e*) *Idem*. Tassilo Bajuariorum dux.
(*f*) *Idem*. consiliarium nostrum & fidelem (*g*) *Idem*. pertransire gradiendum, tamen &c.

ANNO CHRISTI 757.

teris vobisque (*a*) desertis per (*b*) præfatos Anthi spatarium & Synesium eunuchum, quas nobis ob earum seriem intuendam pro amore beati Petri fautoris vestri, dirigere dignati estis, repetimus ei adnexum, quod vestri ac nostri homines, qui ipsas imperiales syllabas, quæ vobis nobisque directæ sunt, vel diriguntur, interpretantur non juxta, ut ibidem exaratum est, sed aliud pro alio falsè interpretari audent; (*c*) & missi qui inter partes properant, non sicut illis injungitur, sed acceptilationis præmio corrupti, alia pro aliis deferunt. Et in hoc perpendat vestra excellentia, quanta est inimicorum malitia, dum contra animas eorum, non quæ veritatis sunt, sed per hanc occasionis versutiam iniqua proferunt mendacia in id, quod nec suis nec vestris, ac nostris credant missis. Dum & vos satisfacti estis de vestris hominibus, simili modo & nos de nostris, quod nullo modo hoc agere penitus præsumant.

Satisfaciat omnipotens Deus, qui cordis ac rerum scrutator est, mellifluum cor excellentiæ vestræ, quod nequaquam nostrum quispiam, ut ipsi adserunt, talia agere perpetravit. Sed in hoc vehementer (*d*) idem imperator imperator irascitur, & occasionis versutias adhibet, pro eo quod nequaquam siluimus ei prædicandum ob constitutionem sanctarum imaginum, & fidei orthodoxæ integritatem. Nam illud in ipsis suis apicibus (*e*) adferunt, quod dilectus filius noster Christophorus primicerius & consiliarius, sine nostra auctoritate nobis quasi ignorantibus, sugestiones illas, quas sæpius ei direximus, fecisset, & alias pro aliis ejus ac vestris missis relegisset. Et in hoc testem & judicem proferimus Deum, quod ita nequaquam est Nihil enim ipse noster consiliarius extra nostram voluntatem aliquando egit, vel agere præsumpsit; quoniam nostri prædecessoris ac germani domni Stephani papæ, simul & noster sincerus atque probatissimus fidelis exstitit, & in omnibus existit. Et satisfacti sumus de ejus immaculata fide, & firma cordis constantia: & ob hoc credimus, illud, quod nobis falsè profertur, non improperium, sed bravii corona nobis a Deo computatur, & idcirco utrisque nobis Dominus adjutor est, & non timebimus quid nobis faciat homo. Habebimus enim post Deum & clypeum protectionis, & arma virtutis, vestram a Deo illustratam præclaram excellentiam. At vero christianitas vestra suos jubeat inquirere missos, & in omnibus vos satisfaciatis, quoniam mendacium contra nos idem adserunt imperator, eo quod eam direximus suggestionem, eis relegentes pariter cum ipsis quæ direximus confirmavimus, tamen & ejus exemplar a nobis vobis directum apud vos habere videmini.

His præmissis, flexis poplitibus una cum universa plebe Dei (*f*) polorum cælorum opificem Dominum Deum verum exoramus, ut nobis præsentis vitæ longævitatem cum magna de hostibus victoria concedat, & æterna gaudia tam excellentiæ vestræ, quamque christianissimæ reginæ, filiæ & spiritali nostræ commatri, amantissimæ vestræ conjugi, atque dulcissimis natis excellentissimis Carolo, & Carlomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum largiri dignetur. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Pippinum regem per Petrum presbyterum directa: in qua continetur (*g*) abbascia tum Remedii episcopi, (*b*) & Audecarii comitis, qualiter justitias beati Petri Apostolorum principis apud Desiderium quondam regem ex parte (*i*) receperit, & reliquas justitias faciendum pollicitus est.

(*k*) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

QUi excellentia vestra merito bonorum operum, superno examine, fuerit comprobata, ipsi jam in manifesto rerum exhibitarum effectu demonstratum est: dum nimirum, adepta desuper divinæ sapientiæ participatione, regalis fastigii sceptra cælesti benedictione constet (*l*) effectius promeruisse. Unde cum sibi hanc ab omnipotente Deo gratiam missam eximietas vestra non ambigit, profecto ei placere, qui eam contulit, totis intendit nisibus, & pro ejus quam suo eruit, divino nutu, certamine, scilicet sanctæ universalis ecclesiæ, & exaltationis vigore, decertare non desistit cordis sui oculis a Deo protegenda eximietas vestra, adhibens illa, quæ sibi pro hujuscemodi laboris fructu a beato Apostolorum principe Petro, cælorumque regni clavigero, ætherea promissa sunt præmia. Ubi jam non humana inter homines gloria, sed inter Angelos divina nunquam amittenda felicitate gaudetur. Exultaque & lætare felicissime rex, quia tuo, annuente Deo, certamine sancta spiritalis mater vestra, universalis Dei ecclesia, ab æmulorum insidiis erepta atque exaltata triumphat. Fidesque orthodoxa tuo zelo & fortitudinis brachio illibata ab hæreticorum jaculis consistit. Cod. Carolini est. XX

Pro quo beatus & justus effectus es in omnibus operibus tuis, fili dulcissime, & spiritalis compater victoriosissime, eximieque rex. (*m*) Innotescimus siquidem præcelsæ christianitati vestræ, quod nuper dum ad nos (*n*) conjunxissent fideliissimi vestri, scilicet a Deo amabilis Remedius vester, atque (*o*) Autharius gloriosissimus dux, constitit inter eos, & Desiderium Langobardorum regem, ut per totum instantem Aprilem mensis istius (*p*) XIII. indictionis, omnes justitias Fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis, omnia videlicet patrimonia, jura etiam & loca, atque fines, & territoria diversarum civitatum nostrarum reipublicæ Romanorum, nobis plenissime restituisset. (*q*) Unde ex parte quidem easdem justitias nobis idem Langobardorum rex fecisse dignoscitur, & reliquas omnes justitias se profitetur, atque omnino spondet nobis esse facturum. Quapropter nos impensius (*r*) præfatus Desiderius Langobardorum rex obsecratus est, ut ve-

(*a*) *Gretf.* delatis. (*b*) *Lamb.* per prælatos Anthinum spatharium. (*c*) Sed missi.
(*d*) *idem* isdem. (*e*) *idem.* adserit. (*f*) *idem.* polorum ac tellurum opificem Dominum Deum nostrum.
(*g*) *Gretf.* legatio. (*b*) *idem* & Andegarii. (*i*) *Lamb.* receperunt.
(*k*) *Gretf.* Summ. 20. Bar. & Cent. (*l*) *idem.* efficacius. (*m*) *Lamb.* Indicamus.
(*n*) *Gretf.* perveniissent. (*o*) *idem.* Andegatius. (*p*) *Lamb.* XIImæ.
(*q*) *idem.* Unde ecce & ex parte quidem easdem justitias nobis isdem &c. (*r*) *idem.* prælatus.

ANNO CHRISTI 757.

ut vestræ a Deo protectæ excellentiæ nostris apostolicis relationibus intimare debuissemus. Et ecce sicut nostro, post Deum liberatori, hoc ipsum eximiæ atque sublimissimæ a Deo protectę christianitati vestræ per has apostolicas nostras innotuimus syllabas. Dirigentes magnopere ad vestram a Deo inspiratam præcelsam sublimitatem præsentem dilectum filium nostrum Petrum presbyterum, quem petimus, benigno solite aspectu a vobis suscipi, & cum effectu atque prospero nuntio, de perfecta plenariaque justitia diversarum causarum fautoris vestri beati Petri Apostolorum principis, ad nos remeandum absolvere dignemini si vero in ea, (a) quæ præfatus Desiderius rex, vel ejus Longobardorum gens, profitentes pollicentur, permanserint sponsione, nobisque omnia, secundum ut constitit, & (b) pactorum fœdera continent, restituta ab eis nobis fuerint, tunc a Deo conservandæ excellentiæ vestræ meritum intimantes innotescemus (c) ei.

Unde obsecrantes petimus, & obnixe deprecamur, imo & conjuramus te excellentissime atque christianissime rex, amantissime fili, & spiritalis compater per omnipotentem Deum & beatum Petrum, qui te in regem unxit, ut perfectius ea, quæ pertinent ad exaltationem, & (d) ad ampliatam liberationem sanctæ Dei ecclesiæ, & istius a vobis redemtæ provinciæ, sicut beato Petro, & nostro prædecessori pontifici sanctæ recordationis domno & germano nostro beatissimo Stephano papæ polliciti estis, cuncta perficere, & adimplere jubeatis: quatenus promissam, & expositam vobis mercedis coronam de manu omnipotentis Dei nostri misericordis, ut sua vos circumtegat gratia, una cum dulcissima conjuge excellentissima regina, filia, & spiritali nostra commatre, atque amantissimis natis, (e) idest præcelsis regibus, & præsentis regni culmen & triumphum victoriæ possidere, & æterna gaudia in celestibus regnis cum Sanctis perfrui concedat. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad Domnum Pippinum glorioſum regem, per Georgium episcopum (f) directa, in qua continentur gratiarum actiones pro liberatione sanctæ Dei ecclesiæ, & in embolo postulat, ut filium ejus, qui tunc natus fuit, ex sacro baptismatis fonte excipere mereretur.

Cod. Carol. ost XXIV.

(g) *Domno excellentissimo filio nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

SOlet epistolaris (h) latio mentem (i) semper vi sua reficere, & materia quodammodo charitatis existere. Quia ergo spiritalium dilectio sincera filiorum paternos sustinet desideranter affectus, summa nos cum alacritate implere convenit, quod puræ conscientiæ deposcit affectus; & licet ad reddenda paternæ charitatis officia, prolixitate itineris imminente, raritas portitorum impediat. Quotiens autem necessitas inciderit occasionis, excellentissimam christianitatem vestram non desistimus scriptis discurrentibus visitare, & honore solito (k) amplectentes (l) utilitate quatenus hoc (m) quod oculis carnalibus (n) præsentium videre non possumus, eos aliquatenus scriptis valeamus alternantibus intueri. Itaque ita ubique (o) Deo illustrante, excellentiæ vestræ merita diffusa divulgavit opinio, ut ex rebus ab ea gestis, omnibus laudabiliter demonstretur. Unde in quantum valet nostri oris assertio, protensæ laudationis attestatione, vestræ eximietati gratiarum reddentes actiones, aptum prospeximus, præsentem sanctissimum atque reverentissimum fratrem Georgium, & coepiscopum nostrum illuc usque ad vestra præclara Deo (p) invitabilia transmittendum vestigia, cui singillatim omnium spiritalis matris vestræ sanctæ Dei ecclesiæ, & istius a vobis redemptę provinciæ utilitatum necessitates, a Deo protegendæ sublimitati vestræ excellentiæ referendas commisimus.

ANNO CHRISTI 757.

Sed petimus a Deo servate fili & spiritalis compater, benignissime rex, nosterque post Deum liberator, & obnixe deprecamur, ut jubeas eumdem nostrum missum benigno, solitoque gratulationis aspectu commendatum suscipere, nostrisque postulationibus, quæ ad exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ, & maxime ad tuæ animæ mercedem, & æternam memoriam respicitur, a Deo impulsas benignitatis tuæ aures, & congruum atque velociorem de cunctis adhibere digneris effectum: quoniam, sublimissime regum, amantissime fili & spiritalis compater, ad hoc te omnipotens Deus sanctæ suæ ecclesiæ voluit, per manus beati Petri, liberatorem adesse, ut tuo solito præsidio plenissima salus & redemptio sanctæ suæ Dei ecclesiæ, & istius provinciæ proficiat. Orantes Dominum Deum nostrum, quia actus vestros ita sua pietate disponat, quatenus excellentiæ vestræ præsentis vitæ spatia cum prosperitate disponat (q) victoria (r) regni gubernacula perfruens longęviter exsequatur, & ad promissionis æternæ præmia cum dulcissima conjuge, excellentissima regina, nostra spiritali commatre, & eximiis natis, id est regibus, cum securitate pertingat, & in cælestibus regnis cum sanctis & electis suis, utrosque vestrum idem omnipotens Deus faciat perenniter gratulari. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM.

EINterea sublimissime regum, nostræ perlatum est notioni, quod Dei nutu, novum regem ex vestris visceribus ad exaltationem sanctæ suæ ecclesiæ omnipotens (s) Deus contulit. De cujus nativitate gaudio maximo sumus relevati. Unde te obnixe petimus, ut a sacratismo baptismatis lavacro eumdem (t) maximum vestrum filium suscipere mereamur. Quatenus duplex Spiritus sancti gratia (u) in medio nostrum, & geminę festivitatis nobis oriatur lætitia.

Item

(a) *Gretſ.* quam. (b) *Lamb.* pactuum fœdera continentur. (c) *Idem.* rei.
(d) *Gretſ.* ampliorem. (e) *Lamb.* item. (f) *Lamb.* directæ. (g) summ. 19. apud Bar. & Cent. (h) *Idem.* relatio. (i) *Lamb.* semper visitatione reficere. (k) *Idem.* amplectentes salutare, quatenus hos, quos oculis carnalibus præsentes videre non possumus. (l) *Gretſ. videtur hoc etiam reponendum*: visitare. (m) *Idem.* hos quos. (n) *Idem.* præsentes.
(o) *Lamb.* a Deo illustratæ excellentiæ. (p) *Idem.* imitabilia. (q) *Idem.* ut cum victoria.
(r) *Gretſ.* victoriam. (s) *Lamb.* Dominus. (t) *Idem. non habet* maximum. (u) *Idem.* fiat in medio nostrum.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Pippinum regem per Langobardorum directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones pro vita & incolumitate ipsius, vel Domini Caroli, & Carlomanni, nobilissimis literis ejus, volens adjutorium obtinere, cum multis adjurationibus contra Langobardos, (*a*) & in embolum continetur præceptum, quod Marino presbytero direxit, de titulo Chrysogoni, & de libris, quos ei transmisit.

(*b*) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carol. est XXV.

PRoperans ad nos literarum transvector, Langobard. scilicet, illustris vir, fidelis eximietatis vestræ missus, detulit nobis nectaream atque florigeram a Deo protectæ excellentiæ vestræ syllabarum relationem. Cujus adnexam paginam enucleatius perscrutantes, quæ textus ejus loquebatur, ad singula comperimus. In ipsis quippe sublimitatis vestræ affatibus desiderabilem nobis, & super omnia hujusmodi delectamenta (*c*) amplexabilem sospitatis vestræ lætitiam agnoscentes, uberiore nostri animi ovante gaudio, maxime sumus relaxati, in id quod optata nostri promeruimus comperire cordis. Et postmodum nostris a vestris Deo imitabilibus vestigiis revertentibus missis, & ea ipsa vestræ prosperitatis gaudia deferentes (*d*) a nobis in responsis gemina exaltationis jucunditas nostro inserta est cordi. Nam & dum in auribus omnis sacerdotum, cleri, etiam optimatum, & reliqui populi, ampliata vestra insonuisset prosperitatis lætitia, & ex hoc nimio repleti gaudio gratulantes, exultarunt una nobiscum in Domino, agnita nimirum proprii post Deum defensoris sospitate.

Porro excellentissime & a Deo servate fili, & spiritalis compater, vehementi dilectione vos erga amorem apostolorum principis beati Petri atque circa nostram (*e*) charitatem vos Pagrare experimento didicimus, præsertim dum ipsa excellentiæ vestræ epistola charitatis calamo cernitur esse conscripta. Etenim ex corde lingua tinxerat, quod in chartæ refundebat paginam. Quamobrem magnas gratiarum actiones a Deo protecte excellentiæ vestræ referimus, quoniam dum nimirum divina te clementia per interventum sui principis apostolorum, defensorem, atque opitulatorem, benignissime rex, sanctæ suæ constituit ecclesiæ, cura vestræ eximietati (*f*) insistat perfectam redemtionem istius Provinciæ atque exaltationem hujus sanctæ ecclesiæ procurare. Unde Domini Dei nostri, una cum universo populo nobis commisso, imploramus clementiam, ut sua vos protegat gratia; & victoriam vobis de cælo ministrans, cunctas barbaras nationes vestris subjiciat vestigiis, & longæviter regni gubernacula faciat promereri, una cum dulcissima conjuge vestra excellentissima regina, spiritale nostra commatre, & vestris, nostrisque amantissimis natis, domno Carolo & Carlomanno potentissimis regibus, & Domna Gisla excellentissimæ, & vitæ æternæ cum electis Dei concedat gaudia.

ANNO CHRISTI 757.

Peto itaque & deprecor te, excellentissime fili, spiritalis compater, atque per omnipotentem Deum & corpus beati Petri, cujus & optimus fidelis existis, conjuro & maximis supplicationibus deposco, quatenus jubeas sedule in tuo sancto & a Deo inspirato mellifluo corde (*g*) confertum retinere. Illud quod vos sanctæ recordationis domnus & germanus noster beatissimus Stephanus papa Dei nutu admonuit, atque deprecatus est peragendum, & in ea charitate atque amicitia permanere, cunctaque qualiter vos terribili adhortatione (*h*) petiit ad id implere, & effectui mancipare jubeatis, ut perfectam mercedem, & repositam plenissimæ redemtionis nostræ coronam a justo judice omnium conditore, Domino Deo nostro, qui vos in regem unxit, consequi mereamini, (*i*) & gaudia eternæ beatitudinis cum sanctis & electis Dei, dum plebem Dominicam perfectius liberans, atque sanctam Dei ecclesiam defendens, divinæ majestati (*k*) illæsum a sævientium malitia præservaveris. Pro quo & magnam post Deum, benignissime rex, in tuæ pollicitationis sponsione, quam beato Petro contulisti, spei gerimus fiduciam, una cum omni populo istius provinciæ a vobis redemto.

Salutant itaque communem excellentiæ vestræ christianitatem cuncti sacerdotes, & clerus istius sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Salutant vos & cunctus procerum senatus, atque diversi populi congregatio, optantes una nobiscum, de vestra amplissima prosperitate, & uberrima lætitia diu gaudere, & in Domino Deo salutari nostro exultare. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM.

PEr aliam quippe epistolam suam a Deo protecta eximietas vestra sicut certe suo bene cupienti patri direxit, quatenus titulum protectoris vestri beati Christi martyris Chrysogoni cum omnibus sibi pertinentibus dilectissimo atque fidelissimo vobis Marino presbytero concedere deberemus. De quo (*l*) præceptum nobis dirigi petistis, quod nempe ob vestram dilectionem, & in eo quod fidelis vester, nosterque idem sanctissimus atque dilectissimus Marinus presbyter existit, præfati tituli præceptum, cum omnibus locis & possessionibus sibi pertinentibus, urbanis vel rusticis vobis exaratum, atque manu nostra roboratum, per harum latorem direximus eximietati vestræ deportandum. Direximus etiam præcellentiæ vestræ & libros, quantos reperire potuimus, idest antiphonale & responsale, insimul artem grammaticam Aristotelis, Dionysii Ariopagiti libros, geometricam, ortographiam, grammaticam, omnes græco eloquio scriptores, nec non & horologium nocturnum.

Item

(*a*) *Gretsf.* & in embolo. *Lamb.* & in embolo continetur de præcepto quod apud Bar. & Centur. (*b*) *Gretsf.* Summ. 18. (*c*) *Lamb.* amplectabilem. (*d*) *Idem.* a vobis. (*e*) *Idem.* caritatem flagrare. (*f*) *Idem.* insistit. (*g*) *Gretsf.* compertum.
(*h*) *Lamb.* adhortatione adjuravit, implere, & effectui mancipare jubentis, ut æterna beatitudine. (*i*) *Idem.* & gaudia in (*k*) *Idem.* illesam a sævientium malitia præsentaveris. (*l*) *Idem.* & præceptum vobis.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad Domnum Pippinum regem per (*a*) VVulfardum & ſocios ejus directæ ; in qua continentur uberrimæ laudes , & de miſſis apoſtolicis , vel Græcorum (*b*) in Francia morantibus , ſeu de (*c*) Georgio , & Petro.

(*d*) *Domno excellentiſſimo filio , & noſtro ſpiritali compatri Pippino Francorum regi & patricio Romanorum Paulus papa.*

od. Carol. ſt. XXVI.

(*e*) VOtiva cordis noſtri deſideria , & intimi pectoris affectum , ut veſtræ excellentiæ beneficiorum (*f*) ſuffragia , Sanctæ Dei eccleſiæ vota proferentes , optabilem nimiſque amabilem ſalutem præcelſæ Chriſtianitati veſtræ, atque excellentiſſimæ , & noſtræ benigniſſimæ filiæ, & commatri , optimæ reginæ , ſimulque amantiſſimis ac præclaris veſtris , noſtriſque in Chriſto amabilibus filiis Carlo , & Carlomanno excellentiſſimis regibus Francorum , & patriciis Romanorum , nec non & omnibus reverentiſſimis fratribus noſtris , ac dilectiſsimis nobis epiſcopis, présbyteris, etiam religioſis abbatibus, ſimulque & cunctis optimatibus, judicibus, ducibus videlicet & comitibus , nec non & univerſo a Chriſto protecti Francorum regni populo, vobis ſubjacentibus , deſtinamus perennem ſalutem. Perſiſtentes etiam una nobicum & in oſculo charitatis vos amplectentes , univerſi Sanctiſsimi fratres noſtri epiſcopi, prebyteri etiam , & cunctus ſanctæ , & ſpiritalis matris veſtræ Romanæ eccleſiæ clericorum ordo , & procerum, (*g*) optimatum , & univerſi Romani magni vel minoris congregatio , ſedulis interventionibus pro vita , & incolumitatis veſtræ lætitia, cælituſque vobis concedendis victoriis, divinam nobiſcum deprecantes clementiam. Et vere debitum vobis eſt , excellentiſſime fili, noſterque poſt Deum defenſor, ac liberator ſolitæ honorificentiæ affectum perſolvere, & impenſius ſalutationis verba promere , & ea, quæ ad regni veſtri immenſam (*h*) exultationis laudem , & animæ veſtræ ſalutem reſpiciunt, ampliſſime (*i*) prolatari.

Igitur regreſſis noſtris miſſis , quos ad veſtræ regalis clementiæ veſtigia deſtinatos habuimus , Petro ſcilicet notario regionario ſanctæ noſtræ eccleſiæ , & Joanne manſionario confeſſionis baſilicæ fautoris veſtri beati Petri, conjungentibus etiam & veſtris miſſis (*k*) VVulhardo nempe, ejuſque ſociis, protulerunt nobis honorandas, nimiſque deſiderandas ſyllabas præcellentiæ veſtræ. Quas cum in conventu fratrum, conſacerdotumque meorum, & cleri atque cunctí laicorum ordinis cœtu legiſſemus, noſtri ac veſtri miſſi , ea ſibique a vobis injuncta, de veſtra immutabilis mentis conſtantia , & puritatis integritate, quam pro ſpe ſanctæ Dei eccleſiæ, & fidei orthodoxæ habere videmini , retuliſſent, illico nimio gaudio repleti , elevatis ad æthera oculis, extenſiſque palmis immenſas omnipotenti Deo noſtro, & veſtræ excellentiæ

A (*l*) tulimus grates, angelicam illam proveſtris meritis divinæ ejus potentiæ canentes laudem : (*m*) *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Neque enim bone rex aliter mentes fidelium credere poterant , (*n*) quam quod in earum ex operibus cernentes comperimus a vobis peractum, qui pro intuitu humanas ſuaſiones, & inanes promiſſiones reſpuentes, nihil amori & certamini , (*o*) quod erga beatrum Petrum geritis , præponere maluiſtis. Sed omnia terrena lucra, velut lutum, quod pedibus conculcatur , reputantes, ei vos placere, ejuſque mandatis totis niſibus obtemperare veſtræ imminet curæ. Et idcirco , ecce bone rex, præcelſe fili, & ſpiritalis compater, B theſaurizaſti tibi theſauros infinitos in ſidereis arcibus, ubi erugo non prævalet, nec tinea ea quæ juſtis tribuenda ſunt , conſumi poſſunt , dum ita mirabiliter præcelſæ excellentiæ veſtræ opera rutilant , quis de vobis quoquomodo ambigere poſſit, dum ea quæ beato Petro polliciti, & ob veniam veſtrorum concedere ſtuduiſtis delictorum, illibato ejus jure perenniter permanendam conſervare ſatagitis , & veſtris a vobis & a Deo conſervandis magnis exhortationibus committitis. Et ideo nobis nimis, vel cuncto populo noſtro confidendum eſt , in hu- C juſmodi pro propoſito immutabilis conſtantia mentis , vos veſtraſque ſoboles , & univerſum regnum Francorum firmiter eſſe permanſuros , quoniam juxta, ut nobis excellentia veſtra innotuit, ſcimus, cui credimus, & certi ſumus.

De noſtra itaque puritate , & dilectione , quam erga vos, & cunctum a Deo protectum regnum Francorum habere dignoſcimur , credimus jam vos pleniſſime eſſe ſatisfactos . Pro quo ampliori certificatione Deum cæli teſtem proferentes, in ea nos charitatis dilectione, quam cum ſanctæ recordationis domno & germano noſtro beatiſſimo Stephano papa , & per eum cum omnibus ſucceſſoribus pontificibus vos veſtræque ſoboles, & cuncta veſtra proles, atque univerſim regnum Francorum uſque in finem D ſæculi conſervare ſpopondiſtis, & nos etiam atque noſtros ſucceſſores pontifices confitemur eſſe permanſuros pro exaltatione ſanctæ Dei eccleſiæ & fidei orthodæ defenſione. (*p*) Nulla nos rerum qualitas ab eadem charitatis confirmatione potens poterit ſeparare.

Direxit itaque nobis excellentiæ veſtræ chriſtianitas, ſignificans de miſſis noſtris, veſtriſque, atque Græcorum , qui a Regia urbe reverſi ſunt, eos apud vos eſſe detentos, interim quod aggregatis veſtris ſacerdotibus atque optimatibus, conjicere , ſeu perpetrare valeatis , quid de his, quæ vobis directa ſunt , reſpondendum ſit . Et quidem hac de re aliter confidendum non eſt a vobis reſponderi, niſi quæ ad exalta- E tionem ſacroſanctæ ſpiritalis matris veſtræ Romanæ eccleſiæ. (*q*) Caput omnium eccleſiarum Dei atque orthodoxæ fidei , pertinere noſcuntur; & quia quod ſemel beato Petro , & pro æternæ vitæ retributione obtuliſtis , (*r*) nulla vos deberet ratione ab ejus jure & poteſtate ſeparare . Scimus enim quod nulla apud vos

ANNO CHRISTI 757.

ſua-

(*a*) *Lamb.* per Wlfhardum (*b*) *Idem*. hic Francia (*c*) *Gret. Cent.* Gregorio epiſcopo
(*d*) *Idem*. Summarium 16. apud Bar. & Centur. (*e*) *Lamb.* votivo cordis noſtri deſiderio & intimi pectoris affectu (*f*) *Idem*. ſuffragio. (*g*) *Idem*. optimatum & univerſi populi Romani magni & minoris. (*h*) *Idem*. & *Greſſ.* exaltationis (*i*) *Lamb.* profligari
(*k*) *Idem*. Wlfhardo (*l*) *Idem*. referimus (*m*) *Cret.* Lucæ Cap. 2.
(*n*) *Lamb.* quam quod ex operibus (*o*) *Idem*. quæ (*p*) *Idem*. Et nulla nos
(*q*) *Idem*. capitis omnium (*r*) *Idem*. nulla per vos... ſeparari

ANNO CHRISTI 757.

suasionis fabulatio prævalet, dum divina verba, & apostolica documenta firmiter in vestro corde retinetis adnexa. Et ecce sicut nobis per vestras literas & nostras, vestrosque missos maximam confidendi materiam intulistis, præstolamur lætabunda hac de re nuntia a vobis suscipi; & solite de vestro benigno mentis proposito gratulari. Et hoc præcelsa christianitas vestra per easdem suas a nobis petiit Syllabas, Georgium episcopum, & Petrum presbyterum in vestro (*a*) permanere servitio, nos debere concedere. Et quidem præcellentissima vestra benignitas agnoscat, nos jamdudum de hoc vestræ obtemperasse voluntati. Per Andream quippe religiosissimum missum vestrum, sicuti poposciſtis, in exaratis destinatis apostolicis sylB labis, eos vobis dignoscimur concessisse. Intimantes, (*b*) ut sive retinendos, sive etiam absolvendos esse vestra fuisset voluntas, ita de eis peragere deberetis. Unde etiam & nunc in vestro voluntatis arbitrio relaxamus, aut qualiter vobis de eis placuerit (*c*) tam retinendos, quam absolvendos faciatis, dum semel a nobis vobis concessi sunt. Sed utinam ipsi placabiles in vestro possint esse servitio? Pro quo dirigite nobis quid de episcopatu prædicti Georgii, & de ecclesia, quæ prænominato Petro commissa est, peragere debeamus, ne amplius illis admonitis in nimiam neglectus incuriam deveniant.

Interea duos vestros missos, idest VVulfarC dum, & ejus socium secundum vestram præceptionem pro utilitatibus sanctæ nostræ ecclesię, spiritalis matris vestræ, in his partibus retinuimus. Illud præterea excellentia vestra innotuit, Desiderio vos Langobardorum regi direxisse, ut Saxulum puerum nostrum, qui a nobis fugam arripuerat, reddere deberet. Sed agnoscat Christianitas vestra, quod etiam vos creditum habere puto (*d*) conjunxisse hoc præterito (*e*) auttum in tempore eumdem Desiderium Langobardorum regem ad Apostolorum limina, causa orationis, eumdemque nostrum puerum secum deferens, nobis contradidit. Cum eodem quippe rege, pro justitiis inter partes pertificiendis, loquente, constitit, (*f*) ut veD stris, ejusque missis per diversas civitates progredientibus, ipsæ præparatæ fuissent justitiæ. Et ecce Deo propitio, de partibus Beneventanis atque Tuscanensibus & fecimus & ad invicem nostras recepimus. Nam de ducatu Spoletino, nostris vel Langobardorum missis illic adhuc existentibus, ex parte justitias fecimus ac recepimus. Sed & reliquas, quę remanserunt, modis omnibus, plenissime inter partes facere studeant. (*g*) In embolim vero direxit nobis a Deo protecta excellentia vestra, præfatum vos Desiderium admonuisse reges Neapolitanos, ac E Cajetanos (*h*) constringere ob restituenda patrimonia protectori vestro beato Petro, illic Neapoli sita, (*i*) & largiri electis solite ad suscipiendam episcopalem consecrationem, ad hanc apostolicam properandi sedem. Quapropter maximas de hoc & de omnibus excellentiæ vestræ referimus grates.

His præmissis, omnipotens Dominus Deus A nos sua vos continua protectione circumtegat, & ab omnibus adversitatibus eripiat & vestris vestigiis omnes barbaras subjicat nationes: concedens vobis & præsens regnum feliciter per multorum annorum curricula una cum amantissima conjuge & præcelsis filiis perfrui, & vitam æternam cum sanctis tribuat possidendam. Deus te incolumem custodiat, excellentissime fili.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad Domnum Pippinum regem per Georgium episcopum & Stephanum presbyterum, seu Radbertum, missos directæ: in qua continentur gratiarum actiones pro defensione Sanctæ Dei ecclesiæ, & præfatus papa poscens ut Dominus rex Pippinus Desiderio, regi sub obsides restitueret, & pacis fœdera cum eo confirmaret.

(*k*) *Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

DUm tam copiosam omnipotens Deus suæ benignitatis humano generi crebro irrogat misericordiam, valde administrandum est, quid retribui ejus potentiæ divinæ, aut quas carminum laudes longanimitatis ipsius humana fragilitas referre valeat. Quod quidem nos tanto ejus relevari beneficio, licet meritis nequaquam suffragantibus, (*l*) nos ejus potentiæ melodicas persolvemus grates: tamen juxta psalmographi monita, (*m*) *calicem salutaris accipiam, & nomen Domini* incessanter *invocabo*, inquirens. (*n*) *Magnus es Domine & magna opera tua. Magnificat nanque anima mea Dominum*, caro & lingua benedicit. Quoniam respiciens respexit super humilitatem nostram, & ad tam præcipuum pontificale culmen, non nostris prosequentibus meritis, provexit. Quamobrem dum, eo dignante, mediator Dei & hominum speculator animarum institutus sum, (*o*) commissa sic apostolaris cura provocat atque horDtatur omnino, & indesinenter compellit, salutem populi Dei pio studio procurare, & pacem in cunctis gentibus cum magna cordis constantia prædicare: quoniam profecto beatitudinis gratiam promerentur, qui intrepide illam prædicare maluerint. Scriptum quippe est (*p*) *beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Et rursum: (*q*) *quoniam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona*. Etenim excellentissime fili, & spiritalis compater, quoniam Deus omnipotens ex utero matris suæ te prædestinatum habens ideo, te benedicens, & in regem ungens, defensorem se & liberatorem E sanctæ suæ ecclesiæ constituit. Pro quo ea quæ ad utilitatem ipsius sanctæ Dei ecclesiæ respiciunt, per hos nostros apostolicos apices benignę excellentię tuę deprecandum maturavimus. Agnoscat siquidem excellentissima bonitas tua, quia (*r*) conjungens ad limina apostolorum excellentissimus filius noster Desiderius rex, pacifice atque cum magna humilitate, cum quo

Cod. Carol. est XXIX.

salu-

(*a*) *Idem*. permanendum (*b*) *Idem*. ut sive retinendum sive etiam absolvendum vestra.
(*c*) *Idem*. tam retinendum, quam absolvendum. (*d*) *Gret*. perveniſſe.
(*e*) *Lamb*. Autumni tempore. (*f*) *Idem*. ut nostris (*g*) *Idem*. in embolo, *vel* embolio
(*h*) *Lamb*. constringendum, ob restituendum. (*i*) *Idem*. & largendum. *Gretſ*. & largiri licentiam electis &c. (*k*) *Gretſ*. Summ. 13. apud Bar. & Centuriat. (*l*) *Lamb*. nostras ejus.. psalmipraghi.
(*m*) *Gretſ*. psalmo CXV. (*n*) *Idem*. Tobiæ cap. 13. (*o*) *Lamb*. commissa me &c.
(*p*) *Gretſ*. Matthæi cap. 5. (*q*) *Idem*. ad Romanos cap. 10. (*r*) *Idem*. perveniens.

ANNO CHRISTI 757.

salutaria utrarumque partium locuti sumus, & pollicitus est nobis restituere civitatem (a) Immolas, ea videlicet ratione, ut nostros ad tuam excellentiam dirigere debeamus missos, & suos obsides, quos ibidem ad vos habere videtur, recipere debeat, & pacem cum eo confirmare studeatis.

Unde petimus te, excellentissime fili & spiritalis compater, ut jubeas ipsos obsides prædicto filio nostro Desiderio regi restituere & pacis fœdera cum eo confirmare, & in magna amicitia cum eo conversari, ut (b) annuente Deo, tuis lætabundis temporibus populus Dei utrarumque partium in magna securitate, & pacis quiete degere valeat, quatenus longævum te omnipotens Deus in solio regni conservare dignetur. (c) Ideo enim direximus præsentes nostros fidelissimos missos, idest reverendissimum & sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum Georgium, atque dilectum filium nostrum Stephanum presbyterum, una cum Rodberto vestro misso, ad vestram a Deo servatam excellentissimam prudentiam, ut ea ipsa eximietati vestræ enarrare debeant. His præmissis; petimus divinam misericordiam ut (d) ævis, ac lætabundis temporibus in solio regni piis (e) inhærens operibus conservare dignetur, & vitam æternam concedat. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum regem Pippinum pro defensione sanctæ Dei ecclesiæ, in qua continentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones, pro integritatis orthodoxæ fidei observatione.

Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.

Cod. Carolini. est XXX.

DUm tanto vestræ sublimissimæ excellentiæ beneficio, & impenso opitulationis adminiculo, sancta spiritalis mater & peculiaris vestra universalis Dei ecclesia dinoscitur relevata, quæ humana lingua sufficere valeat, ad hujus benignæ vestræ operationis merita gratiarum referre actiones? Et licet in hoc humanæ considerationis capacitas rependere nequeat, verumtamen ille, qui potens est, omnipotens, & invisibilis Dominus Deus noster, cujus ordinatione vestra regalis potentia confirmata consistit, interventionibus sacri principis apostolorum beati Petri, dignam vobis remunerationem in præsenti vita, & in futura beatitudine retribuet: præsertim dum & fortissimus sanctæ orthodoxæ fidei & venerabilium patrum piæ traditionis defensor esse videris, excellentissime fili, & spiritalis compater, & ob hæc ipsa, quam venerantur colis, & defendere studes, orthodoxam fidem semper habebis adstricem, & profecto cælestis tibi, contra adversantium cuneos, administrabitur victoria.

Interea quoniam magno affectu circa vestram a Deo protectam eximiam excellentiam ferveſcimus, debitum visitationis & salutationis naviter procuravimus sublimitati vestræ persolvere, eximie fili, & spiritalis compater. Hoc interea vestram meminisse volumus excellentiam, nuper nobis direxisse, quatenus in pacis dilectione cum Desiderio Langobardorum rege conversare studeamus. Quod quidem si ipse excellentissimus in vera dilectione & fide, quam vestræ excellentiæ, & sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ spopondit, permanserit, utique & nos in charitate firma & stabili pace cum eo permansuri erimus, observantes illud dominicæ præceptionis documentum: (f) *Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur.*

ANNO CHRISTI 757

Hoc itaque innotescimus christianissimæ æquitati vestræ, eo quod convenit inter nos & eumdem Langobardorum regem, ut pariter nos in Ravennatium urbe præsentare studeamus ad perficiendas quasdam utilitates spiritalis matris sanctæ nostræ ecclesiæ, & pertractandum pro Græcorum malitia, qui cotidie imminent in ipsam Ravennatem ingredi civitatem. Dumque pariter præsentati, quidquid locuti fuerimus, vel rei exegerit meritum, excellentissimæ & a Deo protectæ eximietati vestræ innotescimus. Orantes de reliquo divinam clementiam ad perfectam exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ, & orthodoxæ fidei defensionem, (g) de ævis & prosperis temporibus excellentissimam christianitatem vestram, in solio regalis potentiæ, cum dulcissima conjuge excellentissima regina, spiritali nostra commatre, atque amantissimis natis conservare & protegere dignetur, tribuens vobis æterna cælestis patriæ gaudia possidenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum regem Pippinum, in qua continentur benedictiones, & præfatus papa poscens, ut dominus rex Pippinus suos missos partibus Romæ dirigeret (h) & sibi de salute vel sospitate sua innotesceret, & qualiter in itinere egisset, & quomodo Dominus inimicos ejus in manus ipsius tradidisset, & sub pedibus ejus humiliasset.

(i) *Domno excellentissimo & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Paulus papa.*

Cod. Carolini est XXXI.

QUoties fidelium Dei spiritualia referuntur studia, protinus audientium mentes ignitæ in Dei amore, & mandatis divinis efficiuntur, atque ad supernæ considerationis (k) merita ampliſſime ad laudem Dei proferre, & perennibus temporibus permanenda scripturæ testimoniis tradere, (l) dum vestro concursu & auxilio ecclesiæ Dei exaltatio, & fidei orthodoxæ (m) profligatur defensio; pro quo benedictus & laudabilis in omnibus regibus coram Deo & hominibus esse dinoſceris, christianissime rex, & nomen benignitatis tuæ exaratum fulget in conspectu divinitatis. Etenim dum hujus evoluto temporis spatio, quo nos nec vestræ sospitatis relationem meruimus suscipere, nec penitus agnoscere, quid (n) circa vos ageretur, vel qualiter in

(a) *Lamb.* Imulas. (b) *Idem*, favente. (c) *Idem*. opere enim direximus.
(d) *Gretſ.* longævis. (e) *Lamb.* inhærentem. (f) *Gretſ.* Matthæi cap. 5.
(g) *Idem*. longævis. *Lamb.* ævis. (h) *Lamb.* & ei de salute. (i) *Gretſ.* Summ. XI. apud Bar. & Centuriat. (k) *Lamb.* intuitum excitantur, & ideo libet profecto, potentissime regum, vestræ pietatis considerationum merita ampliſſime ad salutem ad laudem Dei &c. (l) *Gretſ.* accenduntur; *vel aliquid simile.* (m) *Idem*. procuratur. (n) *Lamb.* erga.

——in itinere, quo profecti estis, peregistis, nimis anxietatis fervore desiderii nostri affectio in hoc ipsum ad discendum sedulo provocatur, præsertim dum & a nostris vestrisque inimicis adversa nobis de ipsis partibus adnuntiantur. Unde desiderium magnum nobis inhæret vestræ sospitatis gaudia addiscere, & vestris salutaribus profectibus gratulari, & contra inimicorum contritionem agnoscere. Pro quo quæsumus, ut certos nos, sicut desideramus, per vestros nuntios de vestra prosperitate & lætitia reddere jubeatis, quoniam vestra salus nostra est prosperitas, & vestra exaltatio nostrum proculdubio est gaudium, & immensa securitas: (*a*) dignamque ex hoc Dei deprecamur potentiam, ut ipse protector noster & cum ejus angelis dignetur præexcellentissimam christianitatem vestram tueri, & gubernare, ut in cælestibus regnis & cum sanctis & electis, qui ab initio mundi placuerunt Deo, multipliciter consequaris mercedem. (*b*) Optantes quidem, ut nos certiores vestra faciat a Deo protecta excellentia, quid erga vos, aut christianam gentem vestram agere videmini, & quomodo Deus noster vestros ac nostros humiliavit inimicos, & ut fati sumus, certos nos, sicut desideramus, de vestra prosperitate & lætitia reddere jubeatis. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Pippinum regem, in qua continentur gratiarum actiones, & de sanitate ipsius, seu (*c*) Caroli, & de Marino presbytero, atque de Ravenna, qualiter contra eamdem mala machinantur consilia.

(*d*) *Domno excellentissimo filio nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carol. est XXXII.

EXimiæ & a Deo protectæ excellentiæ vestræ, harum deferente portitore, destinatos apices omni plenos dulcedine ac amore quos cum magno venerationis affectu acceptantes, liquidius cuncta in eis inserta agnovimus. Inter hæc quippe (*e*) excellentissime fili, vestra nobis præclara innotuit benignitas, qualiter divina Dei nostri favente misericordia, sani atque sospites, & illæsis existentes sitis, simul cum excellentissimis natis vestris, spiritalibus filiis nostris Carolo & Carlomanno magnis regibus, atque domna Bertrada regina dulcissima (*f*) spiritali commatre nostra, nec non & Gisla nobilissima nostra filia. Quibus agnitis, magnas ac innumerabiles polorum arbitrio ac regi regum Domino Deo nostro (*g*) retulimus laudes, quoniam juxta illud, quod anhelantius optantes desideramus, vestram addiscere meruimus sospitatem. Pro quo Dominum Deum nostrum sedulis deprecationibus imploramus, qui nos per multorum curricula annorum de vestra integra sospitate faciat exsultare, eo quod vestra salus nostra est exultatio, & vestra prosperitas nostrum proculdubio existit gaudium.

Et hoc in vestris regalibus apicibus continebatur adscriptum, quatenus vobis innotescentes significaremus, si circa sanctam Dei ecclesiam, atque nostram mediocritatem, vel (*h*) populi nobis commissi salus aut integritas profligaretur. Nam & de hoc magnas & innumerabiles gratias Deo omnipotenti, & vestræ excellentiæ referimus, quia sicut revera christianissime, & vere Dei cultor ecclesiam Dei, & populum vestra excellentia visitare non piget, sed hoc non nostris meritis, sed divina proveniente misericordia, agitur, dum omnia prospera (*i*) circa sanctam Dei ecclesiam, atque nostram mediocritatem, vel nobis commissum populum existunt. Pro quo Deum cæli, penitus omnium bonorum largitorem rogabimus, (*k*) vobis pro hoc præcipuo ac pio opere sit retributor, ob tantam benignitatem & solicitudinem, quam circa sanctam Dei catholicam, & apostolicam ecclesiam, vel ejus (*l*) familiarem populum habere dinoscimini.

ANNO CHRISTI 757.

Sed & hoc in ipsis vestris relationum apicibus continebatur, per vestros vobis fuisse nuntiatum legatos, quod a quibusdam malignis, & mendacium proferentibus, in istis partibus divulgatum esset, quia si aliqua nobis necessitas eveniret, nullum nobis auxilium præbere (*m*) volueritis. De quo nefario dicto nequaquam nobis fuit, aut est hæsitatio, quia, divina faciente misericordia, magnam in vobis, post Deum, spem & fiduciam habemus: agnoscentes quod Deo propitio nullum de quacumque parte (*n*) erit impedimentum, vobis defensionem atque auxilium sanctæ Dei ecclesiæ, vel ejus peculiaris populi impertiendi juxta id, quod beato Petro apostolo per beatæ memoriæ prædecessorem domnum, & germanum nostrum, ob remedium animæ vestræ, & veniam delictorum vestrorum, pollicentes spopondistis. Quod in perpetuis temporibus, Domino annuente, firmum ac robustum credimus permanere.

At vero unde nobis christianissima vestra direxit excellentia, quod si (*o*) quis e vestris adversariis, aut contemptoribus ad nos venerit, nullo modo cum eis nos, aut in eorum societate misceri, absit a nobis, ut hanc rem faciamus, dum profecto vestri inimici, sanctæ Dei ecclesiæ & nostri existunt. Quapropter testatur veritas, quia ubi vestros amicos agnoverimus, tamquam amicos & fideles sanctæ Dei ecclesiæ oblectare & amplecti cupimus; & ubi vestros inimicos invenerimus, veraciter tamquam inimicos sanctæ Dei ecclesiæ & nostros proprios, ita eos respuimus atque persequimur; quia vestri amici, sanctæ Dei ecclesiæ & nostri existunt, & qui inimicitias contra vos machinantur, profecto inimici sanctæ Dei ecclesiæ & nostri esse comprobantur.

De missis vero vestris ac nostris, (*p*) quia ad Regiam urbem simul properaverunt, de quibus petiit nos vestra præclara excellentia, sibimet a nobis significari, si quid ex eis addiscere potuimus, dum profecto nobis incognitum non est, quod pro tam sæva hujus hyemalis temporis asperitate nullus de illis par-

(*a*) *Idem & Gretf.* divinamque Deo protecta excellentia apud Bar. & Centuriat. (*b*) destinantes quidem, nos certiores esse, vestra scire jubeat a (*c*) *Lamb.* seu Caroli, & Carolomanni, & de (*d*) *Gretf.* Summ. (*e*) *Lamb.* excellentissime bone fili (*f*) *Gretf. & Lamb.* dulcissima vestra conjuge, & spiritali (*g*) *Lamb.* referuimus (*h*) *Idem.* vel populum nobis commissum (*i*) *Idem.* erga (*k*) *Idem.* qui vobis (*l*) *Gretf.* peculiarem (*m*) *Lamb.* valuissetis (*n*) *Idem.* sit (*o*) *Idem.* quisquam (*p*) *Idem.* qui

partibus adveniens nobis adnunciavit, qualiter circa eos agatur. Et ideo ad præsens ignoramus, quid vobis de eis veraciter significemus. ANNO CHRISTI 757.

At vero de Marino presbytero scripsit nobis christianissima excellentia vestra, quod demum in pristino esset constitutus honore, secundum qualiter vobis postulantes direximus, nos quidem testem Deum proferimus, quod pro nulla alia re pro eo vobis direximus, nisi propter lacrymas & cotidianas lamentationes, quas ejus genitrix effundere non cessat, quæ & orbata lumine existit, & ideo vobis direximus, ut apud vos eum absolvere debuissetis, quia nihil de eo vobis fuit aut est, sed nec nobis, nisi tantummodo de ejus iniqua malitia, quam contra sanctam Dei ecclesiam maligna atque perversa motus audacia agere præsumit. Sed de hoc sicut per anteriores nostras literas excellentiæ vestræ direximus, in vestro sit arbitrio, vel potestatem, quid de eodem disponere volueritis. Nulla nobis de eo cura est, nisi ut prædiximus, qualiter vestra fuerit voluntas ita de eo disponere debeatis. At vero nobis direxit excellentia vestra, ut vobis intimare debeamus, si nobis idem Marinus suas direxit literas, de quo, veste veritate, dicimus: nunquam nobis suas direxit literas, (*a*) ex eo quando illuc apud vestram excellentiam properatus est. Nam nullo modo (*b*) vobis vetare habuimus, si factum fuisset.

Interea nempe ea, quæ a fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ & nostris, id est de partibus Ravennæ ad nos pervenerunt, aptum prospeximus vestræ excellentiæ intimanda eo quod æmuli sanctæ Dei ecclesiæ, & nostri, atque vestræ excellentiæ, die, noctuque non desinant, (*c*) pertractare, qualiter nos sibi Deo contrario prævalere ac superare possint. Tamen & ea ipsa scripta, quæ exinde suscepimus, infra has nostras literas excellentiæ vestræ direximus, quatenus rei meritum addiscentes agnoscatis, quod illi a suo maligno proposito, & solita nequitia nequaquam desistunt. Pro quo, christianissime bone fili, & spiritalis compater, enixius elaborare atque decertare jubeas, quatenus bonum opus quod cepisti per te compleatur, & ut sancta Dei ecclesia, & ejus peculiaris populus perfectam habeat liberationem, & securi ab inimicorum insidiis permaneant.

De reliquo vero petimus divinam Dei nostri misericordiam, ut vos per multorum annorum curricula, in solio regni vestri conservare dignetur, una cum excellentissimis vestris natis, nostrisque spiritalibus filiis Carolo, & Carlomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum, nec non domna Bertrada excellentissima regina, spiritali nostra commatre, vestra conjuge, simulque & Gisila nobilissima puella, nostra spiritali filia, ad exaltationem & defensionem sanctæ Dei ecclesiæ, simulque & ejus peculiaris populi, optantes diu vestræ prosperitatis gaudia addiscere, atque immensam pro vobis divinam implorare clementiam. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad dominum regem directa pro defensione sanctæ Dei ecclesiæ, & de conlocutione cum Desiderio rege in urbe Ravenna. ANNO CHRISTI 757.

(*d*) *Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

DUM tanto vestræ sublimissimæ excellentiæ beneficio, & impenso opitulationis amminiculo sancta spiritalis mater & peculiaris vestra universalis Dei ecclesia dinoscitur relevata, quæ humana lingua sufficere valeat ad hujus bona vestræ operationis merita gratiarum referre actiones? Et licet in hoc humanæ considerationis capacitas rependere nequeat, verumtamen ille, qui potens est, omnipotens & invisibilis Dominus Deus noster, cujus ordinatione vestra regalis potentia confirmata consistit, interventionibus sacris principis apostolorum beati Petri, dignam vobis remunerationem, in præsenti vita (*e*) beatitudine retribuet: præsertim dum & fortissimus suæ orthodoxæ fidei, & venerabilium patrum piæ traditionis defensor esse videris, excellentissime fili, & spiritalis compater, & ob hoc ipsam, quam veneranter colis, & defendere studes, orthodoxam fidem, semper habebis adjutricem, & profecto cælestis tibi contra adversantium cuneos administrabitur victoria. Cod. Carol. est XXXIII.

Interea quia magno amoris affectu circa vestram a Deo protectam eximiam excellentiam ferveſcimus, debitum visitationis & salutationis gnaviter procuravimus sublimitati vestræ persolvere, eximie fili & spiritalis compater. Hoc interea vestram (*f*) meminisse volumus excellentiam, nuper nobis direxisse, quatenus in pacis dilectione cum Desiderio Langobardorum rege conversari studeamus. Quod quidem si ipse excellentissimus vir in vera fide & dilectione, quam vestræ excellentiæ, & sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ spopondit, permanserit, utique & nos in charitate firma & stabili pace cum eo permansuri erimus, observantes illud Dominicæ præceptionis documentum: (*g*) *Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur* Hoc itaque innotescimus christianissimæ eximietati vestræ, eo quod convenit inter nos & eumdem Langobardorum regem, ut pariter nos in Ravennatium urbe præsentare studeamus ad perficiendas quasdas utilitates spiritalis matris vestræ sanctæ nostræ ecclesiæ, & pertractandum pro Græcorum malitia qui cotidie imminent in ipsam Ravennam ingredi civitatem. Dumque pariter præsentati, quicquid collocuti fuerimus, vel rei exegerit meritum, excellentissimæ & a Deo protectæ eximietati vestræ innotescemus. Orantes de reliquo divinam clementiam ut ad perfectam exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ, & orthodoxæ fidei defensionem, ævis & prosperis temporibus excellentissimam christianitatem vestram in solio regalis potentiæ, cum dulcissima conjuge, excellentissima regina, spiritali nostra commatre, atque amantissimis natis, conservare & protegere dignetur, tribuens vobis & æterna cælestis patriæ gau-

(*a*) *Idem.* ex quando (*b*) *Idem.* vobis velare (*c*) *Idem.* pertractandum
(*d*) *Greſ.* Summ. apud Baron. & Centuriat. (*e*) *Idem.* & *Lamb.* & futura beatitudine
(*f*) *Lamb.* meminere volumus excellentiam, nuper nos vobis direxiſſe
(*g*) *Greſ.* Matthæi cap. 5.

gaudia possidenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad dominum Pippinum regem (*a*) directa de monacho quodam Acosma ab Alexandrino patriarcha directo.

(*b*) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carol. est XXXV.

QUia Spiritus Sancti gratia præveniente, cor benignæ eximietatis vestræ amor Dei inflammavit, profecto constat, a Deo servate præcellentissime rex, piis te profectibus adhærere, & dum tantam in vobis cumulatam gratiam conspicimus, omnino nobis & omnibus christianis fiduciæ materia de vobis admissa est, quod ea, quæ ad cultum Dei, & veræ fidei orthodoxæ observantiam respiciunt, toto mentis conatu vos esse operaturos conspicimus.

Inter hæc vero, sublimissime fili, & spiritalis compater, si quid ad nos pervenerit libentissime sicut orthodoxo regi, & defensori fidei christianæ significamus. Innotescimus quippe, iam absolutis vestris missis, conjunxisse ad nos navigium a partibus Africæ, in quo quidam monachus (*c*) Acosma ab Alexandrino patriarcha cum literis directus advenit, quarum instar præfulgidæ excellentiæ vestræ mismus intuendam, ut ea quæ nobis pro integritate fidei ab Orientalibus præsulibus & cæteris nationibus diriguntur agnoscatis, & lætetur cor vestrum in hujusmodi eorum affectu, quæ in mandatis Dei habere videntur: quia dum piæ considerationis studio mens vestra intenta existit, nimirum oppido gaudere vos credimus, si ea vobis, quæ pro integritate fidei pertinent innotescimus, sed ipsa sancta orthodoxa, quam venerando colitis, fides, vos & in præsenti vita longæviter cum victoria foveat, & æterna cum sanctis tribuat gaudia possidenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ generalis populi, senatusque Romani ad domnum Pippinum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones, & de literis, quas domnus Pippinus rex eidem populo direxit pro fide servanda erga sanctam Dei, Romanamque ecclesiam, & domnum Paulum apostolicum.

Domno excellentissimo atque præcellentissimo, & a Deo instituto, magno, victori, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, omnis senatus atque universa populi generalitas a Deo servatæ Romanæ urbis.

Cod. Carol. est XXXVI.

SI interius mente operum vestrorum studia humanus voluerit sensus pensare, nihil, ut opinamur, ad horum vicissitudinem dignum potest existimari, aut in hac temporali vita rependi, sed tantummodo illa sunt consideranda vobis retribui a justo judice Domino Deo nostro, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit diligentibus se. Hæc nempe vobis digna est retributio, dum nimirum vestro certamine sancta Dei ecclesia, atque christianorum orthodoxa fides dinoscitur esse defensa, omniumque nostrum constant procurata salutis remedia. Et quia præcellentissime, domine rex, dignatus est Deus noster redemtionem suæ sanctæ ecclesiæ, nostrorumque omnium operari, merito nos convenit operum ejus mirabilia decantare, consona cum propheta canentes voce: (*d*) Quoniam magnificata sunt opera tua, Deus. Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra mirabilibus tuis. (*e*) Quis enim loquatur potentias Domini, auditas faciat omnes laudes ejus? Lætantur enim cæli, & exultat terra in eo, quod talem Dominus noster suæ sanctæ ecclesiæ contulit defensorem, per quem cum fiducia nomen Domini in sancta aula ejus glorificatur.

ANNO CHRISTI 757.

Directas itaque præcellentissimæ ac christianissimæ benignitatis vestræ literas magno honoris affectu acceptantes suscepimus, & ita in earum susceptione lætati sumus, tamquam si vestram excellentiam præsentialiter conspiceremus, gemina festivitatis gaudia nobis inferentes, dum vestram lætitiam ampliissime comperimus, quoniam nihil nobis dulcius, domine rex, in hac vita existit, quam de vestris prosperitatibus gratulari, dum vestra salus nostra post Deum est securitas. At vero in ipsis vestris mellifluis apicibus nos salutari (*f*) providentia vestra, & ammonere præcellentia vestra studuit, firmos nos ac fideles debere permanere erga beatum Petrum principem apostolorum, & sanctam Dei ecclesiam, & circa beatissimum, & coangelicum spiritalem patrem vestrum, a Deo decretum dominum nostrum Paulum summum pontificem, & universalem papam. Pro quo omnino lætati sumus in tam vestra prudentissima admonitione. O quanta divina adspiratione interna viscerum nostrorum præcordia in nobis vestris fidelibus redundant. Vere enim Domine rex, profecto Spiritus Dei in vestro mellifluo inhabitat corde, & ideo tam salutari consilio vestros bene cupientes admonere studuistis. Nos quidem, præcellentissime regum, firmi ac fideles servi sanctæ Dei ecclesiæ, & præfati ter beatissimi, & coangelici spiritalis patris vestri, domini nostri Pauli summi pontificis, & universalis papæ consistimus, quia ipse noster est pater, & optimus pastor, & pro nostra salute decertare cotidie non cessat, sicut & ejus germanus sanctæ recordationis, beatissimus domnus Stephanus papa, fovens nos, & salubriter gubernans, sicut & revera rationales sibi a Deo commissas oves, dum nimirum & mitissimus & vere in omnibus misericors existit, imitator effectus beati Petri, cujus vices gerit, & dum ejus vicarius consistit. Nos quidem, excellentissime ac christianissime domine rex, firmam fiduciam in hujusmodi vestra habemus pollicitatione; sed obnixe deprecamur, & tamquam præsentialiter vestris regalibus provoluti vestigiis, petimus, etiam & per nos beatus Petrus vestram aggreditur excellentiam, ut jubeas benignissime regum, nosterque post Deum defensor, ita solite decertare ac disponere, ut perfecta sanctæ Dei ecclesiæ exaltatio, & fidei nostræ orthodoxæ, omniumque nostrum (*g*) profli-

(*a*) *Lamb.* directæ & *sic alibi semper* (*b*) *Gretf.* Summ. VII. apud Baron. & Centuriat.
(*c*) *Lamb.* Cosmas (*d*) *Gretf.* psalmo 183. (*e*) *Idem.* psalmo 105.
(*f*) *Lamb.* providentia ammonere (*g*) *Gretf.* procuretur

ANNO CHRISTI 757.

fligetur defensio. Petentes & hoc coram Deo vivo, qui vos in regem per suum apostolum beatum Petrum ungui præcepit, ut dilatationem hujus provinciæ, a vobis de manu gentium ereptæ perficere jubeatis, & in eo, quod cœpistis, bono permaneatis opere, quatenus in magna securitatis quiete degere valeamus, & ex hoc æternam vobis in cælo exoratam retributionis mercedem recipiatis; quoniam maximam post Deum, & beatum Petrum, in vestri fortissimi regni brachio possidemus spem. Credimus in omnipotentis Dei nostri misericordiam, quod amplissime nobis ea ipsa nostra spes operum vestrorum inferat fructum.

Exaudi, Domine rex, supplicationem nostram omnium bene cupientium vobis, & libentissime aures tuas accommoda in hoc ipsum, quod postulamus. Sic te exaudiat Dominus in omnibus tuis petitionibus. Tu enim post Deum noster es defensor & auxiliator, & si omnes capitis nostri capilli linguæ effecti fuerint, non valebunt ob tanta vestra beneficia dignas referre gratiarum actiones. Verumtamen in quantum mens nostra valet, laudis vestræ præconia in omnibus gentibus divulgamus: Unde elevatis oculis, extensisque palmis ad æthera, Dominum Deum nostrum immensis exoramus precibus, sua vos foveri gratia, mittens angelum potentiæ suę propugnatorem ante faciem vestram, qui omnes adversarios vestros expugnans, vestris subjiciat vestigiis, regnique vestri dilatet terminos, & victoriam vobis e cælo concedat, ad perpetuam atque perennem sanctę Dei ecclesię, & nostram immensam securitatem, eviscque ac felicissimis temporibus regale culmen vobis, ac excellentissimę dominę reginę, atque pręclaris vestris natis, excellentisimis regibus, concedat possidendum, & ęterna pręmiorum cum sanctis & electis multipliciter tribuat gaudia. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolę ejusdem papę ad domnum Pippinum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione sanctę Dei ecclesię, & ut missum suum Romam dirigeret.

(*a*) *Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carolini est XXXVII.

DUm illa, quę (*b*) nostris stipendiis aguntur, nulla possunt oblivione deleri, quanto magis illa, quę ad laudem Redemptoris Domini Dei nostri, ejusque sacratissimę ecclesię, & beati Petri apostolorum principis geruntur, nec temporum prolixitate, nec diversitate qualitatum, oblivioni mandatur: sed semper ad gloriam supernę potentię, & fidelium ejus pio exemplo permanent (*c*) declarata? Scias excellentissime fili, & spiritalis compater, bone orthodoxe rex, pręcelsa vestra & pia operatio, & in cælo coram angelis Dei illustrata fulget, & in universo orbe terrarum laudabiliter, in cunctis gentibus permanet vulgata; quoniam vestro post Deum auxilio, & optimo certamine sancta spiritalis mater vestra, Dei ecclesia, constat ab inimicorum insidiis erepta, & orthodoxa christianorum fides ab impugnatoribus defensa. Pro quo exsulta in Domino, & lętare, benignissime rex, quia nomen excellentię tuę in libro vitę exaratum rutilat in conspectu Dei. Interea dum tanta nostro cordi desiderii capacitas imminet, de vestra prosperitate lętos certosque effici, aptum prospeximus, missis sanctę Dei ecclesię nostris relationibus, excellentię vestræ (*d*) persolvere, dum nihil nobis dulcius, nilque suavimus in hac vita existit, quam de vestra prosperitate in Domino jocundari, in eo quod vestra salus, sanctæ Dei ecclesiæ & fidei exaltatio, & vera defensio, (*e*) ut semper scripsimus, existit. Unde & a te, quia corporali visione procul ab invicem consistimus, per nostras tamen relationes amore mutuo spiritaliter adnecti desideramus.

ANNO CHRISTI 757.

Itaque nimis deprecamur excellentiam vestram, sicut per anteriores nostras literas postulandum direximus, ut jubeatis vestrum fidelissimum missum hic ad nos Romam dirigere, qui nobiscum pro insidiis inimicorum demorari debeat, per quem & meritum rei, ut causę eventus exegerit, excellentię vestrę debeamus significare. (*f*) Unde nunc direximus ad vestram a Deo servatam excellentiam prędentem Petrum, primum defensorem sanctę nostrę ecclesię, fidelissimum missum, cui de omnibus apostolicis causis injunximus benignitati vestrę exarandum. Quem petimus hilari a vobis suscipi animo, eumque pro amore fautoris vestri beati Petri apostolorum principis in omnibus acceptare, atque nostris precibus aurem benignitatis vostrę accommodare dignemini, & ad nos cum effectu atque lętabundis nuntiis absolvere jubeatis. Supplici deprecatione, te bone Orthodoxe rex, quęsumus postulantes, ut sis nobis post Deum firmus protector atque defensor: constanter in eo, quod cœpisti, bono ac pio redemptionis sanctę Dei ecclesię permanens opere. Optime enim (*g*) prędcellenti vestrę christianitati compertum existit, quanta qualisque sit impia hęreticorum Gręcorum malitia, inhianter (*h*) meditantes, atque insidiantes, qualiter Deo illis contrario sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam humiliare atque conculcare, & fidem orthodoxam, atque sanctorum patrum traditionem destruere possint.

Sed tu, bone potentissime rex, viriliter, sicut vere orthodoxus, eisdem impiis resistere hęreticis, atque solite sanctam Dei ecclesiam, & christianorum orthodoxam fidem, tuo a Deo protecto auxilio atque congruo disposito defendere digneris, quoniam magna, post Deum, in vestra excellentia, & fortissimi regni vestri brachio existit fiducia, & credimus quod, Deo cooperante, eadem nostra spes firma permanens ad optatum perducatur desiderium, ut merito ex hoc a justo Domino Deo nostro, vobis in presenti & futura vita tribuatur remuneratio, beato principe apostolorum interveniente, pro cujus amore in ejus decertatis causis, lętique solite (*i*) de vestro proposito effecti, cum propheta consona canere valeamus voce: *Salvum fac, Domine, christianissimum Pipinum*

(*a*) *Gretsf.* Summ. VI. apud Bar. & Cent.
(*b*) *Lamb.* ad nostra stipendia
(*c*) *Idem.* declarata; sicut excellentissime filii
(*d*) *Idem & Gretsf.* persolvere debitum
(*e*) *Lamb.* ut sæpe scripsimus, existit; unde & quia.
(*f*) *Idem.* Unde opere direximus
(*g*) *Idem.* prædcellentiæ vestræ christianitas
(*h*) *Idem.* meditantium atque insidiantium
(*i*) *Idem.* de vestro pio

ANNO CHRISTI 757.

pinum regem, quem oleo ſancto per manus apoſtoli tui ungui præcepiſti, & exaudi eum in quacumque die invocaverit. Cum his vero deprecationibus & hoc ejus pietatem quęſumus, ut longo ſenio regni potentiam excellentię veſtrę, (*a*) commatri a Deo protectę reginę, atque amantiſſimis natis veſtris domnis Carolo & Carlomanno prœcelſis regibus Francorum, & patriciis Romanorum, atque nobiliſsimæ dominę Gislę, ſalubriter concedat poſsidendam, tribuens vobis & æternam in cœleſtibus regnis beatitudinem perfruendam. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolę ejuſdem papę ad domnum Pippinum regem directę, de ſanitate vel incolumitate ejus percunctandum, ſimulque & de miſſis ſuis, qui ad regiam fuerunt directi urbem.

(*b*) *Domno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carolini eſt XXXVIII.

PRæmiſſis noſtris apicibus & affatibus per Droctegandum (*c*) & Vilkardum, Deo amabiles, fideliſſimo regi veſtros (*d*) miſſos ſumus impenſius deprecati eximiam eccellentiam veſtram, ut nos certiores atque lætiores reddere annueretis de veſtra ampliſſima ſoſpitate, & de eo, quo profecti eſtis, itinere, qualiter erga vos Dominus eſſet operatus. Et dum tanto evoluto tempore nullam a vobis reſponſionis ſeriem de hujuſcemodi re agnovimus, vehementer noſter attritus eſt animus. At vero per diverſos ex ipſis regionibus liminibus apoſtolorum advenientes peregrinos didicimus, ſoſpitem te ad propria, prœcellentiſſime fili, & ſpiritalis compater, eſſe, annuente Deo, reverſum. Unde magno gaudio noſter animus relevatus eſt.

Quapropter deſtinatis præſentibus noſtris apoſtolicis ſyllabis, viſitationis cauſa, obnixe petimus, ut ſublimis veſtra excellentia, quantocius nos de ampliſſima incolumitatis veſtræ ſoſpitate lætos reddere, ſignificans, chriſtianiſſime fili, & ſpiritalis compater, qualiter erga vos, & excellentiſſimam filiam, & ſpiritalem noſtram commatrem, & eximios (*e*) filios agatur, ut noſter animus maxima jocunditatis exultet lætitia, quoniam nimio deſiderio ferveſcimus, veſtram ſedule addiſcere ſoſpitatem, & de veſtro gaudio exultare. Quoniam veſtra ſalus exaltatio eſt ſanctæ matris veſtræ eccleſiæ, & proſperitas veſtra noſtra eſſe probatur lætitia. Itaque prœcellentiſſime fili, & ſpiritalis compater, bone & optime rex, ecce hactenus nullam rei veritatem de noſtris miſſis, qui a regia profecti ſunt urbe, addiſcere valuimus. Dum vero rei agnoſcere potuerimus veritatem, confeſtim eximiæ excellentiæ dirigemus in reſponſis.

His prœmiſſis Deum cœli petimus, ut vobis & præſentis vitæ longævitatem, & regni gubernacula cum excellentiſſima regina filia, & ſpiritali noſtra commatre, chriſtianiſſima regina, veſtraque dulciſsima conjuge, atque amantiſsimis veſtris natis, noſtriſque filiis, iiſdem eximiis regibus, & patriciis Romanorum perfruendum concedat, & cœleſtis regni participes faciat, noſque permittat de veſtra ampliſſima ſoſpitate ſemper gratulari. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. ANNO CHRISTI 755.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Pippinum regem directæ, de Marino presbytero, & ejus iniquo conſilio, & de conſecratione ipſius.

(*f*) *Domno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carol. eſt XXXXI.

OMnino compertum habet veſtra chriſtianiſsima excellentia, qualiter Marinus presbyter noſter (*g*) ibidem ad vos moratur, iniqua operatione contra ſanctam Dei eccleſiam, fidemque orthodoxam, Deo ſibi contrario, cum Georgio quodam imperiali a ſecretis, conſilia ſedi noſtræ contraria & veſtræ ſimili modo (*h*) ingerere cupiens. Quod quidem & idem imperator veſtræ a Deo protectæ excellentiæ per ſuas innotuit literas. Unde (*i*) quia defenſorem fidei orthodoxæ, atque propugnatorem gregis ſui vel populi chriſtiani liberatorem, chriſtianiſsimam bonitatem veſtram beatus apoſtolus & princeps apoſtolorum Petrus eligere & confirmare dignatus eſt, idcirco adoptamus atque deprecamur eximiam bonitatem veſtram, optime rex, & ſpiritalis compater, ut jubeas ſanctiſsimo fratri noſtro (*k*) Vvulchario epiſcopo præcipere, quatenus ipſe eumdem Marinum presbyterum, noſtra vice, epiſcopum conſecrare debeat, & in una civitatum veſtrarum illis in partibus conſtituta, in qua præviderit veſtra ſapientiſsima eximietas, eum ordinare diſponite, quatenus perpetrati ſceleris ſui recordans, ſe inique egiſſe pœniteat, ne in eo, quod abſit, antiquus humani generis hoſtis mentem illius vagantem inveniens quaſi in ſublime extollat, ſæviſsimeque quoquomodo valeat funditus diſperdere. Sed magis, ut confidimus in veſtram benigniſsimam excellentiam, atque a Deo præclaram cordis veſtri dilatationem, huic noſtræ poſtulationi veſtra præclara excellentia aurem accommodare dignetur, quatenus & ille ſecurus de hujuſcemodi re perſiſtat, & nos pro veſtra immenſa lætitia, atque ſoſpitatis gaudio indeſinenter Dominum Deum cœli exorare jubeamus. Bene valete.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum, & Carolomannum reges directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de literis ab eis directis, & ut cum (*l*) Domino genitore eorum ſemper pro defenſione ſanctæ Dei eccleſiæ decertare debeant.

(*m*) *Domnis excellentiſſimis filiis Carolo & Carolomanno regibus Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.*

Cod. Carol. eſt XL.

QUanto decoris nitore regalis gloriæ faſtigium ornetis, ex hoc utique omnibus paten-

(*a*) *Idem*. & ſpiritali noſtræ commatri (*b*) *Greſſ.* Summ. V. apud Bar. & Centuriat.
(*c*) *Lamb.* Uulfhardum (*d*) *Idem*. viſi ſumus (*e*) *Idem*. veſtros filios
(*f*) *Greſſ.* Summ. IV. apud Bar. & Centuriat. (*g*) *Lamb.* qui ibidem (*h*) *Idem*. jungere
(*i*) *Idem* qua (*k*) *Idem*. Vvilchario (*l*) *Lamb.* domno & genitore (*m*) *Greſſ.* Summ. XVII. Bar. Cent. extra ordinem mentionem faciunt trium epiſtolarum ad Carolum, & Carlomannum.

patenter datur intelligi, dum nimirum, sicut ANNO CHRISTI 757. præclaro genere orti, piis operibus ac dignis videmini illustrari moribus. Unde unam quidem hujus divini muneris gratiam possidetis ex genere, & alia fruimini ex opere. Et nec mirum, si tantis insulis gloriæ nobilitas vestra pollet, dum profecto scriptum est: (a) *Generatio rectorum benedicetur*. Glorificamus enim atque conlaudamus Dei nostri clementiam qui tantam vobis Spiritus sancti gratiam contulit, jam nempe prædestinatos vos habuit, antequam de materno prodiretis utero, quoniam (b) *quos præscivit, & prædestinavit: quos prædestinavit, hos & vocavit, illos & magnificavit*. Vere enim magnificavit Dominus misericordiam suam super vos, & in reges per suum apostolum beatum Petrum vos unguens defensores sanctæ suæ ecclesiæ atque fidei orthodoxæ constituit, ut participes, in hoc bono opere, vestri christianissimi efficiamini genitoris, pro quo digna vobis erit in cælestibus regnis cum eo concessa remuneratio, & cum omni eritis sanctorum computati collegio.

Interea reversus ad nos Petrus primus defensorum missus noster detulit nobis, quas direxistis, literas; quibus relectis magna cor nostrum repletum est lætitia. Per has quippe innotuistis, excellentissimi atque præcellentissimi filii, vos semper in amore beati Petri, & spiritalis matris vestræ, sanctæ Dei ecclesiæ, atque nostro esse permansuros, & viriliter decertaturos pro ipsius sanctæ Dei ecclesię, atque fidei orthodoxę defensione. Et quidem nobis, boni prœcellentissimi reges, de vestra firma hujuscemodi constantia omnino confidendum est, magnam post Deum in vobis habentes spem. Sed omnipotens Dominus, qui dives est in misericordiis ad perfectam vos perducat ętatem, tribuens vobis longęva ac felicia tempora, corroboretque in vobis fortitudinem brachii sui, atque victores vos super omnes barbaras efficiat nationes, dilatans regni vestri terminos, atque de vestro prœclaro semine super regale solium potentię vestæ usque in finem sæculi sedere permittat, pro æterna sanctæ suæ ecclesiæ universali exaltatione, & fidei orthodoxæ defensione.

Sed peto, excellentissimi filii, ut imitatores vestri christiani simi genitoris efficiamini, ejusque Deo placita sequentes vestigia, ut sicut ipse operibus omnibus gentibus demonstravit, ita quoque & vos bonum, quod cœpistis, opus perficere studeatis, & viriliter cum eo decertare, quatenus amplissima sanctæ Dei ecclesiæ procuretur exaltatio, dum vestro auxilio beatus Petrus receperit justitias suas, dignamque ex hoc coram Deo & Angelis ejus, eodem principe apostolorum beato Petro interveniente, cælestium præmiorum recipiatis remunerationem, & vestri nominis memoria (c) laudabilis maneat in sæculum sæculi divulgata. Deus autem omnipotens, qui cuncta ex nihilo suæ potentiæ verbo firmavit, suis vos divinis adhærere faciens mandatis, vestra in beneplacito suo dirigat studia, tribuatque vobis prudentiæ industriam, qualiter regni culmen gubernare valeatis, atque adversantium gentium nationes vestris subijciat pedibus, & sicut in præsenti vita regalem vobis concessit dignitatem, ita quoque & cælestia vobis conferat prœmiorum gaudia. ANNO CHRISTI 757.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum & Carlomannum reges directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones.

Domnis excellentissimis filiis Carolo, & Carlomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum Paulus papa.

MIssam relationem excellentiæ vestræ, deferentibus harum gerulis, Droctegando scilicet, & religiosis abbatibus, suscipientes vos tuo sumus incolumitatis vestræ nuntio relevati, optantes ut vitam, actusque vestros sua misericordia Dominus & proregat & disponat, atque ad perfectam perducat ætatem. Per easdem siquidem syllabas innotuistis, maximam vos tenere verecundiam in id quod interim munerum commoda per harum latores nobis dirigere non valuistis. Sed quid est dulcissimi atque amantissimi filii, victoriosissimi reges, quod nos muneribus vestris lætificare inhiatis? Nulla enim alia munera desideramus, quam vestræ incolumitatis prosperitatem sedule addiscere, & de vestris profectibus gratulari. Hæc est locupletatio nostra (d) vestram, quam inhianter amplectamur, exultationibus jocunditatem. Hæc est exaltatio sanctæ Dei ecclesiæ, & defensio fidei orthodoxæ, vestræ protectionis integritas. Vos quippe Dominus elegit præ omnibus regibus, & liberatores sanctæ suæ catholicæ & apostolicæ constituit ecclesiæ, & in reges per manus B. Petri ungui dignatus est. Cod. Carol. est XLI.

Sed omnipotens Dominus, per quem reges regnant, ad perfectam vos perducat ætatem, & solium regni vobis, vestroque præclaro semini, ævis prosperisque temporibus ad exaltationem sanctæ suæ ecclesiæ, & amplissimam christianorum orthodoxæ fidei defensionem concedat possidendum tribuens vobis e cælo victorias, omnesque barbaras nationes vestris Deo imitabilibus subjiciens vestigiis, & æternæ vitæ gaudia largiri dignetur: quatenus sicut in præsenti vita regnatis, & venturo in sęculo cum Christo regnare mereamini; dicatque omnis populus: (e) *Amen, fiat, fiat*. Bene valete.

EPISTOLARUM PAULI LABBEANA SYLLOGE.

EPISTOLA I. PAULI ELECTI PAPÆ I. (f) AD PIPPINUM REGEM.

De ipsius electione ad pontificatum, ante consecrationem scripta. Spondet se in ea fide & concordia, quam Stephanus decessor ejus Pippino regi pactus est, cum suis permansurum.

Domino excellentissimo filio Pippino Francorum, & patricio Romanorum, Paulus diaconus, & in Dei nomine electus sanctæ sedis apostolicæ.

CUm gravi gemitu, & immenso mœrore cordis, innotescimus a Deo protectę excellen- Cod. Carol 13.

(a) *Idem*. psalmo III. (b) *Idem*. epist. Pauli ad Roman. cap. VII. (c) *Lamb.* laudabili fama maneat
(d) *Cresf. & Lamb.* vestra quam inhianter amplectimur exultationis jocunditas. Hæc est
(e) *Gresf.* psalmo CV.
(f) Epistolæ istæ, sicut & præcedentes a me primum integræ in hanc Collectionem translatæ, ex Codice Carolo-

ANNO CHRISTI 757.

cellentię tuę, pontentissime victor rex, Dei vocatione de hac luce ad æternam requiem esse subtractum sanctæ recordationis dominum & germanum meum Stephanum papam, in cujus etiam transitu & ipsi lapides, si dici potest, nobiscum flentes lacrymaverunt. In cujus apostolatus ordinem a cuncta populorum caterva mea infelicitas electa est. Et dum hæc agerentur, convenit Romam Immo Christianissimæ excellentiæ tuæ missus: & cum eo loquentes una cum nostris optimatibus, aptum perspeximus eum hic detineri, donec Dei providentia sacra apostolica benedictione illustrati fuissemus: & tunc plenius satisfactus de nostra vel cuncti populi puritate & dilectione, quam erga tuam benignissimam excellentiam, & cunctam gentem Francorum gerimus, eum ad vos repedandum cum nostris missis apostolicis absolveremus. Quoniam nos pro certo cognoscas, excellentissime & a Deo protecte noster post Deum auxiliator & defensor rex, quod firmi & robusti usque ad animam, & sanguinis nostri effusionem, in ea fide & dilectione & charitatis concordia, atque pacis fœdere, quæ præfatus beatissimæ memoriæ dominus & germanus meus sanctissimus pontifex vobiscum confirmavit, permanentes, cum nostro populo permanebimus usque in finem. Unde & indesinenter extensis palmis ad cælum pro vitæ incolumitate excellentiæ tuæ, atque dulcissimorum filiorum, & excellentissimæ reginæ sospitate, Domini Dei nostri exoramus clementiam, ut semper tuum auxilium, & firmissima protectio extendatur super nos. Incolumem excellentiam tuam gratia superna custodiat.

II. AD PIPPINUM REGEM.

Accusat inter cætera Desiderium regem, quod promissas ecclesiæ Romanæ civitates non restituat, oratque ut illum ad has reddendas impellat, & ne aliis literis suis, quas de laxandis ejus obsidibus illius impulsu scripsit, fidem habeat,

Domino excellentissimo filio, & nostro spirituali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.

Codicis Carolini 15.

QUotiens perspicua eximietatis vestræ merita mystica consideratione crenens cordis oculis confero, oppido me admirari convenit intemeratam superfluamque eccellentiæ tuę mentis constantiam, & ferventissimum affectum, quem circa Dei amorem, & ejus principis apostolorum incessanter gestas; quoniam Deo magis quam hominibus favere niteris. Unde perspicuum est, vos præ omnibus regibus & potentibus piis pollere operationibus, quia assumpto cælesti triumpho ultro te, excellentissimæ fili & spiritalis compater, ad liberandam Dei ecclesiam adhibuisti. Et ideo ut ipsum piæ operationis vestræ certamen effectu mancipetur, crebro nos congruit, sicut liberatori ipsius sanctæ Dei ecclesiæ, & ejus peculiaris populi, apostolicos dirigere apices. Primum omnium nobis super omnia nectarea & dulcia existit desiderabilia prosperitatis vestrę gaudia addiscere: deinde vero quæ sanctæ ecclesiæ Dei & nobis consistunt necessaria quantonius intimare: ut vera, excellentissime fili, & noster spiritalis compater, agnoscas non pridem per apostolicas literas eximietati tuæ innotuisse, quæ in his partibus a Desiderio Longobardorum rege impie peracta sunt, atque crudeliter perpetrata. Igitur dum tam pernicioſam ejus operationem cerneremus, aptum prospeximus præsentem fidelissimum vestrum missum Rodbertum hic apud nos detinere, quatenus quid cœpta jam fati Desiderii regis, vel Longobardorum populi malitia pareret, præsentaliter agnoscens atque conspiciens, vestram certiorem reddidisset eximiam præcellentiam. Etenim sicut pridem, ecce & nunc innotescimus a Deo servatę excellentiæ vestræ, quod prędictus Longobardorum rex Pentapolensium per civitates transiens, quas beato Petro pro magna animæ vestræ mercede contulistis, ferro & igne omnia fata, & universa quæ ad sumptus hominum pertinent, consumpsit: sicque Spoletinum & Beneventanum, qui se sub vestra a Deo servata potestate contulerunt, ad magnum spretum regni vestri desolavit, atque ferro & igne eorumdem ducatuum loca & civitates devastavit; & comprehensum Albinum ducem Spoletinum, & cum eo satrapas, qui in fide beati Petri & vestra sacramentum præbuerunt, infixis in eis Pessimis vulneribus, in vinculis detinet. Appropinquante autem eo Benevento, illico dux Beneventanus fugam arripuit in Otorantinam civitatem; & dum immineret, ut ex ipsa sua civitate exire eumdem ducem suaderet, nequaquam in eo suam adimplens voluntatem, constituit ducem alium in eodem Beneventano ducatu, nomine Arigis. Et confestim dirigens Neapolim idem Desiderius rex, accersivit Georgium imperialem missum, qui ad vos in Franciam directus fuerat: cum quo nefaria clam locutus est, iniens cum eo consilium, atque suas imperatori dirigens literas, adhortans eum, ut suos imperiales dirigat exercitus in hanc Italiam provinciam; & ipse Desiderius cum universo Longobardorum populo professus est, Deo sibi contrario, auxilium prefatis imperialibus exercitibus impertire: quatenus ex una parte ipsius exercitus, & ex alia idem Desiderius cum universo Longobardorum populo, utrique dimicantes Ravennatium civitatem comprehendere queant, suamque imperator, quod Dominus non permittat, adimplere valeat in quocumque voluerit voluntatem. Nam & cum eodem Georgio imperiali misso constituit, ut dromonum Siciliæ stolus in Otorantina civitate dirigatur, ut tam Græci quam Longobardi ipsam obsidentes comprehendere valeant civitatem, eamque concedat imperatori cum hominibus & facultatibus quæ in ea consistunt, & tantummodo ducem illum, atque ejus nutritorem Joannem, prædicto regi restituat. Post vero dissolutionem eorumdem ducatuum, conjuxit hic ad nos Romæ idem Longobardorum rex: & cum eo loquentes, nimis eum adhortati sumus, & per sacratissimum corpus beati Petri, atque etiam per tuam a Deo protectam excellentiam, fortiter illum conjuravimus, ut civitates illas, id est Imolam, Bononiam, Auximum, & Anconam, quas nobis præsentialiter,

rolino, desumptæ a Labbeo sunt, & suo ordine referendæ fuissent; sed in typographorum commodum, ne cogerentur toties Labbeum deponere, iterumque resumere cum periculo errandi, (absum enim longe a loco editioris) hic una continuata serie cum cæteris a Labbeo adjectis hic dare constitui. *Mansi.*

ANNO CHRISTI 757.

ter, simul per vestros missos, id est Folradum Deo amabilem abbatem, atque Rodbertum, excellentissimæ Christianitati tuæ, & per te etiam beato Petro apostolorum principi pollicitus est redditurum, restituere deberet. Quod minime acquiescere inclinatus est: sed simulans, ut certe stropharius, varias occasiones adhibuit: inquiens ut si suos, quos illic Francia habere videtur, obsides reciperet, tunc in pacis concordia nobiscum conversaretur. Unde petimus te, excellentissime fili & spiritualis compater, & obnixe deprecamur a Deo inspiratam eximietatem tuam, ut jubeas perfectam liberationem sanctę Dei ecclesię, & ejus peculiaris populi exercere; & ita id quod magna animæ tuæ mercede beato Petro pollicitus es, firmiter permanere: ipsumque Desiderium Longobardorum regem fortiter constringere digneris, ut prolatam a Deo promissionem beato Petro protectori vestro restituere debeat, atque in omnibus adimplere. Tuique studii sit, bone potentissime rex, sicut cœpisti, perfectius hanc sanctam Dei ecclesiam, & ejus peculiarem populum, de hostium incursione eruere: ut annuente Deo certamen benignæ operationis tuę uberrime fœcundetur: quatenus in die adventus Domini Dei & salvatoris nostri Jesu Christi, luceas sicut radiantissimus sol inter universos reges & potentes, atque ipsam sanctam Dei ecclesiam, & ejus populum tuo adminiculo ereptum, divinę majestati, absque ulla læsionis sævitia, offerre, & tunc centuplum remunerationis ab eodem Domino Deo nostro justo judice percipere, & vitam æternam possidere merearis. Conjuro te, fili excellentissime, per omnipotentem Deum; & ejus principem apostolorum beatum Petrum, ut benigno intuitu & libentissimo animo nostras preces audire jubeas: ut & Deus tibi omnipotens, in his que ejus potentiam deprecatus fueris, suæ divinitatis aures inclinet, & victorem te super omnes barbaras nationes faciat. Omnes enim omnino gentes, quę super faciem universæ terræ consistunt, compertum habent tuum certamen, quod ad defensionem sanctæ Dei ecclesiæ adhibuisti, & magnum te ac præcipuum regem laudabiliter asserunt. Sed & nos bonam tuam famam longe lateque protelare atque dilatare non desistimus, in eo quod certe post Deum sicut murum inexpugnabilem tuam firmissimam fidem in nostro pectore conferimus, magnam in te post Dei præsidium possidente spei fiduciam: quod & plerumque ob tuæ immaculatæ promissionis fideique meritum consecuturi sumus. Etenim magnopere præsente nostros missos, id est reverentissimum sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum Georgium, atque dilectum filium nostrum Stephanum presbyterum, ad vestram a Deo custoditam excellentiam misimus: dumque vestris Deo amicabilibus vestigiis fuerunt una cum Rodberto fidelissimo vestro misso præsentati, cuncta viva voce Christianissimæ excellentiæ tuæ quæ acta sunt, & rei exigit meritum, nobisque necessaria existentia intimabunt. Maximo namque desiderio noster anhelabat animus; apostolicas excellentiæ vestræ dirigere literas salutationis ac visitationis, ob causam rerum eventus significandum, & minime valuimus, imminentibus circumquaque Longobardorum regis insidiis. Attamen ecce jam duas apostolicarum literarum assertiones excellentię vestræ clam per maximam industriam misimus, & ignoramus si ad vos ipsæ pervenerint literæ. Unde ambigimus ne a Longobardis comprehendantur. Pro quo & nunc per prænominatos nostros missos alias vobis literas misimus, quasi obtemperantes præfati Desiderii regis voluntati, ad suos hospites absolvendum, & pacem confirmandum. Sed bone excellentissime fili, & spiritalis compater, ideo istas literas tali modo exaravimus, ut ipsi nostri missi ad vos in Franciam valerent transire: quoniam si hoc non egissemus nulla penitus ratione per Longobardorum fines transire valuissent. Sed susceptis ipsis literis, earum seriem nullo modo perficiatis, neque præfatos hospites permittatis parti Longobardorum restituere. Potius autem conjuramus te, excellentissime fili, & spiritalis compater, per Deum vivum, & corpus beati Petri, ut fortiter ipsum Desiderium vel ejus Longobardorum gentem constringere jubeas, quatenus præfatas quas pollicitus est civitates tuæ mellifluæ excellentiæ, & per te beato Petro fautori tuo restituat: quoniam nullam, ut præfatum est, de his quæ primitus pollicitus est, cum eo firmam valuimus stabilire convenientiam. Oramus autem omnipotentem Deum, ut pio intuitu de throno majestatis suæ super vos vestrumque regnum respiciat, & sua dextera excellentiam vestram circumtegat, atque in omnibus muniat, & præsentis vitæ cursum salubriter exequi, & regni potentiam gubernare permittat per plures annorum metas, una cum excellentissima & a Deo servata filia, & spiritali nostra commatre, atque amantissimis vestris meisque filiis, & gaudeatis de eorum florigero germine: & mittat omnipotens Deus, ut semen vestrum splendidissimum usque in finem mundi idem regni fruatur culmen, etiam venturo in sæculo infinita gaudia cum sanctis & electis suis vobis concedat: quatenus sicut in præsenti vita, & in futura beatitudine adepti promissam vobis mercedis coronam, cum Christo regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

EMBOLUM.

Pro veræ benedictionis causa direximus vobis appallateam unam spatham, ligatam in gemmis cum balteo suo: annulum unum, habentem hyacinthum: storacinum pallium unum, habentem paones. Quam parvam benedictionem petimus ut excepta injuria suscipere jubeatis. Dominis Carolo & Carolomanno, pro magna apostolica benedictione, annulos singulos, habentes hyacinthos.

III. AD PIPPINUM REGEM.

Laudat Pippinum, & gratias agit, quod adventatibus ipsis legatis, Remigio fratre & Authario duce, Desiderius rex civitates & patrimonia ecclesiæ ex parte restituerit, partem alteram in certum tempus redditurum se condixerit.

Domino excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.

Cod. Carolini 22

QUia excellentia vestra merito bonorum operum superno examini fuerit comprobata, ipsis jam in manifesto rerum exhibitarum effectibus demonstratum est.

IV.

ANNO CHRISTI 757.

IV. AD PIPPINUM REGEM.

Conqueritur iterum de Desiderio rege, quod promissam legatis integram restitutionem non præstet, & de comminatoriis literis quas scripserat. Orat Pippinum, ut tres legatos ecclesiæ causa mittat.

Domino excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino Francorum regi & patricio Romanorum Paulus papa.

Cod. Carolini 24.

A Deo institutæ præcellentiæ vestræ his nostris apostolicis syllabis, bone potentissime rex, fili excellentissime, & spiritalis compater, sicut nostro post Deum liberatori, ea quæ ad agnitionem nostram de diversis adveniunt partibus, summopere innotescere studemus. Agnoscat siquidem eximietas vestra, intimasse nobis quosdam sinceriissimos fideles spiritalis matris vestræ, sanctæ nostræ ecclesiæ, quod sex patricii, deferentes secum trecenta navigia, simulque & Sicilienſem stolum, in hanc Romanam urbem absoluti a regia urbe ad nos properant. Quid ii velint agere, aut pro qua diriguntur causa, rei veritatem ignoramus: hoc tantum nobis nunciatum est, quod ad nos progredi, & ad vestram summe laudabilem præcellentiam in Franciam ingredi sunt dispositi: eademque nobis destinatas literas infra hæc nostra scripta vestræ excellentiæ direximus intuendas. Itaque & hoc conservandæ eximietati vestræ innotescimus, quod quemadmodum in præsentia missorum vestrorum constitit cum Desiderio Longobardorum rege, ut nostras Romanorum justitias ex omnibus Longobardorum civitatibus plenius primitus acciperemus, & ita postmodum ad vicem ex omnibus nostris civitatibus integras Longobardis faceremus justitias; freti in hujusmodi ejus pollicitatione, quam in præsentia prædictorum missorum vestrorum exhibuit, nostros missos direximus ad easdem recipiendas faciendasque justitias. Ipse vero varias adhibens occasionum versutias, nequaquam nobis primitus, ut constitit, plenarias de omnibus suis civitatibus facere voluit quas exquirimus justitias, & ita demum suas in integro ex omnibus nostris civitatibus recipere: sed sigillatim tantummodo de una civitate facere, & de alia recipere maluit; volens per hoc dilationem inferre, ne pars nostra Romanorum propriam consequatur justitiam. Et ecce nostri missi nihil impetrantes ad nos sine effectu reversi sunt. Et plures depræda. tiones ex tunc, atque multa & inaudita mala in nostris immittit finibus. Unde ecce suas confestim direxit literas, per quas confidens in sua ferocitate, Deum præ oculis non habens, nec beatum principem apostolorum Petrum metuens, comminationes nobis direxit, & inania detractionum verba protulit. Quas & de præsenti, infra hanc nostram exarationis seriem, vestro præfulgido, & a Deo instituto culmini direximus, ut earum præcelsa eximietas vestra agnoscens textum, consideret, quanta sit ejus malitia, & elationis cordis superbia, in id quod contra beatum Petrum, & vestram regalem potentiam se erigens, malitias nobis comminatur inferre. Sed nos spem nostram, post Deum, sicut inexpugnabilem murum, firmissimam in vestram a Deo corroboratam excellentiam habemus. Pro quo flexo poplite petimus, & per nos etiam beatus Petrus apostolorum princeps vestram aggreditur eximiam præcellentiam, quatenus inspiratus ab omnipotente Deo, qui vos sanctæ suæ ecclesiæ defensorem ac liberatorem constituit, salutem nostram amplissime procurare, & contra omnium nostrorum inimicorum ferocitatem & arrogantiam solitus auxiliator & protector noster existere jubeas, Christianissime & spiritalis compater: quatenus lucratissimum præmium a redemptore nostro Domino Deo, intercedente beato Petro apostolorum principe, consequi mereamini; & sicut terrenum, ita & cæleste regnum cum sanctis & electis Dei per infinita sæcula consequi mereamini. De omnibus vero subtili enarratione præsenti Conberto vestro fidelissimo vasso injunximus cuncta liquidius vestræ regali potentiæ suggerere. Sed & hoc obnixe postulamus benignam excellentiam vestram, ut missos vestros aptos, quales vobis placuerint, ad nos dirigere debeatis, qui in nostro inveniantur esse auxilio: unus tamen ex eis usque Ticinum properare debeat, ut dum cum Desiderio rege locutus fuerit, quidquid ei in responsis reddiderit, vestræ excellentiæ renunciet: reliqui vero duo cum vestro dispositu & ordinatione apud nos conjungere festinent, ut in nostro, ut dictum est, consistant auxilio. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

V. AD PIPPINUM REGEM.

De sacra mensa Stephano papæ a Pippino rege donata: quo ritu Romæ ab ejus missis ad beati Petri confessionem oblata, & a Paulo papa suscepta atque consecrata sit.

Domino excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.

Codicis Carolini 14.

CUm maximo honorificentiæ conatu, & dilectionis affectu, quas præclara excellentia vestra misit literas, ferentibus Andrea & Gunderico solertissimis viris, Christianitatis vestræ missis, acceptantes suscepimus: *Et post alia:* Interea præcellentissime ac benignissime rex Christianissime fili & spiritalis compater, suscepimus & mensam illam, quam olim sanctæ recordationis domino & germano nostro beatissimo Stephano papæ, & per eum beato Petro apostolo obtulistis. Quam & cum hymnis & canticis spiritalibus, litaniæ laudes solemniter Deo referentes, infra aulam ipsius principis apostolorum introduximus: quamque vestri missi in sacram confessionem, super corpus scilicet ejusdem cælorum janitoris ex vestri persona obtulerunt. Quam & chrismate unctionis sanctificantes, & sacram oblationem super eam imponentes, sacrificium laudis Deo omnipotenti pro æterna animæ vestræ remuneratione & regni stabilitate obtulimus; decernentes apostolica censura sub anathematis interpositione, nulli unquam licere eam ab ecclesia beati Petri alienare. Et ecce memoriale vestrum in eadem apostolica aula fulgens permanet in æternum: cujus remunerationem vos credite a justo retributore Domino Deo, & beato apostolorum principe Petro, in cælestibus regnis adepturum. De Georgio itaque & Petro quod innotuistis omnino agnovimus. Sed hoc in vestræ voluntatis arbitrio relaxamus, ut qualiter vobis placuerit

ANNO CHRISTI 757.

cuerit, ita ex eis agatis, sive illos apud vos detinendo, sive etiam ad nos absolvendo: quoniam omnino quæ vobis placita sunt, & nobis omnino congrua & prospera esse videntur. Prætati denique missi vestri omnia quæ a vobis injuncta extiterunt liquidius nobis retulerunt: de quibus ad singula responsum reddidimus, eosque de cunctis informatos ad vos enarrandum absolvimus. Omnipotens autem Dominus, qui dives est in misericordia, suæ extensionis brachio vos continua defensione protegat, & omnes adversarios ac rebelles vestris regalibus subjiciat vestigiis, tribuens longæviter ac salubriter, una cum excellentissima filia, & spiritali nostra commatre, benignissima regina, & amantissimis natis Carolo & Carolomanno, excellentissimis regibus & patriciis Romanorum, atque Gisila nobilissima, regni gubernacula possidenda, & æterna gaudia cum sanctis & electis perfruenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

VI. AD PIPPINUM REGEM.

Gratias agit de misso ad se sabano, in quo Pippini filia sacris undis abluta suscepta fuerat, & quo pacto exceperit significat.

Domino excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.

Codicis Carolini 27.

LAtor præsentium literarum solertissimus Vulfardus, eximietatis vestræ fidelissimus, plenas jucunditate nobis attulit literas, quas & cum ingenti lætitia mancipantes, atque lectioni referantes, magna exultatione ovantes relevati sumus: agnito scilicet per eas præfulgido excellentiæ vestræ dilectionis affectu erga apostolicam sanctam Romanam ecclesiam, atque tautorem vestrum, cælorum regni janitorem, principem apostolorum beatum Petrum a vobis exhibito. Qua de re juges omnipotenti Deo efficacius persolvimus grates, profecto dum tam præcipuum fortissimumque virorum his in diebus sanctæ suæ contulit ecclesiæ tutorem. Interea, Christianissime Dei providentia victor rex, gemina festivitatis peregimus gaudia, in eo quod optata cordis adepti desideria, in vinculo spiritalis fœderis pariter sumus annexi. Præfatus nempe sodalitatis vestræ illustris missus pretiosissimum nobis supernæ gratiæ munus attulit; sabanum videlicet, in quo nostra dulcissima atque amantissima spiritalis filia sacratissimo lavacro abluta suscepta est. Quem & cum magna jucunditate, aggregata populi cohorte, infra aulam sacrati corporis auxiliatricis vestræ beatæ Petronillæ, quæ pro laude æterna memoriæ nominis vestri nunc dedicata dignoscitur, celebrantes Missarum solemnia, cum magno gaudio suscepimus; & per allatum eumdem sabanum eam tamquam præsentialiter nos suscepisse gaudemus. Unde quia amor fidei vestrum benignum ignivit cor, nobis per vinculum spiritalis fœderis adhærendum, juxta quod domno & germano meo beatæ recordationis sanctissimo Stephano papæ spopondistis, magnas gratiarum actiones a Deo protectæ excellentiæ vestræ persolvimus; implorantes crebro divinam misericordiam, ut ævis vos ac prosperis in solio regni conservans tueatur temporibus, & magno gaudio de ipsius spiritalis nostræ filiæ perfecta ætate vos jucundari permittat ad exaltationem sanctæ suæ ecclesiæ. Et quia copiosa nobis, ipsa Spiritus sancti scilicet compaternitatis gratia, quæ opitulante Deo inter nos rata consistit, auctoritas fiduciam contulit, peto & deprecor, benignissime spiritalis compater, optime rex, ut cœptum redemptionis Dei ecclesiæ, & plenariæ justitiæ beati Petri perficere jubeas bonum opus. Direxit quippe nobis insignis bonitas vestra per suos affatus, sibi innotescere adversantium causarum eventus. Unde certam a Deo protectam eximietatem vestram reddimus, nihil usque hactenus recepisse de his quæ per nostros legatos excellentiæ vestræ petendo mandavimus. Solite namque perfidi & maligni illi, in magna arrogantia cordis permanentes, nequaquam inclinantur justitiam beati Petri restituere. Tamen omnia, qualiter acta sunt, referentibus vestris missis agnoscere potestis: & subsequentem nostrum missum ad vos direximus, dignas vobis gratias de omnibus referentes, & cuncta per eum eximietati vestræ dirigimus in responsis de his quæ inantea provenerint. Sergio vero archiepiscopo, juxta id quod vestræ innotuit excellentiæ, indesinenter imminemus, ut suæ restituatur ecclesiæ. Petimus autem excellentem bonitatem vestram, ut reverentissimum & sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Vulcharium, sicut præfatus beatæ recordationis dominus & germanus meus sanctissimus Stephanus papa eum benignæ eximietati vestræ commendavit, in omnibus commendatum habere jubeatis. His prælibatis, trinus & unus Deus noster sua vos extensionis dextera protegat, cum dulcissima conjuge, excellentissima regina, spiritali nostra commatre, atque amantissimis vestris meisque filiis, in solio regni sospites permanentes, & in præsenti vita, & in æterna beatitudine uberrime concedat valere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Sabanum videlicet.*) In eadem re Victor Uticensis lib. 3. de Mirita diacono, & Epidophoro apostata: *Clam forte, nescientibus cunctis, bajulabat illa quibus eum susciperent de fonte dudum texerat sabana. Hæc sunt*, inquit, *linteamina, Epidophore, quæ te accusabunt, dum majestas venerit judicantis.*

VII. AD PIPPINUM REGEM.

Petit auxilium adversus Græcos, qui Ravennam oppugnaturi nunciabantur; oratque ut Desiderium quoque regem, & alios ad ferendam opem excitet.

Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Paulus papa.

Codicis Carolini 31.

PRæcelsæ & a Deo servatæ Christianitati vestræ his nostris innotescimus apicibus, quod jam absolutis vestris missis, qui nuper ad nos conjunxerunt, Vulchario videlicet sanctissimo fratre & coepiscopo nostro, & Felice religioso, & Ratberto viro illustri, conjunxit ad nuncium missum a fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ, spiritalis matris vestræ, qui vera semper nobis assolent indicare, significans nobis quod nefandi Græci, inimici sanctæ ecclesiæ Dei, & orthodoxæ fidei expugnatores, Deo sibi contrario, super nos & Ravennatium partes

tes irruere cupiunt, atque monitionem facere. Unde quia alibi, post Deum & beatum Petrum, nostra spes non est, nisi apud vestram nobilissimam excellentiam; ideo obnixis deprecationibus petimus te, excellentissime fili, & spiritalis compater, ut jubeas propter Deum, & reverentiam beati Petri salutem istius provinciæ a vobis redemptæ procurare, & confestim vestrum dignemini dirigere Desiderio Longobardorum regi missum, ut si necessitas fuerit significata, auxilium nobis pro incursione eorumdem inimicorum impertire debeat. Præcipiens Beneventanis, atque Spoletinis, seu Tuscanis nobis e vicino consistentibus, ut ipsi nostro occurrant solatio. Deprecantes & hoc a Deo institutam excellentiam vestram ut ad nos hoc adveniente Martio mense vestrum dirigere jubeatis missum, qui hic Romæ nobiscum demorari debeat, ut ipse, si necessitas exegerit, apud Desiderium imminere debeat regem pro eodem nobis transmittendo solatio: quia, ut plenissime satisfacta est vestra excellentia, non ob aliud ipsi nefandissimi nos persequuntur Græci, nisi propter sanctam & orthodoxam fidem, & venerandam patrum piam traditionem, & quam cupiunt destruere atque conculcare. Pro quo jubeat solite vestra benigna disponere excellentia, ut eorumdem inimicorum ad nihilum redigatur vesania, & perfectius hæc provincia, vestro certamine redempta, & a vobis beato Petro pro remedio animæ vestræ concessa, ab æmulorum insidiis tuta vestra consueta permaneat protectione, vobisque copiosa in cælis adscribatur merces, & nominis vestri laus, & universæ gentis exaltatio, sicut & jam factum est, nunc multo amplius in universo orbe terrarum divulgetur; atque intercedente beato Petro victoriæ triumphum e cælo vobis Dominus super omnes tribuat gentes: dum vestro auxilio confusis expugnatoribus sanctæ orthodoxæ fidei, pax & lætitia, & observatio Christianorum fidei in omnibus prædicata fuerit ecclesiis, meritoque ex hoc cælestia vobis a Deo conferantur gaudia. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

VIII. AD CAROLUM ET CARLOMANN. PIPPINI REGIS FILIOS.

Laudat illos, & hortatur, ut in tuenda ecclesiæ defensione parentum suorum vestigiis insistant.

Domnis nobilissimis atque excellentissimis filiis Carolo & Carlomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum, Paulus papa.

Codicis Carolini epist. 42.

OLim omnipotens Deus, cernens populi sui Israelitici lamentationem, & impiam ab Ægyptiis illatam oppressionem; misertus est eis, mittens famulum suum Moysem, per quem signa, & prodigia exercens, eumdem suum eripuit populum, & per eum legem illis instruens, ad optatam eos perduxit requiem. Cui etiam Josue, ut prælietur bella Domini, annectitur; atque alios sui divini nominis cultores eis concesit auxiliatores. Sed in omnibus illis non ita complacuit ejus divina majestas, sicut in David rege, de quo ait: *Servum meum secundum cor meum, in oleo sancto unxi eum*; cui & regnum & semini ejus in æternum gloriose tribuit possidendum. Sic enim, præcellentissimi atque nobilissimi filii, a Deo instituti reges, idem Dominus Deus noster in vestra Christianissima complacuit excellentia, atque in utero matris vos sanctificans, ad tam magnum regale pervexit culmen, mittens apostolum suum beatum Petrum, per ejus nempe vicarium, & oleo sancto vos, vestrumque præcellentissimum genitorem ungens, cælestibus replevit benedictionibus, & sanctam suam catholicam & apostolicam ecclesiam, atque orthodoxam Christianorum fidem vobis commisit exaltandam, atque viriliter defendendam. Quod profecto excellentissimi filii, Spiritus sancti gratia repleti, & cælesti protectione adjuti, agere totis nisibus statuistis, & vestro auxilio atque certamine ipsa sancta Dei ecclesia, spiritalis mater vestra, ab inimicorum insidiis liberata exultat in Domino Jesu Christo, & in conspectu divinitatis vestra effulgent pia opera, & cum David atque Salomone regibus, & cæteris Dei cultoribus, vestra in cælestibus regnis adscripta sunt nomina. Interea dum tanto vestro beneficio dignoscimur esse relevati, amor nos hortatur, Christianissimi ac dulcissimi filii de vestra prosperitate sedule addiscere, in Domino gratulari. Et ideo visitationis atque salutationis paterno affectu his nostris apostolicis apicibus persolvimus vinculum, magnopere præsentem Petrum, primum defensorum sanctæ nostræ ecclesiæ, nostrumque fidelem missum, ad vestram dirigentes excellentiam, quatenus desiderabilem nostra vice referat salutem. Quem petimus benigne a vobis suscipi, & de vestra per eum sospitate nos certos lætosque reddi: obnixe petentes, dulcissimi filii, excellentiam vestram, ut pia vestigia sequentes, imitatores efficiamini Christianorum parentum vestrorum, avi nempe & proavi, atque excellentissimi & a Deo instituti magni regis genitoris vestri & præcellentissimæ genitricis vestræ a Deo conservandæ reginæ; qui vere præ omnibus regibus fideles Deo & beato Petro esse comprobantur, quorum merita in cælestibus regnis fulgent. Unde & petimus misericordissimam Dei nostri longanimitatem, ut sua vos gratia protegens ævis & prosperis temporibus regalia sceptra concedat perfruenda, dilatans terminos regni vestri, & victorias vobis de cælo tribuat, omnesque adversarios vestris prosternat vestigiis, & sicut terrenum, ita & cæleste regnum vobis per infinita sæcula tribuat possidendum. Bene valete.

ANNO CHRISTI 757.

IX. AD PIPPINUM REGEM.

Monachos a Remedio Pippini fratre Romam missos ad discendam psalmodiæ modulationem, Simeonis prioris scholæ cantorum disciplinæ traditos esse, ut postulabat.

Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino Francorum regi, & patricio Romanorum, Paulus papa.

CUM charitatis amor, quem erga vestram a Deo illustratam insignem gerimus excellentiam, nostro enucleatius vigeat cordi, curæ idcirco nostræ existit, excellentissime regum, vestræ gnaviter & præclaræ totis obtemperare nisibus voluntati: præsertim dum & amplissimo vestræ excellentiæ præsidio relevati, & post

Codicis Carolini epist. 43.

Psalm. 88.

& post Deum ab insidiatorum videamur sævitio erepti. Et ideo quotiens nobis relationum vestrarum apices perferuntur, gratuito acceptantes animo, confestim quod eorum textus eloquitur effectui satagimus mancipandum. Unde susceptis in præsentia Deo protectæ excellentiæ vestræ syllabis, nempe relectis, protinus cuncta quæ ferebantur in illis libenter adimplevimus. In eis siquidem comperimus exaratum, quod præsentes Deo amabilis Remedii germani vestri monachos Simeoni scholæ cantorum priori contradere deberemus, ad instruendum eos in psalmodiæ modulatione, quam ab eo apprehendere, tempore quo illic in vestris regionibus extitit, nequiverant: pro quo valde ipsum vestrum asseritis germanum tristem effectum, in eo quod non ejus perfecte instruxisset monachos. Et quidem, benignissime rex, satisfacimus Christianitati tuæ, quod nisi Georgius, qui eidem scholæ præfuit, de hac migrasset luce, nequaquam eumdem Simeonem a vestri germani servitio abstrahere niteremur. Sed defuncto prefato Georgio, & in ejus idem Simeon, utpote sequens illius, accedens locum, ideo pro doctrina scholæ eum ad nos accersivimus. Nam absit a nobis, ut quidpiam, quod vobis vestrisque fidelibus onerosum existit, peragamus quoquomodo. Potius autem ut præfatum est, in vestræ charitatis dilectione firmi permanentes, libentissime, in quantum virtus suppetit, voluntati vestrę obtemperandum decertamus. Propter quod & prefatos vestri germani monachos sępedicto contradidimus Simeoni, eosque optime collocantes, solerti industria eamdem psalmodię modulationem instrui præcepimus, & crebro in eadem, donec perfecte eruditi efficiantur, pro amplissima vestrę excellentię atque nobilissimi germani vestri dilectione, ecclesiasticę doctrinæ cantilena disposuimus efficaci cura permanere: optantes de reliquo excellentiam vestram ævis ac prosperis temporibus in Domino valere & regni perfrui sceptro, atque triumphales de hostibus, intercedente beato Petro consequi victorias. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

dinis repensationem vestro exercitui conferemus? aut quæ thesaurorum copiæ dignæ sint ad tot benficiorum præsidia, quæ sanctæ ecclesiæ contulistis? At licet in hoc mentis consideratio & possibilitas coarctetur vobis digna rependere; verumtamen est judex justus in cælis Dominus Deus noster, qui digna vestrorum retribuet operum merita. Vere enim elevatum est nomen genti vestræ super multas generationum nationes, & regnum Francorum vibrans emicat in conspectu Domini; quod talibus benignissimis catholicæ & apostolicæ sanctæ Dei ecclesiæ liberatoribus præornatur regibus. Novus quippe Moyses, novusque David in omnibus operibus suis effectus est Christianissimus a Deo protectus filius, & spiritalis compater, dominus Pippinus, Dei nutu victoriosissimus rex, per quem exaltata Dei ecclesia triumphat, & fides catholica ab hæreticorum telo illibata consistit. Et vos quidem, charissimi, gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis, cui benedixit Dominus Deus Israel, gaudete & exultate, quia nomina vestra, regumque vestrorum, exarata sunt in cęlis, & merces vestra magna est coram Deo & angelis ejus. Firmum quippe beatissimum Petrum apostolorum principem, cui a Redemptore nostro ligandi solvendique peccata in cęlo ac in terra concessa est potestas, adepti estis protectorem. Sed omnipotens Dominus, ejusdem sui apostoli intercessionibus, benedicat, protegat, atque confortet, & corroboret Deo amabilem communitatem vestram, actusque vestros in beneplacito suo disponat, tribuens vobis a cęlo victoriam, fines vestros dilatet, subjiciens excellentissimis regibus vestris omnes barbaras nationes, ad perfectam liberationem & exaltationem sanctæ universalis Dei ecclesiæ, & fidei orthodoxæ integritatem: detque vobis ea sapere quę illi sunt placita, & multo amplius corda vestra in amore beati Petri, & ejus apostolicæ sedis illustret: fidelique studio ejus præceptis apostolicis obtemperantes, vestrorumque regum mandata observantes, & præsentis vitæ cursum cum victoria & bona fama exequi, & æterna gaudia cum cęli civibus perfrui mereamini.

ANNO CHRISTI 757.

X. AD FRANCOS UNIVERSOS.

Gratias agit pro fideli opera ecclesiæ Romanæ prestita. Laudat gentem Francorum, ejusque reges, & benedictiones uberrimas impertit.

Paulus servus servorum Dei omnibus dilecti nobis episcopis, & venerabilibus presbyteris, & abbatibus, atque religiosis monachis, gloriosis etiam ducibus & comitibus, seu universæ Christo dilectæ generalitati exercitus a Deo protecti regni Francorum constitutis.

Codicis Carolini epist. 22.

COnsiderantibus nobis, & velut ignitam coram nostris aspectibus splendifluam Christo amabilis fortitudinis vestræ fidem, & laboriosum certamen adhibentibus, quod liberationi sanctę catholicę & apostolicę Romanę ecclesię, quę vos verbo prędicationis peculiaritatis modo sinceros genuit filios, exhibere totis nisibus studetis, magna nobis admirandi inhęret qualitas, & hęc laudis pręconia vestro nomini, & benedictę generationi proferre in universo non desistimus orbe terrarum. O dulcissimi atque amantissimi nobis, quam vicissitu-

EPISTOLA XI. PAULI PAPÆ I.

Sive diploma pro immunitate monasterii sancti Hilari Galiatensis sub Ravennate ecclesia positi.

IGitur de divino nutu ante horum... annorum sanctæ recordationis dominus & germanus noster beatissimus Stephanus, hujus apostolicæ sedis præsul ad redimendam Italiæ provinciam, simulque exarchatum Ravennatium de manibus gentium, Franciæ properasset regionem; contigit eo revertente, suum peragrari iter per monasterium beati Hilari, situm in territorio Populiense: cessante æmulorum sævitia, gratissime atque cum maxima honoris humilitate susceptus est ab Anscauso quondam Popiliensi episcopo & abbate ipsius venerabilis monasterii: &.... eumdem beatissimum pontificem .... prædictus quondam Anscausus episcopus affluenter ipsius itineris subsidia illi tribuit.

Et dum idem beatissimus prædecessor noster hujus apostolicæ sedis antistes suo laborioso certamine provinciam illam videlicet exarchatum Ravennatium, a jugo servitutis ditionis

ANNO CHRISTI 757.

gentium Dei providentia redemit: tunc vicissitudinem propensi beneficii eidem Anscauso episcopo irrogans, prædictum monasterium diebus vitæ suæ fruendum illi concesit. Unde & nos hujusmodi concessi præsidii largitatem sub apostolicæ præceptionis pagina confirmavimus, atque jurisdictioni sanctæ nostræ ecclesiæ submisimus eum.

Nunc vero divina vocatione ipso Anscauso de hac migrante luce, agnoscentes rei veritatem, predictum venerabile monasterium juris sancte Ravennatis ecclesię a diuturnis existere temporibus, ideoque perpendentes contra omnem rationem esse, ut ipse venerabilis locus a sancta Ravennate ecclesia abstrahatur..... ea quę pridem pro subtractione ejus promulgata sunt incongrue atque irrationabiliter omnia irrita & invalida esse statuentes, statuimus.

Unde per hujus nostrę apostolicę præceptionis paginam, denuo ipsum venerabile monasterium beati Hilari cum omnibus ei pertinentibus sub jurisdictione Ravennatis ecclesię, atque reverendę fraternitatis tuę, successorumque tuorum, perpetuis, atque perennibus temporibus, statuimus permanendum: & ut tuę... successoribusque tuis placuerit, perenniter ipse venerabilis locus disponatur. Statuentes apostolica censura sub anathematis interdictione, & divini judicii obtestatione, nulli cuilibet personę parvę vel magnę quoquo modo licere idem venerabile monasterium a jurisdictione sanctæ Ravennatis ecclesię, atque tuę fraternę reverentię successorumque tuorum auferre: sed etsi quodlibet monimen de eodem monasterio contrarium ecclesię vestrę Ravennati repertum fuerit, vacuum & inane esse decernimus. Datum Nonis Februariis, imperante domno piissimo Augusto a Deo coronato magno imperatore, anno XL. & * pacis ejus anno * XX. sed & Leone imperatore ejus filio anno VII. indictione XII.

* *lege* post consulatum. * X.X.

XII. AD JOANNEM ABBATEM

De ecclesia ac monasteriis a se erectis in paternis ædibus sub titulo sanctorum Stephani papæ & martyris, & Silvestri papæ & confessoris.

* *Leonis.*

Paulus episcopus servus servorum Dei * *Icontio religioso presbytero & abbati venerabilis monasterii sanctorum Stephani martyris atque Silvestri confessoris Christi, & aliorum innumeralium martyrum & confessorum Dei in eodem sancto monasterio a nobis annuente Deo fundato quiescentium, & cum eo ipsi venerabili monasterio in perpetuum.*

INter diversa studiorum examina, & varias humanæ inconstantiæ operationes, qui nimirum in hac temporali vita pertractantur: illa præsertim toto mentis nisu perficienda sunt, quæ ad laudem Domini Dei nostri, & sanctorum ejus celeberrimum respiciunt honorem. Et profecto omnia sequuntur prospera, si primitus quæ Deo sunt gloriosa, & sanctis ejus præfulgida, procuramus. Ob hoc nempe, dum divina Redemptoris nostri ineffabilis potentiæ gratia in meam respicere dignata est exiguitatem, magna cura insistere, & anhelante fere dilectionis affectu diuturna ejus benignitate ac misericordia procuramus laudes, & meorum ipsi offerre majestati desideria votorum. Atque ex hoc divinæ illustrationis compunctus inspiratione, vehementer, licet immeritus, procurare studui ea quæ ad cultum Dei, & dignam sanctorum pertineant venerationem, & maxima roborationis censura confirmare.

Quoniam valde me, fateor, optimis beneficiorum eorumdem sanctorum suffragiis apud divinam adjutum misericordiam, pro eo quod nullis virtutum profectibus mereor institutum, scilicet gravi peccatorum mole prægravatum, adeo magnum & terribile apostolicæ sedis officium prosequi, nisi eorum præsidio divina me prævenerit dignatio. Verumtamen in hoc omnipotentiæ suæ cunctorum præscius conditor & redemptor Dominus noster Jesus Christus demonstrat indicia, quod ea quæ apud eos ipsos despecta sunt, nobis ad spem profectus, potentiæ suæ gratia illustrante, perducit, quod in me nimirum cernitur evenisse. Idcirco ingenti gratulationis lætitia refectus, laudem Domini loquitur os meum, cor & lingua benedicit sanctum nomen ejus, magnæ pietatis clementiæ congruenter confero vota.

Igitur cum per evoluta annorum spatia, diversa sanctorum Christi martyrum atque confessorum ejus foras muros hujus Romanæ urbis sita antiquitus cœmeteria neglecta satis manerent diruta, contigit postmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus esse demolita. Qui etiam & aliquanta ipsorum effodientes martyrum sepulchra, & impia devastantes, quorumdam sanctorum deprædati, auferentes secum deportaverunt corpora. Et ex eo tempore omnino desidiose atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam & (quod dici nefas est) etiam & diversa animalia in aliquantis eisdem sanctorum cœmeteriis aditum habentia: illic etenim eorum existebant septa animalium, in quibus fœtoris egerebant squalorem.

Unde conspecta eorumdem sanctorum locorum desidiosa incuria, & ex hoc valde ingemiscens, atque plurima doloris attritus mœstitia, aptum prospexi, Deo annuente, eosdem sanctos martyres & confessores Christi, & virgines ex iisdem dirutis auferre locis. Quos & cum hymnis & canticis spiritalibus in hanc Romanam introduximus urbem, & in ecclesiam, quam noviter a fundamentis in eorum honorem constituxi (intra mœnia scilicet in domo quæ mihi parentali successione obvenit, in qua me natum constat atque nutritum) eorum sanctissima collocans condidit corpora. Ubi congregationem constitui monachorum speciali censura in honorem & in nomine beatorum Stephani papę & martyris, atque Silvestri papæ & confessoris Christi. In quo veneranda eorum quiescunt corpora, Monasterium virorum monachorum esse censui, scilicet ad modulationis exercendam psalmodiam, in perpetuum esse decrevi, constituens sedulas ibidem Domino Deo redemptori nostro referri laudes, & æternam eorumdem sanctorum illic quiescentium venerationis memoriam ad gloriam divinæ potentiæ celebrari, atque pro dilatione atque stabilitate reipublicæ, nec non & salute omnium fidelium Christianorum, & ob meorum veniam delictorum quotidianas fundi preces, & debitum & condecentem eisdem omnibus Dei sanctis exhiberi honorem.

Quoniam dum ipsi martyres Christi, contemptis humanæ gloriæ blandimentis, atque diversa tormentorum supplicia perpessi, pro Christi

sunt

ANNO CHRISTI 757.

sunt nomine capite truncati, & amici Dei effecti: omnino congruit, ut sicut eorum animę in cælestibus regnis cum angelis triumphant, ita & in terris quoque eorum sacratissima corpora lucidissimis habitaculis collocata optime ab omnibus venerentur Christianis, dum nimirum impensius pro suis cultoribus divinam non resistunt implorare omnipotentiam. Ipsorum quippe me sanctorum confero præsidiis, confidens eorum me suffragiis a peccatorum, qua premor, exui mole.

* Sed & Ecclesia & monasterium erectum a Paulo papa.

* Et ecce, propitiante Domino, idem a nobis in eorum honorem fundatum monasterium diversis prædiis atque rebus & possessionibus urbanis vel rusticis, & cunctis necessariis utensilibus optime ditantes, omnia quæ ad concinnationem luminarium, & sedulam sacrificiorum oblationem, vel ea quę ad usus illic consistentium monachorum sufficiunt, concessimus, id est massas, fundos, casales, colonias, vineas etiam atque hortos, & oliveta, seu domos & hospitia, salinas, & aquimolas, vel piscarias, & reliqua possessionum prędia in diversis locis & civitatibus sita, simulque & servorum famulantium secum peculia. Addentes etiam, & sub jure & ditione ipsius nostri monasterii confirmantes aliqua monasteria & venerabilia loca cum universis possessionibus & omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus.

Hæc nempe omnia loca, possessiones vel prędia urbana vel rustica, cum universis generaliter & in integro eis pertinentibus, ubi, & quocumque loco & civitate consistunt, & a nobis jam præfato nostro monasterio concessa sunt, vel in posterum fuerint largienda, per præcepta pontificalia & cęteras monitiones ibidem sint vel fuerint confirmata, præsidente sacerdotali concilio, statuentes sancimus apostolica censura, & sub divini judicii obtestatione a nostris successoribus pontificibus servanda decernimus, ut in eodem venerabili monasterio perenniter permaneant, atque in ejus usu pro quotidiana sacrificii oblatione, in luminarium concinnatione, atque sustentatione illic existentium monachorum sempiterno jure proficiant.

Unde & sub terribili & tremenda futura cavemus die adventus magni Domini nostri Jesu Christi, in qua judicaturus est vivos & mortuos & sæculum per ignem, etiam & maximis sub anathematis interdictionibus Domini nostri Jesu Christi, & B. Petri principis apostolorum auctoritate decernimus, nulli quoque modo nostrorum successorum pontificum licere, vel alicui magnæ parvæque personæ, cujuscumque sit honoris prædita dignitate, qualibet exquisitiore ingenii arte dissolvere hæc quę a nobis pro intuitu ad laudem Redemptoris nostri, & honorem sanctorum ejus constituta sunt. Nec penitus ex iisdem locis vel possessionibus atque rebus & facultatibus, familiis etiam & peculiis, vel quidquid ad idem venerabile monasterium pertinere dignoscitur, auferre, neque quoquo modo alienare: potius autem omnia, ut prælatum est, in eodem sancto loco perenniter in integro permaneant. Sed nec abbas, qui pro tempore curam ipsius monasterii gesserit, quoquo modo præsumat quemlibet locum qui in usu exiitit monasterii cuiquam locare, aut venumdare, nec quidquam ex rebus ei pertinentibus usurpare ac fraudare.

Statuentes interea & hoc decernimus, ut cuncta congregatio monachorum in eodem sancto consistentium monasterio in die Domino Deo nostro referant laudes, & debitum illic quiescentibus martyribus atque confessoribus Christi persolvant honorem: sed etiam ei, qui vires * subvenit, amplissimas omnium Redemptori nostro studeant referre laudes; quoniam scriptum est: *Et adjiciam super omnem laudem tuam*. Nam & hoc promulgantes sancimus, & per omnipotentis Dei nostri virtutem, sub terribili anathematis obligatione, omnes obtestantes decernimus, nullum unquam præsumere quamlibet contrarietatem aut malitiam in eodem nostro monasterio, vel pertinentibus ei causis inferre; sed magis pro Dei timore & maximo sanctorum ejus honore cuncti juvamina & auxilii opem ipsi vel pertinentibus ei causis atque utilitatibus ingerant, ut participes & ipsi hujus boni efficiantur operis, & mercedis præmia hujuscemodi beneficio ab omnipotenti Deo consequantur.

ANNO CHRISTI 757.

* subjecit.

Psalm 70.

Hæc vero omnia a nobis ad laudem Redemptoris nostri promulgata, & ab universo sacerdotali concilio confirmata, & maximis obligationibus corroborata Deo vivo & vero decernimus perenniter conservanda. Si quis autem ex nostris successoribus pontificibus, aut ex quocumque homine potente vel inferiore, magna scilicet parvaque persona, cujuscumque sit honoris præditus & dignitatis, præsumpserit quocumque argumento vel exquisita occasione hæc quæ a nobis ad cultum Dei statuta sunt destruere aut dissolvere, vel quoquo modo temerare, aut etiam frangere, & (quod non optamus) quemlibet locum aut possessionem, vel quidquid prædicto venerabili monasterio pertinere dignoscitur, auferre aut alienare ex eodem sancto loco conatus fuerit: sciat se Domini nostri Jesu Christi, atque beati Petri principis apostolorum auctoritate, insolubili anathematis vinculo nodatum esse, & a regno Dei alienatum, contrarios sibi sentiens omnes eosdem sanctos martyres, & confessores, & virgines Christi, & cum ipsis ante tribunal Dei omnipotentis in tremenda examinis die judicii debeat cum eisdem sanctis facere rationes.

Ipsum enim judicem peto, qui est retributor omnium, pro cujus laude hæc nos constituisse dignoscimur, ut iram suæ potentiæ, omnibus hujus nostri apostolici constituti transgressoribus inferat, & insanabili ultionis vulnere percutiat cunctos qui prædictum nostrum monasterium lædere, vel contrariam mentem in causis pertinentibus ei exhibere tentaverint, vel quidquam ex omnibus ei pertinentibus * abstollere præsumpserint: ut sit vita eorum laboriosa & pessima, nimisque lugubris, atque languentes deficiant, & suorum minime consequantur, nisi resipuerint, veniam delictorum, sententiam sumentes Ananiæ & Sapphiræ, qui mendacii noxa * insepti ante pedes apostolorum expiraverunt. Contingatque eis sicut Dathan & Abiron, quos aperiens terra os suum vivos deglutivit. Et cum diabolo ejusque atrocissimis & deterrimis pompis, atque cum Juda traditore Domini nostri Salvatoris Jesu Christi, & omnibus impiis deputari in tartareo igne, & inextinguibili incendio, & in voragine chaos demersi crementur in æternum.

* abstrahere.

* f. infecti.

Porro qui inventi fuerint monasterium nostrum defendere, quod ad laudem Dei, & honorem sanctorum ejus constituimus, & omnia quæ in hoc apostolico continentur constituimus, annexa custodientes, integra mentis since-

ANNO CHRISTI 657.

sinceritate obſervaverint, a dextris Dei inveniantur in loco lucis conſtituti, & omnes ſanctos Dei martyres, confeſſores, & virgines Chriſti, qui in eodem venerabili monaſterio quieſcunt, firmos habeant protectores, eorumque ſuffragiis & in præſenti vita adjuventur, & in futura beatitudine cæleſtis regni gaudere cum angelis Dei & omnibus ſanctis & electis per infinita conſequantur ſæcula.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Paulus epiſcopus ſanctæ catholicæ & apoſtolicę Romanę eccleſię huic conſtituto a nobis facto ſubſcripſi.

Joannes humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Nepeſinæ huic conſtituto a nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Joannes humilis epiſcopus eccleſiæ Tiburtinę huic conſtituto a nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Gratianus humilis epiſcopus Velitrenſis eccleſiæ huic conſtituto a nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Petrus humilis epiſcopus eccleſię Labicanenſis huic conſtituto a nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Parvus humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ in Tribus tabernis huic conſtituto a nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Bonifacius humilis epiſcopus eccleſiæ Tifernæ, *&c. ut ſupra.*

* Maturanenſis. Domnus humilis epiſcopus eccleſiæ * Maturanenſis, *&c. ut ſupra.*

Epiphanius peccator epiſcopus eccleſię Perusinæ, *&c. ut ſupra.*

Conſtantinus humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Anagninæ, *&c. ut ſupra.*

Anaſtaſius humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Senogalienſis, *&c. ut ſupra.*

Leo humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Salernitanæ, *&c. ut ſupra.*

Petrus humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Cerenſis, *&c. ut ſupra.*

Leo humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Albanenſis, *&c. ut ſupra.*

Gregorius humilis epiſcopus eccleſiæ Prænestinę, *&c. ut ſupra.*

Jordanus humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Senenſis, *&c. ut ſupra.*

Adam humilis epiſcopus ſanctę eccleſiæ Hortanæ, *&c. ut ſupra.*

* Calpienſis, *vel* Vercellenſis. Rodulphus humilis epiſcopus ſanctę eccleſię* Cellenſis, *&c. ut ſupra.*

Gregorius humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Silvæ candidæ, *&c. ut ſupra.*

Sunalbus humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Amerinæ, *&c. ut ſupra*: & alii cęteri qui capere poſſumus: ita ibi.

Subſcriptiones cardinalium.

Gregorius archipresbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Balbinæ.

Philippus humilis presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Marci.

Gregorius ſacræ Romanæ eccleſiæ humilis presbyter tituli ſanctæ Anaſtaſiæ. ANNO CHRISTI 657.

Theophilus ſacræ Romanę eccleſię humilis presbyter tituli ſanctæ Sabinæ.

Euſtochius humilis presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli .....

Stephanus humilis presbyter ſacræ Romanæ eccleſię tituli ſanctæ Cæciliæ.

Conſtantinus humilis presbyter ſacræ Romanę eccleſię tituli ſanctorum quatuor Coronatorum.

Marinus humilis presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Laurentii qui vocatur Damaſi.

Subſcriptio trium epiſcoporum qui reſidui erant, ſed defectu chartæ abſque ſubſcriptione præterierant.

Suthinius epiſcopus Tranenſis eccleſiæ.
Leontius epiſcopus Amiterninæ eccleſiæ.
Stephanus epiſcopus Ferentinatis eccleſiæ.

Subſcriptio reliquorum cardinalium.

Theopemptus presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Euſebii.

Leontius presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Suſannæ.

Euſebius presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli Laurentii in Lucina.

Benedictus presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli S. Marcelli.

Clemens presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Anaſtaſię.

Chriſtophorus presbyter ſacrę Romanæ eccleſię tituli ſancti Vitalis.

Donatus presbyter ſacrę Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Sixti.

Andreas presbyter ſacræ Romanæ eccleſię tituli ſanctæ Mariæ in Calliſto.

Saxolus presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Cyriaci.

Hermogenes presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Priſcæ.

Petrus humilis archidiaconus ſanctæ ſedis apoſtolicę.

Datum quarto Nonas Junii, imperante domino Conſtantino Auguſto a Deo coronato magno imperatore anno quadrageſimo primo, ex quo cum patre regnare cœpit: & poſt conſulatum ejus anno vigeſimo primo, indictione decima quarta. An. Ch. 761.

Porro in eadem membrana Pauli papæ verbis hæc addita reperiuntur.

Menſe Julii die decimanona introduximus in hoc oraculum corpus beati Silveſtri epiſcopi & confeſſoris Chriſti. Menſe Auguſti die ſeptimadecima introduximus corpus beati Stephani martyris atque pontificis, tempore Conſtantini & Leonis Auguſtorum, & Pippini excellentiſſimi regis Francorum & defenſoris Romani, indictione quartadecima.

ANNO CHRISTI 757.

AD EPISTOLAS PAULI I. PAPÆ

APPENDIX.

AD ECGBERTUM EBORACENSEM

Archiepiscopum, & Eadbertum regis Anglorum filium,

Ut ablata ab eodem regis filio Forthredo abbati monasteria restituat.

Dilectissimo fratri Ecgberto archiepiscopo, sed & Eadberchto excellentissimo filio regi Paulus papa salutem.

Extat apud Wilkins tom. I. pag 144.

ARbiter rerum & opifex, qui solo verbo cuncta ex nihilo fingens, humanam (de) limo creavit naturam, trinus & unus Dominus Deus noster, cui machinæ poli ac telluris materia perenni lege famulantur, ad hoc prudentissimam nobilitatem vestram dominicæ plebis suæ curam instituit exequi, ut ea, quæ ad ejus divinæ majestatis cultum respiciunt, solerti cura inhianter perficere studeatis, quatenus vestræ industriæ præsidio protegatur eorum salus, qui hujus mundi latebrosis insidiis (non) carent. Etenim, nobis dilectissime, mul- B torum relatione affatim comperimus efficaci solertia vos pollere. Et quia attentius de illa florigera vita, quæ nullo terminorum succiditur fine, mente devota cogitare anhelatis; ideo libentissime ea, quæ ad vestræ animæ respiciunt salutem, per nostram apostolicam admonitionem, dilectionem, atque excellentiam vestram postulare aptum prospeximus. Itaque veniens ad limina protectorum vestrorum beatorum principum apostolorum, Petri, ac Pauli, præsens Forthredus religiosus abbas retulit nobis, inquiens: Quod tria monasteria illi concessa fuissent a quadam abbatissa, id est, monasteria quæ *Staningagrave* seu *Cuchavvalda* & *Donaemuthe* dicuntur. Quæ videlicet monasteria C per vim ab eo tua abstulit excellentia, & cuidam Patricio, fratri ejus, *Moll* nomine tribuit. De qua re nimis tristes effecti sumus, excellentissime fili, quoniam extra præceptum Dei hoc omnino egisti. Et liquet profecto, A quod ad excidium animæ tuæ pertinet, dum eadem monasteria ab eo, qui in officio divini cultus perseverat, abstulisti; & qui in hujus mundi curis desudat, concedere studuisti. Neque enim fas est, excellentissime fili, ut humani favoris magis intuitum, quam Dei timorem præ oculis tuis adhibeas. Debuerat enim excellentissima prudentia tua de suis propriis opibus, locis, atque amœnis eidem venerabilibus prærogativa subsidii adminicula impertiri. Quoniam scriptum est. *Honora Dominum de tua propria substantia.* * Quapropter * Prov. III. 9. hortamur solertiam vestram, & per apostolicam sedem admonemus, ut sibi vere obedientes, prout debetis, ob amorem protectoris ve- B stri prælato Forthredo abbati ipsa tria monasteria restituatis; quatenus, juxta quod a præfata abbatissa illi concessa sunt, sine qualibet ambiguitate aut infesta molestia perfrui mereatur, & secundum præditam & insitam vobis solertiam cuncta venerabilia loca pro intuitu fovere, & in omnibus protegere maturate. Atque quod ab eis ablatum est, modis omnibus eisdem sanctis restituendum vestræ adhęreat curæ; ut ex hoc prava vitiorum usurpatione amputata, nulli laicorum, vel aliæ cuilibet personæ denuo licentia admittatur piorum pertinentia locorum invadendi; sed magis vestro studio ea, quæ respiciunt ad religiositatis propositum, impensius propagen- C tur. Ex hoc enim, excellentissime fili, divinum adsumes remunerationis adminiculum, & contra hostis ferocis versutiam prævalebis, & æternam procul dubio consequi promereberis vitam.

[a] CONCILIUM COMPENDIENSE

QUOD APUD COMPENDIUM PALATIUM

Publicum in generali populi conventu celebratum est, [b] anno Christi DCCLVII. Pauli papæ I. Pippini regis VI.

Vide Baluzium Capitular. tom. I. pag. 180. *edit. Paris.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Poterat æquo jure Sirmondus noster Compendiense illud, sive decretum voces, sive concilium, revocare ad annum 756. proxime præcedentem, atque ad præsentem 757. cum certissimis atque extra omnem controversiam positis constet judicils synodum fuisse in Compendio palatio anno 756. celebratam. Fidem omni exceptione majorem facit diploma Chrodogangi Metensis antistitis, eo loci firmatum subscriptionibus episcoporum in confirmationem privilegii Gorziensis abbatiæ ab eo fundatæ. Illud debebis, lector, humanitati R. P. Alexandri Vvilthemii societatis nostræ viri eruditissimi, qui ad me ante aliquot annos, Luciliburgo misit cum diplomate fundationis nobilissimæ Prumiensis sancti Salvatoris abbatiæ concesso die 13. Aug. anno XI. regnante eodem Pippino gloriosissimo rege aliisque quam plurimis.

Con-

[a] Primus edidit P. Jacobus Sirmondus ex MS. Cod. S. Vinc. Metensis. *Hard.* Emendatius deinde Baluzius in Capitularibus tom. I. & nos ex eo.

Caput XIII. hujus Concil. laudat Fulbertus Carnot. in epist. 33. ex Concil. Liptinensi sub Zacharia Papa sub Principe Carlomanno. *Hard.*

ANNO CHRISTI 717.

Confirmatio privilegii domini Grodegangi archiepiſcopi antiquior ex chartulario Gorzienſis monaſterii in D. Metenſi.

In Dei nomine Chrodegangus ac ſi peccator Metenſis urbis epiſcopus dum in voluminibus divinarum ſeriem ſcripturarum juxta poſsibilitatem ex mediocritate mei ſenſus, attonitis auribus, & ſedula conſideratione inſpicerem quid Luc. 6. Dei filius diceret, audiens, *date & dabitur vobis*; Luc. 12. & alibi: *date eleemoſynam; & ecce omnia munda fiant vobis*, idcirco cœpi mœſtus conquirere quid pro animæ remedio, quid pro abluendis ponderibus peccatorum facerem vel in quibus imitarer exempla priſcorum patrum, epiſcoporum meorum anteceſſorum in operibus, quibus credimus Deo placuiſſe, hinc per Dei adjutorium una cum comeatu, & voluntate domini noſtri piiſsimi ac glorioſiſsimi regis Pippini Francorum, atque conſenſu fratrum noſtrorum canonicorum, ſpiritualium & Deum timentium laicorum fidelium ſancti Stephani, ædificavi monaſterium in loco qui dicitur Gorzia in pago Scarponinſe in honorem beatiſsimorum apoſtolorum Petri & Pauli, nec non & ſancti Stephani ſeu & cęterorum ſanctorum, & fundans atque dotans ipſum monaſterium de rebus, & terris quæ propter venditiones [1] commutationes, mihi legibus obvenerant, ea ſcilicet conditione, ut in monaſterio monachi ſecundum ordinem & regulam ſancti patris noſtri Benedicti abbatis amodo & ſemper perpetuis temporibus vivant, & ſicut ibi ſcriptum eſt, nihil penitus proprium habentes, ſed ſint illis communia omnia in omnibus, qualiter & pro ſe, & pro aliis valeant exorare; igitur compulit nos affectio charitatis atque dilectionis fratrum ipſorum, pro eorum quiete & ordine, qualiter Deo juvante valeant implere regulam & ordinem ſuum, & quod nobis ſucceſſoribuſque noſtris maneat ad mercedem, & a recto tramite inconvulſo limite terminare quod perennem deinceps propitiante Deo obtineat firmitatem, ne quis nobis detrahendo æſtimet in id nova decernere, dum antiquitus juxta conſiderationem pontificum videant cętera ſibi ſubjecta monaſteria in omnibus eſſe conſervata atque ſecura, ideoque pro divino intuitu vel pro animæ noſtræ remedio ſeu ſucceſſorum noſtrorum pontificum una cum comeatu, & voluntate piiſsimi & glorioſiſsimi Pippini regis & conſenſu fratrum noſtrorum, convenit [2] nobis illis conſervare pro eorum quiete, & tranquillitate; [3] & neque a nobis, neque ab archidiacono noſtro, neque a cęteris ordinatoribus ſancti Stephani, a quolibet homine inquietati nec condemnati vel de rebus eorum expoliati contra rationis ordinem eſſe non debeant, ſed inſpecta eorum inſtrumenta, juxta conſtitutionem, quam eis inſtituimus, quieto ordine ipſas res teneant atque poſſideant, & de hoc quod nos ad ipſum monaſterium dedimus atque formavimus [4] vel ad Deum timentibus hominibus donatum eſt atque firmatum, aut aliquid munere tranſmiſſum vel in altario offertum, aut ſacris voluminibus ſeu quibuſcumque ſpeciebus quod ad ornatum divini cultus pertinet, ad præſens collata vel deinceps collatura fuerunt, non auferamus, & ſupplici poſtulatione exoro, & poſtulo dominis & ſucceſſoribus meis epiſcopis: & cæteris ordinatoribus ſancti Stephani propter nomen ſanctæ Trinitatis, quod ſuperius intimatum eſt perpetuis temporibus pro eorum mercede agenda, ipſis fratribus qui in ipſo monaſterio eſſe videntur conſervent, & ſit ipſum monaſterium ſubjectum [5] ſub mandeburde, & defenſione ſancti Stephani eccleſiæ Metenſis ſicut in illo inſtrumento continetur, quod de ipſo monaſterio ad eccleſiam ſancti Stephani fecimus, ut libeat eis pro vita & incolumitate regis & ſtabilitate regni Francorum, & pro pontificibus ſuis ſuiſque ſubjectis Domini miſericordiam exorare: & juxta diſpenſationem divinam cum abbas de ipſo monaſterio ad Dominum migraverit, quem unanimiter omnis illa monachorum congregatio optimæ regulæ compertum & vitæ meritis congruentem elegerint una cum conſenſu & voluntate urbis epiſcopi, ipſum ſibi habeant abbatem, & ſi in ipſam congregationem, quod abſit, non potuerint talem invenire, qui eos regulariter regat, tum ipſe pontifex cum conſenſu & voluntate eorum de alio monaſterio eligat abbatem, ſicut ſuperius diximus, qui eis regulariter, & ſecundum ordinem præſit, & memoratus pontifex in ipſo monaſterio per nullum ingenium nullamque occaſionem aut cupiditatem quemlibet abbatem mittat, niſi qui eos ſecundum ordinem regat, & ſi ipſe pontifex aut quælibet alia poteſtas aliter fecerit, in divino diſtricto judicio ante Dei oculos cum beatiſſimo Petro principe apoſtolorum & ſancto protomartyre Stephano exinde reddet rationem, & ſi præfatus pontifex [6] lucranda oratione aut viſitatione fratrum quando ei placuerit in ipſo monaſterio venerit, vel aliquam moram pro lucrandis animabus fecerit, cum exinde in Dei nomine vult habere regreſſum, abſque ullo munere terreno requiſito revertatur: qualiter monachi qui ſolitarii nuncupantur, de perfecta quiete, vel ſecuritate valeant Domino protegente per longa tempora exultare, & ſub ſancta regula viventes pro profectu eccleſiæ & ſalute regis vel patriæ valeant plenius Domini miſericordiam & attentius deprecari: & ſi, quod abſit, ipſi monachi de eorum regula aut religione tepidi, aut negligentes reperti fuerint, ſecundum eorum regulam ab abbate ſuo corrigentur; ſin autem ipſe abbas non prævalet, tunc præfatus pontifex coercere debeat, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid [7] de pontificibus fidei pro quiete tranquillitatis tribuetur, [8] ut ob hoc firmius ſubſiſtat vigoribus, & nos & patres noſtri domini epiſcopi in ſynodo ſubſcriptionem manibus noſtris decrevimus roborare, & fratres noſtri de congregatione S. Stephani fideles ipſius conſentientes ſubſcripſerunt.

ANNO CHRISTI 717.

Chrodegangus peccator epiſcopus hanc firmitatem a me factam relegi & ſubſcripſi.

Adalfridus peccator epiſcopus ſubſcripſi.

Lupus peccator epiſcopus audiens ſubſcripſi.

Ego Fulcharius vocatus indignus epiſcopus ſubſcripſi Rothingo advocato.

Vul-

1 Forte, *& commutationes*. Hard. 2 Forte, *nobis & illis*. Hard. 3 Forte, *ut neque*. Hard.
4 Forte, *vel Deum*. Hard. 5 Vide Ducangium in Gloſſario, verbo, *Mundibardus*. Hard.
6 Forte, *pro lucranda*, ut mox legitur, *pro lucrandis*. Hard. 7 Forte, *a pontificibus*. Hard.
8 Forte, *ut autem hoc*. Hard.

ANNO CHRISTI 757.

Vulfrannus vocatus episcopus in Christi nomine subscripsi.
Herineus episcopus subscripsi Segimondo.
Ego Mangaudus episcopus subscripsi.
Memorianus Chorchidianus subscripsi.
Deotmarus ac si peccator episcopus subscr.
Rabigandus abbas subscripsi.
Jacob peccator episcopus subscripsi.
Mensebius peccator episcopus subscripsi.
Audo peccator episcopus subscripsi.
Chardobachius quamvis peccator episcopus subscripsi.
Lendenaus episcopus subscripsi.
Ego Lupus quamvis indignus episcopus subscripsi in Christi nomine.
Tedecharius peccator episcopus subscripsi.
Fortunus peccator episcopus subscripsi.
Sedonius ac si peccator episcopus subscripsi.
Deofridus episcopus subscripsi.
Sadrius episcopus subscripsi.
Ego Angilrannus subscripsi.
Sadebertus ac si indignus episcopus subscr.
Rotelinus subscripsi, Gontelmus, Brandomus, Sigibertus, Zacharias, Rachinnatus, Ego, Gonterius, Abbo, Adelelinus, Angelelinus, Sadrius.
Ego Richerus sive Vvasco ac si indignus diaconus jussus hanc confirmationem relegi & subscripsi.

Actum in Compendio palatio publice in synodo congregata anno ab incarnatione Domini DCCLVI. ind. IX. epac. XV. conc. IV. anno VI. (seu IV. ut alii malunt) regni Pippini glorioso regis sub die X. Kal. Junii.

ANNO CHRISTI 757.

☞ SYNODUS ROMANA II.

A Stephano II. pontifice habita in causa Sergii archiepiscopi Ravennatis circa annum 757.

Ex Mansi Suppl. Tom. I. pag. 610.

Concilii hujus historiam ita narrat Agnellus Ravennatensis, auctor schismati Ravennatensium addictus in libro Pontificali in vita ejusdem Sergii cap. 3. Cum Paulus (lege Stephanus *ut ex tota narrationis serie liquet*) Papa Romanus iter per Franciam pergeret, non ei obvius fuit (*Sergius*,) & reversus (*Pontifex*) Sergium archiepiscopum vexare cepit. Ille autem fiduciam habens in rege, (*Aistulpho Longobardorum rege*) ut adminiculum ei preberet; & fefellit illum, & deductus est Romam a suis civibus, & fefellit illum. Et congregatis episcopis, jubente Papa, voluerunt illum honore privare, & de gradu pontificali projicere. Apostolicus talem contra eum proferebat sententiam: *Neophitus es* (nempe ex laico episcopus, ut ex Anastasio in vita Stephani III. discimus) *non ex ovili* (id est ex clero) *fuisti, nec secundum canones in Ravennensi ecclesia militasti; sed subito invasisti cathedram, quasi latro; & sacerdotes tuos, qui digni de his ecclesiæ perfrui, repulisti, & per sæcularium favorem, potenter tamen, sedem obtinuisti.* Ad hæc Ravennæ pontifex ajebat: *& non mea præsumptione, sed elegerunt me clerus, & plebs universa. Interrogasti per ordinem canonico more, & de me omnia vobis patefacta sunt, & quomodo laicus fui & sponsam habui, & ad clericatum perveni, & cognitum vobis factum est, & dixistis, nullum obstaculum mihi esse potest. Postquam talia de me sensisti, cur me consecrasti?* Diversas autem sententias inter se episcopi ferebant. Dicebant enim omnes: *quomodo possumus cum simus discipuli magistrum judicare?* (e Ravennatensi enim provincia episcopos Stephanus acciverat.) Hæc audiens Papa in furore versus, asseruit se die crastino manibus suis orarium e collo ejus evelleret. *Narrat dein Agnellus Sergium his pressum angustiis in preces ad Deum conversum* impetrasse, ut nocte illa Paulus (lege Stephanus) repente occumberet; qua de re mane alterius diei a Stephano (lege Paulo) urbis Romæ diacono germano prædicti Papæ, *certior factus est. Accessit ad gaudii cumulum ipsius Pauli ad pontificatum assumptio*: in ipsa die *peracta, ait Agnellus, cujus novi pontificis beneficio e carcere ereptus, ac pristinæ dignitati Sergius restitutus est.* An vera sint omnia quæ Agnellus hic tradit, ambigere me plurimum fateor, multaque ad genium illius, quod auctor iste fovebat, in pontifices Romanos odii conficta esse non dubito. Quæ vero ait de synodo cur suspecta esse possint nihil succurrit. Hoc vero concilium aliud plane esse oportet ab eo quod Stephanus ante suam in Gallias profectionem ineunte anno 753. celebravit, legiturque in editione Veneto-Labbeana Tom. VIII. pag. 410. Quamquam enim in illo Sergius pariter adfuit, sedit tamen inter patres, non vero stetit ut reus, nullamque tunc iram pontificis incurrit, cum ejusdem synodi occasione bullæ quædam Pontificis ab Ughellio in Mutinensibus recitatæ, ad illum directæ fuerint. In hoc vero posteriori concilio alia plane rerum Sergii constitutio fuit, cum reus adesset, non judex; & damnatus, non absolutus & amicus discessit. Ad hæc, tempus utriusque concilii minime congruit; nam postremum hoc post reditum Stephani e Gallia, & sub extremum vitæ ejus tempus, adeoque anno 757. quo obiit, celebratum fuisse ex Agnello discimus.

ANNO CHRISTI 758.

CONVENTUS[1] COMPENDIENSIS,

ANNO CHRISTI 758.

Anno DCCLVIII.

Ex Labbei Append. Tom. VI.

Conventus seu placiti, hoc anno apud Compendium habiti, meminit Ado Viennensis in chronico, ubi adfuit Tassilo dux Bajovariorum, simulque horum proceres, qui fidem Pippino regi,

1 Pippini Regis Placitum in Compendiensi palatio de teloneis in mercato S. Dionysii ad ipsum monasterium evendicatis adversus Gerardum Comitem Parisiensem adfert Mabillonius de re Diplomat. l. 6. pag. 493.

ANNO CHRISTI 758.

gi, ejuſque filiis cum juramento etiam ſuper reliquias ſanctorum, ob ducatum Bajovariæ in beneficium ſibi conceſſum, polliciti ſunt. Tenente, *inquit Ado*, placitum Pippino rege in Compendio, Taſſilo dux Bajovariorum ad illum ibi venit, ſeque illi in vaſſallum commiſit, atque ſuper corpora ſanctorum martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii, ſimul & ſuper corpora ſanctorum confeſſorum Martini & Germani, juravit, ut in omnibus diebus vitæ ſuæ regi, filiiſque ejus integram fidem cum ſubditione ſervaret: omneſque majores Bajovariorum una cum ipſo ſacramentis jurationum obſtricti ſunt. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini DCCLVIII. *Præcedente tamen anno hæc omnia eveniſſe in conventu ejuſdem loci narrat Eginhardus, ubi de geſtis Pippini regis, antiquo computandi more.*

ANNO CHRISTI 758.

☞ AD COMPENDIENSIA CONCILIA DUO

ADNOTATIO CRITICA.

Ex Manſi Supplem. Tom. I. pag 607.

COmpendienſia concilia duo per hos annos Labbeus adnotavit, quorum alterum ſtatuit anno 756. cujus etiam canones XVIII. dedit; aliud vero anno 758. vel potius 757. in quo Taſſilo pro recepto a Pippino Bavariæ principatu fidem illi ſuam obſtrinxit. Priori illi concilio quod anno 756. aſſignandum arbitratur privilegium Chrodogangi archiepiſcopi Metenſis, quod epiſcopi in ſynodo Compendienſi *congregato anno ab Incarnatione Domini DCCLVI. indict. IX. anno VI. Pippini glorioſi regis ſub die X. Kal. Julii*, ſubſcriptionibus ſuis, quæ extant, munierunt. Cum vero inter ſcriptorum nomina, nec Georgius Romanus epiſcopus, nec Joannes Sacellarius A. S. L. occurrant, quos concilio Compendienſi, cujus canones extant, interfuiſſe ex ipſis canonibus planum eſt; hinc facile deducimus privilegium illud Metenſe anni 756. in alio concilio, quam in eo quod anno illi Labbeus aſſignat, latum fuiſſe. Rebus ita conſtitutis ita definiendum eſt. Anno 756. habitum eſt concilium Compendienſe, e quo privilegium Metenſe prodiit. Anno vero ſequenti 757. aſſignandus eſt conventus, ſeu concilium Compendienſe, in quo Taſſilo dux Bojariorum Pippino regi juravit. Eodemque pariter in concilio ſanciti ſunt canones illi, quos ſub nomine concilii Compendienſis Sirmondus primum, dein Labbeus exhibuit. Ad hos vero canones additamentum ſtatuo canones illos quos Compendienſi concilio Burchardus & Gratianus aſſignant.

AD COMPENDIENSE CONCILIUM

CANONES ADDITI.

Ex Decreto Gratiani, Decretalibus, & Burchardo.

Cap. 60. 1. q. 1. Hæc additio eſt in Burchar. lib. IV. cap 43 XVI. q 1. 74. 3. XXXIII. q. 1.

SI presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum, *& omnes quos prius baptizavit.*

Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decimis, nec ulla poſſeſſione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

Si quis accepit uxorem & habuit eam aliquo tempore, & ipſa femina * dicit quod nunquam coiſſet cum ea, & ille vir dicit, quod ſic fecit; in veritate viri conſiſtat: quia vir caput eſt mulieris.

* Deeſt *femina* in MS. codice meo.

Omnes dies dominicos a veſpera in veſperam cum omni veneratione præcipimus obſervari, & ab omni illicito opere abſtinere, ut in eis mercatum minime fiat, neque placitum; neque aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur, nec ſacramenta (niſi pro pace vel alia neceſſitate) præſtentur.

Tit. de Feriis cap. Omnes.

Ex Compendienſi cap. III.

Burch. lib. VIII. cap. 72.

De juris Deo dicatis & eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi nulla legitur laicis, quamvis religioſis, unquam attributa facultas.

Ex Compendienſi cap. III.

Burch. lib. IV. cap. 6.

Ut extra ſtatuta canonum, id eſt Paſcha, & Pentecoſten, baptiſma non celebretur, quia ſancti canones hoc modis omnibus, niſi aliquod periculum inſtiterit, fieri prohibent. In tantum, ut etiam eos, qui alio tempore baptizantur, a gradibus eccleſiaſticis abſtineant, nec ad clerum admittantur.

Pariſienſes an. 829. cap. 8.

Ex Compendienſi cap. X.

Burch. lib. VIII. cap. 71.

Synodali decreto ſancitum eſt, ne laici, vel ſæculares de juris Deo dicatis eccleſiæ, quæ facultatibus aliquid ad ſe putent vel præſumant propter reverentiam pertinere, quarum quarumcumque ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe a Deo cura commiſſa docetur.

Ex Compendienſi.

Burch. lib. XI. cap. 12.

Placuit etiam pro communi utilitate, & inſtanti neceſſitate, ut nullus epiſcoporum graviter ferat ſi ejus parochianum pro deprædationis cauſa alter epiſcopus excommunicaverit.

ANNO CHRISTI 759.

[a] CONCILIABULUM GERMANICUM

IN QUO OTHMARUS ABBAS MONASTERII

Sancti Galli ob crimen impudicitiæ injuste condemnatus est anno Domini DCCLIX. tempore Pauli Papæ I.

[a] *Conciliabulum.*) Cum Vvarinus & Ruithardus fisci procuratores res ecclesiæ invasissent, eaque de causa ab Othmaro semel accusati, acriterque a rege ad desistendum moniti non obtemperassent, Othmarum, cum iterum regem adiret, ex itinere retraxerunt, & per subornatum & conductum accusatorem monachum nomine Lambertum, impacto illi impudicitiæ delicto in vincula conjecerunt. Cumque ad objecta crimina non negando, & Deum suæ innocentiæ testem invocando, juste respondisset, iniqua tamen sententia conciliabuli incarceratus, & sine alimento corporis relictus, fame interiit. Hæc Vvalfridus in vita Sancti Galli apud Surium tom. 4. die 16. Novemb.

ANNO CHRISTI 719.

☞ TELENSIS SYNODUS JACOBITARUM,

In qua Athanasius Sandalensis Jacobitarum metropolita constituitur,

Paulo ante annum 1070. Græcorum, Christi 759. celebrata.

Ex Mansi Suppl. Tom. I. pag. 622.

POst conciliatos animos in synodo Tarmanensi inter Joannem patriarcham, & Athanasium, de quo nos ad eam synodum anno 755. Iterum (Athanasius) *ad suam impietatem reversus*, ait Abulpharajus apud Assemanum Biblioth. Orient. tom. II. pag. 340. *episcopos in urbe Tela congregavit, a quibus princeps & metropolita magnus proclamatus est.*

ANNO CHRISTI 76...

SYNODI DUÆ ANGLICANÆ

A BREGUINO, ET LAMBERTO

Dorobernienſibus Archiepiſcopis coactæ.

ANNO CHRISTI 76...

SYnodi duæ Anglicanæ, una a Breguino Dorobernienſi Archiepiſcopo, qui ſucceſſerat Cuthberto, & altera a Lamberto pariter Dorobernienſi Archiepiſc. Breguini ſucceſſore, quem obiiſſe anno 791. tradit Simeon Dunelmenſis in Hiſt. Reg. Angl. habitæ fuere ob monaſterium Cothæ a Rege Athelbaldo Merciorum rege Eccleſiæ S. Salvatoris Dorobernienſis conceſſum, & a Regibus Cenulfo Occidentalium Saxonum, & Offa Merciorum, ablatum dictæ eccleſiæ, uti eruitur ex actis Concilii Cloveshoæ ad ann. 800. in tomo ſequenti exhibendis: in quibus legitur: *Item Breguinus, & Lambertus Archiepiſcopi per ſingulas Synodos ſuas queſti ſunt de injuria eccleſiæ Salvatoris illata & apud Cenulfum regem Occidentalium Saxonum*, (ſcilicet, *qui prædictum monaſterium cum omnibus ad illud rite pertinentibus ſuis uſibus coaptavit*, ut in eiſdem actis) *& apud Offam regem Merciorum, qui videlicet ſæpe memoratum cœnobium Cotham, & alias urbes quamplurimas Cenulfo regi abſtulit, & imperio Merciorum ſubegit.* Ut autem harum Synodorum, quas diverſis licet annis celebratas, cum tamen certum tempus ignoretur, minime ſejunximus, epochæ aliquatenus innoteſcant, adnotandum Breguinum ex catalogo Eccleſiæ Cantuarienſis ſediſſe annos tres, atque obiiſſe an. 762. poſtquam graves difficultates cum Offa Merciorum rege ſuſtinuiſſet, qui eum Primatus honore ſpoliare moliebatur. Ejus igitur Synodus inter an. 759. & 762. habita. Cum autem in præfatis Cloveshoæ actis aſſeratur: *Tandem Cenulfus Rex ſera ductus pœnitentia, telligraphia, id eſt libellos, quos a ſupra hominibus Veiheb & Osberto injuſte perceperat, cum magna pecunia eccleſiæ Chriſti in Doroberniam remiſit humillime rogans, ne ſub tantæ auctoritatis anathemate periclitaretur*; & Cenulfus obierit anno 785. a ſuis occiſus, ante prædictum annum Lamberti Synodum celebratam fuiſſe oportet; & forte non diu poſt initam, per Breguini deceſſum, dignitatem.

ANNO CHRISTI 761.

[a] CONCILIUM ROMANUM

SUB PAULO PAPA,

In cauſa immunitatis & privilegiorum eccleſiis & monaſteriis a ſe erectis conceſſorum, habitum anno Domini DCCLXI.

[a] *Concilium.*) Præter epiſtolam ſive conſtitutum, quod ſupra collocatum eſt, nihil extat aliud eorum quæ in hoc concilio geſta fuerunt.

ANNO CHRISTI 761.

CONCILIUM VOLVICENSE

In agro Ricomagensi Arvernorum, præsente Pippino rege, celebratum.

Anno Christi DCCLXI.

Ex Labbei Appendice Tom. VI.

SUB finem actorum sancti Austremonii primi Arvernorum episcopi, mentio est hujus synodi a Pippino habitæ, & hoc loco, ut videtur, & hoc anno secundæ in Aquitaniam expeditionis ab eo susceptæ, in qua cœpit omnem pagum Arvernicum, urbemque Arvernam incendit, ut asserunt annales nostri, quæ post inædificata, Clarus-mons abhinc appellari cœpit. Inter illa vero, quæ ibi gesta sunt, enituit maxime pietas ejusdem Pippini regis erga ecclesias Dei atque reliquias Sanctorum, ac præsertim sancti Austremonii Arvernorum Apostoli, pro quarum translatione Lanfridus abbas Mauzaci non longe distantis a Volvico loco, qui olim pagus Violvatensis Sidonio Arvernorum episcopo dictus est, ac hodie nomen retinet vulgo Volvic, *& adhuc nunc est Prioratus a Mauzacensi abbatia dependens, quem in locum, corpus ejusdem sancti Austrenomii primo fuerat translatum: convenit ipsum regem, petiitque coram synodo, ut illinc iterum illud exportaretur ad suum monasterium; quod tandem illi post annos aliquot ab ipsomet rege concessum est, ut fert secunda corporis ejusdem sancti translatio ex eodem codice. Hæc igitur acta sic habent:* Avitus, *inquiunt*, Arvernicæ sedis episcopus, successor beati Projecti, auferens ab Iciodoro corpus beatissimi Austremonii, juxta corpus sui antecessoris, Vvlvicum transposuit. Sed Deus omnipotens colla regum Francorum jugo fidei subjugavit, victoriamque eis clementi dignatione contra barbaros concessit: sicque ipsorum, cæterorumque virorum saniori mente A viventium, & probitati operam dantium suffragamine, paulatim mater ecclesia, quæ, ceu homo ignobilis, inculta manebat, pristinum decorem cœpit resumere, & suum infortunium pedetentim abjicere; sacraque religio certatim augmentum resumere. Inter quos reges, unum Divina sublimitas prælegit Pippinum cognomine, qui sicut Titan suo jubare, lauricomorumque vibratione, tetrum regimen nebularum facessit & detegit: ita suo auxilio, & labore nocuum destruxit, & proficuum, imo salutiferum cultum auxit. Qui venerandus rex, nimiumque solers & industrius, Deo gratam jussit aggregari synodum, in qua fuere præsules clarissimi, & comites innúmeri. Cum his B ergo jam dictus plurima, prout Divina sublimitas conceſſit, de fide sanctæ Trinitatis contra Deo contrarios hæreticos disputavit, & incorrigibiles quosque de suo regno cum suis complicibus exturbavit. Aperto quoque demum proprio ærario, infinita munera Dei fidelibus pro suo libito ad restaurationem ecclesiarum, & sartatectorum reparationem, devotissime contulit. Abbates igitur, qui regiæ majestati aderant, ab eo perceptis muneribus gratanter ad propria rediere: inter quos extitit quidam præclarus, ipsi regi admodum dilectus, nomine Lanfridus, abbas monasterii vocabulo Mauziaci, qui omnigena prece sibi tribui popoſcit almi Austremonii corpus, quem C diu continuerat humatum Vvolvicense cœnobium.

CONVENTUS IN VILLA DURIA

DE hoc conventu & synodo regali, quæ de more hoc anno habita est in villa Duria pagi Ripuariensis, paucis ita scriptum legimus in chronico sancti Arnulphi: Anno Dominicæ incarnationis DCCLXI. Pippinus rex conventum Francorum habuit in Duria villa publica, & de utilitate regni tractans suos ibi optimates adunavit. *Et libro* VI. *collectionis historicæ, quæ apud Henricum Canisium edita est tomo II. antiquæ lectionis:* Rex Pippinus, *inquit*, anno decimo regni ipsius, omnes optimates Franco- D rum ad Duram, in pago Ripuariensi, ad componendum pro salute patriæ, & utilitate Francorum tractanda, placito instituto, ad se venire præcepit: *Regino abbas synodum vocat, regique, cum in ea versaretur, de Vvaifarii iterata defectione, missoque in Burgundiam exercitu nunciatum scribit: quam ob rem a Pippino susceptа est altera in Aquitaniam expeditio, in qua Biturici Arvernique pagi aliquot castra & oppida eversa vel incensa, & Blandinus urbis Arvernicæ comes captus est.*

ANNO CHRISTI 762.

CONVENTUS ATTINIACENSIS I.

Ex P. Antonio Pagi ad an. Ch. 762. n. 4. & 5.

ATtiniaci (quod oppidum est ad lævam Axonæ ripam in valle Burgensi vulgo *Atigni*) duplex Conventus per hæc tempora habitus est, alter anno Christi 762. & anno 765. alter, de quo infra Labbeus, qui tamen utrumque conventum confundens, decretum cum nominibus Episcoporum 27. & Abbatum 17. quod in hoc primo conventu editum est, anno 765. in quo alter celebratus, conditum existimavit. Vvandebertus siquidem in libello de Miraculis sancti Goaris Eremitæ ait Pippinum Regem posi- E tum in Palatio, *quod Attiniacum vocatur, cum ad generalem populi Conventum simul Assuerus Abbas venisset*, commisisse eidem Assuero Cellam sancti Goaris, ut postea vocata fuit, eamque cum Monasterio Prumiensi tunc primum conjunctam fuisse, uti in secundo Conventu Attiniacensi explicabimus. Quam ob rem cum Assuerus, qui interfuit Conventui Attiniacensi, non subscripserit cum aliis Abbatibus 17. præfato decreto, Conventus Attiniacensis, in quo Cellam sancti Goaris obtinuit, diversus

est

ANNO CHRISTI 763.

est ab illo, cui Abbates 17. subscripsere. Nec satisfacit responsio Cointii ad an. 765. dicentis, Assueri nomen ex libello Vvandelberti laudato restituendum esse, quod alius Francorum Conventus apud Attiniacum, post erectum Prumiense Monasterium, a Pippino Rege celebratus non inveniatur. Vvandelbertus enim intelligit Conventum an. 765. habitum, ad quem referri non potest decretum a 17. Abbatibus subscriptum; cum in eo Assueri nomen non legatur, & ex Vvandelberto, qui annum congregati conventus non exprimit, restitui non possit. In Annalistis Francorum loca, in quibus A Francorum Conventus per hæc tempora habiti sunt, memorantur; sed qua in villa, aut oppido Conventus hoc anno habitus fuerit, nullibi legitur. Indeque elicio illum Attiniaci indictum fuisse, in eoque supradictum Decretum, in quo Assueri nomen cum alius Abbatibus non apparet, statutum. Inter subscriptiones Episcoporum legitur *Voillibarius Episc. de Monast. S. Mauritii*, qui non videtur alius a Vilicario Archiep. Viennensi, qui post Saracenorum irruptionem dimisso Archiepiscopatu, factus est Monachus in Monasterio Agaunensi S. Mauritii, & deinde Abbas.

ANNO CHRISTI 763.

AD CONVENTUS ATTINIACENSES DUOS

ADNOTATIO CRITICA.

Ex Mansi sup p. pag. 621.

CONventum Attiniacensem unicum anni 765. Labbeus agnovit; geminos distinguendos esse Pagius opinatur, quorum alterum assignat anno 762. alterum anno 765. qua in re corrigendum Labbeum judicavit. Quem pariter erroris in eo accusat, quod decretum conventus Attiniacensis, cui episcopi plures cum abbatibus plane multis subscribunt, conventui anni 765. adscripserit, cum reipsa conventui priori anni 762. tribuendum fuerit. Cujus rei ratio petitur ex eo, quod conventui anni 765. adstiterit Assuerus abbas, cujus tamen nomen inter subscriptiones decreti Attiniacensis, ad annum 765. perperam relati, non legitur. Patet ergo, ait, decretum illud ad conventum anni 762. retrahendum esse. Hanc Pagii criticam ita ego dudum refutavi in meis ad Pagium adnotationibus ad annum 762. 5. his verbis: Conventum quemdam Francorum hoc anno habitum Attiniaci; ac proinde uno eodemque in loco duplicem diversis annis conventum celebratum fuisse, alterum hoc anno, alium vero 765. vix credo. Apud Mabillonium tom. I. Annalium. Ord. S. B. Append. 2. num. XXVI. legitur diploma Pippini pro construendo monasterio Prumiensi datum in *Trisgodios villa publica mense Augusto die XIII. anno XI. regnante Pippino &c.* Subscribunt huic chartæ episcopi novem cum comitibus & principibus plane multis. Pertinere hæc ad annum 762. nemo prudens dubitaverit; & cum tot nomina episcoporum, & comitum legantur, non inani prorsus conjectura deduci posset, prodiisse in conventu, qui hoc anno de more habebatur in villa, quæ hic *Trisgodios* dicitur. Quamquam enim conventus B mense majo haberi consueverunt; nihil prohibet quominus extraordinaria forte de causa ad duos vel tres menses differrentur. Simili exemplo conventus Vvormatiensis IV. non majo, ut moris erat, sed aprili mense celebratus legitur in chronico Moissiacensi ad A. 786. Similis pariter conventus ad villam Duriam anno 775. ad julium mensem prolatus fuit, ut Pagius ad A. 775. animadvertit. Hæc si admittantur, plura ad emendationem ecclesiasticæ historiæ deducemus. Primo duplex Attiniacensis conventus, priscis omnibus historicis ignoratus, commentitius est. Secundo episcopi illi & abbates, quorum nomina conventui Attiniacensi apud Labbeum subscripta leguntur, ad conC ventum anni 765. reipsa pertinent. Hoc autem, in quo rei cardo versatur, ulterius demonstratur, quia & si concesserimus diploma illud Pippini non in ipso conventu anni 762. (utpote qui majo mense de more celebrandus fuerit) sed post duos tresve menses prodiisse, vix tamen persuaderemur episcopos illos, qui diplomati subscripserunt, & regi tunc præsentes aderant, eosdem pariter & conventui, parum antehac celebrato, non interfuisse. Si autem intererant, cur non omnium illorum, sed trium tantummodo ex illis nomina decreto conventus Attiniacensis subduntur? Fit igitur ut conventus Attiniacensis Veneto-Labbeanus non quiD dem anno 762. sed potius anno 765. habitus teneatur. Quod vero Assueri abbatis nomen cæteris non accenseatur, id quidem monstri loco habendum non est, cum rara sint vetusta concilia, quorum subscriptiones integræ ad nos usque pervenerint.

CONCILIUM ASCHAIMENSE

SUB TASSILONE II. DUCE BAJOARIÆ

Anno a reparata salute DCCLXIII. *celebratum*,

Nunc demum in lucem protractum ex pervetusto codice ms. Bibliothecæ illustrissimi Capituli cathedralis Frisingensis,

Notisque quibusdam illustratum a P. Frobenio Forster Benedictino, Principalis & Immediatæ ecclesiæ S. Emmerami Ratisbonæ p. t. Priore & Bibliothecario.

ANNOTATIONES PRÆLIMINARES

Ejusdem P. Forbenii Forster.

* historiæ Boicæ scriptor

* quæ ad finem dabimus.

CConcilii Aschaimii in Bajoaria, *tempore Tassilonis ducis celebrati meminit celeberrimus* * *Aventinus, qui etiam illius summa capita* * *recensuit, Annal. Baj. lib.* III. *pag.* 302. *edit. Ingolstad. an.* 1554. *de eodem conventu cl. D. P. Carolus Meichelbeckius Benedicto-buranus* I.

ANNO CHRISTI 763.

part. Hiſt. Friſing. pag. 70. *hæc pauca habet :* Conventum hujuſmodi Aſchaimii, Bajoariæ ac diœceſis Friſingenſis vico, ſub Taſsilone convocatum fuiſſe, quidam ſcribunt. Verum quid ibi actum fuerit, omnes, ut quidem exiſtimamus, hactenus ignorant, actis, ut videtur, dudum deperditis. *At enim acta non omnia ſaltem fuiſſe deperdita, ad oculum nunc patet ex hac ſynodali epiſtola epiſcoporum Bajoariæ, quam hic ex codice mſ. pene coævo Friſingenſi, quem, miror, ſolertiſſimum rerum Friſingenſium ſcrutatorem Meichelbeckium fugere potuiſſe, in lucem produco. Copiam codicis illius mihi fecit eruditionis ac eruditorum cultor maximus, Illuſtr. & Excell. D. L. B. de Vverſtenſtein eccleſiæ Friſingenſis canonicus, nec non Sereniſs. & Emin. S. R. E. cardinalis Bavari ss. conſiliarius intimus, Pro-epiſcopus & Vicarius generalis s. quem Deus bono eccleſiæ, & Rei-litterariæ incremento diu ſervet incolumem. Textus hujus epiſtolæ multis locis corruptiſſimus eſt, qui nulla diligentia a me ſanari potuit; & religioni mihi duxi, quidpiam meo mutare ingenio, ne nimirum quod multis accidit, tentata textus emendatione, ſenſum corrumperem, aut viris eruditis meas interpretationes abſtrudere præſumerem: quid quod antiquitatis litterariæ periti malint ejuſmodi merces habere genuinas, quam comptas, ſicut etiam majoris æſtimant nummos veteres nobili ærugine obductos, quam inauratos.*

Porro textus hujus epiſtolæ incipit abſque alio titulo a verbis : Domino glorioſiſsimo. *Numeri capitum, quos nos in medio collocavimus, in codice margini ſunt adſcripti. Hæc de codice, unde præſens concilium Aſchaimenſe deſcriptum eſt, prænotaſſe ſufficiat; nunc breviter etiam, quo anno, quo loco, & a quibus idem celebratum fuerit, inveſtigandum.*

Concilium celebratum anno DCCLXIII.

De anno igitur celebrati concilii initium faciamus. Epiſtola capitulis præmiſſa inſcripta eſt Taſſilo-ni duci ætate adhuc tenerulo, filio nimirum Odilonis Bajoariæ ducis. Certum igitur eſt, concilium hoc tempore, quo Taſſilo principatum illum tenuit, fuiſſe celebratum; obſcurum tamen adhuc remanet, quo regiminis illius anno id factum fuerit. Aventinus loc. cit. ſentire videtur, epiſcopos & proceres Aſchaimii conveniſſe, dum Taſſilo nuntio de ægritudine parentis Odilonis accepto, non impetrato comeatu, & inſalutato avunculo Pippino, clam ſe de exercitu ſubduxit, & genitore mortuo Bajoariam regendam accepit. Sed duo, quæ diverſis temporibus peracta fuiſſe videntur, in unum cogit Aventinus, dum Odilonis parentis obitum tunc demum contigiſſe ſupponit, dum Taſſilo poſt Placitum Nivernenſe Pippinum, iterum in Aquitaniam moventem deſeruit, & ad Bojos ſuos rediit, quod factum Annales referunt ad annum DCCLXIII. *At enim Odilonem jam anno* DCCXLVIII. *defunctum fuiſſe, ego quidem dubitandum cenſeo; Tum quod Taſſilo annos regiminis ſui conſtanter ab eo anno numeraverit, prout conſtat ex plurimis donationum ſeu traditionum cartis Friſingenſibus, Monſeenſibus, aliiſque. Tum quod rex Pippinus Taſſiloni non Odiloni, contra Griphonem Bajoariæ invaſorem, ſuo exercitu ſubvenerit, (ut annales teſtantur) quod argumento eſt, eo tempore Odilonem non amplius fuiſſe ſuperſtitem. Tum denique, quia Odilonem eo anno* DCCXLVIII. *revera obiiſſe ſatis diſerte ſcribit Annaliſta Mettenſis ad annum* DCCXLIX. *his verbis:* Gripo e Sanonia in Bajoariam confugit (*anno* DCCXLVIII. *ut teſtantur Regino, Annaliſta Fuldenſis, & alii*) quorum dux eo tempore Odilo defunctus erat, cui Taſsilo filius ejus ſucceſſerat, quem de principatu Gripo abegit, & ſibi ipſe Bajoarios ſubjugarit, quod audiens Pippinus cum exercitu illuc pervenit (*nempe anno* DCCXLIX.) victiſque Bajoariis Griponem ſecum & Lanfridum inde abducens Taſsilonem (*non Odilonem*) in ducatu Bajoariorum collocavit.

Igitur ex Aventini calculo nihil certi pro conſtituendo anno Aſchaimenſis conventus erui poteſt; Illud tamen viro Boicæ hiſtoriæ peritiſſimo dandum fortaſſis eſt, conventum illum, in quo, ut ait, proceres novo ſuo principi adminiſtrandi principatus leges præſcribunt, habitum fuiſſe vel anno DCCXLVIII. *quo mortuo parenti in regimine ſucceſſerit, vel anno* DLXIII. *quo deſerto Pippino ducatum ab alieno dominatu independentem ſibi adſeruit. Utro vero ex his anno concilium hocce adſigendum ſit ulterius inquirendum.*

In epiſtola capitulis præmiſſa, ut dicere præoccupavi, Taſsilo *dicitur* ætate tenerulus; *& hoc quidem congruit anno* DCCXLVIII. *quo is annum ſextum vivebat ætatis (natus quippe dicitur anno* DCCXLIII.) *dum vero ſimul ibidem dicitur;* in ſenſu ſanctæ ſcripturæ præceſſoribus tuis maturior, *plures ſane tunc ætatis ſuæ, quam ſex annos numeraſſe neceſſe eſt; niſi dicere velis, epiſcopos illos qui in ea epiſtola loquuntur, parvulo ſuo principi nimium adulari; priores vero principes, qui a religione plurimum ab ipſis commendari merebantur, nimium vilipendere voluiſſe, quod quidem graviſſimos illos viros feciſſe nemo facile crediderit.*

At enim neque deſunt, ſi tantum ipſum, quem hic producimus, diligentius expendamus, alia argumenta, ſatis, meo judicio, idonea, quibus plane evinci poſſe videtur, annum DCCXLVIII. *huic conventui non poſſe adſignari.* Primo *namque patres, qui ibi loquuntur, non tantum præfationis ſeu epiſtolæ ad Taſſilonem initium, ſed aliquot etiam decreta ex concilio Vernenſi accepiſſe, ex annotationibus noſtris ad præfationem, ad capitula* VIII. IX. X. *conſtat. Igitur hic conventus non ante annum* DCCLV. *qui concilio Vernenſi conſtanter tribuitur, celebratus fuit.* Secundo. *Iidem Patres cap.* II. *Taſſilonem hortantur, ut eccleſias ſuorum anteceſſorum &* ſuis temporibus *fundatas, illæſas conſervet. Solet vero, ut recte me monuit vir quidam eruditus, tempus principum proprie appellari tempus regiminis eorum. Supponitur igitur regimen Taſſilonis jam ante hunc conventum aliquandiu, & non brevi aliquo tempore ſed* temporibus *duraſſe; atque adeo diu antea incepiſſe.* Tertio *demum præfati præſules decreti alicujus ante hunc conventum in hac eadem villa publica Aſchaim de conjugiis inceſtis ab eodem Taſſilone conſtituti, faciunt mentionem, quod rurſus argumento eſt, eumdem ad annum* DCCXLVIII. *regiminis initium, referri minime poſſe. Hæc argumenta ejus momenti eſſe mihi videntur, ut difficultas, quam quiſpiam ex appellatione* teneruli ætate, *quod eadem principi ætatis jam prope viginti annorum tribui non poſſit, movere fortaſſis vellet, neminem a præſtando iis aſſenſu morari debeat. Taſſilo quippe ætate* tenerulus *appellari potuit, cum per comparationem ætatis illius cum ætate ſuorum anteceſſorum, quibus ipſe, licet annis multo inferior ac tenerior, ſcientia tamen rerum ſacrarum (quarum addiſcendarum ipſe a juventute plures quam illi, melioreſque magiſtros, florente jam magis in Bajoaria, poſt erectos ibi ſub parente epiſcopatus, habuit) maturior prædicatur, quam quidem interpretationem ipſe contentus exigere videtur; tum etiam comparando eam ætatem*

cum

ANNO CHRISTI 763.

cum ampliſſimi principatus majeſtate, muneriſque, quod ab ipſo nunc ſub nullius tutela gerendum eſſet, gravitate; cui ſi quis etiam noſtris temporibus humeros ſubjiciat, viginti annos nondum excedens tener adhuc & parvulus princeps judicatur. Ex quibus demum concludendum eſſe videtur, conventum Aſchaimenſem non ad annum DCCXLVIII. *quo Taſſilo principatus Boici clavum primo accepit, ſed annum* DCCLXIII. *quo eundem, deſertis Francis, ſibi ſoli vindicavit, eſſe referendum.*

ANNO CHRISTI 763.

In villa publica Aſchaim.

Nomen loci, in quo concilium iſthoc celebratum fuit, proditur cap. XIII. *his verbis*: In præſente villa publica noncupante Aſchaeim. *Eſt vero Aſchaim vicus, non longe Monachio Bavariæ metropoli diſtans, ſitus prope fontes fluvioli* Seepach *dicti. Ibidem s.* Emmeramus *anno* DCLII. *poſt ſuperatum Audele martyrium in Eccleſia s. Petro Apoſtolorum principi ſacra, primo tumulatus fuit, antequam nempe inde translatus eſt Ratisbonam, ad locum, ubi ſub ejus nomine & patrocinio poſtea erectum fuit monaſterium ordinis s. Benedicti, hodiedum ubique celebratum. De ea re ita ſcribit auctor vitæ s. Emmerami cap.* XIII. Dum hæc geruntur, qui circa ſanctum Dei fuerant, tollentes eum de certaminis loco (*Helfendorf.*) in plauſtro ponebant, producturi eum in villam Aſcheim, quæ diſtabat inde XII. milliaribus, ubi & eccleſia fuit beato Petro apoſtolorum principi dedicata, ne in vilibus ruſticorum caſis tanta taliſque perſona deficeret . . . . . Emenſa jam magna itineris parte in campum quemdam gramineum tribus millibus diſtantem a vico Aſcheim perveniebant . . . Itaque inde digna Patre reverentia ad præfatum Aſcheim perductum in eccleſia b. Petri apoſtoli, conſaventibus ejus loci populis debito ſepelierunt honore . . . . *cap.* XIV. unde primates loci illius adunati ſublatum e ſepulchro venerandum corpus ad Iſaram fluvium navi impoſuerunt. *Hæc de vico Aſchaim auctor vitæ s. Emmerami ep. & mart. Ex quibus colligitur, locum illum jam medio ſæculo ſeptimo in Bajoaria celebrem fuiſſe, ubi nempe jam ab initio fortaſſis fundati in ea regione chriſtianiſſimi, templum ritu catholico erectum & conſecratum fuit. Nulla tunc, ut videtur, vicinior* Helfendorfio, *ubi martyrium ſuſtinuit invictus athleta* Emmeramus, *eccleſia fuit. Incolæ enim Helfendorfii metuentes, ne vir ſanctus in vilibus ruſticorum caſis decumberet, eumdem ad eccleſiam uſque in Achaim* XII. *milliaribus diſtantem perduxerunt, in viciniorem ab dubio deportaturi, ſi quæ fuiſſet. Crevit loci celebritas ſepultura & miraculis s. Emmerami, primi gentis Bajoariæ patroni; & ab eo fortaſſis tempore locus ille delectus fuit pro publicis placitis ac ſynodalibus conventibus celebrandis, atque propterea ibi conſtituta villa publica & palatium, principe atque proceribus recipiendis, totaque curia ſuſtentanda ceptum.*

Poſt brevem notitiam anni & loci celebrati concilii Aſchaimenſis, inquirendum nunc reſtat, an conventus ille fuerit omnium Bajoariæ optimatum, an epiſcoporum tantum? Aventinus loc. cit. narrat, non epiſcopos tantum, monachorumque præſules Aſchaeimii conveniſſe, novoque principi adminiſtrandi leges præſcripſiſſe; *quod quidem ex textu concilii hic deſcripto minime cognoſcitur; imo contrarium pro his haud obſcure in præfixa decretis ſynodali epiſtola inſinuatur, ſcilicet conventum illum, in quo illa capitula condita ſunt, non omnium procerum aut ſtatutum Bajoariæ, ſed epiſcoporum ſolum aliorumque præſulum fuiſſe. Facta eſt, inquiunt patres,* congregatio ſacerdotum *: præceſſores ſuos* paſtores *vocant* & patres, *quibus nominibus non ſtatus provinciales veniunt, ſed eccleſiarum præſules: capitula demum omnia ita comparata ſunt, ut ab illis potius concepta eſſe videantur, qui eccleſiarum, viduarum ac pupillorum, atque juſtitiæ chriſtianæ curam gerebant, quam a viris ſoli politico regimini conſulentibus. Fortaſſis tamen Aventinus aliud quoddam vetuſtum documentum inſpexit, in quo ſtatus omnes pro tractandis reipublicæ negotiis Aſchaimii conveniſſe legerit, quo caſu dicendum eos morem antiquum Francorum in ſuis conventibus obſervaſſe, præſuleſque eccleſiaſticos ſacra; laicos vero principes ac comites politica ſeparatim tractaſſe; præſentia vero capitula a ſolo epiſcoporum cœtu emanaſſe, de quo quidem, ut dixi, epiſtola ad Taſſilonem nos dubitare vix permittit.*

CONCILIUM ASCHAIMENSE.

* duci.

* jure *vel* noſtra

*Domino glorioſiſſimo * duce noſtro Taſſiloni maxime congregatio * jura ſynodali per præſentes eulogias in Chriſto ſalutem dirigitur.*

SUfficit enim Chriſtianis cum ad normam priſcorum Patrum vitam deducere, & eorum auctoritate paſſim gradibus polum ſcandere: tamen propter * diverſitate temporum diverſa neceſſitate componendi compellitur: Propterea ſanctumque eſt congregatio ſacerdotum in dictis temporibus, Deo opitulante, ut diverſa * jure conſiderentur. Nam qui hos præceſſores paſtores & patres noſtros docuit, ipſe & nos docebit, ſicut veritas ait: *ſicut miſit me pater, & ego mitto vos.* Miſit nos qui miſſurus erat. Ideo indeſinenter Deo deferimus grates, qui de noſtris temporibus conſtituit principem, quia eſt in ætate tenerulus, in ſenſu ſanctæ ſcripturæ præceſſoribus tuis maturior * appareris. Propterea time Deum & cuſtodi vias ejus. Nam qui illum non habet placatum, nunquam evadit iratum.

* diverſitatem temporum diverſas neceſſitates componere compellimur.

* jura.

* appares.

CAP. I.

Præcipimus enim, ut omnes tam ſacerdotes A quam monachi & omnis * cleros eccleſiaſtice jure non tantum in miſſarum celebratione, ſed etiam in omnibus * curſalis oribus, tam pro * animam ſcellentiæ veſtræ, quam pro vitam & regni in læſione, & fidelium veſtrorum die noctuque preces Deo fundere debeant. Et ſi aliter quis inventus fuerit, deponatur.

* clericus eccleſiaſtico.

* curſalibus

* anima excellentiæ pro vita.

CAP. II.

Ut eccleſias ad priſcorum anteceſſorum veſtrorum, aut veſtris temporibus fundatas ſine fraude permanere inlæſas debeant; ubi oculi Domini malos & bonos contemplantur. Unde & veritas per Paulum dicitur: *Si quis autem templum Dei violaverit,* & reliqua.

CAP. III.

B. De poteſtate epiſcoporum, * qui claves polique lingandi atque ſolvendi * deveuntur, & * curam paſtoralem * exerceunt in pleve (unde & ſine dubio rationem reddituri ſunt) ut eccleſiaſticis rebus dominentur atque * ſpenſando provideant. Unde Synodus Nicinenſis ait, ut omnes res * eccleſiaſticas in poteſtate epiſcoporum ſint.

* quibus

* debentur

* exercent in plebe

* diſpenſando

* eccleſiaſticæ

CAP. IV.

ANNO CHRISTI 763.

Cap. IV.

De legibus ecclesiarum paterna reverentia comperiemini, & nos maxime admoneri oportet, quod * tot diffusus orbis, oriens occidensque conservat & præcessorum vestrorum depicta pactus insinuat; quicumque domum Dei, & altarem ejus fraudare conatur, quibuscumque præsidiis, in ipso altare jurare faciatis, ut ne eorum lectionibus ab altare * alienetis.

* totus

* alleneris.

Cap. V.

De decimis Deo reddendis Propheta testatur, ut si quis decimam non dederit, ad decimam revertatur. Unde venit, ut quicumque aut * occasione presbyteri aut avaritiæ modo Deo decimas reddere noluerit, ut manus vestræ decretus confirmetur, ut dupliciter ecclesiæ censum reddatur, ut vestræ * requerillæ secundum possibilitatem culpabilis existant.

* odio

* ita cod forte *requille* & infra *incul-pabiles* Vox ex Gallico. Vide Du-caugium. *Mansi.*

Cap. VI.

De * deocenis, ut presbyteri sibi minime injungere debeant, nisi secundum constitutionem episcoporum, qualiter sacerdotalem aut pastoralem queant exercere curam.

* Diocesanis

Cap. VII.

Ut ipsi presbyteri alienas oblationes aut decimas sibimet ingerere connentur. Unde Gregorius ait: *Per extraneam messem transiens, falcem mittere non debet.* Et alibi: *Quod tibi non vis, alii ne facias.*

Cap. VIII.

De Abbatibus & abbatissas convenit admonendi, ut secundum possibilitatem & loci administrationem, ut regulariter vivere debeant cum providentia episcoporum, quorum cura hæc adesse dinoscuntur. Unde & veritas: *Omnis plantatio quam non plantavit*, & reliqua.

Cap. IX.

De clericis aut Nonnanes, ut aut in monasterio * ire debeant, aut cum consensu episcoporum, cui hæc credita sunt, regulariter vivant, & si hoc agere noluerint, exterminentur.

* vivere

Cap. X.

De viduis & orphanis admoneri oportet, ut sine * calumnias potentium efficientur. Unde propheta testatur: *vociferabuntur ad me*; & reliqua.

* calumniis efficiantur.

Cap. XI.

De oppressione pauperorum admonendi convenit, ut per omnia præsides seu judices, centuriones atque vicarios admonere seu præcipere debeatis, ut sine ulla injusta calumnia permaneant. Unde evangelium testatur: *deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.*

Cap. XII.

De reliquo promiscuo, ut in lege Bajuvariorum consistere debeant, ut de eorum hereditate, exceptis capitalis criminibus, non alienentur. Unde veritas: *Nolite judicare, & non judicabimini*, & reliqua. Primum quidem judicium, postea misericordia.

Cap. XIII.

De incestis conjugiis minime convenit, ut per omnia vestro consequamini decreto, * quo in præsente villa puplica, noncupante Ascheim constituere recordamini. Unde & Paulus: *Neque adulteri regnum Dei possidebunt.*

* quod

Cap. XIII.

De missis vestris * per circuitu diocenum, ut ibi quemdam sacerdotem cum his mittere dignemini, ut ne innocens fraude deceptus calumnii restuetur & vobis in cassa commutata pecunia recurrat, pro quos in ætate positum sub jure sensu redditurum rationem fatemus, aut si recte te geris, sine hæsitatione remuneraturum in die judicii esse credimus atque testamur.

circultum diocesanum

ANNO CHRISTI 763.

Cap. XV.

De judicio puplico & clamore pauperorum per singulas sabbatis fiendi aut per dies Kalendarum, ut in auribus clementiæ vestræ acta prænuntient diversa. De quibus diebus te epulaturum fateris, si hoc agere coneris testare audemus. Et in his diebus semper sacerdos adesse debeat, ut sit sententia vestra Dei sale condita, ut ne judices terreni * præmias causas torquantur, & innocentes obprimantur, aut nocentes justificentur.

locus corruptus

* præmia torqueant

ANNOTATIONES
In ipsum textum concilii Aschaimensis.

Ad præfat. Domino gloriosissimo &c.

NOtatu dignum est, quod episcopi decreta synodalia non mittant ad Pippinum regem Francorum, sed ad Tassilonem ducem; hunc igitur non illum agnovere supremum principem *regni* (hoc enim vocabulo utuntur cap. 1.) Bajoariæ. Sed neque istud leviter prætereat lector, quod decreta ad principem mittantur non cum supplicatione, ut sua auctoritate rati habeantur, sed cum exhortatione, ut serventur & executioni mandentur. Quod an faveat systemati D. Ludvvigii (dissert. *de principum* S. R. J. *potestate in sacris ante Pacet religionis*) aliisque ejus systematis fautoribus ipsi viderint.

Sufficit enim christianis &c. Simili pene exordio utitur concilium Vernense anni DCCLV. *Sufficerant quidem*, ajunt ejus concilii Patres: *priscorum patrem regulæ sanctæ ecclesiæ catholicæ, rectissimaque normæ ad mortalium correctionem prolatæ, si earum sanctissima jura perseverassent illæsa.* Hoc Vernense concilium in codice ms. Frisingensi immediate præponitur concilio Aschaimensi, ex quo conjicio, hoc illo esse recentius; quod jam supra animadverti.

AD CAP. I.

Cursalis oribus &c. Legendum abs dubio cursalibus horis. Notum quippe est, *cursum* idem apud veteres fuisse ac officium, quod nos breviarium appellamus in certas horas diei, matutinum, laudes, primam &c. distributum.

AD CAP. II.

Ad priscorum antecessorum vestrorum &c. Nempe Theodonum, Theodeberti, Hucberti, Otilonis, de quorum, ut de ipsius Tassilonis profusa liberalitate in ecclesias seu fundandas seu ditandas copiose testantur monumenta ecclesiarum Salisburgensis, Ratisbonensis, Frisingensis, Passaviensis &c. nec non monasterium. S. Emmerami, Tegernseensis, Benedictoburani, Wessofontani, Altachensis, utriusque Thierauptani, Osterhoviensis, Chiemisanensis, Monseensis & plurium aliorum.

AD CAP. III.

Synodus Nicenensis &c. Nicænam primam synodum similem quidpiam dispositisse non reperio. Inveniuntur vero decreta huc pertinentia in conciliis Gangrensi c. 7. & 8. & Antiocheno c. 24. & 25. unde existimo, patres hujus concilii nomine synodi Nicenensis comprehendisse totam veterem illam canonum ecclesiæ collectionem, in qua præfixo titulo Nicænæ synodi sub una numerorum serie continentur canones conciliorum Nicæni Ancyrani, Neocesarienfis, Gangrensis, Antiocheni & Laodiceni, de qua collectione vid. Christophori Justelli de Vet. cod. can. ecclesiæ præfat. pag. 16.

Servatur ejusmodi codex canonum in biblioth. Ill. capituli cathedr. Frisingensis, is ipse, ex quo hoc Aschaimense descripsimus, & admodum verosimile est, ipsum eumdem patres illos ibidem adhibuisse, ut juxta illum de rebus sacris judicia haberent, allatum ab episcopo Frisingensi in cujus diœcesi ibidem fuerat celebratum. In hoc vero codice canones 7. & 8. concilii Gangrensis sunt 64. & 65. & canones 24. & 25. concilii Antiocheni sunt 101. & 102. a primo canone Nicæni concilii numerati.

AD CAP. IV.

Paterna reverentia comperiemini &c. Sensus forte est: Parentum tuorum exemplo leges in favorem ecclesiarum latas fac, ut compertas habeas, & observari facias.

Depicta pactus &c. Pactum, inquit Du Gange in Gloss. vel pactus lex est, quæ ex pacto convento, ex communi populorum consensu fertur & admittitur; quo nomine non tantum Lex Salcia, Alamannica, Ripuaria sed *Bajuvariæ* etiam donatur in concilio Dingolfingano anni DCCLXXII. cap. 9. ubi hæc habentur: *de eo, ut nullus hæreditate sua privetur, nisi per tres causas, quæ in pacto scribuntur, ideft, in Lege Bajuvariorum*;

ANNO CHRISTI 763.

rum ; hanc igitur Patres hic intelligunt per pactum. In lege vero Bajuuariorum sequentia statuta legas huc facientia tit. 1. cap. 11. de his qui contra legem ecclesiam fraudare voluerint. *Si quis contra res ecclesiæ injuste agere voluerit, vel de rebus ecclesiæ abstrahere voluerit, sive ille qui dedit, vel de heredibus ejus, aut qualiscumque homo præsumpserit, in primis incurrat Dei judicium, & offensum sanctæ ecclesiæ*, & cap. 111. De furtis ecclesiæ. *Si quis res ecclesiæ furaverit, & exinde probatus fuerit, de qualicumque re Niungeldos solvat, ideſt, novem capita restituat. Et si negare voluerit, secundum qualitatem pecuniæ juret in altari, de qua ecclesia furavit* &c.

Porro in voce *depicta* mendum cubat vix sanabile. Fortassis lex Bajuuariorum in tabulis depicta, seu variis coloribus scripta picturisque ornata in mallis seu placitis publicis ante omnium oculos suspensa hærebat ? Nisi legentium putes, *debita* quo nempe episcopi ducem monere volebant, integrum ei non esse, leges ecclesiasticas, seu etiam civiles solemni pacto & conventione statutas negligere.

AD CAP. V.

Ad decimam reverſatur &c. Non verba, sed sensum Prophetæ, puto, exprimere voluere patres, respiciendo nimirum ad hunc Malachiæ textum cap. 3. v. 8. & 9. *In quo confitigimus te ? In decimis & primitiis, & in penuria vos maledicti estis*. Similia vero habentur lib. 1. capitulorum cap. CLIV. edit. D. Georgisch pag. 1445. ibi : *Timendum est ut quisquis Deo suum debitum* (decimas) *abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua, & qui decimam Deo dare neglexerit, novem partes aufferantur ab eo.*

Manus vestræ decretus &c. Decretus pro decretum ; fuit supra pactus pro pactum. Decretum hoc jam ante hanc synodum Tassilonis auctoritate emanasse, hic supponitur, nimirum, ut is qui decimas aut ex odio erga presbyterum, aut ex avaritia reddere noluerit, pœnam solvat duplicis census, & præterea *Requerilla* reus existat.

Requerilla &c. Vox peregrina, a requirendo fortassis seu requirendo derivata, ut sensus sit, homini hujusmodi in publico judicio, querelam seu quæstionem movendam, ut judicis auctoritate ad præstandas decimas, pœnamque solvendam compellatur, vel si hanc *negligentiam iteraverit beneficium, unde decimæ persolvi debuerunt, amittat*, quod postea statutum fuit, & sæpius repetitum in variis capitularibus. Vox fere eadem occurrit in instrumento Frisingensi LIV. tom. 1. Hist. Frisingo Part. 11. pag. 59. *quod traditum fuit anno XXX. regni Tassilonis illustris summi ducis, XVI. Kal. Decembres* : nempe anno Christi DCCLXXVII. ubi spondetur, ut facta traditio, maneat ut prius, *ut deinceps nullo dividente permaneret requilla .... ut deinceps nulla dividendi vel quirendi patrimonio permaneat* : quibus verbis omnis potestas traditum patrimonium dividendi vel de eo litigandi adempta videatur.

AD CAP. VI.

De descensis : Diœcesanis legendum puto. Prohibetur hoc capitulo, si recte interpretor, presbyteris ne propria auctoritate populum suæ curæ adjungant ad alteram diœcesim pertinentem, sed ut diœcesium discrimen, quale episcopi constituerunt, observent, præcipitur. Hinc consequenter prohibetur sequenti.

AD CAP. VII.

Ne presbyteri alienas (alterius nempe diœcesis aut parochiæ subditorum) oblationes aut decimas sibi arrogent, quod similiter statutum invenitur capitularium lib. 1. cap. 148. & 149. & lib. VI. c. 166.

AD CAP. VIII.

Cum providentia episcoporum. Simile statutum edidit ann. DCCLV. concilium Vernense cap. V. his verbis : *ut monasteria tam virorum, quam puellarum secundum ordinem regulariter vivant. & si hoc facere contempserint, episcopus, in cujus parochia esse videntur, hoc emendare debet.*

AD CAP. IX.

Hoc decretum rursus decretum accipit ex concilio Vernensi cap. XI. *De illis hominibus, qui dicunt quod se propter Deum tonsurassent, & modo res eorum vel pecunias habent, & nec sub manu episcopi sunt, nec in monasterio regulariter vivunt, placuit, ut in monasterio sint sub ordine regulari aut sub manu episcopi sub ordine canonico. Et si aliter fecerint, & correpti ab episcopo suo emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma servetur.*

AD CAP. X.

Viduarum & orphanorum curam quoque habuit præcitatum Vernense concilium cap. XXIII. quod ita sonat : *ut comites & judices ad eorum placita primo viduarum, orphanorum vel ecclesiarum causas audiant & definiant. ..... Et postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent.*

AD CAP. XI.

Concordat lex Bajuuariorum tit. 11. c. v. §. 1. his verbis : *Et exinde curam habeat comes in suo comitatu. Penat enim ordinationem suam super centuriones & decanos, ut unusquisque provideat suos, quos regit, ut contra legem non faciant. Quæ præsidum, judicum, senescalcorum, & vicariorum*, qui hoc loco nominantur, officia fuerint, docebit vir celeber. Du-Gange in suo nunquam satis laudando Glossario.

AD CAP. XII.

Ut de earum hereditate : De legis hujus observantia soliciti etiam fuere proceres & præsules Bajoariæ in concilio Dingolfingano cap. IX. (vel, ut alii numerant, XIV.) statuentes : *ut nullus hereditate sua privetur, nisi per tres causas, quæ in pacto* (lege nimirum Bajuuariorum) *scribentur* &c. Item cap. XII. (al. §. XVII.) *Quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis tribus causis, de quibus supra diximus, si ille hereditatis suæ portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor autem illius suo jure non privetur*. Porro tres illæ causæ exprimuntur tit. 11. leg. Bajuuar. c. 1. §. 3. ibi : *Ut nullus Bajuuarius ... aut vitam sine capitali crimine perdat, ideſt, si aut* (1) *in necem ducis consiliatus fuerit. Aut* (2) *inimicos in provinciam invitaverit. Aut* (3) *civitatem capere ab extraneis machinaverit, & exinde probatus inventus fuerit, tunc in ducis potestate vitæ ipsius, & omnes res ejus & patrimonium*. (4) *Cetera vero quæcumque commiserit peccata, quousque habet substantiam, componat secundum legem.*

Ad CAP. XIII.

De incestis conjugiis. Ex hoc capitulo apparet, jam ante hanc synodum, in conventu fortassis quodam provinciali in hac eadem villa Aschaim coacto, auctoritate ducis Tassilonis decretum fuisse publicatum contra incesta conjugia conformiter ad leg. Bajuuar. tit. 11. c. 1. §. 1. 2. & 3.

Ad CAP. XIV.

De missis vestris. Missos dominicos & judices publicos jam ante conventum Aquisgranensem anni DCCCII. institutos fuisse cl. Hansitius Germ. sacr. tom. II. pag. 101. N. 10. ex capitulis ad leges Bajuuariorum anno DCCLXXXVIII. adjectis, ubi statuitur ; *ut de rebus properis ante missos & comites nostros & judices veniant, & ibi accipiant finitivam sententiam*. Morem hunc per Missos dominicos judicia faciendi in Bajoaria saltem multo vetustiorem esse, ex hoc capitulo nunc constat ; cum jam ante hanc synodum Aschaimensem introductus a patribus supponatur. Illud vero hoc loco de novo statutum fuisse videtur, ut missis, qui antea homines, laici tantum constituebantur, posthac jungeretur quidam de ordine sacerdotali, qui nimirum judiciis interesset, & curam gereret innocentum, ne fraude decepti, calumniis afficiantur, & ne ipsi judices tam facile pecuniis & muneribus corrumpi possint. Illud etiam notatu dignum mihi visum est, quod Patres hujus concilii non episcopum sed *sacerdotem* missis dominicis adjungi velint ; quamvis enim in veteribus cartis multoties nomine sacerdotis etiam episcopus veniat ; suspicor tamen, Patres hosce, qui omnes episcopi aut abbates fuerant, noluisse se ultro huic negotio intromittere, sed duci liberum reliquisse, quem ex sacerdotali ordine ad hoc opus eligere veliet, dummodo is divinæ & ecclesiasticæ legis peritus esset. Post ea tamen temeora cum etiam homines ejusmodi, inferioris conditionis, & eruditione ecclesiastica multoties haud admodum tincti, facile ut experientia docuit, corrumpi a partibus se paterentur, Carolus M. Imp. anno DCCCII. quo *demoravit ad Aquis Palatium .... recordatus misericordiæ suæ de pauperibus, qui in regno suo erant, & justitias suas plenius habere non poterant, voluit de infra palatio pauperiores Vassos suos transmittere ad justitias faciendum propter munera, sed elegit in regno suo archiepiscopos & reliquos episcopos & abbates cum ducibus & comitibus, qui jam quis non habebant super innocentes munera accipere ; & ipsos misit per universum regnum suum, ut ecclesiis, viduis & pauperibus & cuncto populo justitiam faceren.* Ita chronicon Moissiacense apud Lambecium.

Ad CAP. XV.

Sicuti in priori capitulo præsules ducem hortati sunt, ut missis dominicis in visitatione provinciæ, comes & socius sacerdos adderetur, qui innocentum ageret patrocinium ; ita nunc salubre monitum præbent, ut in judiciis ordinariis, quæ singulis sabbatis & diebus Kalendarum cujuslibet mensis haberi consueverant, non relinquat causas arbitrio judicum decidendas ; sed ad se deferri jubeat : sententiam vero nec ipse pronuntiet, nisi sacerdote quodam legis divinæ & ecclesiasticæ perito in consilium prius adhibito.

Sabbatis ... aut per dies Kalendarum. In lege Bajuuariorum tit. 11. cap. 15. §. 1. statutum legitur, *ut placita fiant per Kalendas aut post quindecim* (Heroldus habet XII.) dies, si necesse est ad causas inquirendas, ut sit pax in provincia. Hæc pro illustratione concilii Aschalmensis, quod nunquam antea prodiit, dicenda habui, quæ hoc quidem loco sufficere posse existimo. En, solum nunc pro eruditorum commoditate subjiciam, quæ Joan. Aventinus de eodem concilio scripta reliquit.

ANNO CHRISTI 762.

Ex Aventino lib. 3. Annal. Bojorum pag. 301. edit. Ingolſtadienſis de anno MDLIV.

„ CErtior factus de ægritudine parentis Taſſalonus, „ non impetrato commeatu, inſalutatoque avun- „ culo clam ſe de exercitu ſubducit, qui tum in Aqui- „ tania contra Bepharium bellabat, domum ſe prori- „ pit; mortuo genitore, Bojariam accipit. Proceres Bo- „ jorum, epiſcopi & monachorum præſules, ut mos „ gentis eſt, Aſchaemis (vicus eſt ſuperioris Bojariæ „ intra Oenum & Iſaram) conveniunt. Veteri conſue- „ tudine novo principi adminiſtrandi leges præſcribunt „ hujuſmodi: templa ſacroſancta ſunto. Uti Pontifices „ res eccleſiaſticas procurent. Monachi recte vivant. „ Omnes decimas tribuant ſacerdotibus. Principes jure „ ſuo operam dato, pupillos, viduas, inopes ab calu- „ mnia potentum defendito; pauperum & inopum que- „ rimonias ipſe audito & cognoſcito. Magiſtratibus, „ præſidibus, præfectis, prætoribus, ne cives, colonos „ pauperes ſervitute opprimant, demandato. Neque il- „ lorum avaritiæ inopes prædæ eſſe ſinito. Nec enim „ æquum eſt, ut illi de viſceribus reipublicæ, cum an- „ tea pauperes & mendici fuerint, collocupletentur, & „ ſortunis miſerorum ditentur. Creditæ ſunt illis pro- „ vinciæ, ut tanquam parentes conſulant pauperibus, „ non ut divites fiant & luxurientur. Leges Bojorum „ ubique obſervato, ne qua fraus ipſis fiat, caveto. In- „ ceſta conjugia, adulteria cohibeto. Culpam ſupplicio „ reddito. Primum jus legeſque exerceantur, deinde „ eas clementia lenire fas eſto & temperare, quemad- „ modum imperator cæleſtis per Moſen regi præcepit. „ Omnibus cognitionibus, conviviis ſacerdotem legis „ chriſtianæ peritum adhibeto: quo omnis ſententia, „ omnis ſermo principis divino ſale conditus ſet. Ne „ quid temere chriſtianæ juſtitiæ adverſum fiat aut „ committatur, quo Deus optimus max. ad iracun- „ diam provocetur. Neve judices munera accipiant, & „ noxii (ita mores ſunt) infontibus præferantur.

Huc uſque Aventinus, qui barbariem veteris ſcriptoris exoſus, capitula hujus ſynodi ſuo ſtylo magis quidem latina, aliquoties tamen minus genuina dedit; aliqua etiam ex ſuo ingenio addidit, prout noſtra cum ſuis comparare volenti patebit. Ea nihilominus, quod alicubi lucem obſcurato ſenſui afferre poſſe credebam, hic omittenda non eſſe cenſui.

ANNO CHRISTI 763.

[1] CONVENTUS NIVERNENSIS.

ANNO CHRISTI 763.

Ex P. Sirmondo.

HUic placito, præter Francos, interfuiſſe Taſſilonem Bajoariorum ducem, & quæ ſolemniter pollicitus fuerat Pippino Regi, ſcilicet in Conventu Compendienſi, non præſtitiſſe, auctor eſt qui chronicon ſancti Arnulphi conſcripſit. Anno, *inquit*, DCCLXIII. Pippinus rex habuit placitum generale Francorum in Nivernis. Inde ob infidelitatem Vvaifarii perfidi ducis, quartum iter in Aquitaniam direxit. In eodem placito Taſſilonem ducem Bajoariorum habuit. Qui poſtmodum de eadem expeditione, poſtpoſitis ſacramentis & jusjurando, quod quondam regi Pippino avunculo ſuo promiſerat, ſine licentia ejus ſe ſubducens, ad uſque Bajoariam fugit & nunquam amplius faciem regis videre meruit.

ANNO CHRISTI 765.

SYNODUS IN SARUG JACOBITARUM

ANNO CHRISTI 765.

Qua ſchiſma ſublatum eſt.

Anno Græcorum 1076. Chriſti 765. celebrata.

Ex Dionyſio Patriarcha apud Aſſem Bibl. orient. to. II. pag. 112.

Ex Supl. Manſi t. I. pag. 605.

JAm inde ab an. 755. ortum ſchiſma Monophyſitarum eccleſiam affligebat; qua de cauſa duo conſtituti patriarchæ, alii quidem, nempe qui e Meſopotamia erant, cum Cartaminenſibus & Athanaſianis Joanni patriarchæ parebant; occidentales vero cum Moſulanis Georgio a ſe electo in concilio Maburgenſi obſequebantur. Eam tandem diſſenſionem ſuſtulit ſynodus epiſcoporum Moſulanorum in Sarug collecta poſt obitum Joannis epiſcopi Callinici, quem Geziræi in patriarcham ſibi elegerant. In ea ſynodo omnes Georgio patriarchæ conſenſere: decreverunt propterea epiſcopali honore amovendos eſſe quotquot Joannes ordinaverat. Præfuit huic ſynodo Georgius patriarcha, præſentibus David epiſcopo Daræ, Aba epiſcopo Amidæ, Serguna Mardę, & Conſtantino Samoſatæ.

ANNO CHRISTI 764.

CONVENTUS VVORMATIENSIS.

ANNO CHRISTI 764.

Ex eodem.

QUid præcipue in hoc conventu actum ſit, explicant annales Fuldenſes. Anno DCCLXIV. rex Pippinus diſtracto in diverſa animo propter duo bella, Aquitanicum jam olim ſuſceptum, & Bajoaricum propter Taſſilonis ducis defectionem ſuſcipiendum, populi ſui generalem conventum habuit in Vvormatia civitate: dilataque in futurum expeditione, illo anno domi ſe continuit. *Regino autem abbas in chronico.* DCCLXIV. rex Pippinus habuit placitum ſuum in Vvormatia, & cauſam diligenter pertractavit inter Vvaifarium & Taſſilonem. *Vetus aliud breve chronicum ſæculi ejuſdem, quod extat in codice Tiliano, aſſignatos a Pippino filiis in hac ſynodo comitatus innuere videtur. Sic enim habet ad annum* DCCLXIV. Quando domnus Pippinus placitum habuit in Vvormatia, deditque comitatus dilectis filiis ſuis; *Carolo videlicet & Carolomanno.*

ANNO CHRISTI 765.

CONVENTUS ATTINIACENSIS.

ANNO CHRISTI 765.

Ex eodem.

COnventus hoc anno apud Attiniacum villam habiti meminerunt plerique, ſed in eo quid actum ſit nemo prodit, Regino abbas. DCCLIV. rex placitum ſuum habuit apud Attiniacum, & eo-

[1] Conventus hic nihil ad Concilia ſpectans continet, cum nec eccleſiaſticorum dicatur Conventus, ſed merum Francorum Placitum. Idem ſtatuendum de Conventu Vormatienſi anni 764. & Aurelianenſi anni 766.

& eodem anno, ſicut ſuperiore, nuſquam profectus eſt. *Quamquam autem bellum hoc anno Pippinus per ſe nullum geſſit, non uno tamen loco a Francis certatum cum Aquitanis fuiſſe conſtat ex chronico ſancti Arnulfi, & aliis. Nam & Mancionem Vvaifarii conſobrinum ab Auſtraldo & Galimano comitibus: & Hilpingum comitem Arvernorum ab Adalardo comite Cabillonenſi, acie victos in Burgundia cæſoſque commemorant; & Amanugum comitem apud Turonos a Vvulfardi quoque abbatis ſancti Martini hominibus interfectum.*

ANNO CHRISTI 765.

* Ex ſchedis V. C. Lucæ Holſtenii Roma ad nos juſſu eminentiſſimi S. R. E. principis Franciſci card. Barberini miſit R. P. Petrus Poſſinus.

*Acta quædam * conventus Attiniacenſis habiti ſub Pippino rege, anno ejus* XIV. *Chriſti* DCCLXV.

Nomina epiſcoporum ſeu abbatum, qui apud villam publicam Attiniacum pro cauſſa religionis ac ſalute animarum congregati ſynodali conventu inter cætera ſalubriter ſapienterque definita; hoc quoque communi cunctorum decreto ſtatuerunt: ut unuſquiſque illorum, quorum nomina in hoc indiculo ſubterſcripta reperiuntur, quando quislibet de hoc ſæculo migraverit, centum pſalteria, & presbyteri ejus ſpeciales miſſas centum cantent. Ipſe autem epiſcopus per ſe xxx. miſſas impleat, niſi infirmitate, aut aliquo impedimento prohibeatur: tunc roget alterum epiſcopum pro ſe cantare. Abbates vero qui non ſunt epiſcopi, rogent epiſcopos, ut vice illorum ipſas xxx. miſſas expleant: & presbyteri eorum centum miſſas, & monachi centum pſalteria pſallere meminerint.

Hrodegandus epiſcopus civit. Mettis.
Eddo epiſcopus civit. Stradburgi.
Lullo epiſcopus civit. Maguntiaci.
Lupus epiſcopus civit. Senonis.
Baldebertus epiſcopus civit. Baslæ.
Vvlframnus epiſcopus civit. Meldis.
Remedius vocatus epiſcopus civit. Rodomę.
Maurinus epiſcopus civit. Eboracas.
Genbaudus epiſcopus civit. Lauduno.
Hildigungus epiſcopus civit. Sueſſonis.
Athalfridus epiſcopus civit. Noviomis.
Megingozus epiſcopus civit. Vvirziaburgo.
Vviliharius epiſcop. de monaſt. S. Mauricii.
Folericus epiſcopus civit. Tungris.
Theodulphus epiſcop. de monaſt. Laubias.
Hiddo epiſcopus civit. Aguſtoduno.
* Eugendi. Hyppolytus de monaſterio * Logendi.
Jacob epiſc. de monaſterio Gamundias.
Gaucilenus epiſc. civit. Celmanis.
Joannes epiſcopus civit. Conſtantia.
Vvilibaldus epiſc. de monaſterio Achiſtadi.
Madalfeus epiſcopus civit. Vvirdunis.
Hariſeus epiſcopus civit. Biſentionis.
Leodeningus epiſcopus civit. Bajogas.
Euſebius epiſcopus civit. Toronis.
Tello epiſcopus civit. Coeradiddo.
Mauriolus epiſcopus civit. Andecavis.
† Fulradus abbas de monaſterio S. Dionyſii.
Lantfridus abbas de ſancto Germano.
Joannes abbas de ſancto Flodoaldo.
Druthtgungus abbas de Gemetico.
Vvithlecus abbas de Funtanellas.
Evitmarus abbas de Centula.
Leodharius abbas de Corbeja.
* Manaſe abbas de Flaviniaco. [a] Manaſſes.
Aſinarius abbas de Novalicio.
Vvaldo abbas de ſancto Joanne.
Fabigaudus abbas de Busbrunno.
Godobertus abbas de Rusbacis.
Athelbertus abbas de Fabarias.
Vvidradus abbas de ſancta Columba.
Ebarſindus abbas de Aldaha.
Geraus abbas de Nivella.
Ragingarius abbas de Utico.

ANNO CHRISTI 765.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Chrodegangi, qui primus huic ſtatuto ſubſcriptus apparet, nomen admonuerat me non eſſe diutius differendam quam canonicis ſuis conſcripſit regulam, ab aliis poſtea interpolatam, ut mox pluribus docebitur. Verum illam concilio Aquiſgrani anno 816. celebrato ſubjiciendam plura deinde ſuaſerunt argumenta.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 765. n. 6.

Conventum Attiniacenſem hoc anno habitum memorant etiam Regino in Chronico, & Annaliſtæ Loſelianus, Bertinianus, & Eginhardus in Annal. Hujus Conventus meminit Vvandelbertus diaconus & Monachus Prumienſis, qui ſæculo ſequenti vixit, in fine libri, quem de Miraculis ſancti Goaris Heremitæ compoſuit, quem recitat Mabillonius ſæc. 2. Benedict. Ait enim Aſſuerum Abbatem primum Monaſterii Prumienſis an. 762. conditi ad illum veniſſe, & a Pippino Rege obtinuiſſe Cellam, ſeu Monaſterium ſancti Goaris paulo ſupra confluentes Moſellæ & Rheni ſitum: *Cum quodam tempore*, inquit Vvandelbertus de Aſſuero loquens, *iter a Monaſterio* (nempe Prumienſi) *in Vangionum provincia ageret, & occaſione viæ ad S. Goarem declinaſſet, ubi tunc Rectoris nomine præerat quidam Erpingus nomine, neque commoditatem aliquam rerum neceſſariam nanciſci potuiſſet, rem, ut erat geſta, paulo poſt Principi retulit, peſſimum eſſe dicens eo loco humanitatem hoſpitalitatis omnem negari, ubi quondam ſub beato Viro* (ſc. Goare) *ſingulariter virtus eadem viguiſſet. Pollicetur Rex fore hæc emendanda cum temporis opportunitas arriſiſſet. Itaque non multo poſt poſitus in Palatio quod Attiniacum vocatur, cum ad generalem populi Conventum ſimul Abbas Aſſuerus veniſſet, evocatum ad ſe Princeps ſuper his, quæ de Cella beati Viri dicta ab eo fuerant, commonefacit, eique regendam committit.* Ab eo tempore hæc Cella Monaſterio Prumienſi conjuncta remanſit. Vvandelbertus vero in proœmio laudati libri ait, ea tantum a ſe commemorari *quæ ab annis plus minus 76. geſta noſcuntur*, & ſub ejuſdem libri finem aſſerit, ſe narrationem ſuam perducere *ad an.* 839. *Incarn. Dom.* Quare cum nullus Conventus Attiniaci per hæc tempora habitus fuerit, niſi annis 762. & 765. Vvandelbertus nonniſi de ultimo intelligi poteſt, ſatiſque ipſemet indicat, numerum illorum annorum 76. non rigoroſe a ſe determinari, cum dicat *plus minus 76.* Labbeus & Cointius ad ſecundum hunc Conventum Attiniacenſem perperam referunt, quæ ad priorem pertinent.

ANNO CHRISTI 766.

CONVENTUS AURELIANENSIS.

ANNO CHRISTI 766

Placitum hoc belli Aquitanici cauſa celebratum fuiſſe docent annales Fuldenſes. Idem confirmat chronicum ſancti Arnulfi his verbis: Anno Dominicæ incarnationis DCCLXVI. cernens Vvaifarius quod nulla civitas, nec ulla munitio Pippino regi & Francis reſiſtere poſſet, civitates quas habuit munitiſſimas in Aquitania deſtruere juſſit. Hoc Pippinus rex audiens, conventum Francorum in Aurelianis civitate adunavit, pergenſque in Aquitaniam, civitates & caſtella, quæ Vvaifarius deſtruxerat, reædificare præcepit: in quibus cuſtodes poſuit, qui Vvaifario reſiſtere poſſent.

ANNO CHRISTI 767.

CONCILIUM GENTILIACENSE [a]

[b] DE CULTU SANCTARUM IMAGINUM,

& [c] de ſanctiſſima Trinitate,

In agri Pariſiacenſis villa Gentiliaco præſente Pippino rege celebratum anno Chriſti DCCLXVII. Pauli Papæ X. Pippini ejuſdem regis XXI.

Ex eodem.

QUA de re in hac ſynodo diſceptatum ſit, Adonis Viennenſis in chronico verba declarant. Facta eſt, *inquit*, ſynodus anno incarnationis Domini DCCLXVII. & quæſtio ventilata inter Græcos & Romanos de Trinitate, & utrum Spiritus ſanctus, ſicut procedit a Patre, ita procedat a Filio: & de ſanctorum imaginibus, utrumne fingendæ, aut pingendæ erant in eccleſiis. *De eadem ſcribit etiam Regino abbas & locum deſignat. Pippinum enim teſtatus illius anni paſcha in Gentiliaco celebraſſe, atque in eadem villa ſynodum magnam habuiſſe inter Romanos & Græcos, de ſancta Trinitate, & de ſanctorum imaginibus. Romanos autem interpretor Pauli papæ legatos, qui una cum Pippini legatis Conſtantinopoli cum Græci imperatoris legatis reverſi apud Pippinum regem tunc erant, tantiſper ab eo detenti, dum ſynodus iſta cogeretur. De hac quippe ipſa ſynodo accipienda videntur, quæ Paulus papa Pippino reſcribit epiſtola* XXVI. *inter Carolinas:* Direxit, *inquit*, nobis excellentiæ veſtræ Chriſtianitas, ſignificans de miſſis noſtris, veſtriſque, atque Græcorum, qui a regia urbe reverſi ſunt, eos apud vos eſſe detentos, interim quod aggregatis veſtris ſacerdotibus, atque optimatibus, conjicere ſeu perpetrare valeatis, quid de his quæ vobis directa ſunt reſpondendum ſit. Et quidem vobis de hac re aliter confidendum non eſt a vobis reſponderi, niſi quæ ad exaltationem ſacroſanctæ ſpiritalis matris veſtræ Romanæ eccleſiæ, atque orthodoxæ fidei pertinere noſcuntur. *Duo nimirum Græcorum legationis erant capita; unum de repetendis Italiæ regionibus a Pippino eccleſiæ Romanæ attributis; alterum de quæſtionibus ſupraſcriptis: in quorum altero ſedis apoſtolicæ dignitas & amplitudo, in altero fidei catholicæ ſinceritas petebatur.*

AD GENTILIACENSE CONCILIUM DE CULTU SANCTARUM IMAGINUM

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Manſi Suppl. Tom. I. pag. 666.

CONcilium iſtud pro anno 767. cui ab omnibus aſſignatur, ad præcedentem revocandum eſſe ſuadent verba Eginarthi in annalibus Francorum ad annum 767. ubi poſtquam narravit brevem de ſynodo hac hiſtoriam, dein ſubdit, *eoque peracto* (Concilio) *ad bellum conficiendum poſt Natalem Domini in Aquitaniam proficiſcitur*; tum ſubdit quo loco Paſcha egerit, quo tandem venerit menſe auguſto &c. Quæ omnia ſatis demonſtrant ſynodum habitam ipſa die Natalis Domini anni præcedentis 766.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Gentiliacenſe.*) Eginhartus in chronico DCCLXVII. *Orta*, inquit, *quæſtione de ſancta Trinitate, & de ſanctorum imaginibus, inter orientalem & occidentalem eccleſiam, id eſt Romanos & Græcos, rex Pippinus conventu in Gentiliaco villa congregato ſynodum de ipſa quæſtione habuit.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Gentiliacenſe.*) Sic dictum a villa Gentiliaco nominata.

b *De cultu imaginum.*) Legatio illa, quam pro confœderatione Pippini regis impetranda Conſtantinus imperator miſerat in Franciam, hæc impietatis zizania ſeminaverat; pro quibus extirpandis hiſce ſarculis opus erat. Nemo quidem ſcriptorum illud expreſſe affirmat; ſed quia tamen Francorum annales evidenter commemorant, per nobiliſſimam legationem aliquanto tempore actum fuiſſe de fœdere ineundo, haud dubie hæc impietatis ſemina ibidem ſparſa fuerunt.

c *De ſanctiſſima Trinitate.*) Hoc ſynodali conventu tractatam fuiſſe quæſtionem hanc, An Spiritus ſanctus a Patre Filioque procedat, tradit Ado Viennenſis in chronico. Cum enim occidentales Conſtantino Copronymo ejuſque ſectatoribus orientalibus ſacrarum imaginum deſpectum & contemptum vitio verterent; ille contra Latinis exprobrabat, quod ad ſymbolum vocem *Filioque* adjeciſſent. Unde patet, quod cum Græci ſchiſmatici hac in re Latinos impugnent, aperte profiteantur, ſe impiiſſimi Conſtantini Copronymi, quem ſuo ipſi judicio condemnant, cauſam turpiſſimam turpiter agere, tueri & defendere.

CONCILIUM BITURICENSE

Anno Chriſti DCCLXVII. celebratum.

Ex Labbei Append. Tom. VI.

REfert etiam Regino ſynodum alteram, & loco & tempore diverſam a Gentiliacen-

EJi ad ipſummet annum 767. his verbis. *Eodem anno*, ait, *menſe Auguſto, rex Pippinus iterum*

w In Annal. Metenſibus dicitur habita Synodus iſta Salmuntiaci, qui eſt in agro Laudunenſi pagus, *Samoucy*. Harduinus.

ANNO CHRISTI 767.

rum Aquitaniam ingressus, usque Biturigas venit, ibique Synodum tenuit. Additque Fredegarius, Natale Domini nostri Jesu Christi & sanctæ Epiphaniæ apud Bitoricas urbem per consilium episcoporum & sacerdotum venerabiliter celebrasse. Quid autem in ea gestum sit, ignoratur. Narrat quoque Pippinum ibidem placitum suum Campo-Maii tenuisse. ANNO CHRISTI 767.

CONCILIUM JEROSOLYMITANUM

IN CAUSA SACRARUM IMAGINUM

Anno 767. circiter habitum.

Ex Mansi Supplem. Tom. I. pag. 466.

CONcilii hujus meminit Græcus Auctor vitæ S. Joannis Gotthiæ episcopi, quem e vetusto vaticano codice Græce & Latine dederunt Bollandiani socii ad diem XXVI. Junii pag. 190. cujus hæc sunt verba: *Scripsit itaque per diaconum suum Longinum ad patriarcham Jerosolymitanum, ut Synodum convocet ad seque mittat fidei definitionem; quod factum est. Nam excerpta tam ex veteri novoque testamento, quam ex omnium probatorum patrum scriptis testimonia de sacrosanctis imaginibus, de venerandis reliquiis, de intercessione sanctorum miserunt ad præfatum Sanctum.* Porro Joannes post Synodum Coprominianam episcopus electus fuit, ac triennio post consecratus, dein Hierosolymitanos de synodo indicenda admonuit. Quare synodus hæc Hierosolymitana circa annum 760. consignanda est.

Hæc olim ego de concilii hujus epocha in meis ad Pagium adnotationibus ad an. 760. I. conjiciebam; nunc vero paulo ulterius promovendam illam arbitror. Constantinus Pseudopontifex datis ad Carolum Francorum regem literis, recitatis in codice Carolino num. 99. transmittere se ad Ilum nunciat *Synodicam fidei, missam a Theodoro* Hierosolymitano patriarcha, Paulo Papæ directam, *in quo*, ait, *& reliqui patriarchæ, id est Alexandrinus & Antiochenus, & plurimi Metropolitani episcopi orientalium partium visi sunt concordasse.* Literas hasce Græce & Latine scriptas Gallis destinavit Pseudo pontifix, *ut agnoscerent qualis fervor sanctarum imaginum orientalibus in partibus cunctis Christianis immineret.* Habemus hic synodicam a concilio, ut credere par est, cui Theodorus Hierosolymitanus præerat, scriptam in causa sacrarum imaginum. Quis porro vetat concilium illud cum eo confundi, quod S. Joannes Gothorum episcopus solicitavit? Cum vero synodica illa Romam pervenerit *augusto mense* 5. *indictionis*, id est anno 767. hinc opinari licet concilium vel anno illo, vel præcedenti conveniisse. Porro synodica hæc epistola in actis synodi VII. actione III. integra legitur.

VITA, ET EPISTOLÆ STEPHANI PAPÆ III.

Dantur variantes ex Cod. Luc.

STephanus tertius, natione Siculus, ex patre (*a*) Olivo, sedit annos tres, menses quinque, (*b*) dies viginti octo. Vir strenuus, & divinis scripturis eruditus, atque ecclesiasticis traditionibus imbutus, & in earum observationibus constantissimus perseverator. Hic dum a Sicilienſi insula in hanc adveniisset Romanam urbem, tradidit eum domnus Gregorius sanctæ recordationis tertius papa in monasterio sancti Chrysogoni quod tunc noviter fundabat, illicque clericus atque monachus est effectus. Quem postmodum domnus Zacharias papa ex ipso * abstollens monasterio, in Lateranensis patriarchii cubiculo * esse præcepit. Eumque postmodum in presbyterum tituli sanctæ Cæciliæ consecravit. Quem tamen pro ejus castitatis modestia in suo officio in Lateranis detinuit. Sed & reliqui, scilicet domnus Stephanus & Paulus beatissimi pontifices, eumdem sanctissimum Stephanum pro ejus (*c*) piis conversationibus in suo servitio similiter detinuerunt. Dum vero prædecessor ejus domnus Paulus papa pro austeritate fervoris æstivo tempore in ecclesia beati Pauli demoraretur, & valida ibidem ægritudine præoccuparetur, de qua & vitam finivit, die noctuque isdem beatissimus Stephanus in ejusdem sui prædecessoris pontificis perseverans servitio, nullo modo ab ejus lectulo, donec spiritum emitteret, recessit. At vero Paulus papa in ægritudine positus, cum nondum adhuc spiritum exhalaret, illico Toto quidam dux Nepesinæ civitatis dudum habitator, cum suis germanis Constantino, Passivo, & Paschale, aggregantes, tam ex eadem Nepesina civitate, quamque ex aliis Tusciæ civitatibus multitudinem exercitus, atque catervam rusticorum, ingredientesque per portam beati Pancratii in hanc Romanam urbem, atque in domo antedicti Totonis armati assistentes, elegerunt ibidem subito Constantinum fratrem ejusdem Totonis laicum existentem. Quem cum armis plurimi eorum loricis induti * latrocinanter in Lateranense patriarchium introduxerunt. Et ascendentes cum eo in vicedominio, continuo accersito * Georgio episcopo, compulerunt eum ut orationem clericatus

° auferens ° suo præfecit.

* latrocinanter

* Gregorio

(*a*) *Olibrio* (*b*) *dies viginti octo* deest, sicut & *vir strenuus*, & (*c*) *piis* deest

catus eidem Constantino tribueret. Ipse vero ANNO CHRISTI 767. omnino hoc renuebat facere, corruensque in terram prostravit se pedibus ipsius Constantini, adjurans eum fortiter per omnia divina mysteria, ut locum daret, & ab ejusdem impiæ præsumptionis proposito recederet, ne per eum talis inaudita novitas in ecclesia Dei fieret. Et dum hujusmodi adjurationis proferret verba, concitati plurimi ex ipsis malignis, qui eamdem impiam electionem fecerant, insurgentes super eum, atque fortiter comminantes ei, timore correptus orationem illi clericatus tribuit, & ita clericus effectus, eumdem sanctissimum Lateranense invasit patriarchium. Alia vero die illucescente secunda feria, subdiaconus atque diaconus ab eodem episcopo in oratorio sancti Laurentii intra eumdem patriarchium contra sanctorum canonum instituta consecratus est. Sicque universum populum sibi sacramentum præbere fecit, & adveniente dominico die rursum cum multitudine armatorum exercituum in basilicam beati Petri properans, pontifex ab eodem Georgio episcopo Prænestino, & aliis duobus episcopis, Eustrasio Albanense, & * Citonato Portuense, consecratus est. Et per anni spatium & mensem unum sedem apostolicam invasam detinuit. Hoc vero cernens Christophorus primicerius & consiliarius, zelo fidei una cum suo filio Sergio tunc * saccellario existente, maluerunt magis mori, quam talem impiam novitatem & iniquam præsumptionem in sedem apostolicam perpetratam conspicere: & quotidie in fletu & lacrymis perdurantes simulaverunt se monachos fieri velle, seseque absolvi ab eodem Constantino petierunt, & in monasterium Salvatoris Domini nostri Jesu Christi proficisci, asserentes illic monachicum fore suscepturos habitum. Susceptoque ab eodem Christophoro primicerio sacramento, ita illis credens eos * absolvit. Quibus properantibus, atque in fines Longobardorum conjungentibus, velletque abbas jam fati monasterii eos in idem monasterium adduci, declinaverunt ab itinere isdem Christophorus primicerius, & ejus filius Sergius, dudum quidem sacellarius, postmodum secundicerius; adjurantes firmiter Theodicium ducem Spoletinum, ut eos trans Padum ad Desiderium suum * deduxisset regem Longobardorum, nitentes ob hoc redemptionem sanctæ Dei ecclesiæ perficere. Eosque isdem Spoletinus dux ad suum deportavit regem. Et dum ejus obtutibus præsentati fuissent, obnixe eumdem regem deprecati sunt ejus auxilium tribui, ut talis novitatis error ab ecclesia Dei amputaretur. Dum vero prænominatus Christophorus primicerius, & Sergius ejus filius, apud præfatum demorarentur regem, fecit prædictus Constantinus apostolicæ sedis invasor ordinationem presbyterorum, seu diaconorum, presbyteros octo, diaconos quatuor, sed & episcopos (*a*) in ipsius anni circulo, & unius mensis, fecit, per diversa loca numero octo.

Georgii ordinatoris Constantini exitus infelix.

Antedictus vero Georgius Prænestinus, qui eum diaconem & pontificem consecravit, non post multos dies consecrationis ipsius Constantini valida ac pessima ægritudine præoccupatus, immobilis factus est, & postmodum missarum solemnia nequaquam celebravit: ejus enim dextera manus aruit atque contracta est. Quam etiam nec ad os suum afferre valuit, sicque tremens & languens vitam finivit. Dum vero hæc agerentur, conjunxerunt antefatus Christophorus & Sergius in civitatem Reatinam, absoluti a Longobardorum rege. Et precedentes Sergius & Vvaldipertus presbyter cum Reatinis & Forconinis, atque aliis Longobardis ducatus Spoletini, conjunxerunt subito ac repente in hanc Romanam urbem, vigesima octava die Julii mensis, indictione sexta, vespere, in ipso crepusculo noctis, vigilia beatorum martyrum Abdon & Sennen, occupantes pontem Salarium. ANNO CHRISTI 767.

Alia vero die transeuntes per pontem Milvium venerunt ad portam beati Petri, & inde pergentes appropinquaverunt ad portam beati Pancratii. Quidam vero propinqui jam fati Christophori ac Sergii ipsam portam observantes ac custodientes, cernentes ipsum Sergium ad eamdem portam appropinquasse, annuerunt ei & protinus ipsam aperuerunt portam. Sicque jam dictus Sergius & Vvaldipertus cum Longobardis Romanam urbem ingressi sunt, & per muros civitatis cum flammula ascendebant, metuentes Romanum populum, & nequaquam de Genuculo ipsi Longobardi ausi sunt descendere, sed cum nimio tremore ibidem assistebant. Hoc vero audiens Toto & Passivus germani fratres, ignorantes ingenium & dolum quod ei proditores inierant, cucurrerunt cum aliquantis ad prædictam portam, cum quibus & Demetrius secundicerius, & Gratiosus tunc chartularius, postmodum dux, properaverunt; qui & ipsi in consilio erant cum præfatis nefandissimis proditoribus. Et appropinquantes ad eosdem Longobardos, obviavit Totoni duci ex eisdem Longobardis, qui bellator præ omnibus apparebat, Racipertus nomine, & impetum fecit super eumdem Totonem: super quem isdem Toto irruens, atque fortiter percutiens eum, interfecit. Quod aspicientes Longobardi, in fugam conversi nitebantur evadere: sed Demetrius secundicerius & Gratiosus post tergum supradicti Totonis assistentes, eum in dorsum lanceis percutientes, sic adversus eum prævaluerunt, atque interfecerunt. Passivus vero in Lateranense fugit patriarchium, annuncians suo germano Constantino quæ gesta fuerant. Hoc vero audito aufugit isdem Constantinus cum suprascripto Passivo & Theodoro episcopo, & vicedomino suo in basilicam Salvatoris, & descendentes ad fontem in ecclesiam sancti Venantii, aliquantulum ibidem resederunt, & considerantes si melius possent salvare, in vestiarium ascenderunt. Illinc intus oratorium sancti Cæsarii ingredientes, clausisque super se januis ibidem residebant, & convenientes post aliquantas horas hujus Romanæ militiæ judices, eos ex ipso oratorio ejicientes, sub cautela munierunt. Alio vero die dominico congregans Vvaldipertus presbyter, ignorante autem prædicto Sergio, aliquantos Romanos, pergentesque in monasterium sancti Viti, abstulerunt exinde Philippum presbyterum, quem eligentes, & cum (*b*) gaudio vocibus acclamantes, Philippum papam, sanctus Petrus elegit eum, in basilicam Salvatoris more solito deduxerunt. Illicque oratione ab episcopo data, juxta antiquitatis

Philippus papa eligitur.

mo-

* Citonato

* saccellario

* *id est*, dimisit.

* deduceret.

(*a*) *in ipso mense fecit* &c.

(*b*) *laudum*

morem, tribuentemque pacem omnibus, in Lateranenſe introduxerunt patriarchium. Et ibidem ſimiliter in ſede pontificali ſedens, tribuenſque denuo, ut mos eſt, pacem, aſcendit ſurſum, & menſam, ut aſſolent pontifices, tenuit, ſedentes cum eo aliquanti ex primatibus eccleſiæ & optimatibus militiæ. Poſt paululum vero conveniens eodem die ſæpefatus Chriſtophorus primicerius, cognitaque cauſa electionis ipſius Philippi, illico cum magna aſcendens ira jurejurando coram omnibus Romanis affirmabat, dicens ſe Roma minime egreſſurum, quouſque Philippus presbyter de Lateranenſi expulſus non fuiſſet patriarchio. Tunc properans autedictus Gratioſus cum aliquantis Romanis expulerunt jam dictum Philippum presbyterum de eodem patriarchio, qui & per ſcalam quæ ducit ad balneum deſcendens cum magna reverentia ad ſuum reverſus eſt monaſterium. Sicque præfatus Chriſtophorus primicerius alia die aggregans in Tribus (*a*) ſatis ſacerdotes ac primates cleri, & optimates militiæ, atque univerſum exercitum, & cives honeſtos, omniſque populi Romani cœtum, a magno uſque ad parvum, pertractantes pariter concordaverunt omnes una mente, unoque conſenſu in perſonam præfati beati Stephani. Pergenteſque in titulum beatæ Cæciliæ, in quo idem presbyter (*b*) exiſtens eum pontificem elegerunt, quem cum vocibus acclamationum & laudibus in Lateranenſe deportaverunt patriarchium, & poſt omnia rite in ejus electione peracta, Deo auctore, pontificatus aſſumpſit culmen. Dum vero adhuc electus extitiſſet iſdem ſanctiſſimus vir, congregati aliquanti perverſi, Deum præ oculis non habentes, nec metuentes terribile futurum judicium, ſummiſſi a quibuſdam peſtiferis malorum auctoribus, quibus & digna factis retribuit Dominus, comprehendentes Theodorum epiſcopum & vicedominum * ejus, quod dici impium eſt, eruerunt oculos, & linguam illi crudeliter amputaverunt, ſed & Paſſivi ſimiliter oculos eruere niſi ſunt, & tantam impietatem in eiſdem monſtraverunt, qui etiam nec in proprias domos eos deportari permiſerint, ut illis cura a ſuis hominibus exhiberi deberet, ſed * abſtultis omnibus eorum rebus & familiis, ac poſſeſſionibus, unum ex eis, Theodorum ſcilicet epiſcopum, in monaſterium clivi Scauri retrudi fecerunt, ubi fame & ſiti cremans clamanſque aquam, ita exhalavit ſpiritum. Paſſivum vero in monaſterium ſancti Silveſtri direxerunt. Nam & Conſtantinus invaſor apoſtolicæ ſedis, dum deductus in medium eſſet, magna pondera in ejus adhibentes pedibus, in ſella muliebri ſedere ſuper equum fecerunt, & in monaſterium ad Cellas novas, coram omnibus deportatus eſt. Sabbato vero die diluculo ante unam diem ordinationis præfati beatiſſimi papæ Stephani aggregati aliquanti epiſcoporum, ſeu presbyterorum, & cleri in baſilica Salvatoris, iterum præfatus Conſtantinus ad medium allatus eſt, lectiſque ſacratiſſimis canonibus ita depoſitus eſt; accedens enim Maurianus ſubdiaconus orarium de ejus collo abſtulit & ante pedes ejus projecit, & * compages ejus abſcidit, ſicque alio die dominico antedictus beatiſſimus Stephanus conſecrationem ſuſcepit pontificatus.

ANNO CHRISTI 767.

Philippus pellitur.

Stephanus papa eligitur.

* Conſtantini, quod

* ablatis.

Conſtantinus papa detruditur in monaſterium.

* *forte leg.* campago.

Factaque ab univerſo populo Romano pœnitentiæ confeſſioniſque deprecatione apud divinam clementiam, per quam ſe omnes peccaſſe in prædicti Conſtantini invaſoris apoſtolicæ ſedis impia ordinatione confitentes, pro eo quod non ei reſtiterunt; ita excelſa voce in ambone beati Petri baſilicæ a Leontio ſcriniario eadem relecta eſt confeſſio. Poſt hæc vero aggregati univerſi exercitus Romanæ civitatis, & Tuſciæ, & Campaniæ pergentes Alatrum partis Campaniæ, ubi erat Gracilis tribunus conſentaneus jam dicti Conſtantini apoſtolicæ ſedis invaſoris, per quem plura mala in Campaniæ partes perpetrata ſunt: conſtringenteſque fortiter eamdem civitatem ipſum exinde abſtulerunt Gracilem, & huc Romam attulerunt, quem in arctam cuſtodiam retrudentes aliquantis diebus ibidem mancipatus extitit. Poſtmodum vero quidam iniqui Campani, qui huc Romam advenerant, adhortati ab aliis nequioribus ſe & impiiſſimis, eumdem Gracilem ex ipſa cuſtodia * abſtollentes, & quaſi eum in monaſterium deportantes, dum ad Coloſſeum adveniſſent illic ejus oculos eruerunt, & linguam abſtulerunt. Porro aliquantis poſt hæc præteritis diebus dum Tuſcani & Campani hic Romæ aggregati fuiſſent, inito conſilio cum præfato Gratioſo & fortioribus ejus, per quorum auctoritatem tanta mala operabantur, Deum non metuentibus * perrexit cum cuneo militum Tuſciæ ac Campaniæ primo diluculo in monaſterium ad Cellas novas, ubi Conſtantinus antedictus apoſtolicæ ſedis invaſor retruſus erat, eumque ex ipſo ejicientes monaſterio, ejus eruerunt oculos, & cæcum in platea jacentem reliquerunt.

ANNO CHRISTI 767.

* auferentes.

* perrexerunt.

Conſtantino pſeudopapæ oculi eruuntur.

His itaque geſtis peractiſque inſurrexerunt quidam dicentes, quod antedictus Vvaldipertus presbyter Longobardorum genere ortus conſilium cum Theodicio duce Spoletino, & aliquibus Romanis iniiſſet ad interficiendum præfatum Chriſtophorum primicerium, & alios Romanos primates, & civitatem Romanam Longobardorum genti tradendam. Unde directus eſt quidam Chriſtophorus vicedominus cum multitudine populi ad eum comprehendendum. Ipſe vero hoc agnito fugit in eccleſiam ſanctæ Dei genitricis virginis Mariæ, quæ vocatur Ad martyres: quem exinde iſdem vicedominus abſtraxit, portante eodem Vvaldiperto imaginem ipſius Dei genitricis, eumque in teterrimam retrudi fecerunt cuſtodiam, quæ vocatur Ferrata, in Cellario majore. Et poſt modicos dies ipſum de eadem cuſtodia ejicientes Vvaldipertum presbyterum, eumque projicientes in terram, juxta tranſendam campi Lateranenſis ejus effoderunt oculos, & linguam ipſius crudeliter ac impie abſciderunt; dirigenteſque illum in xenodochium Valerii, ibidem poſtmodum ex eadem oculorum effoſſione vitam finivit. Itaque in exordio ordinationis ſuæ, quo iſdem ſanctiſſimus præſul pontificatus apicem aſſumpſit, direxit in Franciæ partes ad excellentes viros [b] Pippinum, Carolum, & Carolomannum, reges Francorum, & patricios Romanorum, Sergium antedictum ſecundicerium, & nomenclatorem illo tempore exiſtentem, deprecans atque adhortans eorum excellentiam per ſuas apoſtolicas literas, ut aliquantos epiſcopos gnaros, & in omnibus divinis ſcripturis atque

(*a*) *Fatis omnes.* (*b*) *exiſtens ſpiritalem degebat vitam eum* &c.

que ſanctorum canonum inſtitutionibus eruditos ac peritiſſimos dirigerent, ad faciendum in hac Romana urbe concilium pro eadem impia novi erroris ac temeritatis * præſcriptione, quam antefatus Conſtantinus apoſtolicæ ſedis * pervaſor auſus eſt perpetrare. Et properante antedicto Sergio in Francorum regiones, jam invenit de hac luce migraſſe Chriſtianiſſimum Pippinum regem: & cœptum gradiens iter pervenit ad ejus filios Carolum & Carolomannum germanos fratres, reges Francorum, & patricios Romanorum. Quibus apoſtolicas tribuens literas, benigne ab eis ſuſceptus eſt, & dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilominus pro quibus miſſus eſt ab eorum excellentia impetravit; dirigentes ipſi Chriſtia niſſimi reges duodecim epiſcopos ex eiſdem Francorum regionibus nimis in divinis ſcripturis, & ſanctorum canonum cæremoniis doctos, probatiſſimos viros (*a*) ſcilicet. Eiſque hanc Romanam urbem conjungentibus, menſe Aprilis, indictione ſeptima, protinus antedictus Stephanus ſanctiſſimus papa * aggregans diverſos epiſcopos Tuſciæ atque Campaniæ, & aliquantos iſtius Italiæ provinciæ. Quibus omnibus congregatis concilium peractum eſt in baſilica Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, juxta Lateranenſe palatium. Et præſidente eodem beatiſſimo papa, conſidentibus etiam pariter cum eiſdem omnibus epiſcopis, deductus eſt ad medium Conſtantinus apoſtolicæ ſedis invaſor, jam (*b*) excæcatus oculis. Et ſubtilius exquiſitus, cur præſumpſiſſet apoſtolicam ſedem laicus exiſtens invadere, & talem iniquæ novitatis errorem in eccleſia Dei perpetrare; ita coram omnibus profeſſus eſt vim ſe a populo pertuliſſe, & (*c*) per brachium populi fuiſſe electum, atque coactum in Lateranenſe patriarchium deductum, propter gravamina ac præjudicia illa, quæ Romano populo ingeſſerat domnus Paulus papa: & corruens in terram, manibus extenſis in pavimento, ſe reum, ac ſuper numerum arenæ maris peccaſſe, deflebat, petens miſericordiæ veniam ab eodem ſacerdotali conſequi concilio. Quem a terra elevare facientes, ipſo die nullam de eo protulerunt ſententiam. Alia vero die denuo afferentes eum, atque interrogantes de eadem impia novitate, reſpondit nihil novi ſe feciſſe, dicens: Quia & Sergius archiepiſcopus Ravennatium, laicus exiſtens, archiepiſcopus factus eſt: & Stephanus Neapolitanæ civitatis, & ipſe laicus, repente epiſcopus conſecratus eſt. Dum vero talia iſdem Conſtantinus perſequeretur, illico irrati zelo eccleſiaſticæ traditionis univerſi ſacerdotes alapis ejus cervicem cædere facientes, eum extra eamdem eccleſiam ejecerunt.

Tunc (*d*) * detectis omnibus ejus rationum geſtis, ſimul & concilium illud, quod in ſcriptis de ejus quaſi confirmatione editum fuerat, igne combuſſerunt in medio presbyterii ipſius eccleſiæ. Et hoc facto projiciens ſe in terram ſanctiſſimus Stephanus papa cum univerſis ſacerdotibus, & populo Romano; clamanteſque Kirie eleiſon, cum ingenti fletu peccaſſe ſe omnes profeſſi ſunt, pro eo quod de manibus ipſius Conſtantini communionem ſuſcepiſſent: ſicque ex hoc omnibus (*e*) indicta eſt pœnitentia. Tunc allatis ſacratiſſimis canonibus, eiſque liquido perſcrutatis, prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali concilio ſub anathematis interdicto, ne ullus unquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens diaconus aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad ſacri pontificatus honorem poſſit promoveri.

Sed & alia plura, quæ de eo canonica indigebant * correptione, in eodem concilio ſtatuerunt emendanda. * De epiſcopis vero, atque presbyteris, & diaconibus, quos ipſe Conſtantinus conſecraverat, ita in eodem concilio promulgatum eſt, ut epiſcopi illi, ſi aliquis eorum presbyter aut diaconus fuerit, in priſtinum honoris ſui gradum reverteretur: & (*f*) ſi placabile fuiſſet coram populo civitatis ſuæ, denuo facto decreto electionis more ſolito cum clero & plebe ad apoſtolicam adveniſſent ſedem, & ab eodem ſanctiſſimo Stephano papa benedictionis * ſuſcepiſſent conſecrationem. Presbyteri vero illi ac diaconi ab eodem Conſtantino conſecrati ſimili modo in illum quo prius exiſtebant habitum reverterentur. Et poſtmodum ſi qui eorum (*g*) placabiles extitiſſent, antefatus beatiſſimus pontifex presbyteros eos, aut diacones * conſecraret. Statuentes ut hi, qui ex eis (*h*) * conciliandi erant, nequaquam * fortiorem honorem (*i*) aſcenderent; nec ad pontificatus promoverentur culmen, ne talis impius novitatis error in eccleſia Dei pullularet. Ipſe vero antefatus beatiſſimus Stephanus papa coram omni ſacerdotali collegio clara voce clamavit, dicens nullo modo ſe immitti, aut penitus declinare in eorumdem presbyterorum, aut diaconorum conſecrationem. De laicis vero qui ab eodem Conſtantino presbyteri aut diaconi conſecrati ſunt, ita promulgatum eſt, ut in religioſo habitu cunctis diebus eorum vitæ, ſive in propriis domibus, vel ubi (*k*) fuiſſent, permanere deberent. Hujuſmodi vero promulgatis ſententiis, illico epiſcopi illi, qui ab eodem Conſtantino ordinati ſunt, revertentes, juxta ejuſdem concilii ſententiam, in priſtino honoris gradu electi denuo a clero & plebe, factoque ſolito decreto ad ſedem apoſtolicam properantes, ab eodem ſanctiſſimo papa * conſecrati ſunt. Nam presbyteri & diaconi illi uſque ad mortem ipſius pontificis ſic remanentes, nequaquam ſunt ab eo * conſecrati. Ita enim in eodem concilio ſtatutum eſt, ut omnia, quæ iſdem Conſtantinus in eccleſiaſticis ſacramentis ac divino cultu egit, * iterata fuiſſent, præter ſacrum baptiſma atque ſanctum chriſma. Poſt hæc vero omnia promulgata, continuo & diverſa ſanctorum patrum teſtimonia de ſacris imaginibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque & glorioſæ ejus genitricis ſemper virginis Mariæ Dominæ noſtræ, & beatorum apoſtolorum, omniumque ſanctorum, ac prophetarum, & martyrum, ſeu confeſſorum, in idem allata ſunt concilium, & ſubtilius multa perindagantes, ſtatuerunt magno honoris affectu ab omnibus Chriſtianis ipſas ſacras venerari imagines, ſicut ab omnibus prædeceſſoribus hujus apoſtolicæ ſedis ponfici-

ANNO CHRISTI 767.

* præſumptione, * invaſor

Pippini mors.

* congregans

Concilium Romanum.

Conſtantinus ſiſtitur concilio.

* correctione, * Vide epiſtolam ſecundam Ratherii Veronenſis epiſt. editam pag. 244. Tomi II Spicilegii Dacheriani: unde paulo poſt obſervationem noſtram ad concilium Romanum concinnabimus.

* ſuſciperent.

* conciliaret.

* conſecrandi

* potiorem

Epiſcoporum electio iteratur.

* conciliari

* conciliati.

* iterari debuiſſent.

Imaginum venetatio.

(*a*) *ſcilicet* deeſt, tum & eraſi ſunt duo verſus (*b*) *extra oculos*
(*c*) *& brachio fuiſſe* (*d*) *defertis ſimul e concilio illo, quod* &c.
(*e*) *indicta* (*f*) *ſi placabiles fuiſſent* (*g*) *placabiles extitiſſent antefato beatiſſimo pontifice*
(*h*) *conſecrandi* (*i*) *aſcenderent, pontificatus proveherentur culmen*
(*k*) *voluiſſent*

ANNO CHRISTI 767

tificibus, & cunctis venerabilibus patribus, usque hactenus de earum honoris observantia effectum, & cunctis ad memoriam piæ compunctionis est traditum, confundentes, atque anathematizantes execrabilem illam synodum, quæ in Græciæ partibus nuper facta est, pro * disperdendis ipsis sacris imaginibus. Expletis vero omnibus quæ in eodem concilio promulganda erant, tunc isdem beatissimus pontifex aggregans universos sacerdotes, atque clerum, & cunctum populum, profecti sunt ad beatum Petrum principem apostolorum cum hymnis & canticis spiritalibus, & nudis pedibus incedentes, illicque in ambonem ascendens Leontius scriniarius, cuncta quæ in eodem peracta sunt concilio extensa voce legit populo. Sed & tres episcopi, id est Gregorius Sylvæ candidæ, Eustrasius Albani, & Theodosius Tiburtinus, in eumdem præfatæ ecclesiæ ambonem ascendentes anathematis obligationem protulerunt, (*a*) si quisquam præsumat quoquo tempore transgredi quidpiam de omnibus quæ in eodem concilio statuta sunt. His vero peractis synodalibus gestis contigit post aliquantum temporis de hac vita migrasse Sergium archiepiscopum civitatis Ravennatium. Et continuo surgens * Michaelius scriniarius ipsius ecclesiæ, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus est Ariminum ad Mauricium ducem Ariminensem, & congregans * isdem nefandissimus Mauricius exercitum, una cum concilio Desiderii Longobardorum regis, properavit atque ingressus est Ravennam: & brachio forti elegit prædictum * Michaelium, & in episcopium Ravennatis ecclesiæ introduxit. Et Leonem archidiaconum, qui electus erat in archiepiscopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem arcta custodia mancipatum, isdem Mauricius detineri fecit. Tunc direxit quantocius prædictus * Michaelius atque Mauricius, & judices Ravennatium, ad præfatum beatissimum Stephanum pontificem, promittentes ei copiosa munera, ut ipsum Michaelium archiepiscopum consecrare deberet. Ipse vero beatissimus præsul per nullius donationis promissionem inclinatus est eumdem Michaelium consecrare, asserens nulla ratione hoc fieri posse, dum in sacerdotii honore minime ipse prædictus existeret Michaelius.

Cui & vicibus obtestationis ac prædicationis literas atque missos direxit, ut ab eodem injusto proposito recederet. Sed nullo modo apostolicis admonitionibus acquiescere voluit. Dansque plurima munera Desiderio Longobardorum regi, & cimelia, & ornatus ipsius ecclesiæ, cum aliis diversis speciebus, brachio forti per unius anni circulum, & eo amplius, ipsius ecclesiæ episcopium * pervasum detinuit, denudans, atque in magnam paupertatem eum redigens. Sed dum nullo modo firmissimam mentis constantiam ipsius sanctissimi pontificis flectere potuissent nequissimi consentanei ipsius Michaelii, dum missi excellentissimi Caroli regis Francorum, & patricii Romanorum, præsentialiter adessent, dirigens ipse beatissimus præsul tam suos missos denuo quam prædictos Francorum missos, omnes Ravennianos admonendo, statim insurrexerunt super ipsum Michaelium, & eum cum opprobrio de ipso episcopio projecerunt: quem vinctum huc Romam dirigentes, elegerunt fæpefatum Leonem archidiaconum ipsius ecclesiæ, qui in hanc apostolicam sedem properans cum sacerdotibus, & clero ipsius Ravennatis (*b*) ecclesiæ in archiepiscopatus honorem, ab eodem sanctissimo papa Stephano ordinatus & consecratus est.

ANNO CHRISTI 767. Leo archiepiscopus Ravennas ordinatus a papa.

Erat enim isdem prædictus beatissimus præsul ecclesiasticæ traditionis observator, unde & pristinum ecclesiæ in diversis clericatus honoribus renovavit ritum. Hic statuit ut omni dominico die a septem episcopis cardinalibus hebdomadariis, qui in ecclesia Salvatoris observant, missarum solemnia super altare beati Petri celebrarentur, & Gloria in excelsis Deo diceretur. (*c*) Fecit enim & tres regulares argenteos super rugas, per quas ingrediuntur ad altare, ubi imagines in frontispicio constitutæ sunt: unum quidem in basilica beati Petri apostoli, & alium in basilica beati Pauli, & alium ad beatum Andream apostolum. Nam sedulo isdem beatissimus pontifex suos missos atque literas commonitorias dirigere studebat antedicto excellentissimo Carolo regi Francorum, & ejus germano Carolomanno itidem regi: imminentibus namque atque decertantibus in hoc sæpius nominatis Christophoro primicerio & Sergio secundicerio, pro evigendis a Desiderio rege Longobardorum * justitiis beati Petri, quæ obdurato corde reddere sanctæ Dei ecclesiæ nolebat. Inde nimia furoris indignatione contra prænominatos Christophorum & Sergium exardescens ipse Desiderius, nitebatur eos extinguere ac delere. Pro quo suo ingenio maligno simulavit se quasi orationis causa ad beatum Petrum huc Romam properaturum, ut eos capere potuisset. Dirigens ergo clam munera Paulo cubiculario cognomento Afiarta, & aliis ejus impiis sequacibus, suasit eis ut in apostolicam indignationem eos deberet inducere. Eique isdem Paulus consentiens de eorum (*d*) proditione absconse decernebat. Dumque hoc agnovissent prænominati Christophorus & Sergius, & eumdem protervum Desiderium regem Romam properaturum agnovissent, illico aggregantes multitudinem populi Tusciæ & Campaniæ, seu ducatus Perusini, viriliter cum eadem populi congregatione eidem Desiderio regi paraverunt se ad resistendum. Quin etiam portas hujus Romanæ urbis claudentes, alias ex eis fabricaverunt, & ita armati omnes existebant ad defensionem propriæ civitatis. Et dum hæc agerentur, subito * conjunxit ad beatum Petrum antedictus Desiderius rex cum suo Longobardorum exercitu, & continuo direxit suos missos præfato pontifici, deprecans, ut ad eum (*e*) regredi deberet; quod & factum est. Dum vero coram eo præsentatus fuisset, pariterque pro justitiis beati Petri locutus esset, rursum ipse beatissimus pontifex reversus ingressus est in civitatem. Præfatus siquidem Paulus, & ejus nefandissimi sequaces, inito cum prædicto Longobardorum rege consilio, nitebantur populum Romanum contra eos seducere ad insurgendum contra dictos Christophorum & Sergium, ut eos interficerent. Et dum hoc eis nunciatum fuisset, aggregantes populum, ascenderunt armati in Lateranas ad capiendum suos insidiatores. * Nunciatique more soli-

* deponendis.
* Michael
* indo
* Michaelem
* Michael
* invasum
* Jusitiis, id est juribus.
* Conjunxit, id est pervenit.
* Nuntiatesque mox salvati.

(*a*) *ne quisquam.* (*b*) *ecclesiæ, & judicibus, & plebe ejusdem*
(*c*) *& diceretur super rugas, per quas ingrediuntur ad altare* (*d*) *perditione*
(*e*) *egredi*

ANNO CHRISTI 767.

solito, impetum faciens universa multitudo populi, qui cum eis advenerat, ingressa est cum armis in basilicam domni Theodori papæ, ubi ipse prænominatus sedebat pontifex. Quos & fortiter increpavit, cur præsumpsissent armati in idem sanctum patriarchium ingredi: pariterque loquentes recedere eos jussit. Alia die denuo egressus est sæpe dictus pontifex ad beatum Petrum cum eodem rege loquendum, & dum simul præsentes fuissent, prætermittens ipse Desiderius causas de justitiis beati Petri, tantummodo pro * deceptione prædictorum Christophori & Sergii insistebat. Unde claudens universas januas beati Petri, neminem Romanorum, qui cum ipso sanctissimo pontifice exierant, ex eadem ecclesia egredi permisit. Tunc direxit ipse almificus pontifex Andream episcopum Prænestinum, & Jordanem episcopum Signiensem ad portam civitatis, qua egreditur ad beatum Petrum, ubi prænominati viri Christophorus & Sergius cum multitudine populi residebant, protestando eos, ut aut in monasterium ingrederentur ad salvandum suas animas, aut ad beatum Petrum ad eum studerent properandum. Ipsi vero metuentes prædicti regis Longobardorum malignam sævitiam, ad eum egredi minime ausi sunt; asserentes se prius in manibus Romanorum suorum fratrum, & concivium esse tradendos, quam exteræ genti. Dum ergo populus, qui cum eis erant, audirent eadem a prædicto pontifice directa ex ore prædictorum episcoporum, illico conturbati illorum confracta sunt corda, & cœpit unusquisque ab eis recedere.

Nam Gratiosus quidam dux, cognatus jam fati Sergii, simulans se ad propriam pergere domum, congregans aliquantos Romanorum, profecti sunt pariter ad portam Portuensem: quam clausam reperientes, a cardine ipsam portam auferre ausi sunt, & ita per noctem ad prænominatum egressi sunt pontificem. Christophorus & Sergius conspicientes se in magno deceptu esse positos, prius quidem Sergius eadem nocte, qua hora campana insonuit, descendit per murum, & properavit ad beatum Petrum. Quem ad gradus ecclesiæ beati Petri comprehendentes custodes Longobardorum, ad suum deduxerunt regem. Eumque subsecutus est Christophorus, qui pariter ejus prænominati pontificis obtutibus sunt præsentati, quos * salvos conservare cupiens, monachos fieri præcepit. Post hæc faciens * missam prænominato regi, ingressus est isdem beatissimus pontifex Romam, relectis præfatis Christophoro & Sergio in ecclesia beati Petri apostoli, cupiens eos noctis silentio propter insidias inimicorum salvos introduci Romam. Dum vero sol ad occasum declinare videretur, continuo congregantes prænominatus Paulus cubicularius, & alii ejus nefandissimi consentanei multitudinem populi, & properantes ad Desiderium Longobardorum regem, ineunteque cum eo impium consilium, abstulerunt eosdem Christophorum & Sergium ab ecclesia beati Petri apostoli, & properantes cum plurimis Longobardis usque ad portam civitatis, ibidem eorum oculos eruerunt. Sicque prædictus Christophorus, in monasterium sanctæ Agathæ deductus, ibidem post triduum ob dolorem ex oculorum* effoditione vitam finivit. Sergius vero in monasterium clivi Scauri deportatus, & postmodum in cellarium Lateranense deductus, illic usque ad transitum prænominati pontificis extitit. Hæc vero omnia mala per iniquas immissiones Longobardorum Desiderii regis provenerunt. Fecit enim ipse sanctissimus pontifex ordinationem unam per mensem Decembris, presbyteros quinque, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca numero ... Qui & sepultus est ad beatum Petrum apostolum, & cessavit episcopatus dies (a) octo.

ANNO CHRISTI 767.

* forte leg. areptione.

* Almus.

* missionem

* effossione

Notæ Severini Binii.

a *Stephanus*.) Post Constantinum & Philippum pseudopapas ejectos, quinta Augusti, anno Redemptoris DCCLXVIII. legitime secundum sacrorum Canonum præscriptum creatus est pontifex Stephanus papa ejus nominis IV. quem Anastasius male tertium nominat, ut patet ex iis quæ supra dicta fuerunt. Post factam electionem, omniumque sedis apostolicæ invasorum pœnam ac mortem, pro Synodo agenda legationem misit ad regem Pippinum. Sed cum is ante eorum adventum e vivis excessisset, concesserunt ejus posteri filii ac heredes regni Carolus & Carolomannus, ut, quod petebatur, duodecim episcopi Galliarum doctissimi ad Concilium Romæ celebrandum mitterentur. Quo peracto, sicut infra recensebimus, per obitum Sergii archiepiscopi Ravennatis in eadem ecclesia exortum est schisma. Nam in locum defuncti clerus universus elegerat Leonem: rex Longobardorum Michaelem quemdam ecclesiæ scriniatium per vim intruserat. Hunc Stephanus quidem aliquoties monuerat, ut illegitime intrusus legitime electo cederet, sed frustra; donec a Carolo Francorum rege compellerentur Ravennates, ut intrusum Michaelem episcopatu deiicerent, & Romam vinctum ablegarent. Desiderius rex Longobardorum Christophorum primicerium, & Sergium secundicerium, a quibus monebatur ut jura ecclesiæ redderet, contra fidem pontifici datam extæcavit, eoque facto Christophorum occidit. Quod cum pontifex regi perjuro exprobraret, fertur respondisse: *Sufficiat apostolico Stephano quod Christophorum & Sergium qui illi dominabantur de medio sustulit, ut non sit necesse jura requirere*. Hæc in vita Stephani III. & Hadriani Anastasius.

Stephanus quoto anno pontifex factus?

Schisma Ravennatis ecclesiæ.

b *De hac luce migrasse Pippinum regem*.) Errant ergo qui vel ad annum præcedentem, vel etiam sequentem, regis Christianissimi Pippini obitum referunt. Eodem hoc anno DCCLXVIII. circa octavum vel nonum Kalendas Octobris Carolus Magnus Noviomi, & Carolomannus frater Suessione coronati fuerunt. Carolo, qui alii sponsæ fidem conjugii per se vel parentem addixerat, connubium cum Berta Desiderii regis Longobardorum filia pontifex epistola 3. quæ sequitur dissuadet. Cum qua dum uno anno conjugali consortio vixisset, dimissa illa fortasse, tamquam frigida & impotente, Hildegardem Suevicam in uxorem accepit. Aimoinus lib. 4. cap. 68. & sequenti.

I. AD BERTRADAM REGINAM, DEO SACRATAM.

Per Itherium missum regium, quem narrat in Beneventano ducatu strenuam pro ecclesiæ utilitatibus operam navasse. Quo nomine gratias agit, petitque ut Itherii fidem remuneretur.

Domnæ religiosæ filiæ Bertradæ Deo sacratæ, seu domno filio Caroli regi Francorum, & patricio Romanorum, Stephanus papa.

DUm tantorum beneficiorum, in diversis apostolicis causis atque utilitatibus, a vobis cumulatis suffragiis, nimia jucunditatis lætitia, sancta spiritalis mater vestra universalis Dei ecclesia revelata exultat, nulla ut opinor oris assertio ad referendas sanctissimæ religiositati vestræ, atque Christianissimæ præcellentiæ tuæ, Cod. Carol. 44.

(a) *novem*.

ANNO CHRISTI 767.

tuæ, gratiarum laudes sufficere valebit. Sed tamen licet digna vobis ab hominibus pro tanto vestro pio opere rependi non possit vicissitudo; verumtamen misericors Deus noster, qui potens est, & scit bonis bona reddere, ipse copiosam laborum vestrorum vobis cælestium retribuet præmiorum recompensationem: sed & nostra sincera cordis habita erga vos affectio, sedulo pro vobis divinæ non desistit majestati orationum persolvere vota. Itaque præsens Itherius, religiosus ac prudentissimus vir, & revera noster & vester sincerus fidelis, quem cum suis concomitibus & reliquis vestris missis, pro exequendis faciendisque justitiis fautoris vestri beati Petri direxistis, ad nos conjungens, illico in partes Beneventani profectus est ducatus pro recolligendo illis in partibus suo patrimonio ejusdem protectoris vestri apostolorum principis. Qui videlicet solertissimus vir in omnibus secundum vestram nostramque decertavit voluntatem, suique laboris constantiam, juxta ut a vobis illi præceptum est, in ipsis apostolicis exhibuit utilitatibus. Unde nimis cor nostrum in ejus defensionis certamine, & firma operationis perseverantia lætatum est: quia profecto secundum quod cælestis muneris gratia magnæ scientiæ illustratur prudentia, piis quoque meritis, atque immutilatæ fidei decoratur integritate, tantam in eo reperimus fidelitatem in vestro nostroque servitio, quantam diutissime nostra de eo optabat cognoscere mens. Unde maximas atque innumerabiles gratiarum actiones religiosissimæ sobrietati vestræ, atque Christianissimæ excellentiæ tuæ referimus. Et ideo obnixe tamquam præsentialiter benignitatem vestram petimus, ut ampliſſimam favoris vestri gratiam, atque largitatis munificentiam, & dignam consolationem eidem religioso viro, pro ejus laborioso certamine, quod in vestro atque nostro, ut dictum est, apostolico servitio exhibuit, impertire jubeatis: quatenus sicut ab omnipotenti Deo, intercedente beato Petro digna operis ejus in cælestibus regnis exarata fertur remuneratio, ita a vobis consolationis consequatur opem. Omnipotens autem Deus noster, sacris apostolorum principum interventionibus, sua vos circumtegat gratia, & præsentis vitæ propera & æterna felicitatis vobis multipliciter tribuat gaudia. Incolumem religiositatem vestram atque excellentiam tuam gratia superna custodiat.

☞ AD BERTRADAM REGINAM ET CAROLUM REGEM.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem, & ejus præcelsam genitricem directæ de Christophoro & Sergio filio ejus, qui eum Dodone & cæteris Francis Stephanum papam interficere conati sunt.

(*a*) *Domnæ religiosæ filiæ Bertradæ Deo consecratæ, seu domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & patricio Romanorum Stephanus papa.*

Cod. Car. 46. CUm magno dolore & gemitu cordis, tribulationis atque mortis periculum, quod A nobis per seguaces diaboli jam eveniebat, ecce subtilius per has nostras apostolicas syllabas a Deo consecratæ religiositatis vestræ, atque precellentissimæ christianitatis tuæ auribus intimare studemus, eo quod nefandissimus Christophorus & Sergius nequissimus ejus filius, consilium ineuntes cum Dodone misso germani tui Carlomanni regis, nos interficere insidiabantur. Unde cum eodem Dodone, & ejus Francis, cum aliquibus eorum nequissimis consentaneis aggregantes exercitum super nos, in Lateranensium sanctum patriarchatum cum armis ingressi sunt, confringentes & januas, atque omnes cortinas ipsius venerandi patriarchii lanceis perforantes, atque intus in basilicam domni B Theodori papæ, ubi nullus usus est aliquando vel etiam cum cultro ingredi cum loricis & lanceis, ubi sedebamus, introjerunt. Sicque ipsi maligni viri insidiabantur nos interficere. Sed omnipotens Deus cernens rectitudinem cordis nostri, quod nulli unquam malum cogitavimus, de eorum nos eripuit manibus, & vix per multum ingenium, dum hic apud nos excellentissimus filius noster Desiderius Langobardorum rex, pro faciendis nobis diversis justitiis beati Petri existeret, per eamdem occasionem valuimus, cum nostro clero refugium facere ad protectorem vestrum, & continuo direximus nostros sacerdotes ad eosdem malignos Christophorum atque Sergium, ut ab eadem C iniquitate, quam pertractaverant (*b*) nobis ingerere, rescipiscerent, & ad nos ad beatum Petrum properarent. Illi mox, ut audierunt, de præsenti cum Dodone & ejus Francis turmas facientes, & portas civitatis claudentes, fortiter resistebant, & nobis comminabantur, atque in civitatem nos ingredi minime permittebant. Et dum in eadem perfidia permanerent, & cognovisset universus noster populus eorum iniquum consilium, de præsenti eos dereliquerunt, qui etiam & plures per murum descendentes ad nos properaverunt. Alii vero portam civitatis aperientes, ad nostri progressi sunt præsentiam, & ita ipsi maligni viri coacti, atque nolentes ad nos in ecclesia sancti Petri sunt D deducti. Quos interfiocre universus populus nitebantur, & vix de eorum manibus eos valuimus eripere. Et dum infra civitatem nocturno silentio ipsos salvos introducere disponeremus, ne quis eos conspiciens interficeret, subito hi qui eis semper insidiabantur, super eos irruentes, eorum eruerunt oculos, Deo teste dicimus, sine nostra voluntate, atque consilio.

Unde magno dolore nostrum atteritur cor, & credite nobis, a Deo consecrata filia, atque excellentissime fili, nisi Dei protectio, atque beati Petri apostoli, & auxilium excellentissimi filii nostri Desiderii regis (*c*) fuisset, jam tam nos, quam noster clerus, & universi fideles sanctæ Dei ecclesiæ, & nostri, in mortis E (*d*) decidissemus periculum. Ecce quantas iniquitates & diabolicas immissiones hic seminavit, atque operatus est prædictus Dodo, ut qui debuerat in servitio beati Petri & nostro fideliter permanere, ipse e contrario animæ nostræ insidiabatur. Non agens juxta id, quod a suo rege illi præceptum est, in servitio beati Petri, & nostra obedientia fideliter esse permansurum. Et certo credimus, quod dum tanta ejus iniquitas ad aures excellentissimi filii nostri

(*a*) *Grotf.* Hujus epistolæ summarium recitant Baronius & Centuriatores
(*b*) *Lamb.* nobis ingerendum (*c*) *Idem.* adesset (*d*) *Idem.* decideremus,

ANNO CHRISTI 767.

stri Carlomanni pervenerit, nullo modo ei placebit, in eo quod in tantam deminorationem, atque devastationem, sanctam Dei ecclesiam is Dodo cum præfatis suis nefandissimis seguacibus, cupiebat deducere. Et ideo nostras tribulationes & angustias atque pericula a Deo institutæ religiosissimæ christianitati tuæ atque excellentiæ vestræ innotuimus, quoniam profecto omnipotens Deus credentes in se, & confidentes in ejus misericordia non dereliquit.

Agnoscat autem Deo amabilis religiositas vestra, atque christianissima excellentia tua, eo quod in nomine Domini bona voluntate nobis convenit cum præfato excellentissimo, & a Deo servato filio nostro Desiderio rege, & omnes justitias beati Petri ab eo plenius & in integro susceptimus. Tamen & per vestros missos de hoc plenissime eritis satisfacti. Deus autem omnipotens sua vos protectionis dextera circumtegat, & præsentis regni gubernacula (*a*) ævis atque prosperis temporibus perfrui annuat, & æterna præmiorum gaudia multipliciter faciat adipisci. Incolumem religiositatem vestram atque excellentiam tuam gratia superna custodiat.

II. AD CAROLUM ET CAROLOMANNUM REGES.

Gratulatur eis quod ad fraternam concordiam reconciliati sint. Petit ut Longobardos cogant ea reddere, quæ de patrimonio ecclesiæ invaserunt.

Dominis excellentissimis filiis, Carolo & Carolomanno, regibus Francorum, & patriciis Romanorum Stephanus papa.

Cod. Carol. epist. 47.

BEnedictus Dominus Deus noster, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolator & propitiator existit omnium invocantium eum in veritate. Ipse enim Redemptor noster, preces clamantium ad se exaudiens, mœrentium tribulationes ad gaudium convertit. Quod certe nunc in nobis, atque universo peculiari populo sanctæ Dei ecclesiæ ejus, divinæ pietatis clementia, & misericordiæ benignitate cernimus esse diffusum, in eo quod nostræ orationis vota exaudiens, mœroris nostri lamentationem, quam usque hactenus habuimus ex ipsa divisione discordiæ, quam antiquus hostis inimicus pacis intra vestram fraternitatem immiserat, nunc Deo propitio, eodem pestifero æmulo confuso in communem dilectionem & concordiam, ut vere uterinos & germanos fratres, vos connexos esse discentes, in magnam lætitiam convertere dignatus est. Itaque, præcellentissimi filii, magni victoriosissimi reges, & Dei providentia nostri Romanorum patricii conjungentes ad nos fidelissimi ac solertissimi vestri missi, scilicet Gauzibertus reverendissimus & sanctissimus frater noster episcopus, atque Fuchbertus religiosus, & Ansfredus, seu Helmagarius glorioissimi vestri, detulerunt nobis honorabiles & nimis desiderabiles syllabas, a vestra a Deo instituta regali potentia directas: per quas innotuistis contentionis rixas, ac litigia inter vos versata fuisse, sed annuente Domino nunc ad veram dilectionem, & unitatis concordiam, & fraternum amorem, conversi extitisse videmini. Quo audito, magno gaudio atque lætitia, cum universo populo nostro istius provinciæ a vobis redemptæ, repleti sumus, & gemina festivitatis gaudia peregimus, immensas Deo nostro omnipotenti referentes gratiarum actiones, atque victricem ejus clementiam collaudantes, consona cum prophetica voce cantantes atque dicentes: Benedictus es Domine Deus noster, & benedicta omnia opera tua. Ecce enim nunc gaudet Deus noster in cælis, gaudet & universus chorus angelorum; & in terra etiam cunctus exultat populus Christianus, & solus diabolus inimicus pacis, & discordiæ seminator luget, dum victum se esse & superatum conspicit. Non enim aliter fidelium mentes existimare poterant pervenire, quam quod nunc factum esse gaudemus. Sic Deus omnipotens illam pacem, & fraternam dilectionem in vobis multiplicet, & multiplicatam corroboret, quam suis donavit sanctis apostolis. Unde de vestra unitate etiam sancta spiritalis mater vestra Dei ecclesia, & ejus populus universus exultat. Nam & in his ipsis vestris ferebatur apicibus, tota vestra virtute vos decertaturos pro exigendis justitiis protectoris vestri beati Petri, & sanctæ Dei ecclesiæ, atque in ea promissione amoris, quæ a vestro progenitore sanctæ recordationis domno Pippino eidem principi apostolorum, & ejus vicariis facta est, polliciti estis esse permansuros, & plenarias justitias sanctæ Dei ecclesiæ, atque ejus exaltationem esse operaturos. Et quidem nos, excellentissimi filii Christianissimi magni reges, omnino de hoc certi, atque in omnibus satisfacti sumus, quod nulla hominum suasio, aut thesaurorum copiosa datio, vos poterit declinare, aut ab eadem vestra promissione, quam beato Petro spopondistis, quoquomodo immutare. Tamen nunc firmitatem vestram comprobavimus, dum non corruptori & fragili homini, sed Deo omnipotenti, & ejus apostolorum principi placere procurastis. Unde obnixe tamquam præsentialiter petimus, & coram Deo vivo, qui vos regnare præcepit, conjuramus excellentiam vestram, ut plenarias justitias beati Petri sub nimia velocitate, secundum capitulare, quod vobis per præsentes vestros fidelissimos missos direximus, exigere, & beato Petro reddere jubeatis, sicut & vestra continet promissio, & omnia quæ beato Petro, & ejus vicariis cum vestro sanctæ memoriæ progenitore promisistis, adimplere dignemini: quatenus intercedente eodem principe apostolorum perfectam ab omnipotente Deo in præsenti vita & futura beatitudinem suscipiatis. Post Deum in vobis habemus fiduciam, & in vestro amore, atque charitatis dilectione, firmiter usque ad animam & sanguinis effusionem una cum universo populo permanebimus. Tamen & de hoc & de omnibus justitiis beati Petri, prædictis vestris missis subtilius locuti sumus, vestro regali culmini cuncta enarranda: & jam sicut terra sitiens imbrem præstolatur, ita vestrum auxilium, & congruum effectum de nostris petitionibus postulamus. Et videte, excellentissimi filii, quia obtestamur vos per tremendum diem judicii; etiam beatus Petrus per nos vos adhortatur atque obtestatur, ut sub nimia velo-

(*a*) *Greif.* longævis.

ANNO CHRISTI 767.

velocitate ipſas juſtitias ejuſdem principis apoſtolorum exigere a Longobardis jubeatis ; fortiter eos cum Dei virtute diſtringentes, ut ſua propria idem princeps apoſtolorum, atque ſancta Romana eccleſia recipiat . Nam ſi , quod non credimus, ipſas juſtitias exigere neglexeritis, aut diſtuleritis , ſciatis vos de iſtis rationem fortiter ante tribunal Chriſti eidem principi apoſtolorum eſſe facturos . Si quis autem vobis dixerit, quod juſtitias beati Petri recipimus, vos ullo modo ei non credatis. Deus autem omnipotens ſua vos dextera protegat , & victoriam vobis de cælo tribuat , ſuumque angelum ante faciem veſtram mittat , qui vos præcedat, & inimicos veſtros coram veſtris proſternat veſtigiis , atque a Deo inſtituti regni veſtri terminos dilatet , & præſenti regno longæviter ac proſpere gubernacula perfrui faciat, etiam & poſt hujus vitæ longævitatem cæleſtia vobis regna per infinita tribuat ſæcula poſſidenda .

III. AD CAROLUM ET CAROLOMANNUM REGES.

Obnixe conatur diſſuadere , ne alter ipſorum Deſiderii filiam uxorem ducat , neve ſororem ſuam Giſilam Deſiderii filio elocent in matrimonium .

Dominis excellentiſſimis filiis Carolo & Carolomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum Stephanus papa.

Codicis Caroloini 41.

DUm omnium electorum Dei præcipuam vitam & digna operum merita in noſtram memoriam revolvimus, invenimus profecto nulla eos potuiſſe qualitatis diverſitate ab eorum cordis ſtatu & priſtina ſponſionis conſtantia amoveri. Unde & variis antiqui hoſtis ſuaſionibus ac blandimentis circumvallati , immutabiles in ſuæ mentis firmitate conſtat permanſiſſe, & ob hoc cum triumpho victoriæ ad optata pertingere meruerunt gaudia . Et nimirum conſiderandum eſt, quia ſi quis quibuſdam ſuaſionibus demulcitus victus fuerit , a recto confeſtim tramite , qui ducit ad vitam æternam , per abrupta declinans deviare contendat , ut ex hoc in proclivem delabatur noxam . Nam plerumque certum eſt, quia idem antiquus hoſtis per infirmam naturam fidelium mentes ſurripere nititur. Hinc eſt enim, quod olim primo homini in paradiſo conſtituto per infirmam mulieris naturam peſtiferis valuit ſuadere blandimentis, divinum tranſgredi mandatum, & ob hoc diræ mortis humano generi irrepſit excidium . Et ideo , præcellentiſſimi filii , magni reges, tanto ſtudioſius ejuſdem molimini reſiſtendum eſt, ne quemquam ſuis irretire valeat argumentis , quanto cernimus ſuis crebro inſidiis ad decipiendum fidelium corda inſiſtere . Itaque noſtræ perlatum eſt notioni quod certe cum magno cordis dolore dicimus , quod Deſiderius Longobardorum rex veſtræ perſuadere dignoſcitur excellentiæ, ſuam filiam uni ex veſtra fraternitate in connubio copulare : quod certe ſi ita eſt , hæc proprie diabolica eſt immiſſio , & non tam matrimonii conjunctio , ſed conſortium nequiſſimæ adinventionis eſſe videtur. Quoniam plures comperimus, ſicut divinæ ſcripturæ hiſtoria inſtruimur, per aliæ nationis injuſtam copulam a mandatis Dei deviare, & in magno devolutos facinore . Quæ eſt enim, præcellentiſſimi filii, magni reges, talis deſipientia , ut penitus vel dici liceat , quod veſtra præclara Francorum gens , quæ ſuper omnes gentes eniteт, & tam ſplendiflua ac nobiliſſima regalis veſtræ potentiæ proles, perfida, quod abſit, ac fœtentiſſima Longobardorum gente polluatur; quæ in numero gentium nequaquam computatur , de cujus natione & leproſorum genus oriri certum eſt ? Nullus enim, qui mentem ſanam habet, hoc vel ſuſpicari poteſt, ut tales nominatiſſimi reges tanto deteſtabili atque abominabili contagio implicentur. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli? Etenim, mitiſſimi & a Deo inſtituti benigniſſimi reges , jam Dei voluntate & conſilio conjugio legitimo ex præceptione genitoris veſtri copulati eſtis, accipientes , ſicut præclari & nobiliſſimi reges, de eadem veſtra patria , ſcilicet ex ipſa nobiliſſima Francorum gente, pulcherrimas conjuges , & earum vos oportet amori eſſe annexos. Et certe vobis non licet eis dimiſſis alias ducere uxores , vel extraneæ nationis conſanguinitate immiſceri . Etenim nullus ex veſtris parentibus , ſcilicet neque avus veſter , neque proavus , ſed nec veſter genitor , ex alio regno , vel extranea natione conjugem accepit : & quis de veſtro nobiliſſimo genere ſe contaminare , aut commiſcere cum horrida Longobardorum gente dignatus eſt, ut nunc vos ſuademini, quod avertat Dominus , eadem horribili gente pollui ? Itaque nullus exteræ gentis aſſumpta conjuge innoxius perſeveravit. Advertite, quæſo, quanti qualeſque potentes per alienigena conjugia a præceptis Dei declinantes , & ſuarum ſequentes uxorum alienæ gentis voluntatem validis innexi exceſſibus, immenſa pertulere diſcrimina. Impium enim eſt ut vel penitus veſtris aſcendat cordibus alias accipere uxores ſuper eas quas primitus vos certum eſt accepiſſe . Non vobis convenit tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis , & alios ne talia agant corripitis: hæc quippe paganæ gentes faciunt . Nam abſit hoc a vobis , qui perfecti eſtis Chriſtiani , & gens ſancta , atque regale eſtis ſacerdotium. Recordamini & conſiderate, quia oleo uncti per manus vicarii beati Petri , cæleſti benedictione eſtis ſanctificati : & cavendum vobis eſt, ne tantis reatibus implicemini. Mementote hoc, præcellentiſſimi filii, quod ſanctæ recordationis predeceſſor noſter domnus Stephanus papa excellentiſſimæ memoriæ genitorem veſtrum obteſtatus eſt , ut nequaquam præſumeret dimittere dominam & genitricem veſtram , & ipſe , ſicut revera Chriſtianiſſimus rex, ejus ſalutiferis obtemperavit monitis. Nam & illud excellentiam veſtram oportet meminiſſe, ita vos beato & præfato vicario ejus , vel ejus ſucceſſoribus ſpopondiſſe , amicis noſtris amicos eſſe, & inimicis inimicos , ſicut & nos in eadem ſponſione firmiter dignoſcimur permanere . Et quomodo nunc contra animas veſtras agere contenditis, & cum noſtris inimicis conjunctionem facere vultis , dum ipſa perjura Longobardorum gens ſemper eccleſiam Dei expugnantes, & hanc noſtram Romanorum provinciam invadentes , noſtri eſſe comprobantur inimici? Itaque & hoc, peto, ad veſtri referre ſtudete memoriam, eo quod , dum Conſtantinus imperator nitebatur perſuadere ſanctæ memoriæ mitiſſimo veſtro genitori , ad accipiendum conjugio filii ſui germanam veſtram nobiliſſi-

bilissimam Gisilam, neque vos alii nationi licere copulari, sed nec contra voluntatem apostolicæ sedis pontificum quoquomodo vos audere peragere. Et quam ob causam nunc contra apostolica mandata, & voluntatem vicarii apostolorum principis agere conamini, quod nunquam vester pater perpetravit. An nescitis, quod non infelicitatem nostram, sed beatum Petrum, cujus licet immeriti vices gerimus, spernetis? Scriptum est enim: *Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit.* Recordamini pero excellentissimi filii, quomodo vos fide * dicere visus est præfatus vester domnus ac genitor, promittens in vestris animabus beato Petro, atque ejus vicario antefato domno Stephano papæ, firmiter debere vos permanere erga sanctæ ecclesiæ fidelitatem, & omnium apostolicæ sedis pontificum obedientiam, & illibatam charitatem: & postmodum prædecessori nostro domno Paulo papæ eadem vos, una cum eodem vestro genitore, certum est plerumque per missos & scripta promisisse: & post decessum antefati sanctæ memoriæ patris vestri, & vosipsi sæpius, tam per vestros missos, quamque per literas, simulque & per Sergium fidelissimum nostrum nomenculatorem, & per alios nostros missos, nobis spopondistis in eadem vos vestra promissione, sicut genitor vester, circa sanctam Dei ecclesiam & nostram fidelitatem esse perseveraturos. Sed & illud, quæso, ad vestram referte memoriam, qualiter nos præfatus domnus Stephanus papa in suo transitu per sua scripta sub terribili adjuratione adhortari studuit, firma stabilitate vos esse permansuros erga dilectionem sanctæ Dei ecclesiæ, & illibatam charitatem apostolicæ sedis pontificum; & omnia vos adimplere juxta vestram eidem Dei apostolo adhibitam sponsionem. Et nunc ista est vestra promissio? O quantum laborem sustinuit isdem præcipuus ac beatissimus pontifex, qui ita imbecillis existens tanto se exhibuit prolixi itineris periculo; & nisi Dominus præsto fuerit, in vacuum ejus labor deducetur, fuitque nobis iter illud, quod ibidem noster prædecessor in Franciam properavit, in magnam ruinam, dum nostri inimici plus nunc quam pridem in superbiæ ferocitatem elevati sunt. Et ecce quod verebamur evenire cernimus, conversaque est nostra lætitia in luctum, & facta sunt novissima mala pejora prioribus, & unde expectabamus nobis lumen oriri, erupetunt tenebræ. Quapropter & B. Petrus princeps apostolorum, cui regni cælorum claves a Domino Deo traditæ sunt, & cælo ac terra ligandi solvendique concessa est potestas, firmiter excellentiam vestram per nostram infelicitatem obtestatur; simulque & nos, una cum omnibus episcopis, presbyteris & ceteris sacerdotibus, atque cunctis proceribus & clero sanctæ nostræ ecclesiæ, abbatibus etiam & universis religiosis divino cultui deditis, seu optimatibus & judicibus vel cuncto nostro Romanorum istius provinciæ populo, sub divini judicii obtestatione vos adjuramus per Deum vivum & verum, qui est judex vivorum & mortuorum, & per ejus ineffabilem divinæ majestatis potentiam, atque per tremendum futuri judicii diem, ubi omnes principes ac potestates, & cunctum humanum genus cum tremore assistere habebimus; nec non & per omnia divina mysteria, & sacratissimum corpus beati Petri, ut nullo modo quisquam de vestra fraternitate præsumat filiam jam dicti Desiderii Longobardorum regis in conjugium accipere; nec iterum vestra nobilissima germana, Deo amabilis Gisila, tribuatur filio sæpefati Desiderii; nec vestras quoquomodo conjuges audeatis dimittere. Sed magis recordantes quæ beato Petro apostolorum principi pollitici estis, viriliter eisdem nostris inimicis Longobardis resistite distringentes eos firmiter, ut propria sanctæ Dei ecclesiæ Romanæ reipublicæ reddere debeant: eo quod omnia quæ vobis polliciti sunt transgredientes, nos quotidie affligendo & opprimendo non cessant: & jam quia aliquid nobis reddere minime sunt inclinati, etiam & nostros invadere fines noscuntur, & tantummodo per argumentum in præsentia de vestris missis simulant justitias nobis facere. Nam nihil ad effectum perducitur, & quidquam ab eis de nostris nequaquam recipere valuimus. Unde ecce, ut cuncti nostri dolores subtiliter vestris auribus suggerantur, direximus nostros missos, videlicet Petrum dilectum filium nostrum, & Pamphilum defensorem regionarium sanctæ nostræ ecclesiæ: quos & de imminente nobis tribulatione, nec non & de singulis causis subtiliter informavimus vestro regali intimandis culmini: & petimus ut solita benignitate eos suscipere, nostræque petitioni vestras a Deo inspiratas aures accommodare dignemini, & amplissimam liberationem atque exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ, spiritalis matris vestræ, & istius a vobis redemptæ provinciæ defensionem perficere jubeatis, ut perfectam remunerationem a justo judice Deo nostro, intercedente ejus principe apostolorum beato Petro, suscipiatis. Præsentem itaque nostram exhortationem atque adjurationem in confessione beati Petri ponentes, & sacrificium super eam atque hostias Deo nostro offerentes, vobis cum lacrymis ex eadem sacra confessione direximus. Et si quis, quod non optamus, contra hujusmodi nostræ adjurationis atque exhortationis seriem agere presumpserit, sciat se auctoritate domini mei beati Petri apostolorum principis anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienum, atque cum diabolo & ejus atrocissimis pompis, & cæteris impiis, æternis incendiis concremandum deputatum. At vero qui observator & custos istius nostræ exhortationis extiterit, cælestibus benedictionibus a Domino nostro illustratus, æternis præmiorum gaudiis cum omnibus sanctis & electis Dei particeps effici mereatur. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 767

ANNO CHRISTI 767.

* vobis fide liter.

Notæ Severini Binii.

Habent annales Francorum, anno Redemptoris nostri DCCLXX. contigisse connubium inter Carolum & Bertam filiam Desiderii regis Longobardorum: apud Aimoinum enim ista leguntur: *Bertruda vero mater regum cum Carolomanno minore filio apud Salutias locuta, pacis causa in Italiam proficiscitur. Peractoque propter quod illuc venerat negotio, (nam propter filiam Desiderii regis Longobardorum expetendam in matrimonium filio suo regi Carolo jerat) adoratis etiam Romæ sanctorum apostolorum liminibus, ad filios in Galliam revertitur.* Hæc Aimoinus. * Eadem Eginhartus in vita Caroli. Fuisse eosdem voluntate parentis defunsti aliarum connubio destinatos & copulatos, indicat pontifex paulo post initium his verbis: *Etenim, missi simi & a Deo instituti benignissimi reges, jam Dei voluntate & consilio, conjugio legitimo ex præceptione genitoris vestri copulati estis*, &c. Dissuadet ergo conjugium maritis, uxoribus jam ante destinatis. Vide Baronium anno DCCLXX. numer. 8. & 11.

* sive ejus continuator ex vulgaribus annalium Francorum periochis.

ANNO CHRISTI 767. Ex Labbei Append. Tom. VI.

EPISTOLA STEPHANI III. PAPÆ AD CAROLOMANNUM REGEM.

Rogat, ut fiat ejus compater ſpiritalis.

Domno excellentiſſime filio Carolomanno regi Francorum, & patricio Romanorum Stephanus papa.

Codicis Carolini epiſt. 48.

DUm tantam piæ conſiderationis gratiam, atque efficacem ſolertiam creator noſter omnipotens Dominus, veſtro melliſluo regali cordi, pro defenſione & exaltatione ſanctæ ſuæ eccleſiæ, infundere dignatus eſt, præcellentiſſime fili, ac benigniſſime rex: idcirco opinatiſſimi nominis tui præclara memoria, & indita cælitus prudentia in toto terrarum orbe divulgata permanet, etiam in cęleſtibus regnis digna operum tuorum refulgent merita. Unde beatus es, bone Chriſtianiſſime rex, quod quidem nos conſpecta fidei tuæ conſtantia, quam in apoſtolicis cauſis, & noſtri amoris fervore habere dignoſceris, firmi in tua dilectione permanentes, ſedulo eidem noſtro conditori pro immenſa veſtra lætitia, & a Deo inſtituti regni veſtri ſtabilitate, preces fundere nequaquam deſiſtimus. Interea conjungentes ad nos Beraldus religioſus abbas, & Audbertus vir inluſter, detulerunt nobis honorandas, nimiſque deſiderabiles ſyllabas a Deo protectæ excellentiæ veſtræ, quas cum magno honoris affectu ſuſcipientes atque relegentes, quæ in eis ferebantur, omnino agnovimus. Sed & ipſi veſtri fideliſſimi miſſi ea, quæ a veſtra a Deo protecta excellentia, injuncta habuerunt, nobis ſubtilius retulerunt, de quibus, ſicut veſtris fidelibus ad ſingula eis reſponſum reddidimus, veſtro a Deo inſpirato culmini liquido enarrandum.

ANNO CHRISTI 767.

At vero, quia amoris veſtri fervor in noſtris firmiter viget præcordiis, magna nobis deſiderii ambitio inſiſtit, præcellentiſſime regum, ut Spiritus ſancti gratia ſcilicet compaternitatis affectio inter nos adveniat, pro quo obnixe quæſumus Chriſtianitatem tuam, a Deo inſtitute bone rex excellentiſſimeque fili, ut de præclaro ac regali veſtro germine, quod vobis Dominus pro exaltatione ſanctæ ſuæ eccleſiæ largiri dignatus eſt, in noſtris ulnis ex fonte ſacri baptiſmatis aut etiam per adorandi chriſmatis unctionem, ſpiritalem ſuſcipere valeamus filium, ut eadem Deo proſperante, compaternitatis gratia in medio noſtrum corroborata, lætitia ex hoc tam nos quamq; univerſus noſter populus pariter relevati, exultare valeamus in Domino. Deus autem omnipotens, per quem reges regnant, & principes imperant, ſua vos protegat gratia, & victoriam vobis de cęlo pro ſuæ ſanctæ eccleſiæ defenſione tribuat; atque longævos & ſoſpites in ſolio regni pariter cum excellentiſſima & Chriſtianiſſima filia noſtra regina, dulciſſima veſtra conjuge, & amantiſſimis natis, conſervare, & cęleſtis regni æterna gaudia concedere dignetur poſſidenda. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

ANNO CHRISTI 768.

☞ CONCILIUM RATISBONENSE

ANNO CHRISTI 768.

In quo Chorepiſcopis vetitum ne epiſcopalia munia exerceant.

Ex Manſi Suppl. Tom. I. pag. 482.

COncilii hujus mentio fit a Carolo Magno lib. 7. Capitular. cap. 187. his verbis: *Decretum eſt in illa ſynodo, quam Reginiſtruc pro eodem vel pro aliis cauſis apoſtolica auctoritate præfato prætextu habuimus, nihil ex prædictis* (nempe epiſcopalibus muneribus) *a quopiam eorum* (chorepiſcoporum) *agere nec facere volentibus conſentire*. Quo potiſſimum anno ſynodus iſta convenerit, diſputant eruditi. Labbeus in annum 799. refert. Pagius cum Cointio annum 803. maluit, quod in eodem capitulari dicatur ea de cauſa miſſus Arno archiepiſcopus Salisburgenſis *ad Leonem apoſtolicum*, nempe pontificem, ut ſcilicet ſententiam ejus de chorepiſcopis exploraret. Id vero factum arbitrantur viri illi docti anno 803. Verum in ſententiam plane diverſam concedendum duxi in meis ad Pagium animadverſionibus ad annum 803. 7. quam totam adnotationem hic ſubjicio. In Libello de geſtis epiſcoporum Cenomanenſium a Mabillonio Analectorum pag. 288. edit. in fol. vulgato, quædam occurrunt, ex quibus certiora quoad chronologiam concilii Ratisbonenſis erui poſſe arbitror. Narratur ibi cap. 17. Gauziolenus quidam Cenomannorum epiſcopus, cum munia epiſcopalia exercere præ cæcitate impediretur, initiari a tribus epiſcopis in Chorepiſcopum curaſſe Merolum quemdam, eo quod per illa tempora Carolus Pippini filius, una *cum legatis apoſtolicis, & omnibus epiſcopis* in frequenti concilio ſanxiſſet, ut nullus *Chorepiſcopus chriſma conficeret, virgines ſacraret, Spiritum Paraclitum traderet, neque eccleſias dedicaret, vel altaria erigeret, aut ſacraret, etiam oleos ad infirmos ungendos benediceret, niſi a tribus eſſet ordinatus*. Sermonem hic eſſe de concilio Ratisbonenſi, in quo ſancitum fuit ne chorepiſcopi a tribus non ordinati munera epiſcopalia exercerent, facile cuivis ſuaderetur. Merolus iſte annis 30. ſedit, incompletis tamen, nam Carolo jam rerum potiente cœpit, ejuſdem regis anno regni 29. menſe Decembri, id eſt Chriſti 796. vacuam ejus morte cathedram Franco occupabat, ut liquet ex diplomate ejuſdem Caroli dato anno & menſe eodem in eo libello recitato. Hinc fit concilium Ratisbonenſe tempore ordinationis Meroli habitum, ad annum 768. circiter pertinere. Neque Carolus in capitularibus, in loco a Pagio hic allato, contrarius eſt; non enim ait, ut Pagius explicat, concilium Ratisbonenſe celebratum occaſione legatorum, quos miſerat ad Leonem III. ad cauſam chorepiſcoporum tractandam; ſed cum narraſſet legatorum illorum miſſionem, tunc apte ſubdit mentionem de concilio Ratisbonenſi a ſe *pro eadem cauſa* non vero eodem tempore, ſed ante aliquot forte annos celebrato.

Ita vero explorata concilii Ratisbonenſis epocha, juvat nunc integrum fragmentum Libelli mox laudati recitare, cum in eo plura, quam in capitularibus de concilio hoc referantur.

Qua de re invenerunt ſapientes & doctores ejuſdem

ANNO CHRISTI 768.

dem Caroli ſapientiſſimi regis una cum legatis apoſtolicis, & omnes epiſcopi inter ſe ſanxerunt, ſecundum SS. Patrum inſtituta, ut nullus chorepiſcopus chriſma conficeret, virgines ſacraret, Spiritum Paraclitum traderet; neque eccleſias dedicaret, vel altaria erigeret, aut ſacraret, etiam oleos ad infirmos ungendos benediceret, niſi a tribus eſſet ordinatus epiſcopis, quæ vero omnia ſummis Sacerdotibus & non chorepiſcopis debentur, qui licet ordinationem habeant, tamen ſummi pontificatus apicem non habent; quia nec in tabernaculo Domini quod Moyſes fecerat, alius altaria non erigebat, aut deponebat, niſi tantummodo Moyſes & Aaron qui ſummi pontifices erant, & quorum typum hodie in ſancta eccleſia gerunt epiſcopi. Filiorum quoque eorum normam reliqui ſacerdotes tenent. Aſſumentes etiam aliud exemplum de libro domini Bedæ, ubi ipſe narrat, quod olei infirmorum benedictio ſummis ſolummodo pontificibus debetur. Quanto magis ea quæ majora ſunt nullis aliis exercere licet, niſi qui ſummi pontificatus apicem tenent. Ideoque medicinam invenientes prædicti pontifices, & eruditi doctores renuntiaverunt domino Carolo prædicti ſacerdotes ut chorepiſcopus jam dicti Gauzoleni cæcati epiſcopi a tribus epiſcopis in idipſum convenientibus ordinaretur.

ANNO CHRISTI 769.

CONVENTUS APUD SANCTUM DIONYSIUM,

In quo Pippinus Rex paulo ante mortem regnum Francorum diviſit inter filios ſuos Carolum & Carolomannum.

Ex Pp Sirmondo.

De hoc conventu, & diviſione regni cum epiſcoporum procerumque aſſenſu conſtituta, illuſtris eſt locus in collectione hiſtorica, quam edidit Henricus Caniſius libro VI. *extremo: ubi narrat auctor, quiſquis eſt, Pippinum regem, cum in poſtrema expeditione Aquitanica febre vexari apud Santonas cœpiſſet, per Pictavum Turonos, cum Bertrada regina & filiis ſuis Carolo & Carlomanno Pariſios uſque ad monaſterium beati Dionyſii martyris veniſſe.* Ibi moratus, *inquit*, aliquandiu, cernenſque quod vitæ periculum evadere non poſſet, omnes proceres ſuos, duces & comites, tam epiſcopos, quam ſacerdotes, ad ſe venire præcepit. Ibique una cum conſenſu Francorum, & procerum ſuorum, ſeu & epiſcoporum, regnum Francorum, quod ipſe tenuerat, æquali ſorte inter prædictos filios ſuos Carolum & Carolomannum, dum adhuc ipſe viveret, inter eos dimiſit. Id eſt Auſtraſiorum regnum Carolo ſeniori filio regnum inſtituit: Carolomanno vero juniori filio regnum Burgundiæ & Provinciæ, Aleſans & Alamaniam tradidit. Aquitaniam, quam ipſe rex acquiſierat, inter eos diviſit. *His porro geſtis, ut idem aliique ſcriptores tradunt, Pippinus poſt paucos dies vita ceſſit* VIII. *Kalendas Octobres. At filii ejus reges ex optimatum ſuorum conſilio uno die pariter, Carolus apud Noviomum urbem, Carolomannus apud Sueſſionas, a ſacerdotibus conſecrati ſunt* VII. *Idus Octobres.*

ANNO CHRISTI 769.

CONCILIUM ROMANUM

ANNO CHRISTI 769.

A STEPHANO III. PAPA COACTUM,

In quo Conſtantini Pſeudopontificis cauſa judicata & SS. Imaginum cultus vindicatus eſt,

Anno 769. habitum.

Ex Manſi Suppl. Tom. I. pag. 627.

Paulo Romano pontifice e vivis ſublato, eccleſiæ illius pacem ambitioſi plures turbarunt. Inter quos Conſtantinus quidam laicus ſeditioſorum quorumdam factione promotus in ſolium pontificale ſeſe per injuriam intruſit. Obtenta igitur per vim ab epiſcopo Oſtienſi conſecratione, ſacrum principatum anno integro & menſe detinuit. Tandem piorum quorumdam ſtudio prævalente, invaſor ille depulſus eſt, ac Philippus quidam diaconus paucorum ſuffragio deligitur. Eoque pariter abſtinere juſſo, Stephanus III. electus aſſumptuſque eſt. Ille ut eccleſiam pacaret, cum Conſtantini fautores a turbis ciendis non deſiſterent, concilium indicendum ſtatuit, ratuſque id opportunum ad majorem auctoritatem ſynodi, datis ad Gallorum reges literis, rogavit ut e Gallia delecti epiſcopi mitterentur. Res pro voto ſucceſſit; venerunt e Gallia epiſcopi, & ſynodus Romæ convenit, cujus acta hic magis integra damus quam hucuſque in Collectionibus. Holſtenius V. Cl. actionis ſecundæ & tertiæ excerpta quædam hinc inde ex variis corraſa dedit, eademque in Labbeanam translata ſunt; atque in his res ad noſtra uſque tempora conſiſtit. Cum tandem V. Cl. Cajetanus Cenni Piſtorienſis priorem ejuſdem ſynodi actionem, ex vetuſtiſſimo Veronenſi MS. codice acceptam, Vaticanis typis anno 1735. vulgavit, diſſertatione adjecta in qua ſacram Geographiam erudite illuſtrat. Hanc diſſertationem ne quid deſiderandum relinquam huc transfero. Hujus proinde viri beneficio integra fere concilii hujus acta ſuppeditamus: nam actionem primam ex illo damus; duas reliquas, licet antea in collectione Labbeana productas, addimus, ne e diverſis concilium hoc petere lectores cogantur. Sed & labori virorum iſtorum doctiſſimorum ſymbola de meo conferre obtigit; nova ſcilicet actionis IV. fragmenta, petita ex epiſtola Hadriani Papæ I. ad Carolum Regem pro defenſione concilii Nicæni II. legenda Labbei tom. VIII. pag. 1558.

CAJE-

ANNO CHRISTI 769

ANNO CHRISTI 769.

CAJETANI CENNI V. C. L.

PRÆFATIO ET COMMENTARIUS PRÆVIUS

In Concilium Lateranense.

I. Inventio Concilii Laterani.

INter plurimas, singulareſque insignis Bibliothecæ Capitularis Veronensis laudes, constanti eruditorum testimonio celebres, perpetuæ memoriæ Præsul Franciscus Blanchinus eam jure numerat, quæ privatam Amplissimi Capituli possessoris gloriam attingit. Postquam enim docuit, vix ullam Sedem Episcopalem esse in tota Italia, finitimisque regionibus, quæ tot scriptos veteres Codices ab nono ante nos sæculo custoditos ostendat in suis plureis, in ipsos Custodes Diplomaticæ semper rei scientissimos ex eodem Collegio Capitulari electos meritas laudes effundit; Ii quippe ex tanto, quem custodiunt thesauro, maxima Ecclesiasticæ historiæ emolumenta omni tempore attulerunt. Horum ille plures enumerat, faciens initium a libraria ejus supellectilis fundatore, seu potius amplificatore Pacifico Archidiacono, qui supremum obiit diem anno Christi 856. Lothario Imperatore: verique ut admodum simile mihi videtur, Concilium hoc Lateranense, quod ex celebri ea Bibliotheca nunc primum in lucem prodit, Archidiacono illi Pacifico refertur acceptum; nam testatur V. C. Bartholomæus Campagnola Archipresbyter sanctæ Cæciliæ, & Cancellarius Capitularis, quod Codici est adnexum, in quo Concilium Ephesinum, & epistolæ ad id spectantes continentur, diversi quidem Scriptoris manu exaratum, at non minus antiqua ea, quam refert Codex, sæculi nimirum noni. De præstantissimo eodem Cancellario dixi alibi, quid præcipue senserint æqui eruditorum æstimatores VV. CC laudatus Præsul, & Ludovicus Antonius Muratorius Sereniss. Ducis Mutinensis Bibliothecæ Præfectus, neque enim tantum mihi tribuo, ut præclaro ejus nomini ullum addi posse incrementum putem meo suffragio. Ad ipsum vero Concilium quod spectat, silentio præterire non possum duos singulari eruditione ornatissimos cives Veronenses, quorum beneficio tantæ vetustatis monumento utimur: nempe nobilissimum Comitem Ottolinum Ottolini generis claritate, doctrinæ Theologicæ, atque multimodæ eruditionis præstantia Literatorum Reip. notissimo, ac fama nominis celeberrimo, necnon Patrem Josephum Blanchinum Congregationis Oratorii Presbyterum, Virum in urbe omnibus spectatissimum, cujus laudibus parcere jussus cogor, ne Censoris mei integerrimam fidem, sin minus violare, saltem verborum lenociniis solicitare videar. Hujus autem singulari erga me benevolentiæ monumentum hoc acceptum refero: quippe idem rediens in illius memoriam visi olim insigni in ea Bibliotheca, cujus Præfectus erat, dum amplissimo Capitulo Veronensi accensebatur; a laudato Comite Ottolinio impetratum dono mihi dedit. Suæ etiam partes descriptori V. C. Bartholomæo Campagnolæ debentur; illius siquidem studio, & opera nos (qui rem Pontificiam ab utroque Blanchino adeo illustratam vidimus tot Bibliothecæ Veronensis Codicibus tum editis, tum ineditis) modo utimur tam præclaro monumento, ut æquus quisque æstimator fateatur necesse erit.

Anast. tom. 3. Prolegg. pag. 34.

Anast. tom. 4. pag. 254.

II. Occasio scribendi de Concilio Lateran.

Optandum sane erat a Deo optimo Maximo, ut gloriæ Apostolicæ Sedis documentum integrum proferretur; modicæ tamen partis, quam edaci eripuit tempori bene de eadem meritus Campagnola, quanta futura esset æstimatio apud eruditos intellexi, quum primum Junio mense hujus anni dono, ut ajebam, acceptum carptim oculis usurpavi, deinde semel, iterum, tertio relegens, novum semper, semperque magnum inveni. Quare non potui, quin subjungerem Notis Chronologicis Pauli I. quas prælo mandabam, thesauri inventi, notitiam; promitteremque anxietati publicæ eruditorum, fore ut propediem iis facerem ejusdem copiam, ne quintum Anastasianæ editionis tomum, quo pertinet, manere cogerentur. Et sane, ubi primum per meas occupationes licuit, steti promissis, & quas ibidem Notas pollicebar, unica dissertatione amplexus sum. Neque id quidem, ut monumentum per se clarum illustrare, aut docere alios, maxime docendus ipse, præsumserim; verum ut quæ lectori gravioribus haud dubie studiis occupato continuo non suppetent historiæ veteris, revocarem in mentem. Quæ etiam est causa, cur exesa aliquot verba *italico*, quem vocant, charactere, ipso in Concilii textu ausus sum reponere, &, ubi explicit Codex, partim ex Anastasio, partim ex Collectione Romana Lucæ Holstenii, & Spicilegio Acherii supplere, quæ ejusdem Concilii habentur edita, ne supellex libraria necessaria esset paucarum monumento tabularum interpretando; si modo alicui libuisset rem integram ex tanta vetustate repetere.

Anast. to. 4. pag. 542.

III. Oeconomia Dissertationis de Conc. Lat.

Equidem vereor, ne nimius fuisse videar in re Episcopali, jejunus in reliquis, ea quippe ut plurimum tetigi alias res agens. Qui autem secum reputet, Ecclesiasticum me gessisse historicum, non disceptatorem, cujusmodi hominum doctissimorum copia obruimur, secus sentiet. Quum præsertim me esse imitatum videar VV. CC. Lucæ Holstenii, & Ludovici Antonii Muratorii exempla, qui vel Concilia, vel eorum fragmenta etiam edita evulgantes, si quando melioris Notæ Codices nacti sunt, rem apprime Episcopalem curarunt. Quin eorum postremo felicior mihi videor fuisse; nam is invento Concilii Romani fragmento, quod anno 863. celebrabatur, gaudio exultavit, ut debuit, quod Nandecisum Ughello ignotum, Catalogo Episcoporum Polensium in Italia Sacra addendum repererat; ego vero non unicum, sed fere quadraginta Episcopos Italiæ Sedium Catalogis adjungendos emitto. Præterea Gallicanos duodecim ante hunc diem non recte cognitos demonstro, Recentioresque eruditissimos, Sirmondum sequutos, deceptos esse palam facio. Huc accedit, quod magnum illud totius Europæ decus, ac portentum memoriæ, Antonius Magliabekius Africanorum aliquot Episcoporum nomina, & Sedes examinare, occupationem

Collect. Rom. part. 2.

Scriptor. Ital. tom. 2. p. 2. col. 150.

Ibid. col. 127.

nem dignissimam judicavit, quam tanto viro committeret, quantus erat Henricus de Noris, postea Cardinalis amplissimus; tametsi gravioribus eum curis impeditum non ignorabat. Nihilo tamen minus, quum Scriptori honesto, & integro reprehensioni nullus relinquendus sit locus, nonnulla, quæ in Dissertatione locum non habuerunt, prævio velut Commentario, mox attingam: ineditæ tamen partis contineat limite, quippe quæ mei juris est facta. Quidquid autem ex collectione Romana, & e Spicilegio Acheriano decerpsi, intactum relinquam, non enim est æquum alienæ messi falcem admovere injussum hominem, ac præsertim messi magna ex parte direptæ.

ANNO CHRISTI 769. Noris Cens. in Jo. Garn. to. 3. col. 1109.

IV. Concilii principium notabile. Anastas. sect. 227.

Pag. 1. *Incipit Concilium domini Stephani tertii papæ*. Post S. Zachariæ mortem an. 752. *Stephanum quemdam*, ait liber Pontificalis, *Presbyterum ad ordinem Pontificatus cunctus populus sibi elegit, & intra Lateranense Patriarchium misit, ubi biduo manens, tertio die postquam a suo surgeret somno, & sedens familiares causas suas disponeret, subito dum federet, alienatus obmutuit, & sequenti die defunctus est*. Quare hunc inter Pontifices, utpote non consecratum, haud recenset; infra enim in vita Hadriani loquens de Stephano, qui nimirum celebravit Lateranense Concilium, appellat tertium, non quartum. Fabrottus, Panvinus, Baronius, aliique hos sequuti inter Pontifices numerant Stephanum quoque alium non consecratum; quare notter passim dicitur III. al. IV. Horum ego obsequium in Summos Pontifices, vel electos damnare non ausim; quum tamen & a libro Pontificali, & a Concilio Lateranensi admonear a numeratione Recentiorum recedere, Tertium semper appello. *Regnante uno, & eadem Sancta Trinitate*. Notabile principium! Celebrabatur Concilium anno Constantini Copronymi 28. Leonis IV. 18. vetusque consuetudo erat Imperiales annos non negligere. Quin etiam impia Iconomachorum hæresi gliscente S. Zacharias anno 743. Artavasdi, & 745. Constantini ejusdem annos de more in suis Conciliis numeravit. Undenam igitur novum hoc, inauditumque silentium! Haud longe petenda est ratio. Zacharia Pontifice adhuc tuebatur pro Orientis Imperio partem Italiæ Exarchus Eutychius; quumque hic adhæreret Pontifici, cujus opem contra Luitprandum impetraverat, spes adhuc aliqua erat, posse Iconomachos resipiscere. At sedente Stephano III. nulla amplius spes esse reliqua videbatur; impius enim Cæsar eo usque temeritatis devenerat, ut Pseudo-Synodo celebrata cruentissimum sacris imaginibus bellum indixerit, easdem omnes everterit, atque contriverit, Sacerdotes, & Monachos earum defensores tormentis, exilio, morte damnaverit. Præterea nulla amplius Italiæ pars servabatur ab Exarchis Imperio, imo Exarchatus ipse in Ditionem S. Sedis concesserat, omnisque Italia ab impiis Græcis defecerat. Regis Desiderii aliorum instar Regnorum forte anni numerati essent, quod & S. Zacharias de Liutprandi fecerat anno 743. at fœdifragus Rex iste, nulla motus religione, Pontifici & Ecclesiæ infensus, Apostolicæ Sedis Ditionem undequaque pervaserat, flammisque, & ferro vastaverat. Quid igitur Papa infelix, & congregati Patres Imperatoris, aut Regis auspicio Concilium cœperint? *In nomine*, inquiunt, *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Regnante uno, & eadem Sancta Trinitate*. Unius Trinique Dei sub auspiciis Lat. Concilium celebrari poterat, & debebat.

Idem sect. 228.

ANNO CHRISTI 769. V. Concilii ætas

Mense Aprile, die duodecima, Indictione septima. Character temporis indicat, inchoatum esse Concilium secundo anno Stephani, qui erat in cursu usque ad diem Augusti septimam 769. per Indictionem demonstrati, & quidem feria IV. cui respondet dies duodecima Aprilis. Secerni hic possunt initia duo, quæ in Ordine de celebratione Concilii sunt perspicua. Primum videlicet, quum *Rogationes letaniarum* continuatæ per triduum incipiuntur: alterum vero, quum *omnes, qui de Religiosis in retroactis diebus pro spirituali institutione interfuerant in Concilio, foris egrediuntur... & cunctis astantibus oratio celligenda* erat; *& sic consedentes causarum negotia juste; & religiose* colligebant. Quare prima Concilii collatio fuit die Dominica 9. Aprilis: *ita tamen*, quemadmodum ordo prædictus monet, *ut totos tres dies letaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, nisi de mysterio S. Trinitatis, & de Ordinibus Sacris, vel officiorum institutis*. Id autem triduum, quippe ad res agendas præparatorium, non erat, quid in Actis recenseretur. Secus est, quum de Concilio indicendo ad certam diem res erat, ut præsertim de Synodo V. legimus indicta ad IV. Nonas Majas, qui dies anno 553. in Dominicam incidebat. Nec mente assequor, cur Antonius Pagius Baronio, & Codd. editis adversetur, Garnerii auctoritate reponentis ex Codd. Bellovacensi, & Parisiensi *die III. Nonas Maji*, ut feria secunda inchoari Synodos doceat, exemplo Nicænæ, Constantinopolitanæ primæ, Ephesinæ, & Chalcedonensis; nam sequentes Synodi generales, ipso teste, non fuerunt obnoxiæ isti legi. Præterea Card. Norisius sæpe ab eodem laudatus retinet cum Baronio *IV. Nonas*, idest diem Dominicam. Quamquam vero præter generales, aliæ etiam Synodi feria secunda inveniantur celebratæ, ut Lateranensis sub Martino; tamen certa dies Conciliorum celebrationi stabiliri non debet, ut ut Dominica inchoandis collationibus videatur aptior; nullibi enim lego Episcoporum libertati oppositam contrariam legem: quin Concilia Romana duo sæpe a me laudata in Dissertatione, nempe Eugenii II. anno 826. & Leonis IV. anno 853. inchoata fuerunt, primum feria V. alterum feria VI. ut Cycli observatione apertum erit.

Mabillon. Mus. Ital. to. 2. p. 395.

Pag. an. 553. num 9.

De Synod. v. cap. 7.

VI. Notarii Regionarii, & eorum offic.

Pag. 4. *Vestram Deo amabilem, atque conspicuam Sanctitatem in hanc sacrosanctam matrem omnium Ecclesiarum Dei Romanam Ecclesiam aggregare de diversis Provinciis studuimus*. Hanc Summi Pontificis alloquutionem, qua æque Italos, ac Gallicanos Episcopos, eosque tam Suffraganeos, quam urbium Metropoleon, dignitate etiam Metropolica conspicuos, se ait congregasse, satis multis in Dissertatione exposui, demonstrans non modo Gallicanorum Præsulum obedientiam, sed & subjectionem proprio eorum ore promissam S. Sedi, adversus Hincmarum Remensem, & præcipue contra Parisiensem Archiepiscopum Petrum de Marca. Ea igitur consulenda. Pag. 5. *Christophorus Primicerius Notariorum*. Ab ipsis Romanæ Ecclesiæ primordiis fuisse constitutos septem Notarios, quorum primus appellabatur Primicerius, compertum est. Hi scilicet persecutionum tempore Acta Martyrum colligebant, eratque id munus eorum præcipuum: at cessante persequutione officium istud est factum inutile.

ANNO CHRISTI 769.

le. Quamobrem S. Julius, qui Apostolicam Sedem ascendit anno 337. aliud Notariis munus demandavit: *Constitutum fecit, ut nullus Clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia, & notitia, quæ omnibus pro fide ecclesiastica est, per Notarios colligeretur, & omnia monumenta in Ecclesiam per Primicerium Notariorum confecta celebrarentur.... Instrumenta, aut donationes, vel commutationes &c. Clerici in Ecclesia per Scriniarium celebrarent.* Quod viguisse ostendit Blanchinus a quarto ad undecimum sæculum, prolato exemplo cessionis ex Farfensi a Scriniario Sanctæ Sedis celebratæ sæculo undecimo. Supersedeo exemplis plura ex libro Pontificali congerere unicuique obvia: at verba Primicerii Christofori de invasione Sanctæ Sedis ad Concilium, subjicio oculis; *Recensatio*, inquit, *hujus peractæ causæ prolixa est, & dum multa sunt, quæ referantur, exarari feci ea, quæ in vestri offero præsentia vobis relegenda.* Ea siquidem animadverti velim, ut liqueat, an recte eruditi aliqui fugillent Auctorem (quem putant Anastasium) libri Pontificalis, tamquam expilatorem Pauli Diaconi; dum omnia monumenta in Ecclesiam per Primicerium referebantur; & cura omnis Notariorum septem Regionariorum versabatur circa Ecclesiam Romanam, ejusque Patrimonium.

Anast. in S. Jul. to. 3.

Ibid.

VII. Primicerii Notariorum, & Judicum Palatinorum officia.

Ad Primicerium vero quod attinet, non est mirum si in schismate Constantini, magnæ eum fuisse auctoritatis Blondus agnovit: quem enim latet, Primicerium Sede vacante (alio non appellat nomine invasionis menses 13. liber Pontificalis) unum esse ex triumviris, penes quos est rerum gerendarum potestas? Nam ex Diurno patet, quod transitum Pontificis nunciabant *Exarcho Italiæ Ill. Archipresbyter, Ill. Archidiaconus, Ill. Primicerius Notariorum, servantes locum S. Sedis Apostolicæ.* Quin etiam a S. Martino Papa discimus, vel absente Pontifice curam hujusmodi apud laudatos Triumviros extitisse. *In absentia Pontificis Archidiaconus, & Archipresbyter, locum præsentant Pontificis.* Hic obiter Francisci Pagii notandus error asserentis, quod addebatur *nomen Pontificis electi* (in epistolarum inscriptionibus) *si unus ex illis tribus eligeretur.* Quid? & Notarii Regionarii ad Pontificatus apicem ascendebant Pagio? Subdiaconos eousque pervenire potuisse ante Stephani III. Concilium, nempe nostrum, ut docet, concedamus; at Notarios Regionarios, minores nempe Clericos, tantum attigisse fastigium extra vim, ne cogitatione quidem audeamus amplecti. Non inficior, aliquos ex Notariis, quibus Officia Palatina id prohibentia non erant adnexa, per ordinum gradus ascendendo, ad Petri Sedem evectos esse; Adrianus enim Stephani III. Successor, ne longe petamus exempla, ex Notario Regionario est factus Subdiaconus, quo excedente est electus Pontifex, ut docemur libro Pontificali: *Eum S. Paulus clericari jussit, quem Notarium Regionarium in Ecclesia constituens, postmodum eum Subdiaconum fecit: & Stephanus III. junior Papa, & ipse cernens ejusdem BB. Adriani spiritualium conversationum merita in Diaconi ordinem eum provexit.* At Primicerium Notariorum, qui erat Judex Palatinus, ac proinde ad gradus majores ascendere prohibebatur, ascendisse unquam ad Petri Sedem, antequam ejus officium Sacro Collegio aggregaretur ab Alexandro III., Pagio primum docente, audio. Vereor ne gravis sim eruditis, at mihi veniam adhibeant, non debeo quidquam gratis affirmare. Joannes Diaconus de Basilica Lateranensi in appendice Ordinis Romani apud Mabillonium, enumerat Judices Romanæ Ecclesiæ, qui in libro Pontificali appellantur *de Clero.* Ii vero sunt omnino septem Palatini, seu Ordinarii appellati: *Primus Primicerius: Secundus, qui dicitur Secundicerius, qui ab ipsis officiis nomen accipiunt, qui in Romana Ecclesia in omnibus processionibus manuatim ducunt Papam cedentibus Episcopis, & ceteris magnatibus, & in majoribus festivitatibus octavam super omnes Episcopos legunt lectionem.* (conferenda hæc sunt cum primo Ordine Rom. ad ævum Stephan' III. pertinente, & cum tertio multæ & ipso antiquitatis, ut constet de praxi Primicerii, & Secundicerii Notariorum, Primicerio etiam Defensorum accedente hic minime indicato.) *Tertius est Arcarius, qui præest tributis. Quartus Sacellarius qui Sabbato Scrutiniorum dat eleemosynam & Romanis Episcopis, & Clericis, & Ordinariis largitur presbyteria. Quintus est Protoscrinarius, qui præest Scriniariis, quos Tabelliones vocamus. Sextus primus Defensor, qui præest Defensoribus, quos Advocatos nominamus. Septimus Amminiculator, intercedens pro pupillis, & viduis, pro afflictis, & captivis. Pro criminalibus hi non judicant, nec in quemquam mortiferam dictant sententiam: & Romæ Clerici sunt, ad nullos unquam alios Ordines promovendi.*

ANNO CHRISTI 769.

Mabill. Mus. Ital. to. 1. pag. 570.

Idem Ord. Ro. I. n. 13. 14. 20. Ord. Rom. III. n. 12.

VIII. Subdiaconi ab apice pontificatus removebantur.

Nunc quoniam contra doctrinam Francisci Pagii Primicerium Notariorum excluси a dignitate summa Pontificatus, adversus Antonium, cujus ipse ut plurimum exscriptor est, auctoritate Concilii nostri restituo editionis Regiæ Anastasii, pluriumque Cod. Mss. in vita S. Deusdedit, lectionem *Deus-dedit ex patre Stephano Subdiacono*, quam Baronius non legerat, sed ejus loco in Codice, quem adhibuit, *Deus-dedit filius Stephani, ex Subdiacono sedit &c.* quare doctissimus Cardinalis non potuit, quin admiraretur: *Ut Subdiaconus*, inquiens, *Romanus Pontifex crearetur, nunc primum accidit.* Pagius vero, qui eam vidit, ac præterea occasionem aucupatur adversandi Baronio, eam nunc sibi haud ægre fert elabi, ut qui alias consecrationem Romani Pontificis a die Dominico vagari docuit, novum nunc ostendat non esse ante Stephanum III. eligere Pontificem e Subdiaconorum ordine. Quidquid sit de Liberati Diaconi auctoritate, qua etiam Silverium, ante Deusdedit, fuisse electum ex Subdiacono contendit, en Lateranensis Concilii, quod ipse non viderat, auctoritatem certam Electionis: *Sacramentum mutuo præbuimus, quod nullus extra alium electionem Pontificatus egisset, sed eum, quem ex suo Consilio Divina Providentia tribuisset ex corpore Sanctæ nostræ Ecclesiæ, videlicet de Sacerdotibus, vel Diaconibus, juxta hujus Apostolicæ Sedis traditionem, nobis eligeremus Antistitem.* Patente enim eodem Pagio, passimque omnibus docentibus, quod vix Pelagius II. Romanæ Ecclesiæ Subdiaconis, & S. Gregorius M. Pelagii Successor aliis Occidentalium Ecclesiarum Subdiaconis continentiam præscripserunt, quis non videat, Subdiaconi nomen, quotiescumque occurrat, patri Electi, non ipsi Electo tribui oportere, ante Pelagium, sex videlicet primis Ecclesiæ sæculis? Huc accedit, quod doctrinam æque constantem de Subdiaconatu ad sacrorum Ordinum dignitatem non elevato ante duodecimum Ecclesiæ sæculum, Concilium idem Lateranense Pseudo-Pontificis ordi-

Collect. Anast. ep. 15.

In S. Bened. II. n. 3.

In S. Deusd. num. 2.

Anastas. sect. 191. & 192.

Ber. an. 615

Concil. Later. infra.

ANNO CHRISTI 769. Ibid.

ordinatione evidenter comprobat: *Conſtantinus*, ajens, *laicus exiſtens cum armis Apoſtolicam invaſit Sedem, & Clericus in eodem Patriarchio effectus eſt ..... Alio vero die ſecunda feria idem invaſor Apoſtolicæ Sedis Diaconus forenſis in Oratorio Patriarchii Lateranenſis conſecratus eſt.* Quid clarius deſiderari poteſt ad evincendum, quod Concilii noſtri tempore, ac proinde ante ejuſdem ætatem, Subdiaconatus minorum ordinum conditionem non excedebat? Quæ quum ita ſint, fides habenda erit docentibus Pagiis, ante etiam, quam Subdiaconis continentia præſcriberetur, eoſdem in corpore Sanctæ Romanæ Eccleſiæ comprehendi, unde Summus Pontifex eligebatur? Rerum eccleſiæ ſcientes appello. Nec tamen Subdiaconos contendo, minoribus Clericis, ipſiſque Notariis Regionariis officio etiam Palatino conſpicuis, ut Primicerius, gradu non præſtitiſſe. Ipſa enim ab eorum inſtitutione per ſæculum tertium, a S. Fabiano video præpoſitos iis fuiſſe: *Hic fecit*, ait liber Pontificalis, *ſeptem Subdiaconos, qui ſeptem Notariis imminerent*. Verumtamen pro certo habeo, Subdiaconos perinde, ac cæteros minores Eccleſiæ Clericos ab excelſo S. Sedis faſtigio eſſe removendos.

Anaſtaſ. to. 1. ſect. 211.

IX. Pontifex non eligebatur niſi ex Diaconibus, aut Presbyteris Cardd.

Quamobrem Sacerdotes, & Diaconi conſtituentes corpus Romanæ Eccleſiæ, unde Pontifex educebatur, poſt Presbyterorum Cardinalium titulos ad octo, & viginti amplificatos, *ut infra in Diſſertatione*, erant omnino xxxv. 28. Presbyteri, & ſeptem Diaconi, videlicet Regionarii, quorum primus eſt Archidiaconus, cui cæteri obtemperant. Diaconos ſiquidem Concilii tempore, ſeptenarium numerum non excedere teſtatur Ordo Romanus I. Mabillonii cujus de ætate alii quidem aliam tuentur opinionem; at quemadmodum ne juniorem faciant Carolo Magno prohibentur certis hiſce characteribus: *Sabbato tempore Adriani inſtitutum eſt; ut flecteretur pro Carolo Rege, antea vero non fuit conſuetudo*: & *Dicit orationem pro Rege Francorum*: ita, utquumque vetuſtiorem, additamenta paſſum eſſe fateantur oportet, quæ ad ipſiſſimam Concilii Lateranenſis ætatem referantur. Ipſum vero principium Ordinis, ita habet: *Primo omnium obſervandum eſt ſeptem eſſe regiones Eccleſiaſtici Ordinis urbis Romæ; & unaquæque regio ſingulos habet Diaconos regionarios, & uniuſcujuſque regionis acolythi, per manum Subdiaconi regionarii Diacono regionis ſuæ officii cauſa ſubduntur*. Quando igitur Primicerius Notariorum, tamquam Judicum Palatinorum primus, alios ſex Judices de Clero ſupra numeratos propriis in ædibus, ut conſtat ex Concilio noſtro, ſuper libro Evangeliorum ſacramento obſtrinxit, ne aliquem extra corpus Romanæ Eccleſiæ eligerent, ad quinque & triginta eos Candidatos reſpexit: Conciliumque ipſum, quum decrevit, Actione ſecunda, ut: *Nullus unquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacrum Pontificatus honorem promoveri*: a quinque & triginta laudatorum numero quemquumque alium ordinem Cleri Romani excluſit, præſertim Subdiaconos, quod Pagius negare non poteſt, & ſeptem Episcopos Cardinales, qui poſtea nono ab exeunte ſeculo Portuenſis Epiſcopi Formoſi omnium primi e ſeptemvirali eo Collegio aſſumti exemplum ſequuti ſunt. Quam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem nitentem Apoſtolicæ Sedis traditione aliquando eſſe variam Eccleſiæ rerum ſcientes non ignorant; etenim conſtat, vel extra Sacrum Cardinalium Collegium electos eſſe Pontifices, quorum identidem reperire eſt aliquem ab exeunte ſæculo x. quum creatus eſt Gregorius quintus Saxo Othonis III. Capellanus, per quatuor ſequentia ſæcula. Verum quemadmodum confirmationem electi a Principe uſurpatam diu toleravit Eccleſia ob temporum difficultatem, qua de re paſſim in libro Pontificali; ita ob eamdem cauſam aliquandiu paſſa eſt hujuſmodi traditionem variatam eſſe. Verum ubi primum per rerum tranquillitatem licuit, traditio Apoſtolicæ Sedis & revocata eſt, & ſanctiſſime ſemper cuſtodita. Sed redeo ad Concilium.

Mabill. Ord. Rom. 1. n. 24. & 28.

Conc. Lat. infr.

ANNO CHRISTI 761.

X. Antiqua Rom. Pontif. electio.

Pag. *Sacramenta populo præbuimus ob conſervandas unicuique juſtitias*. Ad ipſam Pontificis electionem quod ſpectat, compertum eſt ex libro Diurno Romanorum Pontificum fieri eam conſueviſſe ævo Concilii, *convenientibus, ut moris eſt, cunctis Sacerdotibus, ac Proceribus Eccleſiæ, & univerſo Clero, atque Optimatibus, & univerſa militari præſentia, ſeu civibus honeſtis & cuncta generalitate populi iſtius a Deo ſervatæ Romanę urbis*. Non enim ad Sacrum Collegium contracta eſt ante ſeculum undecimum, quum Nicolaus II. decrevit, ut a ſolis Cardinalibus Pontifex eligeretur; quod poſtea decretum ab Alexandro III. confirmatum fuit, ac ſtabilitum præcipuis Cleri creatis Cardinalibus, præſertim ſeptem iis Judicibus Palatinis, quos nuper memorabam ex Joanne Diacono, videlicet Primicerio, Secundicerio, Arcario, Saccellario, Protoſcriniario, Primicerio Defenſorum, & adminiculatore. Priſci autem Romani Pontificis Electores haud mihi fidentur ita leviter prætereundi, ut liberum omnibus relinquatur quidlibet de eorum gradu in poſterum judicare: quum præſertim Concilium noſtrum evidenter oſtendat rem, quam parum videntur Recentiores eruditiſſimi aſſequuti. Qui enim ſileam dum video Scriptorem veteris diſciplinæ interpretari Proceres Cleri, tamquam Cardinales, eoſdemque Garnerio eſſe tamquam laicos cęteros? Ratiocinia non ſunt opus, ubi res per ſe ipſa patet. Eligebant Pontificem Clerici, & laici, & utrique in tres claſſes dividebantur. De trina laicorum claſſe, nempe civium, militum, & univerſi populi, ad nos nihil, eſt enim perſpicua. Clericorum vero diviſio in tres claſſes, amplectebatur Sacerdotes, Proceres Eccleſiæ, & univerſum Clerum. Sacerdotes erant ſeptem Epiſcopi Cardinales, & 28. Presbyteri item Cardinales, quorum pars inter congregatos Epiſcopos juxta ſuum ordinem ſedet. Proceres Cleri, ſeu Eccleſiæ erant Archidiaconus, ſeptem Judices Palatini, & ſi qui alii officius Romanæ Eccleſiæ conſpicui jure ſecernebantur a reliquo Clero, ac proinde Diaconi etiam Regionarii eiſdem accenſebantur. Univerſus demum Clerus amplectebatur Subdiaconos, Acolythos, Notarioſque eos, qui nullo fungebantur Palatino officio. Sacerdotum quidem numerus, ad ſeptem quod ſpectat Epiſcopos certus erat, ſed num. 28. Cardinalium fortaſſe etiam accenſebantur alii Presbyteri, quorum plures uni adſcriptos titulo teſtantur monumenta veterum, qui ſcilicet eidem titulo inſerviebant citra Cardinalitiam dignitatem. Procerum vero in claſſem cur Diaconos retulerim, in cauſa ſunt Concilia Romana, in quibus Diaconi ſecernuntur a Clero, ut e. g. in Concilio a Sancto Zacharia celebrato anno 743. *Aſtantibus*

Cap. 1. tit. 2.

Infr.

In Diurn. c. 2. tit. 4.

quo-

ANNO CHRISTI 767.

quoque Theophilacto, Arcidio, Gemmulo, Theodoro, Stephano, & Paulo Diaconibus, vel cuncto Clero Ecclesiæ Sanctæ, alioque in Concilio post biennium: *Adstantibus quoque Diaconibus, vel cuncto Clero*; quod passim videre est in reliquis. Clerum denique universum non talibus circumscriptum limitibus puto, ut præter Subdiaconos, & Acolythos urbis regionibus assignatos, eos omnes excludendos ab electione judicem, qui clericali militiæ adscripti ad alios minores gradus promoti erant.

XI. Electioni præmittebatur juramentum ab omnibus præstandum.

De consecratione Pontificis, quæ electionem sequitur, non est quid loquar, nam Primicerius, relato Invasoris Ethronismo de consecratione tumultuarie peracta apud S. Petrum, quę in S. Sedem reverentia ejus erat, ne verbum quidem facit Concilio. At nonnulla electionem præuntia, quæ ab se facta enarrat, quum de legitimo creando Pontifice agebatur, operæ pretium erit animadvertere; quum enim nostra ætate fiant eorum perquam simillima, gratum erit vetustatem tantam inspicere nostra tempora referentem, quum de Christi Vicarii electione divinitus petenda sacri Electores deliberant. Ingravescente S. Pauli valetudine deprehendit Primicerius impia Nepesini Totonis, ejusque Sectatorum consilia de Pontificali ambitu, & quæ erat ejus auctoritas, convocatis reliquis Judicibus, accersitoque conjuratore Totone, machinamenta ejus elusit, quod flagitium antea cautum in Concilio Romano Symmachi, multo post Paulus IV. peculiari Bulla est detestatus. Utraque autem Constitutio præmittitur cęremoniali electionis Romani Pontificis, quibus sacramento se hodie adstringunt Eminentissimi Electores. Neque secus ab antiquis hisce Electoribus, Proceribus nimirum, qui Cleri erant classis altera, videmus factum; nam *assertis in eadem domo .... sacramentum mutuo præbuimus &c.* Insuper, quod est præcipuum, post mortem Pontificis, antequam de Successore eligendo quidquam cogitetur, *Cardinales*, verba ipsa cæremonialis usurpo, *præstito in prima Congregatione juramento de observanda .... una cum aliis constitutionibus, quæ legi, & jurari in ea hactenus consueverunt, exequias pro ejus anima juxta ritum &c.* En autem simillimam veterum praxim eo tantum discrimine, quod ii multo plures numero, non in privatarum ædium aula congregantur, sed in amplissimo Divi Petri Templo: *Dum hæc agerentur Domnus Paulus exhalavit spiritum. Et de præsenti omnes unanimiter properantes in Basilica Apostolorum in ipso Dominico die denuo sacramenta populo præbuimus ob conservandas unicuique justitias.*

Conc. Later. Infra.

Ibid.

XII. Idem adstruitur.

Hanc ego antiquam consuetudinem beneficio nostri Codicis prodeuntem eo libentius in medium attuli, quo aliorum de ea silentio compellebar credere, quod statim atque Pontifex moriebatur, unica omnium solicitudo esset de Successore eligendo. Neque aliud, ut verum fatear, docet Diurnus: *Magna*, inquit, *nos tristitiarum moles obstinxerat proprio Dispensatore frustratos: sed non diu in afflictione persistere consueta Dei nostri benignitas sperantes in se deseruit; triduo enim nobis exiguis in oratione manentibus, ut omnium mentibus cœlestis dignatio demonstraret, quem dignum ad Successionem Apostolicæ vicis jubeat eligendum, ejus gratia suffragante, & omnium animis inspirante, in uno convenientibus nobis &c.* Nam novemdiale sacrum justis persolvendis mortuo Pontifici postea laudabiliter institutum, solicitam do novo eligendo Pastore multitudinem tunc temporis non morabatur; quin ipsi solicitudini admovebat calcar contentionis metus, ita ut præcipiti electioni adhibere oportuerit frænum, ut saltem tridui spatium Pontificis mortem a Successoris electione secerneret: quod testatur Bonifacii III. decretum septimo ineunte seculo. *Nisi tertio die depositionis ejus, adunato Clero, & filiis Ecclesiæ, tunc electio fiat.* Et quoniam tribus iis diebus vacandum erat jejunio, & precibus, ut fieret digna electio, raro celebres legimus pompas funebres Romanorum Pontificum. Cujus rei singulare exemplum præbet Concilium Lateranense: nam Stephanus III. referens mortem Pauli Prædecessoris sui: *Quando*, inquit, *Domnus Paulus Papa de hac vita recesserat, omnes eum derelinquentes, nisi ego funeris adsistebam custodiam ob sepulturæ tradendum* (erat tunc Stephanus Presbyter tituli S. Cæciliæ.) Tot tamen, tantisque dierum angustiis pressi, Archipresbytero, Archidiacono, & Primicerio rerum curam gerentibus, primum omnium prębebant sibi invicem sacramentum, ut supra, in Basilica S. Petri, quod a nostro Cod. discimus; deinde justis defuncto Pontifici persolutis, jejunium, & preces pro novo eligendo inchoabant. Quam profecto consuetudinem præbendi sacramenta populo, pro rata, certaque habeo; tametsi in nostro Concilio merum ejus indicium deprehendam: quippe fieri potuisse nunquam credam, ut ipso Pauli emortuali die Dominico, tot numero Electores in Basilica D. Petri congregarentur tanta pernicitate, nisi omnes conscii gerendarum rerum continuo post mortem Pontificis eo convolassent, ut hodie videmus fieri ad audiendam pronunciationem assumti. Idque magis magisque comprobat universalis omnium fuga, præter Stephanum, ab Ecclesia D. Pauli extra muros, ubi supremum diem obiit Paulus: nam præsto esse omnes cupiebant functioni generalis sacramenti, quæ reliquis omnibus præmittenda erat.

Diurn. Pontif. cap. 1. tit. 4.

ANNO CHRISTI 765.

Anast. tom. 2. pag. 225.

Conc. Lat. inst.

XIII. Codicis nostri auctoritas ostenditur.

Spectatis rebus præcipuis fragmenti hujus pretiosissimi ab injuria temporum vindicati, duo monenda restant ad historiam pertinentia, unum videlicet ad libri Pontificalis narrationem; alterum ad ipsiusmet Concilii certum Chronologiæ mendum. Ad Anastasium, seu librum Pontificalem quod spectat, ingenue fateor, me cum utroque Pagio, & quotquot ante hunc diem de invasione Constantini scripserunt, deceptum esse narratis in vita Stephani III. ac proinde invasionem præmisisse morti Pauli in Notis chronologicis ad Stephanum II. non enim habui codicem tempestive. Quare restituenda Anastasii lectio, juxta Codicem, nobisque danda venia meliori veterum monumento non inhærentibus. Copias igitur factiosi homines, post sacramentum in ædibus Primicerii præstitum pejerantes, introducunt in urbem Romam ipso die Dominico 28. Junii, inque cuneos militari more disperdunt. Moritur hæc inter Paulus, omnesque unanimiter, ne sceleatis quidem conjuratoribus exceptis, ad D. Petri basilicam quantocyus convolant, solemni sacramento se obstringunt pro Successore Pauli rite eligendo. Post hæc suam quisque domum revertitur, factiosi vero aciem in cuneos dispersam colligentes tumultuarii ad Lateranense Patriarchium pergunt, omnia occupant armis, Constantinum laicum faciunt Gloricum, inde Primicerio Christophoro per unum ex Notariis nunciant, ut suo non desit assensu,

Anast. tom. 4. pag. 227.

ANNO CHRISTI 769.

su, novumque ad Electum accedat. Hæc omnia sunt peracta die Dominico. Sequenti die, nimirum feria secunda Intrusus consecratur Diaconus forensis in Oratorio ipsius Patriarchii Lateranensis S. Laurentii, quod Joannes Diaconus describit apud Mabillonium, & ita *miser ille*, ait Primicerius, *tam terribile, ac metuendum, indigne sibi Apostolatus sumpsit culmen*. Hanc profecto narrationem ipsis ex Diaconorum scriptis tam in libro Pontificali, quam a nobis haustam, conferri simul velim, ut æstimetur, utra sincerior haberi debeat. In libro enim Pontificali rerum summa integra est, quin etiam earumdem prosequutio, quas referre Concilio non interetat Primicerii, enarratur.

Mus. Ital. to. 2. pag. 572.

XIV. Idem comprobatur.

Notandum tamen est, quod liber Pontificalis contra nostri Codicis fidem testatur, Constantinum consecratum esse Subdiaconum, atque Diaconum. At Subdiaconatum nuper dicebam, non esse inter sacros Ordines relatum ante duodecimum sæculum; qua de re fuse, & erudite Thomassinus in veteri & nova disciplina, quem adire quisque potest. Ante autem, quam sacris accenseretur Ordinibus, eadem conditio illius erat, quæ minorum, tametsi horum principem locum semper habuit. Auferet mihi verba, & lectori molestiam Ordo Romanus priscæ Subdiaconatus conditioni conveniens. De Acolytho ordinando sic loquitur: *Prosternit se in terram cum ipso sacculo, & dat ei orationem sic*. „ Intercedente beata „ & glorioſa semperque Virgine Maria, & beato Apostolo Petro, salvet, & custodiat, & „ protegat te Dominus. Amen. " De Subdiacono: *Et se in terra prosternet, & dat ei orationem, ut supra diximus:* ipsissimam videlicet, quam Acolytho. Diacono demum hæc dabatur oratio: „ Oremus, dilectissimi, Deum Patrem Omnipotentem, ut super hunc famulum suum, quem ad sacrum Ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eique donum consecrationis indulgeat, per quod eum ad præmia æterna perducat. "Nec prætereundum, quod quicumque is fuerit, qui Pseudo-Papæ ordinationem amplificavit, non assequens, *Diaconi Forensis* conditionem, adjunctum illud *Forensis* eliminavit. Reponendum igitur nostri Codicis auctoritate. Esique eadem ratio de Diaconibus Forensibus, quam de Presbyteris nos docet Leo IV. dum coarctat eorumdem numerum per titulos, & Diaconias urbis effusorum; quum enim Ordinatores Episcopi Cardinales ab invasore vim passi, non ignorarent aut Presbyterum, aut Diaconum inthronizari oportere, moramque omnem scelestus invasor præcipitaret, consecrarunt Diaconum Forensem, sive extra corpus Romanæ Ecclesiæ, quod plenum erat. Cæterum Diaconos inthronizari, creariique Pontifices absque Presbyteratus mentione, & legitimorum Pontificum exempla suppetunt; Valentinus enim, & Nicolaus I. non secus consecrati leguntur Pontifices apud Anastasium: & utroque utitur exemplo Mabillonius in Commentario ad Ordinem Romanum, quem videsis hac de re.

Mabill. Mus. Ital. to. 2. Ord. VIII. num. 1, 2. & 3.

ANNO CHRISTI 769. Concil. Rom. 853. cap. 3.

XV. Ejusdem Coc error. Chronol. emendatur.

Quod alterum pollicebar, mendum nempe Codicis certum, evidens est. Orditur Primicerius narrare Patribus congregatis scelestam S. Sedis invasionem a morte Pauli, quam illigat cum die 29. Junii; & infra de generali sacramento loquens præstito in Basilica Divi Petri continuo post mortem Pauli, factum id esse ait die Dominico. Nam Indictio quinta ab eodem memorata indicat emortualem Pauli annum 767. eoque anno, ut docemur litera dominicali D. dies 29. Junii erat feria secunda; non igitur diei 29. sed 28. illiganda erat Pauli mors. Propterea tamen non est, cur Primicerio rem post biennium referenti succenseamus; tum quia diem dominicum memorans se ipse arguit, tum quia in Acta Ecclesiæ utplurimum dies depositionis referebatur, quod & Henschenius vidit in conatu Chronico-Pontificio, & quicumque librum Pontificalem serio animadverterint, perspicue intelligent; a die enim depositionis numerabantur Interpontificia. At de his fusius alibi sum loquutus. Ita omnibus absolutis, quæcumque aut præfari, aut Commentario amplecti oportere constitui, restat nunc, ut Concilium ipsum, eique adnexam de congregatis Episcopis Dissertationem, quam pro meis viribus elaboravi, Eruditorum oculis subjiciam, atque eam quidem castigandam, reprehendendamque: dummodo meum erga Sanctam Sedem obsequium, studiumque ardens offusas veritati tenebras abjiciendi, æqui, bonique consulant, quod unum ab iis peto.

Anast. to. 4.

CONCILIUM LATERANENSE

STEPHANI III. Anno DCCLXIX.

In nomine Domini. Incipit Concilium D. Stephani tertii Papæ.

Ex Cod. MS. 800. circiter annor. Biblioth. Capitular. Veron.

IN nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Regnante uno, & eadem Sancta Trinitate cum eodem Patre, & Spiritu Sancto per infinita omnia sæcula, mense Aprile, die duodecima, indictione septima.

Præpositis in medio sacrosanctis Christi quatuor Evangeliis, præsidente ter beatissimo, & coangelico Stephano Summo Pontifice hujus Romanæ urbis Ecclesiæ, & universaliter tertio Papa in venerabile Basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qui appellatur Constantiniana juxta Lateranis, *considentibus* etiam cum eo reverentissimis, ac Sanctissimis Episcopis: Ideſt

Joanne ven. Diacono Sanctæ Ecclesiæ Ravennatis locum præsentante Sergii....

Vvilchario Archiepiscopo Provinciæ * Vicumſenensis. Senonensis

Georgio Episcopo Ostiensi.

Bulferamo Episcopo Meltensi.

(a) *Lullo Episcopo* Magnantiæ.

Ga-

(a) Quæ currenti charactere scripta sunt deerant in Cod. Veronensi, suppleta vero sunt a Labbeo, e schedis Panvinianis a se visis; apud quas etiam leguntur alia nomina episcoporum ignotæ sedis, quæ in nostro cathalogo non reperiuntur; uti *Baoulfus*, qui forte idem erat ac *Bulferanus* Meldensis; & *Joseph* quem Avenionensem episcopum extitisse Pagius ad an. 769. 1. ex Nouguiero in Histor. Antistit. Avenionens. notat. Mansi.

ANNO CHRISTI 769.

Gavienno Episcopo Torenorum.
Adone Episcopo Lugdunensi.
Herminario Episcopo * Vethoricæ.
Daniele Episcopo Narbonensi.
Hermenberto Episcopo Joahione.
Verabulpo Episcopo Burtevulgi.
Erlulfo Episcopo Lingonicensi.
Thilpino Episcopo Remensi.
Giselberto Episcopo Noviomu.
Joseph Episcopo Derzonæ.
Lanfrido Episcopo Castri.
Aurinando Episcopo Tuscanæ.
..... Balneo Regiensi.
Petro Episcopo Polonii.
Felerado Episcopo Lunensi.
Theodoro Archipresbytero & Petro Diacono locum præsentantibus.
Theodori Episcopi Papæ Ticini.
Petro Episcopo Cæræ.
Maurino Episcopo Poli Martii.
Leone Episcopo Castelli.
Sergio Episcopo Ferentini.
Jordane Episcopo Signiæ.
Adone Episcopo Ortensi.
Ansualdo Episcopo Narniæ.
Nirgotio Episcopo Anagniæ.
Agathone Episcopo Sutrii.
..... ano Episcopo centum Cellarum.
Theodorio Episcopo Tiburtinensi.
Pinio Episcopo Tribus Tabernis.
Bonifa Episcopo Privernensi.
..... nino Episcopo Alatrino.
Valerano Episcopo Trebe.
Bono Episcopo Manturianensi.
Gregorio Episcopo Silvæ candidæ.
Eustratio Episcopo Albano.
Potho Episcopo Nepesino.
Cidonato Episcopo Portuensi.
Antonino Episcopo Cesinæ.
Joanne Episcopo Fentiæ missis a prædicto Sergio Archiepiscopo Ravennæ.
Stabilino Episcopo Pensauri.
Mauro Episcopo Fanensi.
Juviano Episcopo Gallis.
Georgio Episcopo Senogalliæ.
Sergio Episcopo Ficuclensi.
Sabbatio Presbytero locum præsentante Tiberii Episcopi Ariminensi.
Florentino Episcopo Eugubii.
Gregorio Presbytero & locum præsentante Temaurini Episcopi Orbinii.
Cidonato Episcopo Villitriæ; seu venerab. Presbyteris.
Gregorio Archipresbytero.
Theophi Presbytero.
Eustachio Presbytero.
Clemente Presbytero.
Donato Presbytero.
Armogenio Presbytero.

Theophilacto Presbytero, & Theodosio Presbytero, adstante etiam Anastasio Archidiacono, & cunctis Religiosis Dei famulis tam Latinorum Monasteriorum, vel Græcorum Cynoviorum, atque proceribus Ecclesiæ, & cuncto Clero, Optimatibus etiam militiæ, seu cuncti exercitus, & honestorum Civium, & cunctæ generalitatis populo.

Stephanus Episcopus sanctæ catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ dixit: Sanctissimi fratres, & consacerdotes, ideo vestram Dec amabilem, atque conspicuam sanctitatem in hanc sacrosanctam matrem omnium Ecclesiarum Dei Romanam ecclesiam aggregare de diversis Provinciis studuimus, ut de invasione, & nova temeritatis præsumptione, quæ per Constantinum, & ejus sequaces huic apostolicæ sedi irrepsit, subtile rei meritum perscrutari jubeatis, & secundum sanctorum Canonum, atque probabilium Patrum decreta, id quod æquitatis exigit ratio, decernere studeatis.

ANNO CHRISTI 769.

Sanctum Concilium respondit: Veniant in nostri præsentia hi, qui eum elegerunt, atque enormiter consecraverunt, & dicant; qualiter se rei habet qualitas, ut sciamus, quid exinde canonice cum Dei auxilio decernamus.

Sanctissimus, ac ter beatissimus Stephanus summus Pontifex, & universalis Papa dixit: Ego de hac causa nullam habeo scientiam, quia quando domnus Paulus Papa de hac vita recesserat, omnes eum derelinquentes, nisi ego funeris adsistebam custodiam ob sepulturæ tradendum. Sed ecce dilectus filius noster Christophorus Primicerius, quæ scit, ea dicat.

Tunc ingressus sanctissimus vir Christophorus Primicerius Notariorum sanctæ Sedis apostolicæ adsistens in medio venerandi Concilii, dixit: Sanctissimi Patres & Clerum, recensatio hujus peractæ causæ prolixa est, & dum multa sunt, quæ referantur, exarari feci ea, quæ in vestri offero præsentia vobis relegenda. Et accipiens ea Vvilcarius Deo amabilis Archiepiscopus Galliarum, tradidit ea Leoncio Notario Regionario, & Scriniario relegenda. Et ingressus in medio idem Scriniarius cuncta relegit, cujus iste est textus. Christophorus Primicerius Notariorum Sanctæ Sedis apostolicæ ex persona universalis Dei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & totius Cleri dixit: quanto jocunditatis gaudio sancta universalis Dei pollet Ecclesia, evidentius nunc rei meritum demonstrat, & spiritalis supernæ considerationis hujus angelici Collegii.... dum talia præcipua, & a Deo inlustrata ob sui defensionem pariter conspicit aggregata luminaria.... egregii Dei cultores divino accersitam nutu præsentiam. Inter quos velut splendidissimus Sol .... Domne sanctissime Præsul, & universalis Papa, miro splendore rutilas, qui Apostolorum principis beati *Petri* promeruisti perfrui sedem. Vos enim estis solertissimi Dei cultores secundum sanctorum Patrum traditionem, membra *hujus* sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ caput, & principatum omnium Dei Ecclesiarum existit, & oportet vos vestro *capiti* sinceriissimo mentis affectu, & ex intimo cordis annisu obtemperantes ea, quæ pro quiete ejusdem Dei respiciunt Ecclesiæ magnopere spiritali profligare intuitu perpendentes illut, quod scriptum est.... si caput sanum fuerit, & cetera membra sana efficiuntur, credendum quippe est, quoniam & ipsi Angelorum chori pariter cum omnium Sanctorum cœtu ineffabili nobiscum gratulantur lætitia cernentes omnium vivificatorem Spiritum Sanctum huic sacratissimo adesse Concilio, quoniam ipsius testatur præsentia Congregatio Sacerdotum.

Stephanus sanctissimus, ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ catholicæ, atque apostolicæ urbis Romæ dixit: Divina illustratione informatus dilectus filius noster Christophorus Primicerius ea nos adgreditur, quæ profecto ad magnam sanctæ Catholicæ, & apostolicæ toto orbe diffusæ nostræ Romanæ Ecclesiæ vigoris censuram, & olitanam ejus tradi-

ditionem pertinere noſcuntur: & nimirum con- A
ANNO CHRISTI 769. ſtat, quod inter cętera ſpiritalium operum ſtudia illa prędicanda ſunt, quæ ad ſalutem proficiunt animarum; ſubſecuntur enim proſpera, ſi primitus quæ Deo ſunt chariora perficiantur.

Univerſi venerabiles Epiſcopi dixerunt: Subtili refertione ſanctiſſimus vir Chriſtophorus Primicerius Notariorum ſanctæ ſedis apoſtolicæ nobis ædicat ea quæ brachio fortia transgreſſoribus & apoſtolicæ ſedis invaſoribus diabolica inſtigatione perpetrata ſunt, & nova præſumptio huic ſacroſanctæ Romanæ inrepſit Eccleſiæ; quatenus liquido agnoſcentes rei qualitatem obtime inſtrui valeamus ea, quæ fas exigit decernere, & ſecundum ſanctorum B
Patrum, & Canonum inſtituta determinare.

Chriſtophorus Primicerius Notariorum ſanctæ ſedis apoſtolicæ verba faciens univerſalis Dei Romanæ Eccleſiæ, & totius Cleri dixit: Contigit per tranſactam quintam Indictionem menſe Junio die viceſima nona ſanctæ recordationis domnum Paulum Papam de hac luce divina vocatione fuiſſe ſubtractum. Dum vero in eadem decumberet infirmitatem, de qua & vitam finivit, illico arreptus a Diabolo quidam Nempeſini oppidi ortus Toto nomine cum ſuis germanis, atque aliis nefariis complicibus nitebantur eum interficere, quod mea infelicitas audiens hoc fieri prohibui, & convocato eodem Totone, vel reliquis Judici- C
bus in domucellam meam, ſalutaribus eos adgreſſus ſum monitis, & validis exortatus ſum adjurationibus a tanto reautus flagitio caveri: & vix tandem aliquando eorum procaciſſimam valui flectere mentem, ne in tali tantoque ſe immiſcerent piaculo. Poſt hæc vero affertis in eadem domo puſillitatis meæ ſacroſanctis Chriſti quatuor Evangeliis, & venerabili Chriſmate, & cęteris Dei myſteriis, *ſacramentum* mutuo prębuimus, quod nullus extra alium electionem Pontificatus egiſſet, ſed eum, quem ex *ſuo conſilio* Divina Providentia tribuiſſet ex corpore Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, videlicet de Sacerdotibus, *vel Diaconibus* juxta hujus apoſtolicæ ſedis traditionem nobis eligeremus An- D
tiſtitem, & prędicto inter nos eodem *ſacramento*, eorum credidimus ſponſioni adfirmantes, & hoc in eodem ſacramento fœdere, ut neminem ruſticorum *hujus* Romanæ urbis ſubjacentium caſtrorum in hanc civitatem ingredi permitteremus. Illi vero *adjurantes Dei* judicium, in perjurii reatum delapſi ſunt, & plurem ruſticorum catervam in hanc Romam intromittentes *urbem*, cœpere cum armis hoſtiliter cuneos conſtituere: & dum hæc agerentur ſæpe factus domnus Paulus *vocatus* in judicio exhalavit ſpiritum. Et de prędicto omnes unanimiter properantes in Baſilica Apoſtolorum in ipſo dominico die denuo ſacramenta populo prębuimus ob conſervandas unicuique juſtitias. E
His vero peractis, & cunctis propriis domibus revertentibus, repente adgregantes ipſi nefarius Toto, vel ejus germanus Conſtantinus univerſam ruſticorum cohortem, brachio forti idem Conſtantinus laicus exiſtens, cum armis apoſtolicam invaſit ſedem, & Clericus in eodem Patriarchio effectus eſt. Quo audito dubium mihi fuit credendi tam inauditam novam prędumptionem, & dum ambigerem de hoc, protinus conjunxit ad me Conſtantinus Notarius aſſerens, ita ei fuiſſe ab eis prędceptum, ut ad ejus electionem occurrerem, validiſſime comminacionibus terrens, ut niſi in eodem die ad eum properarem in magno eveniſſem periculo. Quod quidem elegi magis mori, quam in ejus electionem conſentire, & nequaquam illuc profectus ſum. Alio vero die ſecunda feria idem invaſor apoſtolicæ ſedis Diaconus forenſis in oratorio Patriarchii Lateranenſis conſecratus eſt: & ita miſer ille tam terribile, ac metuendum indigne ſibi Apoſtolatus ſumpſit culmen. Quod quidem ego infelix cernens in tantam humilitatem ſanctam Dei deveniſſe Eccleſiam, cotidie flumina lacrimarum ex meis fluebant oculis, & in magno lamentacionis ululatu perdurans, divinam nunquam deſtiti exorandum clementiam, ut ſanctæ ſuæ ſubveniret Eccleſiæ. Illi autem concipientes triſticiam cordis mei, primitus quidem interficere facientes Gregorium Ducem habitatorem provinciæ Campaniæ ob mei interitum, & poſtmodum moliebant & me interficere, ſed omnipotens Dominus, qui ſperantes in ſe, ſua continua tuetur protectione, eorum mihi manifeſtavit inſidias, & confeſtim confugium feci cum filiis meis in Eccleſiam B. Petri Apoſtolorum principis: illicque adſiſtens nitebatur in eiſdem Conſtantinus variis ſuaſionibus ex eadem ſacratiſſima apoſtolica eici aula; & dum diu immineret, & nequaquam ad ſuum potuiſſet pervenire deſiderium, ex eadem me eiciendum Eccleſia, ad ultimum per ſemetipſum ad me progreſſus, ſacramentum nobis ante ſacratiſſimam confeſſionem ipſius Dei Apoſtoli prębuit, ſecundum noſtram ſemper acturum voluntatem, ſcilicet ut uſque ad venerandam Paſchalem feſtivitatem mihi filiiſque meis liceret in propriis demorari domibus, & poſtmodum licentiam ſe nobis daturum monaſterium proficiſcendi. Igitur tranſacta Paſchali feſtivitate conſtanter apud *illum egi* una cum Sergio filio meo nos debere juxta ſuæ pollicitacionis ſacramentum monaſterio abſolvi gradiendum, ſcilicet partibus Spolitinis, in eum, qui vocatur Salvatoris Domini noſtri Jeſu *Chriſti*.

ANNO CHRIST 769.

Explicit Codex.

„ Abſoluta per Primicerium narratione, cu-
„ jus ſummam legere eſt in vita Stephani IV.
„ apud Anaſtaſium, Pſeudo-Papa interroga-
„ tur, quare tantum nefas perpetraverit? Ille vero profeſſus coram omnibus, *vim ſe a populo pertuliſſe.... corruens in terram, manibus extenſis in pavimento ſe reum, ac ſuper numerum arenæ maris peccaſſe deflebat, petens miſericordiæ veniam ab eodem ſacerdotali conſequi Concilio. Quem a terra elevare facientes ipſo die nullam de eo protulerunt ſententiam.*

Anaſtaſ. in vita Steph. IV. ſect. 177.

ACTIO SECUNDA.

Alia vero die; videlicet tertiadecima menſis Aprilis, fer. v. *denuo afferentes eum, atque interrogantes de eadem impia novitate, reſpondit nihil novi ſe feciſſe, dicens; quia & Sergius Archiepiſcopus Ravennatium laicus exiſtens, Archiepiſcopus factus eſt. Et Stephanus Neapolitanæ civitatis, & ipſe laicus repente Epiſcopus conſecratus eſt. Dum vero talia iſdem Conſtantinus perſequeretur, illico irati zelo Eccleſiaſticæ traditionis univerſi Sacerdotes alapis ejus cervicem cædere facientes eum extra eamdem Eccleſiam ejecerunt.*

Idem ibid.

Tunc

ANNO CHRISTI 769

* Combuſtis.

*Tunc * detectis omnibus ejus rationum geſtis, ſimul & Concilio illo, quod in ſcriptis de ejus quaſi confirmatione editum fuerat, igne combuſſerunt in medio presbyterii ipſius Eccleſiæ. Et hoc facto projiciens ſe in terram Sanctiſſimus Stephanus Papa cum univerſis Sacerdotibus, & populo Romano, clamanteſque* Kyrie eleiſon *cum ingenti fletu, peccaſſe ſe omnes profeſſi ſunt pro eo, quod de manibus ipſius Conſtantini communionem ſuſcepiſſent, ſicque ex hoc omnibus indicta eſt pœnitentia. Tunc aliatis ſacratiſſimis Canonibus, eiſque liquido perſcrutatis prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali Concilio ſub anathematis interdicto.*

Dist. 79. cap. 4. Idem ſect. 178.

Nullus unquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacrum Pontificatus honorem promoveri.

ACTIO TERTIA.

Lucas Holſtenius Collect. Rom. pag. 257. ex Anſelmo lib. VI. cap. XXIV. & ſeqq.

Luc. Holſt. Coll. Rom. pag. 257.

Hesterno die prolata eſt ſententia, quemadmodum Conſtantinus Apoſtolicæ Sedis invaſor ſub pœnitentiæ correptione ſubſiſtere debeat.

Dist. 79. cap. 3.

Item infra. *Oportebat, ut hæc ſacroſancta Domina noſtra Romana Eccleſia, juxta quod a Beato Petro, & ejus ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur, & in Apoſtolatus culmen unus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconibus conſecraretur.*

Item. *Sed & hoc ſub anathematis interdictionibus decernimus, ut nulli unquam laicorum ſive ex manu armata, vel ex aliis Ordinibus præſumant inveniri in electione Pontificis: ſed a certis Sacerdotibus, atque Proceribus Eccleſiæ, & cuncto Clero ipſa Pontificalis electio proveniat. Et priuſquam Pontifex electus fuerit, & in Patriarchium deductus, omnes Optimates militiæ, vel cunctus exercitus, & cives honeſti, atque univerſa generalitas populi hujus Romanæ urbis ad ſalutandum eum ſicut omnium Dominum properare debeat. Et ita more ſolito decretum facientes, & in eo cuncti pariter concordantes ſubſcribere debent. Hoc itaque & in aliis Eccleſiis ſub divini judicii obteſtatione decernimus obſervandum.*

De caſtris autem Tuſciæ vel Campaniæ, vel de aliis locis nullus audeat Romam ingredi, nec a quopiam invitentur, aut infra civitatem introducantur. Sed nec quiſquam ex ſervis tam Cleri, quamque militiæ in eadem electione inveniatur; nec ullus penitus cum armis, & fuſtibus.

Epiſtolarum Ratherii ex Monacho Lobienſi, Veronenſis Epiſc. epiſt. 2. Rom. Eccl. directa ab univerſo Clero Veronenſi, apud Acher. Spicil. to. 2. hujus Actionis III. proſequutionem exhibet, ſeq. Decreto.

D Acher. in Spicil. to. 2.

Poſt hæc vero Sanctiſſimi Epiſcopi dixerunt: Quoniam hæc omnia Deo annuente, quæ ad ſalutem omnium errantium pertinent, tractata noſcuntur, atque decreta; nunc reſtat, ut de ordinatione Epiſcoporum, Presbyterorum, vel Diaconorum, quam prædictus Conſtantinus Apoſtolicæ Sedis invaſor peregit, id quod communi conſenſu tractavimus, coram omnibus declaremus. Primum omnium decernimus, ut Epiſcopi, quos conſecravit, ſiquidem Presbyteri prius fuerunt, aut Diaconi, in eodem priſtino honore revertantur, & poſtmodum facto more ſolito Decreto Electionis eorum ad Sedem Apoſtolicam, cum plebe, atque decreto ad conſecrandum eveniant, & conſecrationem a noſtro Apoſtolico ſuſcipiant; ac ſi prius fuiſſent minime ordinati. Sed & qui alia in ſacris officiis iſdem Conſtantinus peregit, præter tantummodo baptiſmum, omnia iterentur. At vero Presbyteri illi, vel Diaconi, quos in hac Sancta Romana Eccleſia ordinavit, in priſtino Subdiaconatus ordine, vel alio, quo fungebantur officio, revertantur. Cum & poſtmodum in veſtræ Sanctiſſimæ Almitatis poteſtate, ſive eos ordinandi, ſive ut vobis placuerit diſponendi: laici vero illi, qui ab eo tonſorati ſunt, atque conſecrati, decernentes ſtatuimus, ut aut in monaſterio retrudantur, aut in propriis domibus reſidentes, ſpiritalem, atque religioſam vitam degant.

ANNO CHRISTI 769.

ACTIO QUARTA.

Quæ extant, Lucas idem Holſtenius edidit collect. Rom. pag. 261.

De Veneratione Sacrarum Imaginum.

Luc. Holſt. Coll. Rom. pag. 261.

Si ad Sanctorum conſortium venire optamus; profecto hic omnia in honore Sanctorum, ſive reliquias non ſolum corporum, ſed & veſtimentorum, ſive Baſilicas nominibus eorum memoratas, ſeu etiam imagines, & vultus illorum in quolibet loco depictos celeberrimo honore venerari debemus.

Item. *Pavendum eſt, ne ſub iconum occaſione ad pejora ſeſe ſtatus malæ aſſertionis erigat, & corpora Sanctorum, & reliquias Martyrum adorari tamquam membra Domini, ac venerari prohibeat.*

Item. *Interrogatio Antiochi ad Sanctum Athanaſium. Quomodo vos facitis imagines, & adoratis eas? Reſponſio. Non ſicut Deos imagines adoramus nos fideles, abſit, ſicut pagani: ſed tantummodo affectum, & charitatem animæ noſtræ ad vultum faciei imaginis aptamus. Unde & multoties vultu deleto, ſicut lignum purum, atque commune jam, quod dudum fuerat imago, comburimus.*

Item. *Crucem pro Crucifixo in ea Chriſto adoramus, & amplectimur fideliter.*

Item. *Si quis Sanctas Imagines Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus Genitricis, atque omnium Sanctorum ſecundum Sanctorum Patrum ſtatuta, venerari noluerit, anathema ſit.*

L. Canones Apoſtolorum tantum ſuſcipiendos.

Item. *Non amplius ſuſcipiantur Apoſtolorum Canonum prolata per Sanctum Clementem, niſi quinquaginta Capita, quæ ſuſcipit Sancta Dei Catholica Romana Eccleſia.*

Statuta contra vim, & ambitum.

Item. *Si quis ex Epiſcopis, vel Presbyteris, vel Monachis, aut ex Laicis contra Canonum, & Sanctorum Patrum ſtatuta prorumpens in gradum majorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ideſt Presbyterorum Cardinalium, & Diaconorum ire præſumpſerit, & hanc Apoſtolicam Sedem invadere quilibet ex ſupradictis tentaverit, & ad ſummum Pontificalem honorem aſcendere voluerit; ipſi & ſibi faventibus ſiat perpetuum anathema.*

Item

ANNO CHRISTI 769. Dist. 79. Cap. 3.

Item. *Si quis cum armis in electione Pontificis vel aliorum Sacerdotum inventus fuerit, anathema sit.*

Item. *Si quis juvare, aut introducere in hanc civitatem Romæ præsumpserit quemquam de quacumque civitate, aut castro, vel loco Pontificis prius discessum, quousque in Sede beati Petri Pontifex ordinatus fuerit, anathema sit.*

Item. *Si quis resistere præsumpserit Sacerdotibus, atque Primatibus Ecclesiæ, vel cuncto Clero ad eligendum sibi Pontificem, secundum hanc canonicam traditionem, anathema sit.*

AD ACTIONEM IV. ADDITAMENTA.

Ex epistola Hadriani papæ ad Carolum regem pro defensione Nicænæ synodi in defensione actionis tertiæ.

In Collect. Labb. tom. VIII. pag. 1558.

QUam synodicam (*Theodori patriarchæ Hierosolymitani*) in Latino interpretatam eloquio prædecessor noster quondam sanctissimus dominus Sthepanus papa in suo concilio, quod & ipse pro sacris imaginibus una cum diversis episcopis in patribus Franciæ, seu Italiæ fecit, suscipientes, ac relegentes, placuerunt tam de diversis Francorum patrum testimoniis quam de synodo fidei, ubi facti sunt, dicentes: *Si quis alium terminum fidei, sive symbolum, aut doctrinam habet præter quod traditum est a sanctis, magnis & universalibus seu synodis, & confirmatum est ab his sanctis patribus qui in eis convenerunt, & non adorat imaginem sive figuram Domini nostri Jesu Christi, neque humanitatem ejus confitetur, sicut qui descendit & incarnatus est propter genus humanum, talem impium anathematizamus, & alienum extraneumque deputamus neque catholicæ & apostolicæ ecclesiæ:* & cætera quæ longum est enarrari.

Ibid. pag. 1561.

Prædecessor noster sanctæ recordationis Dominus Stephanus, quondam sanctissimus papa, in supradicto concilio præsidens, inter plurima A veridica testimonia per semetipsum asserens, docuit ita: *Sed nec illud est prætereundum, quod relatione fidelium de partibus orientis adverentium sæpe cognovimus. In quibus licet evangelium sit, tamen nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, & hoc affirmante de ipso evangelista:* Multa quidem & alia signa fecit Jesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. *Denique fertur ab asserentibus, quod Redemptor humani generis, appropinquante die passionis, cuidam regi Edessenæ civitatis desideranti corporaliter illum cernere, & ut persecutiones Judæorum fugeret ad illum convocare, ut auditas mirabilium opiniones, & sanitatum curationes illi & populo suo impertiret, respondisset: Quod si faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei speciem transformatam in linteo dirigo, per quam & desiderii tui fervorem refrigeres, & quod de me audisti, impossibile nequaquam fieri existimes. Postquam tamen complevero ea quæ de me scripta sunt, dirigam tibi unum de discipulis meis, qui tibi & populo tuo sanitates impertiat, & ad sublimitatem fidei vos perducat &c.*

ANNO CHRISTI 769.

Joan. XX. 30.

Ex Anast. Biblioth. Ibid.

Anast. ibid. fol. 281.

Expletis vero omnibus, quæ in eodem Concilio promulganda erant, tunc isdem beatissimus Pontifex aggregans universos Sacerdotes, atque Clerum, & cunctum populum, profecti sunt ad beatum Petrum Principem Apostolorum cum hymnis, & canticis spiritalibus, nudis pedibus incedentes, illicque in ambonem ascendens Leontius Scriniarius, cuncta quæ in eodem peracta sunt Concilio extensa voce legit populo. Sed & tres Episcopi, idest Gregorius Silvæ Candidæ, Eustratius Albanus, & Theodosius Tyburtinus in eodem præfatæ Ecclesiæ ambone ascedentes anathematis obligationem protulerunt, si quisquam præsumat quoquo tempore transgredi quippiam de omnibus, quæ in eodem Concilio statuta sunt.

JOANNIS DOMINICI MANSI

ADMONITIO.

His actis a se evulgatis subiecit Cennius dissertationem bene longam, & eruditam, qua multa occasione hujus Concilii illustrat attinentia ad sedes, ac nomina horum episcoporum, ad Ecclesiasticam Hierarchiam, tum & Ecclesiasticam provinciarum ea ætate distributionem, ac insuper alia nonnulla eruditionis Ecclesiasticæ capita discutit. Hanc ipsam dissertationem ego in meo ad Labbeana concilia supplemento loco suo retuli. Hic vero optimum factu judicavi, ut ad præsens seponerem transferendam ad Tomum integrum, quod interim paro dissertationum Conciliarium tunc edendum, postquam tota hæc Conciliorum collectio absoluta fuerit, & perfecta.

KAROLI MAGNI

CAPITULARE PRIMUM,

Ex Baluzii Capitularibus tom. 1. p. 189.

Datum, ut videtur, sub ejus regni exordia anno Christi DCCLXIX.

Nunc primum editum ex veteri Codice MS. S. Vincentii Laudunensis.

Cum integra Caroli M. & sequentium Capitularia integra a Baluzio edita in Appendice hujus & sequentium voluminum reponenda sunt, satis hic erit locum indicasse unde quæ hic a Labbei editoribus posita sunt, repeti possint. Vide ergo Baluzii Capitularia in Capitular. Caroli M. Capitulare I.

ANNO CHRISTI 770.

CONCILIUM WORMATIENSE

ANNO CHRISTI 770

STEPHANI III. PAPÆ ANNO II.

SYnodi regalis a Carolo Magno apud Vvormatiam habitæ anno Christi DCCLXX. *certa est mentio in vita ipsius Caroli, & in annalibus Francorum. Quid autem in ea statutum actumve sit, memoriæ proditum non est. Extant quidem libro* VI. *& libro* VII. *capitularium capitula quædam*, Ne episcopi aut presbyteri ad bella pergant, *quæ ex capitulis Caroli Vvormatiæ generaliter decretis, & pro rege traditis deprompta dicuntur. Verum illa non ad hanc, sed ad aliam aliquam posteriorem synodum Vvormatiensem pertinere dubium non est, idque ex iis quæ alio loco exponentur liquido constabit. Hæc porro, in qua versamur, in chronico sancti Arnulfi colloquium appellatur:* Carolus, *inquit*, præcellentissimus rex habuit colloquium vel synodum in Vvormatia civitate.

ANNO CHRISTI 771.

CONCILIUM APUD VALENTINIANAS

ANNO CHRISTI 771.

STEPHANI III. PAPÆ ANNO III.

NOn dissimilis est synodi hujus ratio ac superioris. Habitam enim anno DCCLXXI. *a Carolo Magno synodum ad Valentinianas scriptores omnes commemorant: quid in ea gestum decretumve sit, nemo docet.*

☞ SYNODUS IN PLANICIE DALMATIÆ

Jussu Stephani papæ

Ad stabiliendam Ecclesiarum Dalmatiæ hierarchiam celebrata anno incerto.

SYnodi hujus nec annus nec veritas satis stabilita est, unius enim Diocleatis presbyteri fide stat; qui sane presbyter Slavorum historiam anno post sæculum XI. scribebat. Hanc vero habitam synodum adnotat sub Stephano papa, quisnam ille? num. II. III. IV. En ergo ejus verba desumpta ex excell. Cornelio in sua Cathari historia fac. & prof. pag. 15.

Tunc rex (*Suetopelek*) Dei sapientia plenus, sano utens consilio, misit sapientes ac nobiles viros legatos ad venerabilem & apostolicum virum papam Stephanum... qui misit vicarium suum, Honorium nomine, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyterum cardinalem, cui & tradidit potestatem ligandi atque solvendi, evellendi, & dissipandi, ædificandi atque plantandi, sicuti moris est, quando per orbis partes legati seu vicarii a sede Romana mittuntur, & cum eo alios duos cardinales, episcopos quoque jussit eum secum assumere, qui adhuc populo in fide rudi episcopos sive ecclesias consecrarent. *Et deinde cap.* XI. *sequitur*: Advenientes itaque cardinales invenerunt regem in planitie Dalmæ, a quo cum magno honore & reverentia susceptí sunt. Tunc rex jussit congregari in eadem planitie Dalmæ omnes populos terræ, & regni sui.... Igitur omnes congregati tam Latina quam & Slavonica lingua qui loquebantur, jussu Honorii Vicarii & christianissimi regis Suetopelek per spatium dierum XII. synodum fecerunt... Finita synodo duodecima die per manus Honorii vicarii & cardinalium atque episcoporum (*ex quibus verbis manifeste patet aliquos episcopos Dalmatiæ synodo huic interfuisse*) coronatus est rex atque coronatus more Romanorum regum, & facta est lætitia magna in populo, & in universo regno ejus. Post hæc jussit rex, ut consecrarentur archiepiscopi, unus in Salona, & alius in Dochia, similiter & episcopi plurimi consecrati sunt, & ecclesiæ quæ destructæ erant, & violatæ manebant, reædificatæ, & consecratæ sunt... Deinde maritima in duas divisit provincias: a loco Dalmæ ubi tunc rex manebat, & synodus tunc facta est, usque ad Valdevino vocavit Croatiam Albam, quæ & inferior Dalmatia dicitur, cui inferiori Dalmatiæ consensu domini papæ Stephani & legatorum ejus instituit Salonitanam ecclesiam metropolim, sub cujus regimine has ecclesias statuit, videlicet Spalatum, Tragurium, Scardonam, Arausonam, quod nunc est Castellum Idræ, Enoam, Arbuam, Absarum, Vegliam, & Epidaurum, quod nunc dicitur Raguſium; item ab eodem loco Dalma usque Bamblonam civitatem, quæ nunc dicitur Dyrrhachium, Croatiam Rubeam vocavit, quæ & superior Dalmatia dicitur; & sicut inferiori Dalmatiæ Salonitanam ecclesiam constituit metropolim; simili modo superiori Diocletanam ecclesiam pro jure antiquo statuerunt metropolim, sub cujus regimine has ecclesias declararunt, scilicet, Antibarium, Buduam, Ecatarum, Dulcignum, Suavium, Scodram, Drivastum, Polletum, Sorbium, Bosonium, Tribunium, Zaculmium.

ANNO CHRISTI 771.

VITA,
EPISTOLÆ ET DECRETA
HADRIANI PAPÆ I.

Dantur variantes Cod. Luc. 490.

HAdrianus [a], natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via lata, sedit annos 23. menses 10. die 17. Vir valde præclarus, & nobilissimi generis prosapia ortus, atque potentissimis Romanis parentibus editus, elegans, & nimis persona decorabilis, constans etiam atque fortissimus orthodoxæ fidei, ac patriæ suæ, & plebis sibi commissæ defensor. Viriliter cum Dei virtute inimicis sanctæ Dei ecclesiæ, ac reipublicæ impugnatoribus resistens, pauperum etiam omniumque indigentium misericordiosissimus, ac copiosus consolator. Ecclesiasticæ quoque traditionis, & sanctorum patrum institutionum observator.

Hic namque beatissimus vir, defuncto ejus genitore atque parvulus nobilissimæ suæ genitrici relictus, studiose a patre * Theodato dudum consule, & duce, postmodum vero primicerio sanctæ nostræ ecclesiæ, post * tantæ dictæ suæ genitricis obitum nutritus, atque educatus est. Nam a primæ ætatis suæ pueritia, dum adhuc laicus existeret, spiritalibus studiis charitatis modestiæque vehementius insistebat, sedule perseverans in ecclesia sancti Marci, quæ vicina domui suæ esse videtur. Illic crebras Deo nostro referebat die, noctuque laudes, indutusque cilicio jejuniis corpus suum macerabat, & eleemosynam enucleanter egenis, & inopibus juxta possibilitatis suæ vires libenter tribuebat. Ejusque bonæ actionis merita in omnium Romanorum aures frequenter resonabant, ita ut ex hoc nobilitatis, ac pudicitiæ ipsius fama longe, lateque divulgaretur. Cujus piæ conversationis vitam spiritualem, operationem, ac præcipuos mores conspiciens sanctæ recordationis domnus Paulus papa, eum clericari jussit: quem notarium regionarium in ecclesia constituens, postmodum eum subdiaconum fecit. Dum vero post decessum domni Pauli papæ ad pontificatus culmen provectus fuisset domnus Stephanus * secundus junior papa, & ipse cernens ejusdem beatissimi Hadriani spiritualium conversationum merita in diaconii ordinem eum provexit. Et extunc multipliciter spiritualibus pollens studiis maximam tam ad evangelizandum populo solerter, ac clare divina atque evangelica verba, quamque ad exercendam ecclesiasticam traditionem gessit curam. Et ita Spiritus sancti gratia in ejus corde refulsit, ut in omnibus efficax, idoneusque comprobaretur. Sicque factum est, ut dum de hac vita migraret antefatus domnus Stephanus papa, illico (dum ferventissimo affectu a populo Romano diligeretur) isdem præcipuus, ac sanctissimus vir, & Dei cultor Hadrianus ad sacrum pontificatus * electus est culmen. Hic namque in ipsa electionis suæ die, confestim eadem hora, qua electus est, reverti fecit judices illos hujus Romanæ urbis tam de clero, quam de militia, qui in exilium ad A * transitum domni Stephani papæ missi fuerant a Paulo cubiculario cognomento Afiarta, & aliis consentaneis impiis satellitibus. Sed & reliquos ut qui in arcta custodia mancipati, ac retrusi erant, absolvi fecit, & ita omnibus pariter cum eo exultantibus pontificalem Deo auspice suscepit consecrationem. Itaque in ipso exordio consecrationis ejus direxit ad ejus beatitudinem suos missos Desiderius Longobardorum rex, id est, * Theodocium ducem Spoletinum, Tunnonem ducem Eburæ regiæ, & Prandulum vestiarium suum, suasionis per eos mittens verba: sese quasi cum eo in vinculo charitatis velle * colligandum. Quibus ita ipse beatissimus pontifex respondit dicens: Ego quidem cum omnibus Christianis pacem cupio habere, etiam & cum eodem Desiderio rege vestro, in ea fœderis pace, quæ inter Romanos, Francos & Longobardos confirmata est, studebo permanere. Sed quomodo possum credere eidem regi vestro, in eo quod subtilius mihi sanctæ recordationis prædecessor meus domnus Stephanus papa de fraudulenta ejus fide retulit? inquiens quod omnia illi mentitus fuisset, quæ ei in corpus beati Petri jurejurando promisit, pro justitiis sanctæ Dei ecclesiæ faciendis, & tantummodo per suum (*a*) * inimicum argumentum erui fecit oculos Christophori primicerii, & Sergii secundicerii filii ejus, suamque voluntatem de ipsis duobus proceribus ecclesiæ explevit, unde damnum magis, & detrimentum nobis * detulit. Nam nullum profectum in causis apostolicis impertivit, sed & hoc isdem meus prædecessor pro dilectione qua erga me suum pusillum habuit, mihi retulit: quia dum ad eum postmodum suos missos direxisset, videlicet Anastasium primum defensorem, & Gemmulum subdiaconum, adhortans eum, ut ea, quæ præsentialiter beato Petro pollicitus est, adimpleret; taliter ei per eosdem missos direxit in responsis: Sufficit apostolico Stephano quia tuli Christophorum & Sergium de medio, qui illi dominabantur, & non illi sit necesse justitias * requirendas. Nam certe, si ego ipsum apostolicum non adjuvero, magna perditio super eum eveniet. Quoniam Carolomannus rex Francorum amicus existens prædictorum Christophori & Sergii, paratus est cum suis exercitibus ad vindicandum eorum mortem Romam * properandum, ipsumque capiendum pontificem. Ecce qualis est fides Desiderii regis vestri, & cum qua fiducia illi fœderari possimus. Hæc vero eadem beatissimo Hadriano præsule prosequente eisdem missis Desiderii regis illi magis (*b*) confirmabant sub vinculo sacramenti, quod eorum rex omnes justitias, quas antefato domno Stephano papæ non fecerat, eidem præcipuo pontifici, & summo pastori perficeret, & in vinculo charitatis insolubili connexione cum eo fore

[a] * a transitu
* Theodoritum cum Tunnorum
* colligari
* iniquum
* intulit
* requirendi
* properare
* tertius ex Bar. &c.
* erectus

(*a*) *iniquum* (*b*) *magis, ac magis*

fore permansurum. Quorum juramentis credens ejus beatitudo direxit ad eumdem Desiderium regem missos suos pro his omnibus perficiendis, scilicet, Stephanum notarium regionarium, & sacellarium, atque Paulum cubicularium, & (*a*) cætera super ista. Quibus egredientibus ab hac Romana urbe, & Perusiam * conjungentibus conjunxit * mandatum, quod jam fatus Desiderius abstulisset civitatem Faventiam, & ducatum Ferrariæ seu Comachium de exarchatu Ravennate, quas sanctæ memoriæ Pippinus rex, & ejus filii Carolus & Carolomannus excellentissimi reges Francorum, & patricii Romanorum beato Petro concedentes obtulerunt. Nec enim duo menses præterierunt, quod ipse sanctissimus vir pontificatus culmen adeptus est. Ita isdem atrocissimus Desiderius easdem abstulit civitates, constringens ex omni parte civitatem Ravennatium, & casales, ac omnia * præsidia Ravennatia occupans, cunctaque victualia, familias etiam seu peculia ipsorum, vel quæque in ipsis præsidiis habere videbantur, abstulit. Et dum nulla remansisset spes vivendi neque Leoni archiepiscopo, neque præfatis Ravennatibus in magna angustia & famis inopia positis: direxerunt huc Romam suos missos scilicet Julianum, Petrum, & Vitalianum * tribunos deprecantes cum magno fletu eumdem sanctissimum pontificem, ut qualiter potuisset, eis subveniret, ipsasque decertaret ad * recolligendas civitates, asserentes, quia si ipsæ civitates non fuerint restitutæ, vivere nullo modo * potuissent. Tunc ipse almificus pontifex, dum adhuc prænominati ejus missi essent Romæ, per Stephanum sacellarium, & Paulum cubicularium super ista ut ad prænominatum pergerent regem, direxit eidem regi suas deprecatorias literas ut easdem redderet civitates, increpans eum fortiter per sua scripta, cur de promissione illa, quam per suos missos pollicendo direxerat, mutatus fuisset: etiam quia justitias beati Petri juxta quod repromiserat, non reddidit. Insuper & civitates illas, quas antecessores ejus beatissimi pontifices domnus Stephanus, Paulus, & isdem Stephanus detinuerunt, abstuliisset. Dum vero talia eidem protervo Desiderio antefatus sanctissimus pontifex deprecando, admonendo, & conjurando direxisset, ita illi remisit in responsis, quod nisi prius se cum eo ipse almificus præsul conjungeret ad pariter loquendum, minime easdem redderet civitates. In ipsis vero diebus contigit uxorem, & filios quondam Carolomanni Francorum ad eumdem regem Longobardorum fugam arripuisse cum Autchario, & nitebatur ipse Desiderius, atque inhianter decertabat, quatenus ipsi filii ejusdem Carolomanni regnum Francorum * assumpsissent. Et ob hoc ipsum sanctissimum præsulem ad se properandum se ducere conabatur, ut ipsos antefati Carolomanni filios reges ungeret, cupiens divisionem in regno Francorum immittere, ipsumque beatissimum Pontificem a charitate, & dilectione excellentissimi Caroli regis Francorum, & patricii Romanorum separare, & Romanam urbem, cunctamque Italiam sui regni Longobardorum potestati subjugare. Sed favente Deo hoc nullo modo potuit impetrare: quoniam sicut lapis adamas, ita firmus Hadrianus extitit pontifex. Prænominatus siquidem Paulus super

ANNO CHRISTI 771.

* *forte* contendentibus

* id est nuncium

* prædia

* tribunum

* recolligere

* possent

ista adhuc apud eumdem Desiderium existens, firmiter ei promittebat se ipsum beatissimum papam ad eum deducere, dicens, quod si etiam in ejus pedibus funem me adhibere convenerit, eum qualiter potuero, ad tuam deducam præsentiam: sicque factum est, ut eodem Paulo in eodem itinere existente palam omnibus fieret, qualiter necare fecisset Sergium secundicerium, qui cæcus in cellario erat. Et metuens idem sanctissimus præsul, ne ejusmodi nuncium ad aures ipsius personuisset Pauli, & aut ad eumdem regem reverteretur, aut etiam in fines Longobardorum ab ipso itinere declinaret, & aliquam malitiam amplius cum eodem Desiderio in finibus Romanorum, atque Exarchatu Ravennatium perpetraret, (dum nimis dilectus illi, ac fidelis existebat) ob hoc direxit antefatus sanctissimus papa clam nimisque secrete Leoni archiepiscopo Ravennatium civitatis per Julianum tribunum, ut dum reverteretur ipse Paulus a Desiderio, eum sive in Ravenna, sive in Arimino * detinuisset, quod & factum est. Revertente enim eo ex eodem itinere in Arimino comprehensus, atque in custodia est detentus. Tunc isdem beatissimus pontifex cœpit curiose antefati Sergii secundicerii mortem inquirere, convocansque cunctos cellarios subtilius eos perscrutatur, quomodo ipse Sergius ab eodem cellario abstractus fuisset. Qui respondentes dixerunt: Quia prima noctis hora veniens (*b*) Calventinus cubicularius (*c*) cum Tunissone presbytero, & Leonatio Tribuno habitatoribus civitatis Anagninæ, ipse eumdem Sergium abstulit, vivente domno Stephano papa ante octo dies, quam de hac luce migrasset, & præfatis Campanis illum tradidit. Confestimque deductus est ad medium isdem cubicularius, & inquisitus, qui illi præcepisset eumdem Sergium a præfato abstrahi cellario, & prenominatis Campanis tradendum? Respondit, a Paulo cubiculario cognomento Afiarta, & Gregorio defensore regionario & Joanne Duce germano domini Stephani papæ atque a * Calvulo cubiculario sibi hoc fuisse præceptum, tradi eisdem Campanis.

ANNO CHRISTI 771.

* detineret

* Calventino

Dirigensque isdem sanctissimus præsul suos missos in Campaniam in civitatem Anagninam adduci fecit prædictos * Tunissonem & Leonatium. Qui præsentati apostolicis obtutibus, fortiterque constricti, confessi sunt, dicentes, quod a prenominato Paulo cubiculario, & Gregorio defensore regionario, seu Joanne germano præfati domni Stephani papæ, & Calvulo item cubiculario, & Maligno consentaneo, & sæpefati Pauli illius præceptum fuisset, prænominatum Sergium abstollendum ac interficiendum. Protinus direxit ipse sanctissimus Pontifex cum prænominatis Campanis suos fidelissimos ministros, ut demonstrarent locum, ubi ipsum Sergium interfecerunt, atque sepelierunt, & properantes venerunt usque in Merolanam ad arcum depictum (*d*), quem secus viam, quæ ducit ad ecclesiam sanctæ Dei genitricis ad præsepe, ibique juxta eumdem arcum aperientes unam sepulturam demonstraverunt corpus illius Sergii repositum, funeque ejus guttur constrictum, atque ictibus totum corpus ejus vulneratum. Unde non dubie est, suffocatum ac semivivum fuisse terra obrutum. Quod cernentes universi primates ecclesiæ, ac judi-

* Lavissonem

De nece Sergii inquiritur.

(*a*) *tunc super* (*b*) *Calvenzulus* (*c*) *cum Luniſſone*, & ſic ubique
(*d*) *qui eſt ſerus viam*

judices militiæ, ascendentes unanimiter cum universo populo in Lateranense patriarchium, prostrati apostolicis vestigiis obnixe eumdem almificum pontificem deprecati sunt, ut vindictam, atque emendationem fieri præcepisset de tanto inaudito piaculo, in eo quod præsumpsissent (*a*) secum hominem sæpius tormentis concrematum crudeliter interficere, quod factum nunquam legitur: asserentes, quia si talis flagitii reatus non expiaretur, nimis ipsa impia temeritatis præsumptio in hac Romana urbe pullularet; assumentes ex hoc audaciam perversi homines, ut tentarent pejora perpetrare. Tunc præfatus sanctissimus præsul (*b*) precibus judicum, universique populi Romani jussit contradere antefatum Calvulum cubicularium, & prænominatos Campanos præfecto urbis, ut more homicidarum eos coram universo populo examinaret. Deductique * elephanto in carcerem publicum, illic coram universo populo examinati sunt.

* e patriarchio præfato in carc

Sicque ipsi Campani, sicut prius, ita & in eadem examinatione confessi sunt. Calvulus vero obdurans cor suum, vix confessus est ita omnia esse, qui tamen in eodem carcere crudeli morte * amisit spiritum. Pro vero amputandis tam intolerabilibus flagitii reatibus, missi sunt ipsi Campani Constantinopolim in exilium.

* emisit.

Post hæc jussit antefatus beatissimus papa abstolli corpora Christophori & prænominati Sergii ejus filii, eaque cum honore in ecclesia B. Petri fecit sepeliri. Gesta vero examinationis qualiter proprii reatus noxam confessi sunt, jam dictus Calvulus cubicularius, & prænominati Campani, direxit antefatus almificus pontifex Ravennam, ut eidem Paulo omnia per ordinem (*c*) relegerentur. Suscipiens vero Leo archiepiscopus Ravennatium eadem gesta, confestim sine auctoritate apostolica tradidit eumdem Paulum consulari Ravennatium urbis. Examinatusque coram omnibus Ravennatibus, eadem acta illi relecta sunt, sicque se reum manifestans tanti piaculi, confessus est se perpetrasse noxam. Ita vero isdem Paulus examinatus est, quin etiam nec scientia exinde data est præfato sanctissimo pontifici, neque ab archiepiscopo, neque a quibusdam Ravinianis, sed per alios hoc ejus sanctitas agnovit. Dum vero hoc ageretur, cupiens ipse præcipuus pastor, & egregius pontifex salvare animam jam dicti Pauli, ne in æternum periret, adscribi fecit suggestionem suam Constantino, & Leoni Augustis, magnisque imperatoribus significans de ipsius Sergii cæci impia morte, atque deprecans eorum imperialem clementiam, ut ad emendationem tanti reatus ipsum Paulum suscipi, & in ipsis Græciæ partibus in exilio mancipatum retineri, * præcepissent.

* præciperent

Direxitque eamdem suggestionem ejus ter beato Leoni archiepiscopo, ut ipsum Paulum Constantinopolim in exilio, sive per Venetias, sive aliunde qualiter potuisset, dirigeret cum præfata apostolica suggestione. Ipse vero archiepiscopus insidians vehementer eidem Paulo, adhibuit impiam occasionem, dirigens eidem præcipuo pontifici in responsis: Expedibile non esse eumdem Paulum illuc dirigere, in eo quod Desiderius Longobardorum rex filium Mauricii ducis Venetiarum apud se captum detineret: ne ipse Mauricius filium suum cupiens ab eodem rege recipere, eumdem Paulum illi (*d*) vicarium traderet. Ecce qualem occasionem ipse archiepiscopus ecclesiæ Ravennatium callide adhibuit, ut ipsum Paulum extinguere valeret. Sicque remisit ad apostolicam sedem suggestionem illam. Post hæc vero cum ipse sanctissimus præsul direxisset Gregorium sacellarium suum ad Desiderium Longobardorum regem deprecationis, atque hortationis causa pro restituendis præfatis ab eo ablatis civitatibus, præcepit ei, ut firmiter contestaretur Leonem archiepiscopum, quatenus eum conservare studeret Paulum, & cum reverteretur a Ticino, secum eum huc Romam reduceret. Dumque præfatus Gregorius sacellarius in Ravennatium properasset urbem, constanter, ac firmiter protestatus est antefatum archiepiscopum, & judices Ravinianos ex præceptione apostolica in præsentia Anualdi chartularii tunc ibi existentis civis Romani, qui ibidem missus erat ab apostolica sede, salvum, atque incolumem ipsum Paulum reservandum, donec a Ticino reverteretur, asserens sibi fuisse præceptum ab apostolica potestate eum secum Romam deportandum, & apostolicis salvum præsentandum obtutibus. Hæc vero ipsum protestans archiepiscopum, cœptum Ticinum profectus est iter, & continuo prænominatus archiepiscopus accersito consulare Ravennatium civitatis, præcepit ei, ipsum interficiendum Paulum. Et dum reversus fuisset sæpefatus sacellarius, Ravennamque conjungeret, invenit prænominatum Paulum jam interfectum, pro quo nimis increpavit archiepiscopum eumdem, cur præsumpsisset contra apostolicum præceptum taliter de eodem Paulo agere? Post aliquantos itaque dies propria conscientia isdem archiepiscopus (*e*) territo direxit prænominato sanctissimo papæ per Julianum tribunum suum missum, deprecans apostolicas sibi dirigi literas, ac consolationis monita, quasi nulla (*f*) illius putaretur culpa ejusdem Pauli morte, in eo quod sanguis innocentis ultus fuisset. Sed nullo modo potuit ipsum sanctissimum (*g*) papam pontificem * declinare, ita illi dirigens in responsis: Quod ipse videat, quid in eodem Paulo operatus est.

Paulus occiditur.

* inclinare

Nam certe ego animam ejus salvare cupiens, pœnitentiæ eum summitti decreveram. Ideo meum sacellarium direxi huc Romam eum deferendum. Siquidem nominatus Desiderius Longobardorum rex superbiæ, & jactantiæ fastu levatus, qua hora præfatas civitates Exarchatus Ravennatium abstulit, confestim direxit multitudinem exercitus, & occupare fecit fines civitatum, id est, Senogallienses, Monteferreti, Urbini, Eugubii, & cæterarum civitatum Romanorum, plura homicidia, & deprædationes, atque incendia in ipsis finibus perpetrantes. Nam in civitatem Bleranam dirigens generalem exercitum partium Tusciæ, dum ipsi Blerani in fiducia pacis ad recolligendas proprias segeres generaliter cum mulieribus, & filiis, (*b*) atque famulis egrederentur, irruerunt repente super eos ipsi Longobardi, & cunctos primates * quanti (*i*) utiliter in eadem civitate erant, interfecerunt, & prædam multam tam de hominibus, quam de peculiis abstulerunt, ferro & igne cun-

Desiderius fugit in Romanos.

* qui utiles

(*a*) *cæcum* (*b*) *inclinatus precibus* (*c*) *redigerentur* (*d*) *vicaneum*
(*e*) *territus* (*f*) *illi reputaretur culpa de ejusdem* (*g*) *papam* deest.
(*b*) *atque familiis* (*i*) *utiles*

ANNO CHRISTI 771.

cuncta in circuitu devastantes. Sed in finibus Romanæ urbis, ceu & cæterarum civitatum multa mala ac deprædationes idem Desiderius perpetrare jussit, etiam & castrum Utriculum occupare fecit.

Unde sæpius atque sæpius ipse beatissimus præsul tam per * obsecrationis literas, quamque per missos eidem Desiderio direxit, deprecans eum, ut a tantis malis resipisceret, & eas, quas abstulerat civitates, redderet. Ille vero non solum easdem, quas occupaverat civitates minime reddere est inclinatus, sed nec ab eadem malitia recedere voluit, non cessans crudeliter multa atque intolerabilia mala finibus Romanorum, ut dictum est, ingerere.

* obsecrationis

Tunc præfatus sanctissimus pontifex accersiri faciens præfatum religiosum abbatem monasterii sanctæ Dei genitricis siti in territorio Sabinensi cum viginti senioribus Dei servis monachis, direxit eos ad eumdem Desiderium deprecationis causa. Quibus ad eum properantibus, ut ipsi Dei famuli retulerunt, ejus pedibus provoluti coram judicibus Longobardorum cum lacrymis ex persona antefati vicarii beati Petri eum deprecati sunt, ut a tantis malis resipisceret, & præfatas, quas abstulit civitates, beato Petro redderet. Sed nequaquam ejus lapideum cor deflectere valuerunt. Sicque infructuosi ipsi Dei famuli reversi sunt. Dirigens (*a*) suos missos Desiderius idem ad antefatum beatissimum pontificem, id est, Andream referendarium, & Stabilem ducem, ut cum eo pariter ad loquendum deberet conjungi: quos suscipiens idem almificus pastor ita eis respondit, inquiens: Sic regi vestro ex mea persona satisfacite, me vobis firmiter coram Deo omnipotente promittente, quia si prædictas civitates beati Petri, quas tempore meo abstulit, mihi, reddiderit, continuo sive Ticini, sive Ravennæ, sive Perusiæ, sive hic Romæ, vel etiam ubi illi placitum fuerit, ad ejus properabo præsentiam, & cum eo pariter me conjungendum, atque colloquendum quæ ad salutem populi Dei, utrarumque partium respiciunt. Et si forsitan de hoc dubitationem habet, me cum eo minime debere conjungi: postquam ipsas civitates reddiderit, si me cum ipso non conjunxero loquendum, licentiam habeat eas denuo occupandi. Nam si prius ipsas civitates non reddiderit, & justitiam nobis minime fecerit, sciat quod pro certo meam nequaquam videbit faciem. Unde ecce sequipedes vestros dirigere studebo meos missos ad eumdem vestrum regem, qui eadem recipiant, si reddere voluerit civitates, & de præsenti qua hora mei missi receptis eisdem civitatibus ad me hoc ipsum nunciantes reversi fuerint, continuo ad ejus ubi voluerit, ut dictum est, properabo præsentiam ad simul cum eo loquendum. Ipsisque Longobardorum missis properantibus, atque ad suum revertentibus regem, direxit ejus ter beatitudo continuo ad eumdem Desiderium regem suos missos ad easdem recipiendas civitates, scilicet Pardum, religiosum * Egumenum (*b*) præfectum monasterio beati Sabæ, & Anastasium primum defensorem. Præsentatique ejus obtutibus, & ipsi pedibus ejus corruentes lacrymis profusis eum deprecantes, ut antedictas redderet civitates, promittentes ei per apostolicam auctoritatem sub jurejurando, quia si eas reddidisset, statim præ-

* Hegumenum, id est,

nominatus almificus pontifex ad eum properaret proficiscendum, ac colloquendum pariter. Sed per nullam rationem ejus ferreum pectus & durissimam mentem * mollire potuerunt, nihilque recipientes sine effectu reversi sunt. Tamen non desistebat antedictus pontifex suos missos ad eum per * hoc ipsum dirigendum tam de sacerdotibus, quamque de singulis religiosi habitus ordinibus, sed nihil apud eum impetrare valuerunt. Potius permanens in sua iniquitate multis civitatibus, ac finibus Romanorum inferre faciebat ex omni pare mala, & magnas comminationes dirigens eidem præcipuo pontifici, se cum universis Longobardorum exercitibus properaturum ad Romanam civitatem constrigendam. Pro quo in nimio fletu ipse sanctissimus pontifex cum suo populo positus, portas civitatis Romanæ claudi jussit, & alias ex * eis fabricari fecit. Et dum in magna angustia, ac tribulatione consisteret, necessitate compulsus, direxit suos missos marino itinere cum apostolicis literis ad excellentissimum Carolum a Deo protectum regem Francorum, & patricium Romanorum, deprecans ejus excellentiam, ut sicut suus pater sanctæ memoriæ Pippinus, & ipse succurreret, atque subveniret sanctæ Dei ecclesiæ, & afflictæ Romanorum seu Exarchatus Ravennatium provinciæ, atque plenarias B. Petri justitias, & * ablatas abstultas civitates ab eodem Desiderio rege exigeret. At vero dum per nullam occasionis versutiam potuisset idem malignus Desiderius persuadere antefatum sanctissimum pontificem ad se eum deducendum ut antefati Caroli magni filios reges unxisset, & ipsum almificum pontificem a charitate, & dilectione sæpefati Christianissimi Caroli magni regis separare voluisset. Tunc pertinacia, & audacia egressus a suo palatio cum Adalgiso proprio filio, & exercitu Longobardorum deferens secum & uxorem & filios sæpedicti quondam Carolomanni, nec non & Autharium, qui ad eum, ut dictum est, fugam arripuerant, hic vero Romam properare nitebatur, sine scientia antedicti pontificis, dirigens suos missos scilicet prænominatum Andream referendarium, & alios duos ex suis judicibus, ejus adventum denunciantes. Quibus Romam conjungentibus præsentatisque apostolicis obtutibus, tale eis reddidit responsum: Quod nisi ut jam ille promisit, reddiderit beato Petro civitates illas, quas sub meo tempore abstulit, & plenariam parti nostræ fecerit justitiam, nullo modo sit illi necesse fatigationem sumendi; quia minime fieri potest, me prius cum illo præsentari.

Suscipiens vero idem Desiderius hoc responsum, nequaquam exinde repedavit, sed cœptum Romam carpebat iter. Cujus jam adventum * appropinquantem cognoscens sanctissimus ipse præcipuus pastor, aggregans universum populum Tusciæ, Campaniæ, & ducatus Perusini, & aliquantos de civitatibus Pentapoleos, munivit hanc civitatem Romanam, omnesque armati parati erant, ut si ipse rex adveniret, ei fortiter cum Dei auxilio, & beati Petri, fulti orationibus prædicti sanctissimi præsulis illi * resistere. Nam ecclesias beati Petri & Pauli * exornare fecit ejus sanctitas, & cuncta eorum cimelia, & ornatus in hanc civitatem Romanam introduxit, claudi faciens omnes januas

ANNO CHRISTI 771.

* flectere

* pro hoc ipso ad eum dirigere tam

muro fell- claudi

Legatio prima Hadriani ad Carolum magnum

* appropinquasse

* *fort.* resistere.

* exornare, id est, nudare ornatu

ec-

(*a*) *sapius fuer*

(*b*) *præfectum* deest.

ANNO CHRISTI 771.

ecclesiæ beati Petri, & deintus (*a*) terris supponi, ac muniri jussit. Ut si ipse protervus rex (*b*) sine licentia, & permisso pontificis adveniisset, minime aditum in eamdem ecclesiam introeundi haberet, nisi brachio forti ad suæ animæ interitum ipsas confringeret januas. Dumque hæc omnia disposuisset, exemplo facto in scriptis anathematis verbo direxit eidem Desiderio regi tres episcopos, id est, Eustratium Albanensem, Andream Prænestinum, & Theodosium Tiburtinæ civitatis, protestans eum in eodem obligationis, exhortationisque verbo, & adjurans per omnia divina mysteria, ut nullo modo * in finibus Romanorum sine ejus absolutione ingredi, aut conculcari * præsumpsisset, neque ipse, neque quispiam Longobardorum, sed nec Autcharius Francus. Susceptoque eodem obligationis verbo per antefatos episcopos ipse Longobardorum rex illico cum magna reverentia a civitate Viterbiense confusus ad propria reversus est. Post hæc conjunxerunt ad sedem apostolicam missi sæpius dicti Caroli excellentissimi regis Francorum & patricii Romanorum, id est, Georgius sanctissimus episcopus, Gulfardus religiosus abbas, & consiliarius, seu (*c*) Albinus delicioſus ipsius rex * ablatas civitates, & omnes justitias beati Petri reddidisset, sicut falsæ in Franciam dirigebat, asserens se omnia reddidisse.

Et satisfacti sunt præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse. Quibus referens isdem præcipuus pontifex cuncta quæ gesta erat, eos in Franciam absolvit remeandos, dirigens cum eo suos missos ad præfatum excellentissimum Francorum regem cum apostolicis admonitionum syllabis, adjurans eum fortiter, ut ea, quæ beato Petro cum suo genitore sanctæ memoriæ Pippino rege pollicitus est, adimpleret, & redemptionem sanctæ Dei ecclesiæ perficeret, seu universa, quæ * ablata sunt a perfido Longobardorum rege, tam civitates, quam reliquas justitias * sine certamine reddere beatro Petro principi apostolorum * fecisset. Ipsi itaque Francorum missi properantes cum apostolicæ sedis missis declinaverunt ad prænominatum Desiderium. Qui & constanter eum deprecantes adhortati sunt, sicut illis a suo rege præceptum extitit, ut antefatas, quas abstulerat civitates, pacifice beato Petro redderet, & justitias parti Romanorum * faceret. Sed minime quidpiam horum apud eum obtinere valuerunt, asserentem, se minime quidpiam redditurum. Accepto itaque responso hoc, reversi sunt ipsi antefati missi Francorum in regionem suam.

Properantes simul & apostolicæ sedis missi, qui subtilius cuncta referentes, & de maligno proposito prænominati Desiderii annunciantes antefato excellentissimo, & a Deo protecto Carolo magno regi. Confestim isdem mitissimus, & revera Christianissimus Carolus Francorum rex direxit eidem Desiderio suos missos, id est, deprecans ut easdem, quas abstulerat, pacifice redderet civitates, & plenarias parti Romanorum faceret justitias. Promittens insuper ei tribui quatuordecim millia auri solidorum, quantitatem in auro, & argento. Sed neque deprecationibus, neque muneribus ejus ferocissimum cor flectere valuit. Nihil enim obtinentes ipsi missi Francorum ad præfatum suum Christianissimum regressi sunt regem. Tunc aggregans ipse a Deo protectus Carolus magnus rex universam regni sui Francorum * exercituum multitudinem, atque ad occupandas clusas ex eodem suo exercitu dirigens: ipse quoque cum plurimis fortissimis bellatoribus Francis per montem (*d*) Cinisium ad easdem appropinquavit clusas, & remotus in finibus Francorum cum suis exercitibus resedit. Jam dictus vero Desiderius, & universa Longobardorum * exercituum multitudo ad resistendum fortiter in ipsis clusis assistebant, quas fabricis, & diversis maceriis curiose munire nisi sunt. At vero qua hora prænominatus Christianissimus Francorum rex ad easdem approximavit clusas, illico denuo suos missos ad præfatum direxit Desiderium, deprecans, sicut pridem, ut quantitatem prædictorum solidorum susciperet rex, & easdem pacifice redderet civitates. Sed nequaquam penitus acquiescere maluit, & dum in tanta duritia protervus ipse permaneret rex Desiderius, cupiens ar tedictus Christianissimus Francorum rex pacifice justitias beati Petri * recipere, direxit eidem Longobardorum regi, ut solummodo tres obsides Longobardorum judicum filios illi tradidisset pro ipsis restituendis civitatibus, & continuo sine ulla * inferta malitia, aut commisso prælio ad propria cum suis Francorum exercitibus reverteretur. Sed neque sic valuit ejus malignam mentem flectere. Unde omnipotens Deus conspiciens ipsius maligni Desiderii iniquam perfidiam atque intolerabilem proterviam, dum vellent Franci alio die ad propria reverti; misit terrorem, & validam trepidationem in cor ejus, vel filii ipsius Adalgisi scilicet & universorum Longobardorum, & eadem nocte dimissis propriis tentoriis atque omni supellectile fugam omnes generaliter nemine eos persequente arripuerunt. Quod cernentes exercitus Francorum persecuti sunt eos; & plures ex eis interfecerunt. Ipse vero Desiderius quantocius cum suis judicibus velociori cursu fugiens, atque Papiam conjungens, ibidem se cum ipsis suis judicibus, & multitudine populi Longobardorum recludi studuit. Et muniens muros ipsius civitatis ad resistendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam civitatem cum suis Longobardis se præparavit, * Adalgisus vero ejus filius assumens secum Autcharium Francum & uxorem, atque filios sæpedicti Carolomanni, in civitatem quæ Verona nuncupatur, pro eo quod fortissima præ omnibus civitatibus Longobardorum esse videretur, ingressus est.

Porro Longobardi reliqui disperſi in proprias reversi sunt civitates. Nam Spoletini, & Reatini aliquanti eorum utiles personæ, antequam Desiderius, seu Longobardorum ejus exercitus ad clusas pergerent, illi ad beatum Petrum confugium facientes prædicto sanctissimo Hadriano papæ tradiderunt, & in fide ipsius principis apostolorum, atque prædicti sanctissimi pontificis jurantes more Romanorum tonsurati sunt. Et jam (*e*) & reliqui omnes ex eodem ducatu Spoletino inhianter desiderabant se * tradendum in servitio beati Petri, sanctæque Romanæ ecclesiæ. Sed metuentes suum regem nequaquam ausi sunt perpetrare, unde dum a clusis

* finis præsumeret
* ablatas
* ablata
* suo cert.
* faceret
* faceret
* exercitus
* exercitus
* restituere
* inferta malitia
Fuga miraculosa Longobardorum.
* Aldegisus
Tonsurati quod Longobardi ſi lutos crines habebant.
* tradere

(*a*) *ferris.* (*b*) *sine conscientia* (*c*) *Albotnus delicioſus ipsius regis*
(*d*) *Sinisem* (*e*) *ut etiam & reliqui*

clusis fugam arripuissent, omnesque exinde de diversis civitatibus ducatus Spoletini reversi essent, confestim generaliter ad præfatum almificum pontificem confluentes advenerunt, ejusque provoluti pedibus obnixe sanctam ipsius ter beatitudinem deprecati sunt, ut eos in servitio beati Petri, sanctæque ejus Romanæ ecclesiæ susciperet, & more Romanorum tonsurari faceret.

ANNO CHRISTI 771.

Quos suscipiens profectus est cum eis in ecclesiam beati Petri, & omnes unanimiter a magno usque ad parvum sub * indiculo sacramenti jurejurando promiserunt eidem Dei apostolo in servitio ejus, atque antedicti vicarii ipsius sanctissimi Hadriani papæ, atque omnium successorum ejus pontificum fideliter permansuros cum filiis, & cuncta eorum generatione. Tunc post præstitum sacramentum omnes more Romanorum tonsurati sunt. Et confestim ipse ter beatissimus bonus pastor, & pater cum omnibus exultans, constituit eis ducem quem ipsi propria voluntate sibi elegerunt, scilitet Hildeprandum nobilissimum, qui prius cum reliquis ad apostolicam sedem refugium fecerat.

* vinculo

Et ita Deo annuente prædictum ducatum Spoletinum generaliter suo certamine isdem præcipuus pontifex sub jure, & potestate beati Petri subjugavit. Sed & omnes habitatores tam ducatus Firmani, Auximani, & Anconitani, simulque & de Castello * Felicitatis, & ipsis dum a clusis Longobardorum fugientes reversi sunt ad præfatum sanctissimum pontificem concurrentes ejus se ter beatitudini tradiderunt. Præstitoque sacramento in fide, & servitio beati Petri, atque ejus vicarii antefati almifici Hadriani papæ, successorumque ejus pontificum fideliter permansuros, more Romanorum tonsurati sunt.

* Fulginatis

At vero sæpefatus Christianissimus Carolus Francorum rex movens cum suis generalibus exercitibus, atque Papiam conjungens civitatem, eam ex omni parte circumdans vallavit, dirigensque * continuo in Franciam ibidem apud se Papiam adduci fecit suam conjugem excellentissimam Hildegardam reginam, & nobilissimos filios. Et dum agnovisset fugam arripuisse in Veronam prænominatum Adalgisum, relinquens plurimam partem ex suis exercitibus Papiæ, ipse quoque cum aliquantis fortissimis Francis in eamdem Veronam properavit civitatem. Et dum illuc conjunxisset, protinus Autcharius, & uxor, atque filii sæpius nominati Carolomanni, propria voluntate eidem benignissimo Carolo regi se tradiderunt. Eosque recipiens ejus excellentia denuo repedavit Papiam. Qui confestim dirigens cuneos exercituum bellatorum comprehendit diversas civitates Longobardorum ultra Padum constitutas, suæque redegit potestati. Et dum per sex mensium spatium ipse Francorum rex Papiæ demoraretur in obsessione ipsius civitatis, magnum desiderium habens ad limina apostolorum properandi, considerans quod & sacratissima paschalis festivitas appropinquasset: tunc abstollens secum diversos episcopos, abbates etiam & judices, duces nempe, & graphiones cum plurimis exercitibus hic Romam per Tusciæ partes properavit, ita festinanter adveniens, ut in ipso sabbato sancto se liminibus præsentaret apostolicis. Cujus adventum laudiens antedictus beatissimus Hadrianus papa, quod sic repente ipse Francorum adveniisset rex, in magno stupore, & ecstasi deductus, direxit in ejus occursum universos judices ad fere triginta millia ab hac Romana urbe in locum, qui vocatur Novas, ubi eum cum bandora susceperunt.

* concito

ANNO CHRISTI 771.

Bandora militare signum.

Et dum appropinquasset fere uno miliario a Romana urbe, direxit universas scholas militiæ una cum patronis, simulque & pueris qui ad discendas literas pergebant, deportantes omnes ramos palmarum, atque olivarum: laudesque omnes canentes cum acclamationum earumdem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt regem. Obviam illi ejus sanctitas dirigens venerandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad exarchum, aut patricium suscipiendum, eum cum ingenti honore suscipi fecit. Ipse vero a Deo institutus benignissimus Carolus magnus Francorum rex, & patricius Romanorum qua hora easdem sacratissimas cruces, ac signa sibi obviam advenisse conspexit, descendens de equo, quo sedebat, ita cum suis judicibus ad beatum Petrum pedestris properare studuit. Quod quidem almicus antedictus pontifex diluculo surgens in eodem sabbato sancto cum universo clero, & populo Romano ad beatum Petrum properavit ad suscipiendum eumdem Francorum regem, in gradibus ipsius apostolicæ aulæ & eum cum clero suo præstolatus est.

Carolus magnus Roma honorifice excipitur.

Conjungente vero eodem excellentissimo ac benignissimo Carolo rege, omnes gradus sigillatim ejusdem sacratissimæ beati Petri ecclesiæ deosculatus est, & ita usque ad prænominatum pervenit pontificem, ubi in atrio super gradus juxta fores ecclesiæ astitebat. Eoque suscepto mutuo se amplectentes, tenuit isdem Christianissimus Carolus rex dexteram manum antedicti pontificis. Et ita in eamdem venerandam aulam beati Petri principis apostolorum ingressi sunt, laudem Deo, & ejus excellentiæ decantantes, universus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce acclamantes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, &c. Sicque cum eodem pontifice ipse Francorum rex, simulque & omnes episcopi, abbates, & judices, & universi Franci qui cum eo advenerant ad confessionem beati Petri appropinquantes, seseque proni ibidem prosternentes Deo nostro omnipotenti, & eidem apostolorum principi propria reddiderunt vota, glorificantes divinam potentiam in eo, quod talem per interventionum suffragia ejusdem principis apostolorum concedere jussit victoriam. Expleta vero eadem oratione, obnixe deprecatus est isdem Francorum rex antedictum almificum pontificem, illi licentiam tribui Romam ingrediendi ad sua orationum vota per diversas Dei ecclesias persolvenda. Et descendentes pariter ad corpus beati Petri tam ipse sanctissimus papa quamque antefatus excellentissimus Francorum rex cum judicibus Romanorum, & Francorum, seque mutuo per * sacramentum munientes, ingressus est Romam continuo cum eodem pontifice ipse Francorum rex cum suis judicibus & populo in eodem sabbato sancto.

* sacramenti

Et in basilica Salvatoris juxta * Lateranis pariter ingressi ibidem ipse excellentissimus rex cum omnibus suis (*a*) quoque sancti baptismatis

* Lateranum

(*a*) quousque

ANNO CHRISTI 771.

tis sacramentum antedictus ter beatissimus pontifex celebravit. Et ita postmodum ad beatum Petrum ipse beatissimus repedavit rex.

Alio vero die illucescente dominico sancto, in ipsa sacratissima paschali festivitate direxit diluculo ipse sanctissimus præsul cunctos judices, & universa obsequia militiæ ad eumdem regem, & cum magno honore eum suscipientes in ecclesia sanctæ Dei genitricis ad præsepe, properavit cum omnibus qui cum eo advenerant Francis. Et post missarum solemnia celebrata perrexit cum prænominato pontifice Lateranense patriarchium, illicque ad mensam apostolicam pariter epulati sunt. Alio vero die secunda feria simili modo in ecclesia beati Petri more solito ipse conspicuus pater, & egregius pontifex missarum solemnia celebrans Deo omnipotenti, & præfato Carolo excellentissimo regi Francorum, & patricio Romanorum laudes reddere fecit. (*a*) Tertia vero die, juxta ut mos est, in ecclesia beati Pauli apostoli missas eidem regi fecit. At vero quarta feria egressus prænominatus pontifex cum suis judicibus tam cleri, quamque militiæ in ecclesia beati Petri apostoli pariterque cum eodem rege se ad loquendum conjungens, constanter eum deprecatus est, atque admonuit, & paterno affectu adhortari studuit, ut promissionem, quam ejus sanctæ memoriæ genitor Pippinus rex, & ipse præcellentissimus Carolus cum suo germano Carolomanno, atque omnibus judicibus Francis fecerant beato Petro, & ejus vicario sanctæ memoriæ domno Stephano juniori papæ, quando in Franciam perrexit pro concedendis diversis civitatibus, ac territoriis istius Italiæ provinciæ, & contradendis beato Petro, ejusque omnibus vicariis in perpetuum possidendis, adimpleret in omnibus; cumque ipsam promissionem, quæ in Francia, in loco qui vocatur Carisiacus, facta est; sibi relegi fecisset, *complacuerunt illi, & ejus judicibus omnia quæ ibidem erant adnexa, & propria voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promissionem ad instar anterioris, ipse antedictus præcellentissimus, & revera Christianissimus Carolus Francorum rex adscribi jussit per Etherium religiosum, ac prudentissimum capellanum, & notarium suum, ubi concessit easdem civitates, & territoria beato Petro, easque præfato pontifici contradi spopondit, per designationem confinium: sicut in eadem donatione continere monstratur, id est, a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, * id est, in Verceto, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, atque * monte silicis, simulque & universum Exarchatum Ravennatium sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum, & Histriam, necnon & cunctum ducatum Spoletinum, & Beneventanum.

* complacuit

* inde in

* ponte

Factaque eadem donatione, & propria sua manu ipse Christianissimus Francorum rex eam corroborans, universos episcopos, abbates, duces, etiam & graphiones in * ea adscribi fecit. Quam prius super altare beati Petri, & postmodum intus in sancta ejus confessione ponentes tam ipse Francorum rex quamque ejus judices beato Petro, & ejus vicario sanctissimo

* eam subscribere.

A Hadriano papæ; sub terribili sacramento sese omnia conservaturos, quæ in eadem donatione continentur, promittentes tradiderunt. (*b*) Apparem ipsius donationis per eumdem Etherium adscribi faciens ipse Christianissimus rex Francorum, intus super corpus beati Petri subtus evangelia, quæ ibidem osculantur, pro firmissima cautela, & æterna nominis sui, ac regni Francorum memoria, propriis suis manibus posuit. Aliaque ejusdem donationis exempla per scriniarium hujus sanctæ nostræ ecclesiæ descripta ejus excellentia secum deportavit. Reversusque cum suis exercitibus Ticinum, ipse excellentissimus Francorum rex fortiterque debellans, atque obsidens civitatem Papiam, dum ira Dei super omnes Longobardos, qui in eadem civitate erant, grassaretur, atque sæviret, & plures de lauguoribus, seu mortalitatis clade defecissent, ita Dei nutu eamdem civitatem, simulque & Desiderium Longobardorum regem, atque cunctos qui cum eo erant, ipse excellentissimus Francorum rex comprehendit, & suæ potestati cunctum regnum Longobardorum subjugavit. Præfatum vero Desiderium Longobardorum regem & ejus conjugem secum in Franciam deportavit. Erat enim sæpefatus beatissimus pontifex amator (*c*) ecclesiarum. Hic enim coangelicus vir fecit in ecclesia beati Petri apostoli vestem miræ pulchritudinis ex auro, & gemmis habentem præfiguratam historiam, qualiter beatus Petrus a vinculis per angelum ereptus est. Item in eadem basilica ab introitu de Rugas usque ad confessionem pavimentum vestivit de argento purissimo, quod pensat libras centum quinquaginta. Fecit etiam in eadem ipsa basilica beati Petri juxta januas majores argenteas cortinas miræ magnitudinis de palliis stauracin, seu quadrapolis. Nam & per universos arcus ejusdem apostolorum principis basilicæ de palliis Tyriis, atque fundatis fecit vela numero sexaginta quinque. Denique ejus beatitudo fecit & pharum majorem in eadem beati Petri ecclesia in typum Crucis, qui pendet ante presbyterium habentem candelas (*d*) mille trecentas & septuaginta. Et constituit, ut quatuor vicibus in anno ipsum pharum accendatur; id est in nativitate domini, in pascha, in natali apostolorum, & in natali pontificis. Itemque præfatus sanctissimus præsul fecit in ea basilica calicem fundatum argenteum pensantem libras quinque, quem & posuit in presbyterio pro eo qui perierat temporibus domni Pauli papæ. Nam & in ecclesia beati Andreæ apostoli sita juxta eamdem beati Petri apostoli ecclesiam, cyburium noviter ex argento mundissimo ipse ter beatissimus pontifex fecit, qui pensat libras centum triginta quinque. Itaque & in ecclesia beati Pauli apostoli investivit corpus ejusdem doctoris mundi ex laminis argenteis pensantibus libras triginta.

ANNO CHRISTI 771.

Apparem id est exemplar.

Desiderius Ticino expugnato captivus abducitur a Carolo.

Hadriani liberalitas in ecclesia.

Quas addidit isdem sanctissimus præsul, quoniam argentum illud, quod primitus erat, nimis confractum existebat. Item fecit in eadem basilica beati Pauli apostoli cortinam majorem juxta januas principales ex palliis quadrapolis ad instar cortinæ, quam in ecclesia beati Petri fecit. Sed & aliam cortinam majorem fecit ex palliis

(*a*) *Tertia feria vero die* (*b*) *Ad partem ipsius*
(*c*) *Ecclesiarum Dei, magnam indefinenter gerens curationem pro cura omni earumdem Ecclesiarum Dei. Hic enim coangelicus*, &c. (*d*) *MCCCLXV.*

ANNO CHRISTI 772.

palliis quadrapolis, quæ pendet ſub arcu majore juxta altare: etiam & per diverſos arcus ipſius eccleſiæ ex palliis quadrapolis fecit vela numero ſeptuaginta. Atrium vero ipſius beati Pauli eccleſiæ, quod antea (*a*) deſolatum exiſtebat, ubi boves, atque caballi ingrediebantur ad pabulandum propter herbam quæ ibidem naſcebatur, inſpiratus a Deo iſdem ſanctiſſimus pontifex ex marmoribus pulcris ſternere fecit. In eccleſia Dei genitricis ad præſepe fecit veſtes duas ſuper altare majore, unam ex auro puriſſimo, atque gemmis habentem aſſumptionem ſanctæ Dei genitricis, & alia de * ſtauracin ornata in circuitu * blattin. Fecit in ea eccleſia & cortinas majores (*b*) ex palliis * quadrapolis ad ſimilitudinem, quam in eccleſia ſancti Petri fecit.

* ſtauracio
* blattis.
* quadraptis, vel quadruplis.

Sed & per diverſos arcus ejuſdem baſilicæ ſanctæ Dei genitricis ſimili modo ex palliis quadrapolis fecit vela numero (*c*) quadraginta duo. In baſilica vero ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti juxta Lateranum ſimiliter fecit veſtem de ſtauracin, ſeu cortinam majorem ex palliis quadrapolis, ſed & per diverſos arcus vela ſerica numero quinquaginta ſeptem, omnia ex palliis quadrapulis ſeu ſtauracin. Fecit in eccleſia beati Laurentii martyris foris muros, ſcilicet ubi ſanctum ejus corpus requieſcit, veſtem de ſtauracin, & in eccleſia majore aliam ſimiliter fecit veſtem. (*d*) Nam & tectum ejuſdem beati Laurentii baſilicæ martyris, quod jam diſtectum erat, & trabes ejus confractæ, noviter fecit. In baſilica autem beati Valentini ſimili modo fecit veſtem de ſtauracin. In baſilica beati Pancratii aliam ſimili modo de ſtauracin fecit veſtem. In eccleſia vero beati Marci, cujus tectum jam vetuſtate poſitum vicinum ruinæ exiſtebat, depoſitis vetuſtiſſimis trabibus, (*e*) & aliis impoſitis noviter ipſum teſtum, atque porticus in circuitu fecit, (*f*) eamdemque eccleſiam reſtauravit. (*g*) Arcus vero tres, qui vetuſtiſſimi erant addens iſdem beatiſſimus pontifex argenti librarum duodecim noviter fecit. Fecit etiam in eadem eccleſia ſuper altari majore veſtem de ſtauracin, ſed & per diverſos arcus, ejuſdem eccleſiæ ex palliis quadrapolis fecit numero vela viginti ſeptem, ſimulque (*h*) & coronam ex eiſdem palliis quadrapolis, quæ pendet ſub trabe, fecit.

Tectum vero baſilicæ beati Laurentii .... (*i*) ad Taurellum, dum nimis vetuſtiſſimum inerat omnes ejus trabes novas ibidem poſuit, illudque reſtauravit. Simulque & veſtem de quadrapulo ſuper altare ejuſdem eccleſiæ fecit, atque obtulit. Baſilica vero beati Felicis poſita in princis, quæ in ruina erat, & tectum ejus diſtectum exiſtebat, facto eodem tecto noviter ipſam eccleſiam renovavit, & veſtem ſuper altare ejuſdem eccleſiæ de quadropolis faciens obtulit. Renovavit etiam & tectum baſilicæ ſancti Laurentii, quam Damaſi vocant, ubi & veſtem ſuper ejus altare de ſtauracin, ſimulque A & aliam veſtem depoſt altare fecit, ubi requieſcit corpus ſancti Damaſi. Baſilicæ itaque apoſtolorum in via lata porticus in circuitu renovavit, quas antea initiaverat ejus prædeceſſor domnus Paulus papa, & non expleverat, omnia Deo propitio præfatus beatiſſimus pontifex reparavit; ſimulque & tectum majus reſtauravit. Nam abſidam ipſius eccleſiæ cernens iſdem beatiſſimus pontifex jam ruinæ vicinam exiſtentem, * cancalis ferreis eamdem abſidam confirmari fecit, & ita eam renovavit. Fecit veſtem in eadem eccleſia ſuper altari majori de ſtauracin.

ANNO CHRISTI 772.

* *forte* cancelliis

Cœmeterium item beatorum Petri, & Marcellini via Lavicana juxta baſilicam beatæ Helenæ, renovavit, & tectum ejus, id eſt, ſancti Tiburtii, & eorumdem ſanctorum Petri, & Marcellini noviter fecit, & gradus ejus, qui deſcendunt ad eorum ſacratiſſima corpora noviter fecit, quoniam nullus erat jam deſcenſus ad ipſa ſancta corpora. Fecit in baſilica beati Hadriani ceroſtata argentea penſantia libras duodecim, ſimulque & * (*k*) laudunas duas ex argento penſantia libras octo, quas poſuit ſuper rugas de presbyterio, ubi arcus de argento exiſtit. Fecit etiam & veſtes duas de ſtauracin, unam ſuper altare beati Hadriani, & aliam ſuper altare ſanctæ Martinæ, ſed & vela de palliis quadrapolis numero quindecim in eadem eccleſia fecit. Tectum denique tituli B. Priſcæ, quod jam caſurum erat, & in ruinis poſitum, noviter fecit, ubi & veſtem de ſtauracin fecit. In eccleſia vero beatorum Coſmæ & Damiani in Tribus fatis veſtem de ſtauracin fecit, ſimulque & cortinam ante abſidam ex palliis quadrapolis fecit, necnon & vela ex eiſdem quadrapolis fecit numero viginti, & lintea viginti. Nam & per diverſos titulos, ſeu alias eccleſias, atque cunctas diaconias, & monaſteria quantacumque (*l*) infra murum hujus Romanæ urbis exiſtunt, divina inſpiratione ignitus ipſe ſanctiſſimus pontifex ex palliis, id eſt, ſtauracin, ſeu Tyriis veſtes fecit, atque obtulit. Et ſicut bonus paſtor omnes Dei eccleſias tam extra muros hujus Romanæ urbis, quamque infra muros ad laudem Dei reſtauravit atque decoravit, verum etiam & muros atque turres hujus Romanæ urbis quæ dirutæ erant, & uſque ad fundamenta deſtructæ renovavit, atque utiliter omnia in circuitu reſtauravit, ubi & multa ſtipendia tribuit tam in mercedes eorum qui ipſum murum fabricaverunt, quamque in ipſorum alimentis, ſimulque & in calce, atque diverſis utilitatibus uſque ad centum auri libras expendit. Hic beatiſſimus præſul divina inſpiratione ignitus conſtituit in monaſterio ſancti Stephani catabarbara patricia ſitum ad beatum (*m*) apoſtolorum congregationem monachorum, ibi & (*n*) abbatem & idoneam perſonam ordinans. Statuit ut ſedulas laudes in eccleſia beati Petri perſolvant, ſicut & cetera monaſteria; ut duo monachi pro latere ipſius eccleſiæ Deo noſtro canant laudes: quoniam ipſum

* laudanas.

(*a*) *nimis* (*b*) *juxta januas majores ex pallei quadrapolis*
(*c*) *LXII.* (*d*) *bablicæ majoris quod jam diſtectum erat* &c.
(*e*) *& aliis fortiſſimis impoſitis noviter* &c.
(*f*) *eamdemque eccleſiam reſtauravit*, deeſt
(*g*) Prima manus in Cod. Luc. ferebat: *arcoria vero tria* quæ & vetuſtiſſima. Sed altera manus non ad eo antiqua reformavit, ut in editis (*b*) *& cortinam & eiſdem* &c.
(*i*) *Laurentii quod prius ad Taurillum* &c.
(*k*) *laudimas duas poſuit ſuper rugas de presbyterio ubi arcum de argento exiſtit. Fecit* &c.
(*l*) *infra hanc civitatem Romanam ſeu foris omnia reſtauravit & veſtes & dona obtulit, verum etiam & muros atque turres hujus Romanæ* &c. (*m*) *Petrum Apoſtolum*
(*n*) *Abbate idoneam perſonam ordinatas ſtatuit, ut ſedulas laudes* &c.

ANNO CHRISTI 774.

ipsum monasterium in magna desidia & neglectu incuriaque positum erat, & nullum divinum officium (*a*) cultu ibidem exhibebatur. Hic beatissimus præsul fecit atque constituit noviter (*b*) domos cultas quatuor. Unam quidem quæ vocatur * Capreorum posita in territorio Vigentano milliario ab urbe Roma plus minus quintodecimo; ex qua primitus fundum ipsum Capracorum cum aliis pluribus fundis ei cohærentibus ex hereditaria parentum suorum successione tenere videbatur. Ejus proprii olim existentes, ubi & alios plures fundos, seu casales & massas data justa recompensatione ad vicem a diversis personis emere, & eidem domui cultæ addere visus est. Quam videlicet domocultam Capracorum cum massis, fundis, casalibus, vineis, olivetis, * aquæmolis, & omnibus ei pertinentibus statuit per apostolicum privilegium sub magnis anathematis obligationibus, ut in usum fratrum nostrorum perenniter permaneat; & triticum, & hordeum, quod annue in locis ejusdem domocultæ natum fuerit, diligenter in horreo sanctæ nostræ ecclesiæ deferatur, & sequestratim reponatur. Vinum vero, seu diversa legumina, quæ in prædiis, ac locis ipsius antefatæ domocultæ annue nata fuerunt, simili modo curiose in paracellario prænominatæ sanctæ nostræ ecclesiæ deducantur, & separatim reponantur.

Capracorum

Codex Luc. reliqua omnia omittit usque ad *magnam etiam solicitudinis curam* &c.

* aquimolis

Sed & porcos, qui annue in casalibus sæpius dictæ domocultæ inglandati fuerint, capita centum exinde occidantur, & in eodem paracellario reponantur. Decernens ejus ter beatitudo, atque promulgans sub validissimis obligationibus, interdictionibus, ut omni die centum fratres nostri Christi pauperum etiam si plures fuerint, aggregentur in Lateranensi patriarchio: & constituantur in porticu quæ est juxta scalam, quæ ascendit in patriarchio, ubi & ipsi pauperes depicti sunt, & quinquaginta panes pensantes per unum quemque panem libras duas, simulque & decimatas vini duas pensantes per unamquamque decimatam libras sexaginta, & caldaria plena de pulmento erogentur omni die per manus unius fidelissimi paracellarii eisdem pauperibus, accipiens unusquisque eorum portionem panis, atque portionem vini, id est, cuppam capientem calices duos, nec non & carnem de pulmento: ita videlicet statuens ejus almifica beatitudo promulgavit una cum sacerdotali collegio, ut in nullis aliis utilitatibus ex frugum reditibus, vel diversis peculiis antefatæ domocultæ erogetur aut expendatur, nisi tantummodo in propriis subsidiis, & quotidianis alimentis prædictorum fratrum nostrorum Christi pauperum cuncta proficiant, atque perenniter erogentur. Alias vero tres domoscultas, videlicet Galeriam positam via Aurelia milliario ab urbe Roma plus minus decimo ad sanctam Rufinam cum fundis, & casalibus, vineis, olivetis, atque molis, vel omnibus ei pertinentibus. Reliquas vero duas, id est, aliam Galeriam positam via Portuensi milliario ab urbe Roma plus minus duodecimo cum fundis, & casalibus, vineis, aquimolis, seu monasterium beati Laurentii positum in insula portus Romani cum vineis ei pertinentibus; simulque & Lecticariam, quæ vocatur Asprula. Verum etiam & aliam domum cultam, quæ vocatur Calvisianum cum fundis, & casalibus, vineis, olivetis, aquimolis, & omnibus ei pertinentibus, posita via Ardeatina milliario ab urbe Roma plus minus quintodecimo. Quas videlicet tres domoscultas scilicet Galeriam, Calvisianum, & aliam Galeriam, statuit ejus ter beatitudo per apostolicum privilegium sub validis anathematis obligationibus, ut in usu, & propria utilitate sanctæ nostræ ecclesiæ perenniter permaneant.

ANNO CHRISTI 771.

At vero cum omnibus spiritalibus studiis, quæ isdem ter beatissimus, atque almificus pontifex tam per augmentum, & utilitatem profectibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ perficiendis, quamque pro restaurationibus ecclesiarum Dei, & divini cultus melioratione gerere videbatur, magnam etiam solicitudinis curam & amoris affectum in sanctam ac venerandam patriarchii domum certum est habuisse. Unde ex nimia fervoris dilectione pro honore beati Petri apostolorum principis, & ornatu ipsius sancti patriarchii construxit, atque ædificavit ibidem noviter turrem miræ pulchritudinis decoratam cohærenti porticu, quæ descendit ad balneum. Ubi & deambulatorium, scilicet, solarium suum cum cancellis æreis nimis pulcherrime construi fecit: sed & porticum ipsam, quæ vetustate diruta inerat, nimis utiliter renovavit. Et picturis atque marmoribus eamdem turrem, & cuncta ædificia ab eo noviter constructa decoravit. Itaque isdem ter beatissimus, & revera præcipuus pater, atque bonus pastor, egregiusque præsul tanto amoris affectu fervens erga nutritorem suum beatum Petrum principem apostolorum, dum cunctum ornatum ejusdem apostolicæ aulæ tam in præclaris ex auro & gemmis vestibus, seu diversis palliis, & aliis ornamentis ex auro & argento in eadem apostolica aula fecit, atque obtulit. Etiam & omnes ejus gradus majores, qui ascendunt in atrium, simulque & ex duabus porticibus, quæ ascendunt in eamdem ecclesiam ex utriusque lateribus renovavit, sed & cunctum pavimentum ipsius ecclesiæ, ubi marmora confracta erant, adhibitis aliis pulcherrimis melioribus marmoribus renovavit. Porticus vero ex utriusque lateribus suprascriptæ ecclesiæ, in quibus confractæ trabes inerant, & tectum ruinæ vicinum positum erat, positis novis trabibus ipsum tectum noviter faciens restauravit. Fecit etiam ter beatitudo ejus imagines sex ex laminis argenteis investitas. Ex quibus tres posuit super rugas, quæ sunt in introita (*c*) ecclesiæ presbyterii, ubi & regularem ex argento investito fecit, & posuit super eumdem regularem præfatas tres imagines, in medio quidem unam existentem, habentem depictum vultum Salvatoris, & ex utriusque lateribus imagines habentes depictas effigies. Unam B. Michaelis, & aliam B. Gabrielis angelorum. (*d*) In superiori vero ruga, id est, in medio presbyterii, faciens aliam regularem ex argento

Magnam etiam hic resumit narrationem suam; Codex Luc.

(*a*) *divino cultu ibidem.* (*b*) *noviter domum cultam in Capricorum milliario ab Urbe Roma* xv. *cum aliis plurimis fundis ei cohærentibus ex hereditate parentum suorum, sed & alias tres a novo fundavit domocultas, & statuit per Apostolicum privilegium sub magni anathematis obligationibus ut in usum fratrum nostrorum Christi pauperum perenniter permaneant, & omnes fruges, vinum, & oleum diligenter in horreos paracellarios sanctæ nostræ Ecclesiæ deferatur. Magnam etiam solicitudinem, curam & amoris affectum in sanctam, ac venerandam Patriarchii domum certum est habuisse* &c. reliqua intermedia omnia desunt (*c*) *ecclesiæ* deest
(*d*) *In secunda vero ruga* &c.

ANNO CHRISTI 772.

to inveſtito, conſtituit ſuper eam reliquas tres imagines in medio quidem habentem præfiguratum vultum ſanctæ Dei genitricis, & ex duobus lateribus, unam, habentem vultum depictum ſancti Andreæ apoſtoli, & aliam ſancti Joannis evangeliſtæ; utraſque vero ſex imagines, ut dictum eſt, de laminis argenteis nimis pulcherrime factas deauravit, in quibus imaginibus poſuit argenti libras centum. At vero jam (*a*) per evoluta viginti annorum ſpatia forma, quæ vocatur Sabbatina nimis confracta exiſtens, per quam decurrebat aqua per centenarium in atrio eccleſiæ beati Petri apoſtoli, ſimulque & in balneo juxta eamdem eccleſiam ſito, ubi fratres noſtri Chriſti paupe-
B res, qui ad accipiendam eleemoſynam in paſchalem feſtivitatem annue occurrere, & lavari ſolebant, & ex qua diverſæ molæ in ge-
* macinabant nuculo * machinabantur aqua ex eadem forma neque in atrium beati Petri, neque infra civitatem decurrebant, dum ipſa forma, ut dictum eſt, diruta extitit, (*b*) ob centum arcus ipſius formæ magnæ altitudinis conſtructos, & a fundamentis demolitos, atque deſtructos, ut jam nulla ſpes videretur eſſe eoſdem arcus, (*c*) vel fractam formam reædificandi, atque reſtaurandi: Ipſe beatiſſimus, ac ſanctiſſimus præſul aggregans multitudinem populi per ſemetipſum ad fabricandum atque reſtaurandum eamdem formam (*d*) præparavit, & tantam curam, ac ſolicitudinem in ejuſdem formæ fa-
C brica exhibuit, quod etiam noviter a fundamento eam renovavit, atque reſtauravit, & confeſtim centenarium illud, quod ex eadem forma in atrio eccleſiæ beati Petri decurrebat, dum nimiam neglectus incuriam plumbum ipſius centenarii furtim jam plurima ex parte exinde ablatum fuiſſet, reliquum plumbum conquaſſatum, protinus iſdem præcipuus paſtor addita multitudine plumbi ipſum centenarium noviter fecit, &, Deo auſpice, aqua in atrio beati Petri, ſimulque & in præfato balneo, verum etiam & intus civitatem, id eſt, in Genuculo, ubi molæ machinabantur, ſicut antiquitus, abundanter decurrere fecit. Simul-
D que iſdem beatiſſimus pontifex fecit in baſilica beati Pauli apoſtoli ex laminis argenteis imagines tres, quæ ponuntur ſuper rugas in introitu presbyterii. Unam quidem habentem vultum depictum Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ex utriſque lateribus imagines depictas habentes effigies angelorum, qui penſant libras viginti quatuor. Fecit & in baſilica apoſtolorum in via lata vela de palliis ſericis numero viginti, & linea viginti. In eccleſia vero beati Laurentii martyris, atque Levitæ foris muros hujus civitatis Romanæ fecit vela ex palliis ſericis numero viginti, & linea viginti.

Nam & in eccleſia beatæ Dei genitricis ad martyres ſimili modo fecit vela de palliis ſe
E ricis numero viginti, & linea viginti. Item iſdem ſanctiſsimus pontifex fecit per diverſos titulos vela de ſtauracin, ſeu Tyria per unumquemque titulum numero viginti, & linea viginti: fiunt ſimul vela ſerica numero quatuor centum, & quadraginta.

Ipſe vero præcipuus pontifex fecit imagines ex laminis argenteis deauratis habentes effigiem Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ poſita eſt ſuper introitu baſilicæ beati Petri apoſtoli, ubi portæ argenteæ exiſtunt, quę penſant libras quinquaginta. Nam & per diverſas diaconias fecit ſimili modo vela ſtauracia, ſeu Tyria pro unaquaque diaconia numero ſex, quæ fiunt ſimul vela numero nonaginta ſex. Item iſdem ſanctiſsimus præſul, formam quæ * Jobia vocatur, quæ per evoluta viginti annorum ſpatia nimis confracta jacebat, a fundamentis reſtaurare fecit. Simili modo fecit & in baſilica beati Pancratii martyris, (*e*) quæ eſt foris muros hujus civitatis Romanæ, vela de ſtauracin ſeu Tyria numero triginta octo, & linea (*f*) triginta octo, & in baſilica beati Stephani protomartyris in Cœlio monte fecit vela de ſtauracin ſeu Tyria numero viginti, & linea viginti. Sed & in baſilica beati Apollinaris ſimili modo vela de octaplo (*g*) numero decem, & linea decem. Item in baſilica beati Valentini martyris, quæ ſita eſt foris muros hujus civitatis Romanæ ſimiliter fecit vela de ſtauracin, ſeu octapli numero viginti duo, & linea viginti duo.

* Jovia.

Dum vero forma, quæ Claudia vocatur, per annorum ſpatia demolita eſſe videbatur, unde & in balneis Lateranenſibus de ipſa aqua lavari ſolebat, & in baptiſterio eccleſiæ Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, in plures eccleſias in die ſancto Paſchæ decurrere ſolebat. Et dum modica aqua de prænominata forma intus civitatem decurrebat, proſpiciens præcipuus, & coangelicus præſul, aggregans multitudinem populi ex partibus Campaniæ per ſemetipſum ad fabricandum atque reſtaurandum eamdem formam totis viribus properavit, ut tantam curam ac ſolicitudinem in ejuſdem formæ fabrica exhibuit. Qui etiam noviter eam renovavit, atque reſtauravit, & confeſtim ex eadem forma aquæ in præfata balnea etiam & intus (*b*) civitatem ſicut antiquitus abundanter decurrere fecit. Hujus temporibus defunctus Leoninus conſul & dux, poſtmodum vero monachus, ob veniam ſuorum delictorum tres uncias maſſæ * Aratianæ, qua ex hereditate parentum ſuorum fruebatur, ſitas ab hac Romana urbe milliario ſextodecimo via Ardeatina, in quo & eccleſiam beati Ediſtii eſſe dignoſcitur, quam ipſe beatiſſimus papa magnæ conſtructionis fabricis decoravit, ampliavitque in eaſdem tres uncias ſupraſcriptæ maſſæ Aratianæ alias ſex uncias a Petro comite, atque Agnete relicta Agathonis ſcriniarii (*i*) Theodatæ relictæ quondam Dominici * Perfecturii. Fines etiam ex omni parte conquiſivit. Data enim digna compenſatione nemini vim inferens, ſed magis, ut condecet patri, cuncta ſecus eumdem locum amica pactione emit prædia. Et domumcultam B. Petro eumdem locum jure perpetuo ſtatuit permanendum. Quem & domumcultam S. Ediſtii vocant uſque in hodiernum diem.

* Aricina

* Præfectorii.

Pariter etiam & maſſa, quæ vocatur (*k*) Acatiana, quæ juxta eamdem domumcultam eſſe videtur, ab eodem Leonino beato Petro conceſſa eſt. Item ipſe ter beatiſsimus præſul in

(*a*) *per abolita viginti* (*b*) *quam & carcoras ipſius formæ magnæ &c.*
(*c*) *præfatam formam* (*d*) *properavit* (*e*) *martyris, atque levitæ quæ &c.*
(*f*) *XLVIII.* (*g*) *protulit numero decem.* (*h*) *civitatem deeſt*
(*i*) *& Theodatæ* (*k*) *Acutiana*

ANNO CHRISTI 771.

in basilica majori, quæ appellatur sanctæ Dei genitricis, qui aderat juxta basilicam B. Laurentii martyris, atque Levitæ, ubi ejus sanctum corpus requiescit foris muros hujus civitatis Romæ, obtulit vela de stauracin, seu quadrapolis numero quindecim & linea quindecim.

Tectum vero tituli beati Clementis, quod etiam casurum erat & in ruinis positum regionis tertiæ noviter restauravit, nec non & basilicam beati Silvestri confessoris, atque pontificis sitam in Orfea, quæ jam in ruinis posita erat, & tectum ejus dirutum existebat, facto eodem tecto, noviter ipsam ecclesiam renovavit. Simili modo & in famosissima, totoque orbe terrarum præclara veneranda basilica beati Petri apostolorum principis, dum per olitana tempora vetustissimas trabes, quæ ibidem existebant, cerneret isdem præcipuus pontifex, mittens Januarium (*a*) Vestararium suum cognoscens eum idoneam personam, cum multitudine populi mutavit ibidem trabes numero quatuordecim, atque totum ejusdem basilicæ tectum, & porticus noviter restauravit. Hic idem almificus præsul divina inspiratione repletus, atque misericordia motus formæ, quæ virginis appellatur, dum per annorum spatia demolita atque a ruinis plena existebat, vix modica aqua in urbem Romam ingrediente, prospiciens, sicut benignissimus & pius pastor, noviter eam rastauravit, & tantam abundantiam aquæ effudit, ut pene totam civitatem satiarit.

Tectum denique basilicæ beati Januarii martyris sitæ ad portam beati Laurentii martyris atque Levitæ, noviter restauravit. Item in cœmeterio beatorum martyrum Abdon & Sennen, foris portam Portuensem, vestem de stauracin fecit atque obtulit.

Hic enim coangelicus vir divina inspiratione ignitus constituit diaconias tres foris portam beatorum apostolorum principis, id est, unam quidem sanctæ & glorioſæ semper virginis Dei genitricis Mariæ dominæ nostræ, quæ sita est in (*b*)* Atriano: Aliam vero suprascriptæ & intemeratæ dominæ nostræ, quæ sita est foris portam beati Petri apostoli in caput porticus: Nec non & aliam diaconiam quæ appellatur sancti Silvestri juxta hospitale sancti Gregorii. Quas suprascriptas diaconias hic almificus vir in abditis sine misericordiæ fructu reperiens noviter restauravit. Ubi & dona plurima mobilia atque immobilia pro remedio animæ suæ obtulit, & constituit, ut per unamquamque hebdomadam quintæ feriæ die cum * psallentio a diaconia usque ad balneum pergerent, & ibidem dispensatione per ordinem pauperibus consolari, atque eleemosynam fieri. Imo hic ipse sæpius nominatus sanctissimus præsul, in basilica vasis electionis beati Pauli apostoli, cernens existentes trabes per prisca tempora vetustas ad modicumque ruituras, fecit sicut superius in basilica beati Petri principis apostolorum, cuncta disponens per Januarium fidelissimum * Vestariarum suum cum multitudine populi. Sed & ipse ter beatissimus pastor per semetipsum frequentans totam noviter restauravit, & mutavit trabes majores numero triginta quinque, & per

* atrio.

* *id est* cantu psalmorum.

* *for.* vestiarium.

circuitum ejusdem ecclesiæ noviter (*c*) restauravit. Hic autem ter beatissimus, & apostolicus vir dum (*d*) diligentissima exquisitione sua reperisset monasterium Honorii papæ in nimiam desolationem per quamdam negligentiam venire, divina inspiratione motus noviter ædificavit, atque ditavit, & abbatem cum cæteris monachis regulariter ibidem vitam degentes ordinavit, & constituit eos, ut in basilica Salvatoris, quæ & Constantiniana dicta est juxta Lateranense patriarchium posita, officia celebrarent, hoc est, matutinam horam, primam, tertiam, sextam, sed & nonam etiam & vespertinam ab uno choro quidem, qui dudum singulariter in utroque psallebant monachi ex monasterio S. Pancratii ibidem posito: & ab altero choro, monachi jam fati monasterii sancti Andreæ, & Bartholomæi, Honorii papæ; quatenus piis laudibus, pariter psallentes hymniferis choris læti resonent cantus reddentes Domino glorioſos melos, persæpius memorantes venerandi pontificis nomen, scilicet in sæcula memoriale ejus pangentes carminibus.

Hic idem sanctissimus præsul in domoculta quam Capracorum vocant, quam ex jure proprio suo obtulit pro alimoniis pauperum beato Petro apostolorum principi nutritori suo, a solo fundavit, atque ædificavit ecclesiam, simulque specioſe ornavit, & in nomine ejusdem (*e*) Deo factori suo dedicavit, recondens in ea reliquias (*f*) ex vestimentis Salvatoris domini nostri Jesu Christi, & ejusdem Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, atque duodecim apostolorum, & aliorum venerabilium martyrum, in quam sacratissimam ecclesiam cum cuncto clero suo, senatuque Romano pergens cum nimia gloria seu exultatione pariter ovantes, & in pauperes Christi ibidem magnam consuetam eleemosynam faciens translatavit, atque introduxit in eam corpora sanctorum martyrum, simulque pontificum, videlicet corpus sancti Cornelii martyris, & pontificis, successoriſque ejus sancti Lucii martyris, atque pontificis, & corpus sancti Felicis simili modo martyris seu pontificis, pariterque corpus sancti Innocentii confessoris, atque pontificis: quos (*g*) ut patronos in Domino almus sacer pontifex ob amorem sanctæ sedis apostolicæ, in qua & præfederunt, sicut decuit, honoravit. Necnon & tectum tituli beatæ Susannæ martyris inter duas domos situm juxta sanctum Quiriacum, quod jam casurum erat, & in ruinis positum, noviter restauravit. Simili modo & titulum beati Cyriaci martyris. Ecclesiam sancti Laurentii ad Formolam pariter a novo restauravit.

Imo & basilicam Salvatoris, quæ & Constantiniana vocatur juxta Lateranense patriarchium in ruinis positam una cum quadriporticis suis, atriisque: & fontes noviter, sicut ecclesias beatorum principum Petri Pauli, renovavit, in qua & mutavit trabes majores numero quindecim. Item hic idem almificus præsul monasterium sancti Laurentii, quod (*h*) in Palatinis in desertis reperit, noviter restaurans, atque in omnibus ditans, conjunxit cum alio monasterio juxta ipsum posito scilicet S. Stephani, quod cognominatur (*i*) Baganda, & ordinavit

mo-

(*a*) *vestiarium* (*b*) *in Adriano* (*c*) *portica omnia restauravit.*
(*d*) *per almissimam exquisitionem suam reperisset &c.*
(*e*) *ejusdem Dei Apostoli fautoris sui dedicavit &c.* (*f*) *ex vestimentis.* deest
(*g*) *& patronos in Domino almus sacer fruens ob amorem &c.* (*h*) *quod a Palatinis* (*i*) *Vaganda*

ANNO CHRISTI 772.

monachos, & constituit (a) ut in titulo beati Marci pontificis atque confessoris officio fungerentur, id est, matutina hora, prima, tertia & sexta, atque nona, seu vespertina, psallerent pro requie animæ suæ. Sed & in prædicta basilica beati Marci fecit alios arcus argenteos numero sex, pensantes simul libras quinquaginta quinque, pariterque & calices ministeriales (b) a catholica procedentes (c) ex purissimo reparavit, pensantes libras novem & semis.

Hic quippe præsagus vir considerans plurimi populi salutem, super ripam fluminis (d) porticum, quæ ducit ad Beatum Petrum apostolum, arctam, & angustam existentem, per quem viam transeuntes ad eumdem beatum apostolorum principem Petrum perveniebant, plusquam duodecim millia tufos in litore alvei fluminis in fundamentis ponens a solo usque ad summum (e) tectum miræ magnitudinis porticum reparavit: & usque ad gradus beati Petri restauravit. Diaconiam vero sanctæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ (f) scholæ Græcæ, quæ appellatur Cosmedin, dudum brevem in ædificiis existentem sub ruinis positam restauravit: nam maximum monumentum de Tiburtino tufo super eam dependens, per anni circulum plurimam multitudinem populi congregans, multorumque lignorum struem incendens demolitus est; simulque collectionem ruderum mundans, a fundamentis ædificans, præ-dictamque basilicam ultro citroque spatiose largans, tresque absidas in ea constituens, præcipuus antistes, veram Cosmedin amplissimam a novo reparavit. Pariterque & titulum beati Laurentii martyris, quam Lucinæ dicunt, seu ecclesiam beati Martini sitam juxta titulum sancti Silvestri. Simulque & basilicam beati Agapiti martyris foris muros juxta sanctum Laurentium positam reparavit: (g) * quæ præfatæ ecclesiæ a priscis temporibus marcescentes in ruinis mole defecerant: quas præcipuus antistes fervens in amore Spiritus sancti in omnibus una cum porticibus earum a novo nimio decore renovavit. Verum etiam tituli sancti Sixti, & basilicæ sancti Hadriani a novo simili modo renovavit ædes; & basilicam beati Pancratii martyris nimia vetustate dirutam atque ruinis præventam isdem almificus in integrum a novo nimio decore una cum monasterio sancti Victoris ibidem sito restauravit. Item præcipuus præsul basilicam sanctæ Dei genitricis ad præsepe, quæ a priscis temporibus tota marcuerat, ultro citroque restauravit, & in sarta tecta ejusdem ecclesiæ posuit trabes majores viginti.

Simili modo & basilicam sancti Eusebii undique renovavit. Cameram vero beati Petri apostolorum principis in omnibus destructam atque dirutam exemplo olitano exculpens diversis coloribus a novo fecit. Porticum vero, quæ ducit ad beatum Paulum apostolum, a porta una cum ecclesia sancti Eupli usque ad prædictam basilicam sancti Pauli a novo restauravit. Imo & porticum, quæ ducit ad sanctum Laurentium foris murum a porta usque in eamdem basilicam a novo construxit. Hic idem almificus pater eamdem basilicam sancti Laurentii martyris, ubi sanctum corpus ejus requiescit, annexam basilicæ majori, quam dudum isdem præsul construxerat, ultro citroque a novo restauravit.

ANNO CHRISTI 772.

Imo & ecclesiam sancti Stephani juxta eas sitam, ubi corpus sancti Leonis episcopi & martyris quiescit, similiter undique renovavit, una cum cœmeterio beatæ Cyriacæ, seu ascensum ejus. Verum etiam & basilicam Jerusalem, quæ in Sessoriano sita est, & olitanas ejus quæ marcuerant trabes, mirifice ipsas mutans in omni restauravit parte.

Pariter & templum apostolorum, quod appellatur Eudoxiæ ad vincula, totam ejus a novo restauravit ecclesiam. Imo & basilicam sanctæ Rufinæ, & Secundæ, quæ ponitur in episcopio Silvæ candidæ, quæ olitana vetustate marcuerat, una cum baptisterio summo studio renovavit, videlicet & basilicam beati Petri apostoli sitam via Appia in silice ultra sanctum Thomam apostolum non procul a tricesimo, desolatione ruinisque præventam a novo una cum baptisterio restaurans mole magnitudinis decoravit.

Pariter & basilicam sanctorum Cosmæ & Damiani sitam in Tribus fatis, quia nimia vetustate similiter trabes ejus marcescentes defecerant, a novo totam restauravit. Et ecclesiam beati Joannis Baptistæ sitam juxta portam Latinam ruinis præventam in omnibus a novo renovavit. Verum etiam & ecclesiam apostolorum foris portam Appiam milliario tertio in loco qui appellatur Catacumbas, ubi corpus beati Sebastiani martyris cum aliis quiescit, in ruinis præventam a novo restauravit. Imo & titulum Pudentis, id est, ecclesiam sanctæ Potentianæ in ruinis positam noviter reparavit: sed & basilicam sancti Theodori sitam intra velum juxta domum cultam Sulpitianam, nec non & basilicam sancti Petri positam in Massa Merulana, per olitana dirutas tempora a solo renovavit. Hujus denique temporibus defunctus Mastalus primicerius reliquit pro anima sua in potestate prædicti pontificis pauperibus Christi de sua propria hereditate erogari: quare uno consensu heredes prædicti Mastali dederunt, atque venumdaverunt eidem magno præsuli cum fundis, atque casalibus ecclesiæ sancti Leucii portionem eis competentem positam via Flaminia milliariis ab urbe Roma plus minus quinque, & in auro solidos mancusos numero ducentos. Quorum & provinciam jam fati Mastali heredes Christo dederunt. Portio vero Gregorii secundicerii quam in suprascriptis casalibus sancti Leucii habere dinoscebatur, pro secundicerii honore eidem almo præsuli ab eodem Gregorio concessa est, & dum ipsa sancti Leucii ecclesia in ruinis eximiis, atque vepribus circumvallata periisset, a novo eam restaurans miræ magnitudinis domocultam ibidem beato Petro nutritori suo ædificavit, & in perpetuum concessit: & ea in fines ampliavit tam

ex

* sequentia in Cod. Luc. desunt.

(a) *ut in territorio beati Marci* (b) *in catholica* (c) *auro purissimo*
(d) *in ea porticu quæ ducit* (e) *tectum miræ &c.* (f) *scolæ græcæ*, deest
(g) Fecit autem ipse Pontifex a novo ecclesiam S. Hadriani & Laurentii, quæ diruta erat in cripta cœnacula facularia, & donaria ibi obtulit multa, & vela diversa. Hic idem eximius papa altare beati Pauli apostoli una cum ejusdem confessionis foribus ex auro mundo in sacris designat, historiis mirifice ornavit pens. lib. cxxx. Fecit in ipsa ecclesia patenam ex auro puro cum calice sm pens. simul lib. xx. Restauravit omnes titulos, & universa cœmeteria, & dona obtulit, quæ dinumerari non possunt. Fecit autem Basilicam monasterii B. Anastasii &c.

ANNO CHRISTI 771.

ex hereditate Paſchalis, quamque ex commutatione heredibus quondam Luciæ ſeu Joannis primicerii, vel diverſorum locorum facta. Hic fecit in baſilica beatæ Petronillæ ad beatum Petrum apoſtolum arcus argenteos ſex penſantes libras quinquaginta. Titulum vero ſanctæ Praxedis ex parte ruentem in integrum renovavit. Imo & baſilicam S. Eugeniæ tam intus quamque foris a novo reſtauravit.

Simili modo & baſilicam S. Gordiani, atque Epimachi, ſeu cœmeterium ejuſdem eccleſiæ Simplicii atque S. Æmiliani, atque Quarti & Quinti martyrum, & beatæ Sophiæ una cum cœmeterio ſancti Tertulliani foris portam Latinam a novo renovavit, nec non & eccleſiam beati Tiburtii & Valeriani, atque Maximi, ſeu baſilicam ſancti Zenonis una cum cœmeterio ſanctorum Urbani pontificis, Feliciſſimi, & Agapiti, atque Januarii & Cyrini martyrum foris portam Appiam uno cohærentes loco, quæ ex priſcis marcuerant temporibus a novo reſtauravit. Itemque titulum ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, quæ vocatur Calliſti trans Tiberim a novo in integrum ex omni reſtauravit parte: ſimili modo & titulum ſancti Marcelli Via lata ſitum a novo reſtauravit. Et baſilicam cœmeterii ſanctorum martyrum Hermetis, Proti & Hyacinthi atque baſilicam miræ magnitudinis innovavit. Cœmeterium vero ſanctæ Felicitatis via Salaria una cum eccleſiis ſancti Silvani martyris, & ſancti Bonifacii confeſſoris, atque pontificis uno cohærentes ſolo miræ reſtauravit magnitudinis. Sed & baſilicam ſancti Saturnini in prædicta via Salaria poſitam una cum cœmeterio ſanctorum Chryſanthi, & Dariæ renovavit, atque cœmeterium ſanctæ Hilariæ innovavit. Imo & cœmeterium Jordanorum, videlicet ſanctorum Alexandri, & Vitalis, & Martialis martyrum, ſeu ſanctarum ſeptem virginum a novo reſtauravit. Pariter in eadem via Salaria cœmeterium ſancti Silveſtri confeſſoris atque pontificis, aliorumque ſanctorum multorum, in ruinis poſitum renovavit, nec non & eccleſiam ſancti Felicis poſitam foris portam Portuenſem a novo reſtauravit. Simulque & baſilicam ſanctorum Abdon & Sennen, atque beatæ Candidæ una cum cæteris ſanctorum cœmeteriis in idipſum pariter renovavit. Idem egregius præſul præfatus baſilicam ſcilicet beati Hadriani martyris, & ſanctorum Coſmæ & Damiani, a novo reſtauravit: diaconias conſtituit, in quibus & multa bona fecit per ſuam ſempiternam memoriam, concedens eis agros, vineas, oliveta, ſervos, ancillas, & peculia diverſa atque res mobiles, ut de reditu eorum crebris exactionibus diaconiæ proficientes pauperes Chriſti reficerentur.

In præfata vero diaconia ſancti Hadriani obtulit in argenteo caniſtra duodecim, amam unam, ſcyphum unum, patenam unam, calicem unum, amulam offertoriam unam, penſantes libras ſexaginta & ſeptem. Item per nimis ſolertem curam, atque induſtriam aquæ ductus Sabbatinæ a novo formatæ a fundamento ædificans, fautori ſuo beato Petro apoſtolo fluentem aquam perduxit, tam in fontem baſilicæ, qui per vehicula implebatur, quam in atrium ejuſdem baſilicæ & ſimul in balneum utilitatem peregrinorum ibidem ſervientium procurans. Imo & baſilicam ſancti Secundini poſitam in urbe Prænestina, ubi corpus ejus quieſcit, in ruinis poſitam a novo reſtauravit.

Pariter etiam, & in baſilica beati primi martyris Stephani ſita in Cœlio monte, quæ per olitana tempora marcuerant, maximas in ea trabes vaſta mole; quin etiam porticus mirifice intrinſecus & extrinſecus a novo renovavit. Porro & in baſilica beatæ Eugeniæ quam jam dudum ejus renovaverat almitas, ſolertem in ea gerens curam, monaſterium puellarum noviter ibidem a fundamentis ædificans, conſtituit, ut jugiter illic Deo canerent laudes, videlicet hora prima, tertia, nona, veſpera, matutina. In qua & plura obtulit dona, id eſt, agros, vineas, domos, ſervos, & ancillas, diverſiſque peculiis, & cæteris mobilibus rebus dotavit. Sed in titulo Pamachii, ſanctorum Joannis & Pauli, quæ per elapſos marcuerant annos, omnia ſarta tecta ejuſdem tituli renovavit.

Hic vero egregius ſacerdos ob nimium amorem confeſſionem beati Petri totam intus ex auro puriſſimo in laminis diverſiſque hiſtoriis compte ornavit, pondera trecentarum librarum ponens, & in poſtem ſuperius ejuſdem ſacræ confeſſionis auri mundiſſimi libras tredecim, pari modo & in ipſius apoſtoli confeſſionis liminari inferiori libras viginti quinque. Aſpectum vero altaris ſuper eamdem confeſſionem atque dextra lævaque parte juxta gradus jam dictæ confeſſionis, addens in ea argenti libras centum triginta ſex * curioſe renovavit, ejuſque hiſtorias ex auro puriſſimo libris decem & octo nitidiſſime deauravit. Simulque & cantharas in eadem Dei eccleſia apoſtoli numero decem renovavit, addens in eis argenti libras centum: ante januas vero argenteas, fecit caniſtros argenteos duodecim penſantes libras triginta ſex. Simili modo & in turre caniſtros argenteos duodecim penſantes inibi libras quadraginta quinque. In eadem quippe beati Petri eccleſia per diverſas coronas fecit delphinos ex argento librarum centum. Et in eccleſia beati Pauli apoſtoli inſtar eorum quos poſuerat in eccleſia S. Petri delphinos poſuit argenteos librarum centum octoginta; pariter & in eccleſia Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, fecit delphinos argenteos librarum triginta. Fecit & in eccleſia beati Petri per diverſa oratoria caniſtra argentea numero duodecim penſantia ſimul libras quadraginta. Et rugas in presbyterio a parte virorum & mulierum ex argento puriſſimo penſantes libras centum triginta, nec non & alias rugas in caput presbyterii ante confeſſionem ex argento penſantes ſimul centum & quatuor. Et in eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ trans Tiberim fecit caniſtra argentea quinque penſantia ſimul libras quindecim. Enimvero in baſilica S. Dei genitricis, quæ eſt ad præſepe in altari ipſius præſepii fecit laminas ex auro puriſſimo hiſtoriis depictis penſantes ſimul libras quindecim. Eccleſiam vero beatæ Agnetis martyris, ſeu baſilicam beatæ Emerentianæ, pariter etiam & eccleſiam beati Nicomedis ſitam foris portam Numentanam, ſimul & cœmeterium beati Hippolyti martyris juxta S. Laurentium, quæ a priſcis marcuerant temporibus, a novo renovavit. Pari modo & eccleſiam beati Chriſti martyris Stephani ſitam juxta prædictum cœmeterium ſancti Hippolyti ſimiliter reſtauravit. Fecit vero & in confeſſione beati Pauli apoſtoli ex auro puriſſimo imaginem in modum evangeliorum, intus ſuper ejuſdem ſacratiſſimum corpus penſantem libras viginti. Idem vero omnium

ANNO CHRISTI 772.

* curioſe

ANNO CHRIST 771.

nium bonorum præcipuus præsul a novo dedicavit, atque constituit monasterium sanctorum Hadriani, atque Laurentii, quod in ruinis marcescebat a priscis temporibus, & tamquam crypta, a sæcularibus inhabitabatur. Ipse vero egregius antistes a novo id restauravit in prædictorum sanctorum videlicet Hadriani & Laurentii nomine, in quo & multa donavit tam in auro, quamque & in argento, seu in agris, atque in familiis diversisque peculiis, simulque & ex mobilibus. Et constituit in basilica sanctæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ ad præsepe & in cæteris monasteriis ibidem constitutis, Deo die noctuque canentes solitas dicere laudes. Fecit ibidem præfatus antistes in confessione beati Laurentii martyris foris murum imaginem ex auro purissimo in modum evangeliorum ejusdem beati Laurentii effigies continentem, quæ pensat libras quindecim. In ecclesia vero Salvatoris, quæ vocatur Constantiniana, fecit ante vestibulum altaris aureas tres gabatas pensantes libras decem. Sed & in basilica beatæ Dei genitricis ad præsepe fecit delphinos argenteos per diversas coronas pensantes libras viginti quatuor. Præstantissimus idem eximius antistes fecit in ecclesia beati Petri apostoli ad corpus imaginem, quæ dudum ex argento inerat Salvatoris, sanctæ Dei genitricis, sanctorum apostolorum Petri ac Pauli, atque Andreæ de auro purissimo miræ magnitudinis pensantem libras ducentas.

Hic elegantissimus Præsul, atque fortissimus rectæ fidei prædicator direxit missos suos, videlicet presbyterum Petrum S. Romanæ ecclesiæ, & Petrum religiosum abbatem venerabilem monasterii sancti Sabæ, quæ appellatur cella nova, ad imperatorem Constantinum, & matrem ejus Irenem, adhortans eos, atque fideliter prædicans per suas apostolicas literas pro sacris imaginibus erectionem, qualiter per testimonia scripturarum, seu traditionem probabilium patrum a priscis temporibus usque hactenus orthodoxe venerantur in sancta catholica & apostolica Romana ecclesia, quod præfati imperatores eamdem venerantes, atque amplectentes apostolicam epistolam, concilium in Nicæa congregari fecerunt trecentorum quinquaginta episcoporum, qui secundum doctrinam prædicationis apostolicæ epistolæ nimirum crediderunt. Hi promulgantes censuerunt, & per synodum universalem definierunt unanimi assertione pro honorandis imaginibus erectionem: Quam synodum jam dicti missi in Græco sermone secum detulere una cum imperialibus sacris manibus propriis subscriptam, eamque prædictus egregius antistes in Latinam linguam translatari jussit, & in sacra bibliotheca pariter recondi, dignam ibi orthodoxæ fidei memoriam æternam faciens. Hic idem eximius papa altare beati Pauli apostoli una cum ejusdem confessionis foribus auro mundo sacris decorans historiis mirifice ornavit pensantes libras centum triginta, sed & sarta tecta tituli sanctorum Quatuor Coronatorum, quæ in ruinis existebant, trabes ibidem plures imponens, omnia a novo restauravit. Item fecit patenam & calicem in basilica beati Petri apostoli pro quotidianis ministeriis ex auro purissimo, pensantes simul libras viginti quatuor. Item beatissimus vir fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ ad præsepe patenam & calicem sanctum ex auro obrizo pensantes libras viginti. Item in titulo Eudoxio, videlicet beati Petri apostoli ad vincula, fecit canistra duodecim pensantia libras sex & triginta: & delphinos per diversas coronas triginta quinque pensantes libras octo, pariterque & ecclesiam beatæ Sabinæ sitam in territorio Ferentinello a novo reparavit. Hic ipse almificus præsul fecit in basilica beati Petri apostoli patenam ex auro obrizo cum calice sancto, pensantes simul libras viginti.

ANNO CHRISTI 771.

Similiter & in ecclesia beati Laurentii martyris foris murum, fecit ex auro purissimo patenam cum calice sancto, pensantes simul libras quindecim. Item diaconiam sanctorum Sergii & Bacchi ejusdem diaconiæ dispensator propter metum templi, quod situm super eas videbatur, evertens super eamdem ecclesiam a fundamentis ipsam basilicam exterminavit, quam restaurare minime valens misericordia motus ab eorum martyrum amore hic præsagus antistes a fundamentis in ampliorem restauravit decore nimirum statum. Basilica vero monasterii beati Anastasii Christi martyris una cum (a) *baptisterio, & hegumenarchio, cæterisque ædificiis per incuriam monachorum nocturno silentio exustam a fundamentis usque ad summum tectum cum audivit misericordissimus præsul, valde diluculo velociter currens reperit eam adhuc ardentem, & solummodo arcam ejusdem martyris erutam in media corte jacentem: cætera vero sanctuaria, seu ministeria tam in ecclesia, quam in vestiario ab ipso igne conflagrata sunt. Qui nimio mœrore cum suis ministerialibus certatim extinguens ignem, confestim viribus totis a flammiferis ruinis erutam a novo in meliorem statum prædictam ecclesiam, cum vestiario, & hegumenarchio, cæteraque ædificia renovavit, atque restauravit. Et amplius in ea sanctuaria atque ministeria, & ornamenta majora quam quæ ibidem combusta sunt, contulit. Ipse vero Deo, ut dicitur, protectus præsul conspiciens muros hujus civitatis Romanæ per olitana tempora in ruinis positos, & per loca plures turres usque ad terram eversas, per suum solertissimum studium totas civitates tam Tusciæ, quamque Campaniæ congregans una cum populo Romano, ejusque suburbanis, nec non & toto ecclesiastico patrimonio omnibus prædicans, & dividens ex sumptibus, dapibusque apostolicis, totam urbem in circuitu restaurans universa renovavit atque decoravit, præsertim & in altari majori ecclesiæ beati Petri apostoli fecit ex auro purissimo diversas historias pensantes libras (b) quingentas nonaginta septem, & intus in confessione imaginem in modum evangeliorum ex auro obrizo pensantes libras viginti simul, & cancellos ante eamdem confessionem ex auro purissimo pensantes libras quinquaginta sex: qui fecit (c) simul in altari intus in sacra ultro citroque confessione imaginem in modum evangeliorum, necnon & in postibus inferioribus & superioribus atque cancellis, simul etiam & circa corpus ex auro obrizo libras mille trecentas viginti octo. In vigesimo enim præfati eximii pontificis anno, mense Decembri, decimaquinta indictio-

* Hic resumit Cod Lucensis.

(a) *Vestiario.* (b) *libras* CXCII.

(c) *simul tam in Altare, quam intus in sacra ultro citroque confessione, seu imagine in modum Evangeliorum in inferioribus, atque cancello simul etiam & circa corpus ex auro obrizo* MCCCCXXVIII. &c.

ANNO CHRISTI 771.

dictione fluvius Tiberis a suo egressus alveo intumescens sese per campestria dedit, quæ etiam præ nimia inundatione portam, quæ dicitur Flaminia, ingressus, ipsam a fundamentis evellens portam usque adarcum, qui vocatur (*a*) Tres faccicelas, eam deduxit, interea & muros in aliquibus transcendit locis, atque ultra basilicam sancti Marci (*b*) evertens porticum, quæ vocatur Palatina, & per plateas se extendens usque ad pontem Antonini, ipsumque evertens murum, egressus in suo se iterum univit alveo, ita ut Via lata amplius quam duas staturas ejusdem fluminis aqua excrevisset, atque ad portam beati Petri usque ad pontem (*c*) Milvium aquæ descenderant, juxta remissam vim ipsius fluminis reddidit. Domos itaque evertit, agros desertavit, evellens & eradicans arbusta & segetes. Nam nec serere pars maxima Romanorum valuit ipso tempore, & per hoc imminebat tribulatio magna. Quo audito ipse præcipuus præsul hoc, quoniam per triduum ipsum flumen quasi per alveum per civitatem currebat, se nimis in lamentationibus dedit, & humi in orationem prostratus persistens, misertus Dominus ejus orationibus post triduum cessavit. Sed per plures dies aqua Romam detinuit invasam; qui ipse præcipuus antistes divina permotus inspiratione (*d*) per naviculas morantibus Via lata cibo (*e*) advenit, ut non fame necarentur, eo quod minime suis domiciliis exire (*f*) nequibant præ nimia altitudine aquarum. Postmodum vero arefacta aqua omnes ex ipsa regione Via lata in domo consolatus est. Idem vero sacratissimus præsul portas æreas majores miræ magnitudinis decoratas studiose a civitate Perusina deducens in basilicam beati Petri apostoli ad turrem (*g*) compte erexit. Sed & in titulo beati Marci nutritori suo fecit patenam, & calicem sanctum de auro purissimo, pensantes libras undecimo. Imo & calices argenteos quatuor, pensantes libras duodecim.

Præterea in basilica beatorum Cosmæ & Damiani similiter patenam & calicem ex auro obrizo pensantes libras pariter undecim obtulit. Verum etiam & in diaconia sancti (*b*) Hadriani patenam & calicem ex auro mundo contulit pensantes simul libras undecim. Fecit autem & in diaconia sancti Hadriani martyris arcus de argento duos pensantes libras viginti.

Et in basilica sanctæ Martinæ arcus de argento tres pensantes libras triginta. Imo & in ecclesia semper virginis Mariæ, quæ ad martyres vocatur, renovavit cyburium de argento, quod ex vetustate comsumptum erat, & addidit in eo argenti libras sexaginta, &in pristinum eum erexit noviter locum. Sed & arcum in eadem venerabili ecclesia fecit de argento pensantem libras duodecim. Hic beatissimus pontifex omnia utiliter, noviterque fecit tam in eleemosynis pauperum, quamque in ornamentis sanctarum ecclesiarum proficiens. Verum etiam cursum consummans, atque fidem orthodoxam solertissime servans, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam migravit requiem. Qui fecit ordinationes duas per mensem Martium, presbyteros viginti quatuor, diacones septem, episcopos per diversa loca numero centum octuaginta quinque, & sepultus est in basilica beati Petri apostoli (*i*) septimo Calendas Januarias, Indictione quarta. (*k*) Fuit autem temporibus Caroli Magni regis.

ANNO CHRISTI 771

Notæ Severini Binii.

a *Hadrianus*.) Anno Redemptoris nostri 772. mensis Februarii die nono, summa omnium concordia, ex cardinali diacono, (prout constitutum erat) Hadrianus civis Romanus nobili progenie natus, qui pietati a teneris assuevisset, ideoque a Paulo in numerum cleri, a Stephano in numerum cardinalium ascitus fuisset, omnium consensu in pontificem electus fuit. Initio pontificatus relegatos ab exilio, incarceratos e vinculis & carceribus liberavit. Desiderio regi Longobardorum per legatos amicitiam & pacis confœderationem, quam petebat, principio negavit; utpote qui bis perjurus factus inita pacis ac concordiæ fœdera rupisset: sed cum legati suam quoque fidem jurato interponerent, petitioni illorum detulit, concedendo id, quod instanter expetebant. Sed legatis vix ab urbe dimissis nunciatum est, quod Desiderius ducatum Ferrariensem & Ravennatem exarchatum, aliasque urbes a Francorum regibus sedi apostolicæ donatas invasisset, quodque urbis Ravennæ obsionem pararet. Quare misso ad illum Paulo cubiculario, munitiones quas invaserat, sibi reddi postulat: ille vero non aliter id futurum respondit, quam si ipse pontifex ad se veniret; scilicet ut hac occasione filii Carolomanni, reges Galliæ consecrarentur, atque ita seditione inter Gallos mota, ipse interea totam Italiam Longobardorum regno subjugaret. Sed cum Paulus cubicularius de nece Sergii accusatus, Leone archiepiscopo procurante, contra mandatum & voluntatem Hadriani papæ, per sententiam judicis interfectus esset, adeoque de accessu ad regem nihil pontifici innotuisset: Desiderius ipse suos misit Romam legatos, qui intentione regis eadem, qua supra, papam ad se perducerent. Pontifex ista legatione invitatus respondit se venturum ad regem post direptas & injuste invasas urbes ecclesiæ Romanæ restitutas. Addit legationem suam, quæ suo & totius ecclesiæ nomine urbes, & jura occupata reciperet. Sed cum rex sacrilegus, ad sui totiusque regni Longobardorum internecionem pergens, oblatam conditionem non modo non acceptaret, verum etiam urbis Romæ obsidionem minaretur; pontifex sanctissimus urbe interim munita, legationem maritimam misit ad Carolum regem Francorum, ut exemplo patris Pippini contra Longobardorum infestationem Romanam ecclesiam defendat. Subvenisset utique periclitanti ecclesiæ rex pientissimus, si non illum fraudulenta Desiderii per legatos de restitutis Romanæ ecclesiæ juribus ennarratio fefellisset. Interim Desiderius Longobardorum urget accessum pontificis; cumque ille priori responso inhæreret, ad urbem obsidendam cum exercitu rex propius accessit: sed accidit quod auditu mirum est, ut anathematis fulmine percussus retrocesserit. Cumque rex Francorum Carolus juxta iteratam petitionem pontificis ad subveniendum ecclesiæ Italiam ingressus, regem injustum ter quaterve ad restitutionem frustra monuisset, una nocte divinitus talis horror hostem invasit, ut omnes metu perculsi terga darent, dissipatique omnes alii Carolinis sese conjungerent, alii vero se in patriam referrent. Interim populus universus se Romano pontifici sponte submittit; civitates Longobardorum complures occupavit, easque legitimo possessori reddidit. Ticinum, quo Desiderius confugerat, obsideri jussit. Interea ille cum uxore, quam Papiam venire mandaret, una cum filiis Carolomanni fratris defuncti Romam profectus est ad limina sanctorum apostolorum. Advenientem magna cum lætitia & acclamatione populi pontifex excepit: persolutis votis suis, quorum causa Romam venerat, confirmat ipsque donationibus quas Pippinus sedi apostolicæ contulerat, ipse cum Hadriano ad obsidionem Ticini rediit. Capta paulo post urbe, Desiderium Longobardorum regem, atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, & suæ potestati totum Longobardorum regnum subjugavit, regem ejusque conjugem secum in Franciam deportavit: atque ita Romana ecclesia per Carolum in integrum restituta, de Longobardorum perfidia triumphavit. Hæc cum Hadrianus pontifex sanctissimus coram ipse contemplatus fuisset, ad debitas gratias Deo persolvendas, acceptæque victoriæ trophæum erigendum, confessionem sancti Petri, quo defensore & patrono usus

Quo tempore Hadran. pontifex creatus

Rerum ab eo gestarum compendium.

(*a*) *tres casticla.* (*b*) *regammas per porticum.* (*c*) *olvium.*
(*d*) *per sandala* (*e*) *alebat.* (*f*) *quibant.*
(*g*) *conterexit* (*h*) *S. Hadriani instar patenæ Calicem* de ex &c. (*i*) *sexto*
(*k*) hic codex Luc. definit.

ANNO CHRISTI 771.

usus fuerat, plurimum exornavit, noviſque eccleſiis dotandis & erigendis, quas ad longum deſcribit Anaſtaſius, animum adiicere cœpit. Hujus temporibus Carolus rex Saxones ſæpe rebellantes ſæpius ſubjugavit. Sigebertus, qui anno Redemptoris 1112. vivebat, & ſcribebat in gratiam Henrici imperatoris ſchiſmatici, omnium eccleſiarum inveſtituras ſibi illicite vindicantis, nulla auctoritate antiquioris ſcriptoris, de Caroto Magno, ait ann. 774. in chron. ipſum poſt devictam Papiam, & regem Longobardorum ſubactum, Romam rediſſe, ibique ſynodum 53. epiſcoporum convocatam eſſe: *In qua Hadrianus papa*, inquit, *cum univerſali ſynodo dedit ei* (Carolo regi) *jus eligendi pontificem & ordinandi apoſtolicam ſedem, dignitatem quoque principatur. Inſuper archiepiſcopos & epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere definivit, & ut niſi a rege laudetur & inveſtiatur epiſcopus, a nemine conſecretur; omneſque hujus decreto rebelles anathematizavit; & niſi reſipiſcerent, bona eorum publicari.* Hæc in gratiam Henrici imperatoris ſchiſmatici Sigebertus: ſed mendacium eſſe, commentum & impoſturam, quæ ſcribit, quis non videt? Nam præter quam quod iſta anno ab hinc 342. ſine ulla alterius ſcriptoris auctoritate aſſeruerat, etiam optimis quibuſque & fide digniſſimis Carolinæ vitæ ſcriptoribus, imo ipſius Caroli conſtitutionibus pugnantia ſcripſit. Eginhardus, qui Caroli Magni lateri innærebat, vitamque ejus accuratiſſime ſcribebat, expreſſe affirmat, ipſum Carolum nonniſi quater ſe Romam contuliſſe: primum contra Longobardos anno 773. ut ſupra viſum eſt. Secundo Romam venit voti cauſa anno 780. Tertio adverſus ducem Beneventanum anno 786. Quarto ad reſtituendum Leonem in locum ſuum anno 800, quando ab eodem imperator occidentalis imperii eſt creatus. Si verum eſt quod Sigebertus ait: non quater, ſed quinquies Romam veniſſet Carolus. Eidem Sigeberto repugnant conſtitutiones capitul. Francorum, in quibus libro primo, cap. 84. inquit: *Sacrorum canonum non ignari, aſſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet epiſcopi per electionem clericorum & populi, ſecundum ſtatuta canonum de propria diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur; ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaque prodeſſe valeant.* Ergo non aliter clericos, epiſcopos ac pontifices eligit atque ordinari expetebat, quam ſecundum præſcriptum ſacrorum canonum. Fortaſſe dices, oblatum privilegium recuſavit: Illud pro hujus loci interpretatione afferri poſſet, ſi aliqua auctoritate probatum foret, quod Sigebertus ſuo ingenio excogitatum primus annis ab hinc trecentis & quadraginta duobus in vulgum emiſit. In electione Hadriani II. Gratianus diſtinctione 69. capite 29. contigiſſe refert, quod cum ille conſenſu totius cleri electus fuiſſet, legatique Ludovici imperatoris tunc Romæ præſentes moleſte ferrent, ſe ad ſpectandam præſulis electionem invitatos non fuiſſe, pontifex electus reſponderit, *quod non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu omiſſum hoc fuerit, ne videlicet legitor principum in electione Romanorum præſulum exſpectandi mos per hujuſmodi fomitem invaleſceret.* Unde evidenter conſtat, quod non tantum leges & conſtitutiones Carolinæ, ipſumque nomen inveſtituræ, ſed etiam praxis eccleſiæ, & leges aliorum ſucceſſorum imperatorum commentitio privilegio repugnent. Si dicas, id quod a Sigeberto affirmatum eſt, Gratianum ſuo libro Decretorum diſtinctione 65. Can. 22. inſeruiſſe, reſpondeo ipſum Gratianum nullo prævio diligentiore examine de impoſtura habito, pro more ſuo nimis credulum fuiſſe; quodque Sigebertus monachus honoris appetens, mendaciſſime ad aucupandam gratiam imperatoris ſchiſmatici ſcripſerat, nimis improvide totidem pene verbis exſcripſiſſe; ita ut nemini mirum videri debeat, quod hiſtoriam decreto ſuo inſeruerit, quam veluti fabellam & impoſtoris commentum rejeciſſe debebat. Simili imprudentia diſt. 63. Can. in Synodo inexuit, commentitium illud decretum, quo aſſeritur, Leonem octavum in Synodo Rom. eadem conceſſiſſe Othoni, quæ Hadrianus papa Carolo regi jam olim conceſſerat. Quæ omnia commentitia eſſe, nulloque unquam tempore geſta fuiſſe, oſtendam infra in notis ad vitam Leonis VIII. ejuſque pſeudoſynodum Romanam anno 964. celebratam. Paulus Diaconus Aquilejenſis Deſiderii regis quondam ſecretarius, de inſidiis quas Carolo ob amorem ſui domini pararat, accuſatus, in exilium relegatus eſt: de quo hoc memorabile refertur apud Leonem Oſtienſem in chron. lib. 2. cap. 17. quod rex cum ita ſuccenſus juſſiſſet illi manus amputari, proceres vero eidem, ne quid contra regem ſcriberet, oculos eruendos eſſe dixiſſent; ipſe rex interlocutus fuerit. *Et ſi ei manus abſcindimus, ubi tam elegantem ſcriptorem reperire poterimus? Et ubinam vel quando talem reperiemus hiſtoricum?* Quas hiſtorias, quoſve libros in exilio ſcripſerit, videre eſt apud Leonem præd. colo.

An Hadrianus Carolo eccleſiarum imperii inveſtituram conceſſerit.

Sigeberti commentum refutatur.

Carolus quater Romam venit.

Refellitur I. objectio.

Refellitur II. objectio.

Gratianus redarguitur.

Paulus Diac. quare relegatus.

Anno quarto pontificatus Hadriani, Conſtantinus Copronymus ex plaga cruribus illius divinitus inflicta, febrique validiſſima moritur clamans ac dicens: *Vivens adhuc igni ſum inextinguibili traditus, ſanctamque virginem & Dei genitricem laudari expoſcens, cum fine fœdere ejus fuerim inimicus.* Hæc Theophanes de Copronymo. De eodem illud memorabile referunt Græci ſcriptores omnes, quod cum infantulus a ſancto Germano Conſtantinopolitano epiſcopo baptizaretur, ſacroſanctum lavacrum ſtercore ſuo conſpurcarit & defœdaverit, ideoque nomen *Copronymi* acceperit, & quod magicis artibus, dæmonum invocationibus ac ſacrificiis, perſecutionibus ſanctarum eccleſiarum, rectæ & immaculatæ fidei, luxuriis & caballinis ſtercoribus atque lotio delectatus, nomine *Caballini* agnominatus fuerit. *Tantopere enim*, inquit Theoſtericſtus ſcriptor hujus temporis in Niceta, *ſordium & impuriſſimæ cujuſque rei odore malo delectabatur, ut animalium brutorum ſtercoribus ſe illinire, & eos qui cum illo erant, id facere juberet, quos amabat, ob idque benigne accipiebat, quod rebus maleolentibus ſemper delectaretur.* Videant novatores Iconoclaſtæ, quo antefignano glorientur, quoque duce ſanctas imagines impugnent: agnoſcant idem ſupplicium apud inferos ſe manere, cujus judicii præjudicium antefignanus eorum proxime moriturus perſenſit.

Apoſtrophe in hæreticos.

In hæreſi, impietate & ſacrilegio patri Leo filius ſucceſſit, quartoque anno imperii e vita deceſſit, paſſus inferorum carbunculos, qui propter nimium amorem carbunculorum lapidum, coronam B. Virginis carbunculis pretioſis refertam ſacrilege capiti nefario impoſuiſſet. *Tunc*, inquit Theophanes, *ſexto Idus Septembris, indictione quarta, Irene piiſſima cum filio ſuo Conſtantino glorioſo imperium divinitus accepit:* Atque ita per imperatricem feminam & viduam, perque Conſtantinum ejus filium puerum & orphanum, Deus, quod eſt mirabile, excitatam impietatem, & adverſus cunctas eccleſias motam impugnationem compeſcuit.

Leo filius Copronymi qualis.

His temporibus in Hiſpania revixit hæreſis Neſtoriana per Elipandum archiepiſcopum Toletanum, qui docebat Chriſtum filium Dei quoad humanitatem eſſe filium Dei adoptivum, non autem proprium & naturelem: quæ doctrina cum duas perſonas in Chriſto conſtitueret, Neſtorianiſmum inducebat. Anno pontificatus Hadriani 13. Paulus patriarcha Conſtantinopolinus abdicato epiſcopatu, deplorata catholicæ fidei diuturniore ſimulatione, publice edixit: *Niſi Synodus univerſalis fiat, & error qui eſt in medio veſtri corrigatur, ſalutem non habebitis.* Tunc de imaginibus publica diſpurandi facultas eſt conceſſa Taraſius ſtemmate clariſſimus ſe in locum Pauli ſubrogari non prius conceſſit, quam de celebrando in cauſa imaginum œcumenico Concilio promiſſionem accepiſſet. Theophanes. Has res Romano pontifici nunciantes imperatores Auguſti, œcumenicam Synodum auctoritate apoſtolica convocari petiverunt, & impetrarunt: quæ melius cognoſces, lector, ex iis quæ infra notabimus in Concilio Nicæno II. verbo Concilium.

Elipandi hæreſis quæ.

Paulus epiſcopatu Conſtantinopolitano ſe abdicavit.

EPITAPHIUM HADRIANI PAPÆ a Carolo magno rege compoſitum, & Roma in Hadriani ejuſdem tumulo inciſum.

D

Hic pater eccleſiæ, Romæ decus, inclytus auctor,
Hadrianus requiem papa beatus habet.
Vir cui vita Deus, pietas lex, gloria Chriſtus,
Paſtor apoſtolicus, promptus ad omne bonum.
Nobilis ex magna genitus jam gente parentum,
Sed ſacris longe nobilior meritis.
Exornare ſtudens devoto pectore paſtor
Semper ubique ſuo templa ſacrata Deo,
Eccleſias donis, populos & dogmate ſancto
Imbuit, & cunctis pandit ad aſtra viam. E
Pauperibus largus, nulli pietate ſecundus,
Et pro plebe ſacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Urbs caput orbis honor inclyta Roma, tuas.
Mors cui nil nocuit, Chriſti quæ morte perempta eſt,
Janua ſed vitæ mox melioris erat.
Poſt patrem lacrymans Carolus hæc carmina ſcripſi,
Tu mihi dulcis amor, te modo plango, pater.
Tu memor eſto mei, ſequitur te mens mea ſemper,

Conſtant. Copron. vita & mors qualis.

Cum Chriſto teneas regna beata poli.
ANNO CHRISTI 771. Te clerus, populus magno dilexit amore,
Omnibus unus amor, optime præſul, eras.
Nomina jungo ſimul titulis, clariſſime, noſtra
Hadrianus Carolus: rex ego, tuque pater.
Quiſque legas verſus, devoto pectore ſupplex
Amborum mitis dic miſerere Deus.
Hæc tua tunc teneat requies, chariſſime, membra,
Cum ſanctis anima gaudeat alma Dei.
Ultima quippe tuas donec turba clament in aures,
Principe cum Petro ſurge videre Deum.
Auditurus eris vocem, ſcio, judicis almam,
Intra nunc Domini gaudia magna tui.
Tum memor eſto tui nati, pater optime, B poſco,
Cum patre dic natus pergat & iſte meus.
O pete regna pater felix cæleſtia Chriſti,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum ſol ignicomo rutilus ſplendeſcit ab axe,
Laus tua, ſancte pater, ſemper in orbe manet.

☞ EPISTOLÆ INTEGRÆ HADRIANI

ex Cod. Carolin.

Summam Labbeus dederat.

Item exemplar epiſtolæ Conſtantini papæ neophyti C ad domnum Pippinum regem directæ, in qua continetur, quod a populo Romano per violentiam electus, & in ſede apoſtolica intromiſſus fuit, poſtulans, ut in gratia domni regis Pippini permanere poſſit, ſicut anteceſſores ſui fuerunt. Et inde de epiſtola Theodori patriarchæ Hieroſolymitani, & de aliis epiſtolis Alexandrini, & Antiocheni patriacharum. Et in embolo de Georgio, Marino & Petro.

Domno excellentiſſimo filio Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Conſtantinus papa.

Cod. Carol: eſt C. DUm internæ mentis intuitu infra memetipſum vehementer conſidero, quanta mihi incœpti paſtoralis officii debet inſiſtere cura ad paſcendas dominicas rationales oves, valde fateor intolerabilem mœſtitiam cordis mei arcano adhæſiſſe, quia proculdubio non meriti ſed oneris hujuſcemodi provectio omnibus curam animarum aſſumentibus videtur eſſe (*a*) conferta ſolicitudo, & (*b*) qui nimis comprimor, & nullis operum meritis, neque virtutum profectibus me præſtiturum (*c*) perpendo, quia divina miſericordia inſpirante cordis affectu operari juſſerit, & illico velut ex gravi ſomno experrectus, nimio ſtupore ex extaſi invenio, a Deo in me rogatum, quod nunquam optavi, quod nunquam penitus cogitavi, nec in cor puſillitatis meæ quoquo modo aſcendit. Ex improviſa enim violentia, manu a populorum innumerabili concordantium multitudine, velut valida aura venti raptus, ad tam magnum & terribile pontificatus culmen provectus ſum. Unde ſicut navis æquoreis procellis fluctuatur, (*d*) ita ego infelix & inutilis curarum tumultibus & populorum proclamationibus, atque lacrimoſis ululatibus concutior. Etenim omnes omnino a magno uſque ad parvum, proprios dolores ac violentias vociferantes non ceſſant (*e*) circumvallare me undique cogitationum certamina ob conſolationem & juſtitias impertiendas huic a vobis liberato populo. ANNO CHRISTI 771.

O quam magna & metuenda exiſtit paſtorum ſolicitudo! & quomodo infelix poſſim onerum animarum exſequi curam. Veruntamen dum protinus jactavi cogitatum meum in Domino, & ſpei meæ fiduciam (*f*) ad ejus contuli miſericordiam, meque excellentiſſime & a B Deo protecte victorioſiſſime rex, in veſtro ſolito auxilio, & protectione commiſi, paratum jam remedium inveni, & afflictus animus meus pauliſper reſpiravit. Valde enim, poſt Deum, confortor in veſtra regali potentia, & a Deo protecto regni veſtri Francorum robuſtiſſimo brachio. Inter hæc itaque conſidero, quanta ſit Dei noſtri omnipotentis miſericordia, & confeſtim opima conſolationis opportunitas mihi confertur. Ipſe enim pro humani generis ſalute de ſinu Patris deſcendens, Verbum caro factum, de virgine Maria domna noſtra naſci dignatus eſt, non amittens Deitatem, *ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens; qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vi-* C *tam reſurgendo reparavit*. Unde non eſt dedignatus cum peccatoribus & publicanis loqui ac converſci. Suſcepit enim publicanum, & evangeliſtam effecit, Matthæum dico, qui evangelica verba mundo propagavit: *O multitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus?* Vere *magnus Dominus & laudabilis nimis, & ſapientiæ ejus non eſt numerus*. Qui ponit humiles in ſublimi & mœrentes erigit ſoſpitate. Pro quo, tamquam unum ex publicanis me exiſtimans, cum gemitu cordis, percuſſo pectore (*g*) deprecor ineffabilem miſericordiam, ut tantum paſtorale officium, quod mihi immerito contulit, me ſalubriter exſequi, D & lucra animarum ejus divinæ majeſtati offerre me annuat. Crebro enim laudem ipſius Redemptoris noſtri loquitur os meum, caro, & lingua benedicit ſanctum nomen ejus qui non merita exiſtimat, ſed miſeretur, quibus miſereri vult.

Præmiſſus quidem jam vicibus noſtris apoſtolicis apicibus (*h*) juſſi ſumus intimaſſe a Deo inſtituto regali veſtro culmini, de receſſu prædeceſſoris noſtri domni Pauli papæ, & quomodo me indignum, & inutilem divina dignatio in apoſtolatus ordinem provehere juſſit. Unde ecce & nunc iteratis noſtris apoſtolicis affatibus, debitum honoris, ac ſalutationis affectum & viſitationis conatum excellentiſſimæ E chriſtianitati veſtræ aptum duximus (*i*) perſolvere. Et quoniam omnipotens & longanimis Deus noſter, verbum ſalutis per ſuum apoſtolum beatum Petrum excellentiæ veſtræ mittens, fortiſſimum ſanctæ ſuæ eccleſiæ, & fidei orthodoxæ liberatorem ac defenſorem te ſuſcitavit atque conſtituit, præcellentiſſime fili, & magne orthodoxe rex: ideo licet mutatis paſtori-

(*a*) *Greteſ.* collata (*b*) *Lamb.* quia (*c*) *Idem.* cerno
(*d*) *Idem.* ita & ego (*e*) *Idem.* & circumvallant (*f*) *Idem.* apud ejus
(*g*) *Idem.* deprecor ejus (*h*) *Idem.* viſi ſumus. *Greteſ.* niſi ſumus (*i*) *Lamb.* perſolvendum

ANNO CHRISTI 771.

ſtoribus, cura tamen hujuſmodi certaminis ac defenſionis vobis (*a*) incumbit. Et ob hoc, tamquam præſentialiter, coram mellifluo veſtro regali aſpectu conſiſtens deprecor, & per Deum omnipotentem, qui eſt judex vivorum, & mortuorum, ante cujus conſpectum omnia elementa contremiſcunt, & abyſſi moventur, qui omnia mundi regna ſuæ providentiæ nutu diſponit, qui etiam te excellentiſſime fili, ac benigniſſime rex, tuoſque amantiſſimos natos, ac meos ſpiritales filios in reges per manus beati Petri apoſtolorum principis ungui præcepit, firmiter excellentiam veſtram conjuro, ut ea quæ pro ſtabilitate regni veſtri & æternæ vitæ remuneratione beato Petro polliciti eſtis pro exaltatione ac defenſione ſanctæ Dei eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, & ſanctæ orthodoxæ fidei obſervare, & in omnibus adimplere jubeatis, & in ea charitate ac dilectione, in qua cum noſtris prædeceſſoribus domno Stephano, ac Paulo beatiſſimis pontificibus, permanſiſtis, nobiſcum permanere jubeatis, & in eadem amicitiæ connexione cum mea fragilitate perſiſtere, non noſtra quæ mala ſunt merita, exiſtimans, ſed adimplens illud divini oraculi præceptum. (*b*) *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem* (*c*) *recipiet prophetæ; & qui recipiet juſtum in nomine juſti, mercedem ſuſcipiet juſti.* Et illud quod veritas ipſa Deus noſter ait: (*d*) *Qui me recipit, vos recipit; qui me ſpernit, vos ſpernit.*

Conſiderans, bone rex, quia potuerat Deus noſter per angelum virtutis ſuæ aut alio modo liberationem eccleſiæ ſuæ, & fidei orthodoxæ operari. Sed non in alio, niſi in tua excellentia complacuit, quia tibi hoc bonum ſervatum erat opus. Unde aperte cunctis datur intelligi, quia omnia jam ante mundi conſtitutionem a Deo prædeſtinata ſunt. An non erat prædeſtinatus David? (*e*) De quo ſecundum carnem Chriſtus in mundo editus eſt. Puſillus inter fratres exiſtens, ab ovibus patris ablatus, in regem unctus eſt. Et quia a Deo prædeſtinatus es defenſor ſanctæ Dei eccleſiæ, ac noſter, (*f*) adeſto, exaudi preces noſtras mitiſſime rex. Sic te exaudiat Dominus in quacumque die eum invocaveris. Nos quidem, (*g*) ita teſtis nobis Deus noſter, cui occulta cordis manifeſta ſunt, ut plus etiam, quam præfati noſtri prædeceſſores pontifices, in veſtra a Deo protecta regni veſtri Francorum charitate & dilectione atque ſincera fidelitate, cum omni noſtro populo firma conſtantia erimus permanſuri, & peto coram Deo vivo, ut ſi forſitan quiſpiam, ſpiritu nequitiæ irreptus, contraria de nobis veſtro regali culmini garrire attentaverit, nulla ei credulitas admittatur, quia ut confidimus in Dei omnipotentis miſericordia, plenius eritis de noſtra puritate ſatisfacti.

Unde ecce magnopere a veſtra a Deo directa veſtigia direximus præſentes fideliſſimos noſtros miſſos, ſcilicet Chriſtophorum dilectum filium noſtrum presbyterum atque Anaſtaſium notarium regionarium ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ noſtræ eccleſiæ, qui vos de noſtra fidelitate, quam erga veſtram regalem potentiam gerimus, ſatisfacere debeant, quibus in ore poſuimus hoc ipſum chriſtianitati veſtræ noſtra vice enarrandum. Quos petimus, ob reverentiam (*b*) veſtri beati Petri benigne a vobis & ſolite ſuſcipi, eiſque in omnibus credere, & cum lætabundis nuntiis de veſtro benigno propoſito & immenſa proſperitate abſolvere jubeatis.

ANNO CHRISTI 771.

Itaque innoteſcimus excellentiæ veſtræ, quod duodecima die præteriti Auguſti (*i*) menſis, quintæ indictionis, conjuncti ad nos a ſancta civitate quidam religioſus presbyter Conſtantinus nomine, deferens ſynodicam fidei miſſam a Theodoro Hieroſolymitano patriarcha, ad nomen prædeceſſoris noſtri domni Pauli papæ, in quo & reliqui patriarchæ, ideſt Alexandrinus, & Antiochenus, & plurimi metropolitani epiſcopi Orientalium partium, viſi ſunt concordaſſe, eamque cum magna lætitia ſuſcipientes, atque amplectentes, in populo-ambone relegi fecimus. Cujus exemplar in Latino & Græco eloquio veſtræ excellentiæ direximus, ut agnoſcatis qualis fervor ſanctarum imaginum (*k*) Orientalibus in partibus cunctis chriſtianis imminet.

His prælibatis, extenſis palmis ad æthera, cum omnibus Dei cultoribus & cuncto noſtro populo redemptoris noſtri divinam exoramus clementiam, ut ſuæ extenſionis dextera vos protegat, & regni veſtri a Deo confortati Francorum terminos dilatet atque immenſas de hoſtibus victorias vobis tribuat, cunctoſque adverſarios regalibus proſternat veſtigiis, regnique gubernacula longo ac proſpero ſenio vobis, una cum excellentiſſima filia noſtra a Deo protecta regina, & amantiſſimis natis perfrui concedat poſſidenda, & ſicut temporale ac terrenum regnum, ſic cæleſtia vobis regna cum omnibus ſanctis, qui ab initio mundi divinæ placuerunt majeſtati tribuat poſſidenda. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

EMBOLUM.

ITaque hoc excellentiam veſtram petimus, ut jubeas, chriſtianiſſime ac mitiſſime rex, inſpiratus a Deo, ad nos abſolvere revertendum ſanctiſſimum fratrem noſtrum Georgium, atque dilectos filios noſtros Marinum & Petrum presbyteros, qui ad veſtram præcellentiam a noſtro prædeceſſore domno Paulo papa directi ſunt. Cotidie enim cum magno ploratu eorum parentes nos adeunt, ut veſtram a Deo inſtitutam excellentiam deprecari debeamus pro eorum abſolutione: etiam non poſſumus eorum lacrimas ſufferre. Per te enim, bone miſericordiſſime rex, ſalvi effecti ſunt, & a manibus perſequentis liberati conſiſtunt. Unde magna in cælo vobis repoſita eſt mercedis corona, quoniam ſcriptum eſt: *Qui ſalvat, tamquam qui ædificat.* Propterea coram Deo vivo deprecamur, ut in hoc preces noſtras exaudias & ipſos abſolvere jubeatis. Ipſis enim revertentibus, cum magna lætitia eos ſuſcipiemus, & charos in noſtris viſceribus amplecti ſtudebimus. (*l*) Epiſcopatum enim & eccleſias, quas tenere videbantur inordinatæ uſque hactenus conſiſtunt,

(*a*) *Idem.* ſuccumbit (*b*) *Greſ.* Matthæi cap. 10. (*c*) *Lamb.* accipiet
(*d*) *Greſ.* Lucæ cap. 10. (*e*) *Lamb.* de cujus ſemine ſecundum carnem
(*f*) *Idem.* adeſſe (*g*) *Idem.* teſtatur nobis (*h*) *Idem.* fautoris veſtri
(*i*) *Idem.* menſis nunc tranſacti, quintæ indictionis, conjunctus ad nos (*k*) *Idem.* Orientalibus partibus
(*l*) *Idem.* epiſcopatus enim & eccleſiæ

ANNO CHRISTI 771.

ſiſtunt. Pro quo jubeat excellentia veſtra diſponere, quatenus (*a*) præfati viri ad terram nativitatis eorum revertantur, quia adeſt tempus, ut pariter cum ſuis parentibus, & una nobiſcum in Domino exultent, noſque merito pro vita & incolumitate veſtra fundere valeamus preces.

Exemplar epiſtolæ ejuſdem Conſtantini papæ neophythi ad domnum Pippinum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de obitu Domni Pauli papæ, & poſtulat ut in gratia domni Pippini regis permanere poſſit, ſicuti anteceſſores ſui fuerunt.

Domno excellentiſſimo filio Pippino regi Francorum & patricio Romanorum
(b) Conſtantinus papa.

Cod. Carol. eſt XCVIII.

OMnino credimus, jam præcurrentibus nuntiis, ad veſtram excellentiſſimam atque a Deo inſtitutam regalem potentiam perveniſſe, quod beatæ recordationis (*c*) prædeceſſor noſter Paulus papa de hac luce, Dei vocatione ſubtracto, urbis, vel ſubjacentium ei civitatum populus meam infelicitatem ſibimet paſtorem elegerunt. Et ecce cum nimio ſtupore mentis dico illud, quod nequaquam penitus optabam, nec mea exigebant merita, tam ſacrum apoſtolatus culmen, magnique operis paſtoralis adeptus ſum curam. Propterea, quia omnipotens Deus per manus ipſius (*d*) principis Petri, atque ejus vicarii, ad exaltandam ſuam ſanctam eccleſiam, & redimendam hanc provinciam, præ omnibus regibus ac mundi potentibus, utpote novum Moyſen, qui Iſraeliticum, Dei nutu, redemit populum, veſtram excellentiam in his diebus eligere ac ſuſcitare juſſit: (*e*) quod profecto, Deo annuente, veſtro auxilio ac certamine perpetratum eſt. Idcirco obnoxiis deprecationibus, tamquam præſentialiter coram veſtro mellifluo regali adſiſtens conſpectu, flexo poplite deprecor præcellentiam veſtram, ut illud, quod beato Petro polliciti eſtis, ſimulque & charitatem atque amicitiam, quam cum beatæ recordationis domno Stephano, ſummo pontifice, vel ejus germano, prædeceſſoribus nobis, habuiſtis omnimodo recordare ac conſervare jubeatis, & multo amplius exaltationem ſanctæ Dei eccleſiæ, & ſpiritalis matris veſtræ, atque orthodoxæ fidei defenſionem, ac hujus vobis commiſſæ provinciæ perfectam liberationem procurare dignemini, quatenus repoſitam jam vobis in ſidereis manſionibus mercedis coronam, interveniente beato Petro apoſtolorum principe, ab omnipotente Deo conſequi mereamini. Nos enim nequaquam alibi, poſt Deum, noſtram habemus ſpem, niſi in veſtro a Deo corroborato brachio, pro quo & eumdem Dominum Deum noſtrum, cui occulta cordis manifeſtata ſunt, proferimus teſtem, quod amplius ſicut ipſi prædeceſſores A noſtri pontifices in veſtra charitate, ac fida dilectione, atque ſincera amicitia firmi atque immutabiles ſatagimus fine tenus permanere, & per nullam temporum interruptionem a veſtra nos charitate, atque a Deo protecti regni veſtri Francorum ſincera amicitia (*f*) quo modo ſeparabimus. Itaque, chriſtianiſſime atque a Deo inſtitute, magne, victorioſiſſime, bone rex, & noſtri, Dei nutu, defenſor, interim diverſis nobis imminentibus cauſis nulla exiſtit poſſibilitas, donec miſſi veſtri, qui illuc ad vos directi ſunt, revertantur, (*g*) alios duos dirigere miſſos. Dum vero illi remeaverint, confeſtim noſtros miſſos ad veſtri præſentiam dirigemus. Tamen & huic veſtro miſſo hoc ipſum in ore poſuimus, veſtræ benignæ excellentiæ ſuggerendum. Geſta quippe Sanctorum, de quibus miſiſtis vobis dirigi, in quantum reperire valuimus, vobis tranſmiſimus. Deus autem omnipotens, in cujus manu cor excellentiæ veſtræ regitur, felicia vobis tribuens tempora, omnes adverſas nationes veſtris regalibus ſubjiciat veſtigiis, & per multorum annorum metas regni gubernacula vos excellentiſſima, & a Deo illuſtrata filia noſtra domna regina, atque præcellentiſſimis regibus, veſtris natis faciat poſſidere, & æternæ beatitudinis cum ſanctis & omnibus electis ejus per infinita (*h*) annuat effici participes. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de fide & conſtantia ipſius, & Anaſtaſio miſſo ipſius apoſtolici, (*i*) qui in Francia demoratus fuerat.

(k) Domno excellentiſſimo filio Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

Cod. Carol. eſt L.

DEſiderantiſſimæ veſtræ excellentiæ ſcripta ſuſcepimus, in quibus tantum de abſenti collocutione gaviſi ſumus, quantum & ipſum, qui locutus eſt, ſemper mihi cupio eſſe præſentem. Quas relegentes, & de veſtra immenſa proſperitate agnoſcentes, nimis ſumus gratulati, quoniam veſtra proſperitas noſtra eſſe comprobatur lætitia, & veſtra exaltatio noſtra exiſtit poſt Deum ſecuritas. Ferebatur enim in ipſis regalis veſtræ potentiæ apicibus, quod remeantes ad vos miſſi veſtri, ſcilicet (*l*) VVulchardus ſanctiſſimus frater noſter archiepiſcopus (*m*) & Dodo religioſus abbas vobis retuliſſent, quod ea (*n*) quæ a vobis injuncta fuiſſent, benigne atque amabiliter a nobis eſſent ſuſcepta. Sed cognoſcit omnipotens Deus noſter, cui arcana cordis reſerata aſſiſtunt, quia omnem miſſum a veſtris regalibus obtutibus directum cum nimio amore, & decenti honore ſuſcipere ſtudemus, & omnem veſtram voluntatem ſincera mentis integritate implere ſatagi-

(*a*) *Idem*. prælati (*b*) *Greſſ. Mortuo Paulo I. pontifice in ſedem apoſtolicam a factioſis intruſus fuit iſte pſeudopapa Conſtantinus, qui mox ad Pippinum duas epiſtolas dedit, quarum meminerunt quoque Baronius anno 767. num. 7. & Magdeburgenſes Centur. 8. cap. 10.*
(*c*) *Laml.* prædeceſſore noſtro domno Paulo papa (*d*) *Idem*. principis apoſtolorum
(*e*) *Greſſ. Lege Baronium anno 767. num. 5. & ſeq. & fumi ipſi ſtatim diſſipabuntur*
(*f*) *Idem*. quomodocumque, & *Lamb.* quoque modo
(*g*) *Lamb.* alios ad vos dirigere (*h*) *Idem*. & *Greſſ.* annuat ſæcula effici &c.
(*i*) *Lamb.* qui hic in &c. (*k*) *Greſſ. Extat hujus epiſtolæ Summarium apud Bar. & Centuriat.*
(*l*) *Lamb.* Wilcharius (*m*) *Idem*. ſeu Dodo (*n*) *Idem*. quæ eis a vobis retuliſſent injuncta, benigne

ANNO CHRISTI 771.

tagimus, atque cum prosperitate ad vos repedandum absolvere festinamus, neque ullis (*a*) nos posse hujus mundi transitoriis ac labentibus opibus, vel humanæ suasionis blandimentis ab amore & dilectione vestræ mellitæ sublimitatis, vel ab eis, quæ vobis polliciti sumus, declinare, dum hic (*b*) advixerimus, sed firmi & stabiles in vestra permaneamus charitate.

Absit namque a nobis, charissime & nimis nobis dulcissime fili, ut ea quæ inter nos mutuo coram sacratissimo corpore fautoris tui beatorum apostolorum principis Petri, confirmavimus atque stabilivimus, per quemvis modum (*c*) irrita facere (*d*) adtemptemus, quoniam & nos satisfactus, vestrum culmen deprecari visus sum, si quis de nobis nequissima dicta vestris auribus proferre maluerit, cupiens per fallaciam se vobis commendare, nullam credulitatis illi admittatis copiam, quia ut prædiximus, nos firmi in vestra permaneamus dilectione; magis dum & Salvator (*e*) designanter expressit dicens: (*f*) In hoc cognovimus quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis in invicem.

Interea continebat series excellentiæ vestræ quod accedente proximo mense Octobri, dum, Deo favente, in partibus Italiæ adveneritis, omnia, quæ beato Petro regni cælorum clavigero, & nobis polliciti estis, ad effectum perducere maturabitis: lætitia enim patris est profectio filiorum, & de eorum profectu naturalis effectus congaudet. Quapropter salutis tuæ agnoscentes perfectionem, hilares redditi sumus, & quia pro augmento & exaltatione matris (*g*) suæ sanctæ Dei ecclesiæ, in Italiam designatis properare, ut perficiatur, magis magisque optamus. Sed & Deus & Dominus noster Jesus Christus faciat nobis in propinquo de vestra præsentia gaudere, & una vobiscum in invicem exultare.

De missis nempe nostris, Andrea videlicet coepiscopo, seu Pardo (*h*) Egumeno, unde nobis intimandum direxistis ut cum missis vestris Possessorem fratrem nostrum episcopum, atque Dodonem religiosum abbatem, a vestris regalibus vestigiis repedantes, dirigeremus, ita adimplere velocius destinavimus. Sed Pardus Egumenus propter imbecillitatem corporis sui proficisci minime valuit, & direximus in vicem illius Valentianum episcopum.

Illud vero, quod de Anastasio misso nostro nobis indicastis, quod aliqua importabilia verba, quæ non expediebat vobis locutus fuisset, unde valde tristes effecti fuistis, & pro hoc adhuc apud vos detinetis, noster (*i*) frangitur animus, dum Langobardi & Ravennates fatentur, inquientes, quia nullo modo rex in apostolica permanet charitate, dum ejus missum apud se detinet. Sed neque ab ipsis mundi exordiis cognoscitur evenisse, ut missus protectoris tui beati Petri, magnus vel parvus, a quacumque gente detentus fuisset; sed jubeat nobis eum vestra solicitudo dirigere, & severissime (*k*) eum sciscitantes, juxta noxam ei repertam, eum corripiemus. Nam de Langobardo illo, qui cum eodem Anastasio misso nostro ad vos properavit, nomine Gaidifridus, unde nobis significastis (*l*) ut dum in nostro fuisset palatio, fraudem agebat adversus vestram regalitatem, insuper & (*m*) vestro suasisset nuntio falsas conficere literas, per quas nos cupiebat in scandalum vobiscum mittere. Quod avertat Divinitas, neque invenietur homo, qui nos possit per quemvis modum adversus vos in iracundiam provocare. Sed testis nobis est Deus, qui occulta hominum cognoscit, per nullum argumentum eum (*n*) infidelem vobis cognovimus. Sed ut brevius dicamus, si ille qui ab amatore tuo Petro ad vos destinatur, talia suscipere meruit, quid considerandum est de nefandissimis & nimis strophariis Paschali & Saratino, qui talia ut & vos (*o*) per honorandos vestros apices insinuatis in hac Romana urbe agere ausi sunt, quale nunquam ab exordio mundi auditum est? Fortasse & dum talia egissent, & vestris obtutibus se conjunxissent, non ambigentes pro reatu, quem operati sunt, ut eos in nostram, (*p*) reduceres gratiam. Sed magis coram vestra præsentia, & nostris missis, detractionibus vacabant. Et miror valde, quod illos qui talia, & inaudita (*q*) de his coram vestris obtutibus proferebant verba in magnis deliciis habere dignoscens. An nescit vestra præcellentia, quia si quæcumque persona de qualibet gente adversa aut inania de vestra eximia celsitudine (*r*) retulisset verba, dignam in eum exercentes vindictam, vinctum eum usque ad vestram (*s*) direxissemus excellentiam, sicut & de Paulino egimus? Pro quo deprecamur atque conjuramus præcellentiam vestram, dulcissime fili, per Redemptorem Dominum nostrum Jesum Christum, ut viriliter, Deo inspirante, exsurgatis & miseræ & flagitiosæ præsumptionis, ut pium regem decet, regalem vindictam vobis de eis exercere jubeatis, ut in hoc cognoscant gentes, quia ob amorem beati Petri magnam in nobis habetis dilectionem, ut qui nobis dolentibus condolent, ita & nobis lætantibus congaudeant. Aut nobis eos dirigere digneris, ut omnipotens Deus respiciens de excelso pro justa vindicta (*t*) a nobis eis inferenda, concedat tibi una cum excellentissima filia nostra regina, & amantissimis natis, longa spatia vitæ per metas annorum. Et ego licet peccator, dum de eis perfectam suscepero justitiam, magis ac magis ut ago, ante ipsius janitoris regni cælorum sacram confessionem assiduo pro vestra incolumitate fundere valeam preces. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item

(*a*) *Idem.* nos (*b*) *Idem.* adjunxerimus
(*c*) *Idem.* irritum facere adtemptemus, quoniam & nos satisfacti sumus, & vos in nostra charitate firmiter esse permansuros. Sed pero te coram Deo, charissime fili, sicut jam olim per nostros affatus vestro culmine deprecari visus sum; si quis &c. (*d*) *Gretf.* attentemus
(*e*) *Lamb.* designandum expressit dicens: *In hoc cognoscent omnes quod mei estis*
(*f*) *Gretf.* Joannis cap. 13. (*g*) *Idem.* vestræ
(*h*) *Gretf.* Hegumeno, *ideſt monachorum præfecto seu antistite.*
(*i*) *Idem.* flagrat..... & Raviniani (*k*) *Lamb.* eos sciscitantes
(*l*) *Idem.* ut dum vestro (*m*) *Idem.* & vestrum suasisset notarium, falsasque fecisset literas.
(*n*) *Idem.* infidelem vestrum. (*o*) *Idem.* per honorandis vestris apicibus
(*p*) *Idem.* reducere debuissetis gratiam (*q*) *Idem.* de nobis (*r*) *Idem.* referuisset
(*s*) *Idem.* direxerimus (*t*) *Idem.* nobis lata

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione sanctę Dei Ecclesiæ, & de missis domini regis, qui autumni tempore Romam venire debuerunt.

(a) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. ep. LI.

DUm in tanta securitatis lætitia spiritalis mater vestra Dei catholica & apostolica Romana ecclesia consistens exsultat, ob hoc opinatissima nominis vestri memoria in universo orbe terrarum dilatata atque laudabiliter permanet divulgata (b) etiam ab apostolica aula ob vestrorum veniam delictorum (c) sedulo a nobis & cunctis Dei sacerdotibus, orationum vota & sacrificiorum hostiæ divinæ offeruntur majestati. Itaque, præcellentissime fili, recordari credimus a Deo protectam christianitatem vestram, nobis direxisse in responsis per Andream reverendissimum & sanctissimum fratrem nostrum episcopum (d) quod hoc autumni tempore vestros ad nostri præsentiam studeretis dirigere missos, qui nobis omnia secundum vestram promissionem contradere deberent: & exspectantes fuimus usque hactenus (e) per totum septembrem, & octobrem, & præsentem novembrem ipsos vestros suscipere missos & de vestra sospitate per eos agnoscere. Et dum minime ad nos advenissent, direximus nostras apostolicas literas usque Papiam ad judices illos, quos ibidem constituere visi estis, ut nobis significare deberent de adventu eorumdem vestrorum missorum. Qui ita nobis direxerunt in responsis, nequaquam ad nos vestros nunc esse profecturos missos. Unde magnum desiderium (f) nostro imminet cordi, & interea mentis nostræ viscera, in vestro ardentius fervescunt amore. Idcirco cupientes de vestra prosperitate certos lætosque effici, magnopere studuimus præsentes nostros missos, scilicet antefatum Andream sanctissimum fratrem nostrum episcopum, & Pardum Deo amabilem dilectum filium nostrum (g) Egumenum, ad vestra regalia transmittere vestigia, visitantes & salutantes per eos tam præcellentissimam christianitatem vestram, quamque excellentissimam filiam nostram, amantissimam conjugem vestram, a Deo illustratam reginam, & dulcissimos ac nobilissimos natos vestros. Prædictis (h) quidem nostris missis cuncta in ore subtilius posuimus, eosque diligenter informavimus, quæ de singulis causis vestræ a Deo protectæ excellentiæ, nostra vice, enarrare debeant, eosque benigne atque hilari vultu a vobis suscipi petimus, eorumque sermonibus, quos nostra vice protulerint, & aurem benignitatis vestræ accomodare, cunctaque perficere atque adimplere dignemini, quæ sanctæ memoriæ genitor vester domnus Pippinus rex beato Petro una vobiscum pollicitus, & postmodum tu ipse, a Deo institute magne rex, dum ad limina apostolorum profectus es, ea ipsa spondens confirmasti, eidemque Dei apostolo præsentialiter manibus eamdem obtulisti promissionem. Nos enim magnam fiduciam habemus in vestri cordis firma constantia, & certi sumus omnino de benigno mentis vestræ proposito.

ANNO CHRISTI 771.

Unde & copiosum a vobis suscipere præstolamur fructum, ut, sicut cœpisti, bonum opus perficias, tuisque temporibus sancta Dei ecclesia multo amplius exaltata permaneat. Quatenus omnipotens Dominus, intercedente beato Petro principe apostolorum, dignam vobis remunerationem tribuat, & in cælestibus regnis cum sanctis & electis post hujus vitæ longævitatem perenniter exaltandos vos recipiat. Per te enim, bone victoriosissime rex, præfata sancta universalis Dei ecclesia, de inimicorum impugnationibus erepta, magno, ut dictum est, triumphat gaudio, & orthodoxa christianorum fides vestro præsidio in pristino venerationis statu permanet immutilata. Pro quo obnixe petimus, ut de vestra prosperitate nos quantocius certos reddere jubeatis, quia vestra salus, nostra est securitas, & vestra lætitia nostrum esse comprobatur gaudium. Unde firmi in vestro amore, & dilectionis charitate permanentes, incessanter divinam deprecamur clementiam, ut sua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens præcellentiæ vestræ atque excellentissimæ filiæ nostræ reginæ & amantissimis natis vestris (i) longævis ac prosperis temporibus regni gubernacula posidenda, vestrisque vestigiis cunctas barbaras nationes prosternat, dilatans multipliciter terminos regni vestri, etiam & cælestis regni gaudii vos faciat esse participes. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

(1) EMBOLUM

De protervia Leonis archiepiscopi.

ET hoc vestræ a Deo protectæ excellentiæ innotescimus, eo quod postquam a vobis reversus est Leo archiepiscopus, in nimiam superbiam elevatus, nullo modo nostris præceptionibus, sicut antea obedire voluit, sed brachio forti usque hactenus in sua potestate detinere videtur (l) Imolam atque Bononiam dicens, quod easdem civitates nullo modo beato Petro, neque nobis concessistis, nisi tantummodo eidem Leoni archiepiscopo. Unde dirigentes ibidem nostrum missum, idest Gregorium sacellarium, qui judices earumdem civitatum ad nos deferre deberet, & sacramenta in fide beati Petri, & nostra, atque excellentiæ vestræ a cuncto earum populo susciperet. Sed nequaquam idem archiepiscopus eumdem nostrum sacellarium illuc ire permisit. Nam & Dominicum, quem nobis in ecclesia beati Petri tradidistis atque commendastis, comitem constituimus in quamdam brevissimam civitatem Gabellensem, præceptum ejusdem civitatis illi tribuentes. Sed minime illum permisit ipsum actum agere, sed dirigens exercitum, vinctum eum Ravennam deduxit, & sub custodia habuit.

(a) *Greg.* Summ. XXXIII. apud Bar. & Centurias. (b) *Lamb.* etiam & in chartam inseritam vocant (c) *Idem.* sedule (d) *Idem.* quod hoc autumno tempore vestros ad nostri præsentiam studuisse tis dirigendum missos (e) *Idem.* per totum septembrium etiam & octobrium, & præsentem novembrium mensem ..... suscipiendum missos (f) *Idem.* in nostro (g) *Idem.* Hegumenum (h) *Idem.* siquidem (i) *Idem* longæva ac prospera tempora (l) *Lamb.* Imolas (l) *Greg.* Centuriatores

buit. Nam & de aliis civitatibus Æmiliæ, id est Faventia, ducatu Ferrariæ (*a*) Comiado, & Foro Livii, & Foro Populi, Caesnia, & Bobio, seu Tribunatu Decimo, nullum hominem exinde ad nos pro suscipiendis præceptis actionum, advenire permisit. Nam illi omnes parati erant ad nos conjungere.

ANNO CHRISTI 771.

De reliquis vero civitatibus, utrarumque Pentapoleos ab Arimino usque Eugubium omnes, more solito, ad nostri advenerunt præsentiam, & præcepta actionum de ipsis civitatibus a nobis susceperunt, & in nostro servitio atque obedientia fideliter cuncti permanent, nisi solummodo ipse archiepiscopus in sua ferocitatis superbia exstitit. Sed petimus te coram Deo vivo, præcellentissime fili, ut nullo modo hoc tibi placeat, ut ea, quæ sanctæ memoriæ genitor tuus, & tu ipse beato Petro concessistis, atque obtulistis, quod absit, temporibus vestris auferantur, & ecclesia beati Petri per malignos homines, qui iniqua immittunt, humilietur: sed magis semper per vos exaltata permaneat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continentur uberrimæ benedictiones pro exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ, & de epistola Joannis patriarchæ Gradensis.

(b) Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

Cod. Carol. est LII.

DUm tanta amoris dilectio, & firma charitatis integritas, inter nos, Deo auspice, corroborata exstitit, magnum nobis imminet fervoris desiderium de vestra prosperitatis lætitia certos effici. Quapropter paterno sinceritatis affectu vestram a Deo protectam excellentiam ter & in Domino plurimum osculantes, quæsumus ut nos celerius de vestra sospitatis integritate, atque præcellentissimæ filiæ nostræ, a Deo illustratæ magnæ reginæ dulcissimæ filiæ nostræ, nec non & excellentissimorum filiorum vestrorum nos lætos quantocius (*c*) efficere studeatis in eo quod expectantes usque fuimus vestros suscipere missos, sed nondum ad nos pervenerunt. Et ob hoc maxima nos dilectionis affectio cogit sinceram cordis nostri puritatem vestro regali culmini enucleanter proferre: dum nimirum vestra salus nostra est lætitia, & prosperitatis vestræ commoditas, nostra est exsultatio. Itaque innotescimus excellentiæ (*d*) tuæ, suscepisse nos epistolam directam nobis a Joanne patriarcha Gradense. Vigesima septima enim die octobris mensis ipsa ad nos pervenit epistola, & protinus nec potum nec cibum sumsimus, neque nos, neque huius scriptor nostræ apostolicæ relationis, sed eadem hora, eodemque momento ipsam antefati patriarchæ epistolam cum his nostris apostolicis syllabis vobis transmisimus. Itaque valde tristes effecti sumus quoniam (*e*) asifoniatas bullas ejusdem epistolæ reperimus, a Leone archiepiscopo (*f*) primitus relecta nobis directa est; & in hoc comprobare potest excellentissima christianitas vestra, qualis est fraudulenta fides ipsius Leonis archiepiscopi. Quia non pro alio præsumsit eamdem epistolam primitus referare ac relegere, nisi ut omnia, quæ adscripta sunt, ut certe omnibus manifestum est, adnuntiaret tam Arghiso duci Beneventano, quam reliquis nostris vestrisque inimicis. Et dubium non est, cuncta jam præfatis æmulis ab eodem archiepiscopo esse adnuntiata. Nos quidem, veritate testante coram Deo, dicimus pariter & fideliter in vestro permanentes amore, juxta quod inter nos præsentialiter in aula apostolica confirmatum est, ea quæ ad nos perveniunt de præsenti cum magna cautela vobis studemus (*g*) denunciare, quia post Deum, & beatum Petrum alibi nostra spes & fiducia non est, nisi in vestra a Deo protecta excellentia. Tu enim, dulcissime magne a Deo illustrate rex, noster cum Deo defensor & protector existis, quia per te sancta Dei ecclesia spiritalis mater tua exaltata, magno exultat gaudio, confidentes cuncta a vobis beato Petro promissa velociter effectui mancipanda.

ANNO CHRISTI 771.

Sed Deus omnipotens, in cujus manu omnia regna mundi consistunt, sua vos multipliciter foveat gratia, & beatorum apostolorum principum Petri, ac Pauli intercessionibus longo ac prospero senio regni gubernacula possidere, & pariter cum excellentissima filia nostra regina, & amantissimis natis gaudere & cælestia præmiorum cum sanctis perenniter vos faciat adipisci regna. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM

De Leone archiepiscopo.

ETenim innotescimus excellentissimæ christianitati vestræ, eo quod (*b*) quando a vestro regali vestigio reversus est Leo antefatus archiepiscopus, in magnam superbiam, & tyrannicam elationem pervenit, & nullo modo, sicut antea, nostris apostolicis obtemperare inclinatus est mandatis, & nullum ex (*i*) Ravennatibus, vel Æmilia pro accipiendis præceptis de diversis actionibus ad nos venire permisit: ita eis indignatus comminatus est, dicens: quod si quis ex eis ad nos venire præsumsisset, non potuisset venire. Nam Pentapolenses omnes obedientes existentes in nostro apostolico servitio, ad nos proni, sicut tempore prædecessoris nostri domni Stephani papæ, properaverunt & præcepta de singulis eorum civitatibus more solito acceperunt. De reliquis vero civitatibus Æmiliæ, simulque & Gabello, (*k*) qui a nobis ibidem ordinati sunt, ab eo exinde projecti sunt, & alios ex eis in vinculis detinet. At vero de civitatibus Imulensi, seu Bononiensi, ita profanixat, dicens: quod vestra excellentia ipsas civitates minime beato Petro, & nobis concessit, sed sibi ipse archiepiscopus a vobis fuisse concessas ac traditas asserit, sub sua potestate permanendas. Unde nullum hominem ex eisdem civitatibus ad nos venire permisit, sed ipse ibidem actores, quos voluit,

(*a*) *Idem.* Comiaclo, & Foro Livii, & Foro Popoli
(*b*) *Greif.* Summ. XXIX. apud Bar. & Centuriat.
(*c*) *Lamb.* effici studeatis in eo, quod exspectabiles usque fuimus vestros suscipiendum missos
(*d*) *Idem.* vestræ (*e*) *Idem.* siphoniatas (*f*) *Idem.* quæ primitus
(*g*) *Idem.* denuntianda. (*b*) *Idem.* a quando a vestro (*i*) *Idem.* Ravinian's
(*k*) *Idem.* hi qui

voluit, sine nostra auctoritate ordinavit, & in A
ANNO CHRISTI 771. sua eas detinet potestate. Et non tibi placeat, excellentissime fili, ut tanto despectui hanc apostolicam habeat sedem, non reputans de sua promissione, quam beato Petro, & ejus vicariis jurejurando adhibuit, sed sicut transgressor mandatorum Dei in perjurii reatus incidit. Etenim nos firmiter credimus, & magnam habemus fiduciam, quod omnia, quæ beato Petro per vestram donationem offerenda promisistis, adimplere pro magni regni vestri stabilitate, & æterna vobis conferenda retributione, studeatis.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ per Andream & B Anastasium, pro justitia sanctæ Dei ecclesiæ: & de Leone archiepiscopo, qui jam ad præfatum dominum regem (*a*) properavit.

(*b*) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. est LII. eodem numero cum superiori. REvertentes ad nos missi nostri, quos ad vestram a Deo illustratam præcellentiam nuper visi sumus direxisse, scilicet Andreas reverendissimus frater noster episcopus, & Anastasius cubicularius, detulerunt nobis honorandos, atque mellifluos benignissimæ christianiC tatis vestræ apices; quorum series dum nostris recitaretur auribus, liquido cuncta in eis adnexa didicimus. Sed & ipsi præfati vestri missi inde minute nobis omnia, quæ illis a vobis injuncta sunt, detulerunt plenissime, adferentes de vestra benevola puritate, & magna cordis constantia, quam erga beatum Petrum principem apostolorum, & nostram mediocritatem, secundum vestram promissionem habere videmini. Pro quo nimio repleti gaudio, illico extensis palmis ad æthera, omnium creatori domino Deo nostro immensas (*c*) tulimus grates: impensius pro vestra prosperitate ejus divinam exorantes clementiam, ut confirmet idem Dominus Deus noster hoc ipsum in veD stro florigero pectore, quatenus velociorem atque copiosum fructum sancta spiritalis mater vestra Romana nostra ecclesia, caput omnium ecclesiarum Dei, de vestra consequatur promissione.

Sed, bone, dulcissime, atque præcellentissime Fili, Domine mi, a Deo institute magne rex, deprecor & obnixe peto, tamquam præsentaliter coram tuis adsistens obtutibus, cum magna fiducia, ut velociter ea, quæ beato Petro pro magna animæ tuæ mercede, & a Deo protecti regni vestri stabilitate, beato Apostolorum principi Petro, cælorum regni clavigero, per tuam donationem offerenda spopondisti, adimplere jubeas: quatenus idem E princeps Apostolorum multo amplius tibi protector & auxiliator apud divinæ majestatis potentiam existat. Pleniissime enim satisfactus es, præcellentissime regnum, qualis fortissimus ac validus ipse janitor regni cælorum beatus Petrus tuæ exstitit excellentiæ adjutor, & quomodo ejus sacris interventionibus omnipotens Dominus Deus noster victoriam tibi tribuit, regnumque Langobardorum tuæ tradere jussit potestatis ditioni, & in antea magnam habeo fiduciam, quia ejus suffragiis circumvallatus, tuis regalibus vestigiis ceteras barbaras nationes omnipotens Dominus substerneret; quia nos omnino satisfacti sumus, & magnam habemus fiduciam in vestri constantia, celeriter vos omnia perficere, quæ eidem apostolo, apostolorumque principi spopondistis. Optime enim cognoscimus qualis firmitas, & integritatis stabilitas inter nos, Deo auspice, in apostolica aula corroborata est, & scimus cui credimus, & certi sumus. ANNO CHRISTI 771.

De eo vero quod innotuistis, ad vos properasse Leonem archiepiscopum, nos quippe, ut testatur veritas, libentissime acceptamus eos, qui ad vestra regalia accelerant vestigia: quoniam una dilectio, una charitas, eademque puritatis affectio inter nos consistit. Et si præfatus archiepiscopus nobis direxisset, ad vestri se præsentiam proficisci, gratuito animo nostrum missum cum eo direxissemus. Itaque præsens vester missus aliam nobis obtulit præcellentiæ vestræ epistolam, cujus confertam paginam discentes, valde noster lætatus est animus in vestræ mentis benigno proposito, Redemptorem nostrum multipliciter deprecantes, ut longo ac prospero senio, cum magna de hostibus victoria (*d*) cœlestis regni gubernacula pariter cum excellentissima & a Deo protecta filia nostra benignissima, & vere christianissima regina fidelissimaque amatrice beati Petri, dulcissima vero vestra conjuge, atque amantissimis natis, vos perfrui annuat, tribuens vobis, & cælestis regni cum sanctis perenniter possidenda gaudia. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ per (*e*) Gausfridum abbatem, in qua continetur de victoria ipsius prædicti regis, & de episcopis Pisano & Lucano, ut ad proprias sedes atque ecclesias pro sua pietate remeare concederet.

(*f*) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

REversus a vestris a Deo dilectis regalibus Cod. Carol. vestigiis præsens Gausfridus habitator civitatis Pisanæ, nostrisque præsentatus obtutibus, retulit nobis de immensis victoriis quas vobis omnipotens & Redemptor noster Dominus Deus per intercessiones beati Petri principis apostolorum concedere dignatus est, sed & de vestra prosperitate nos certos in omnibus reddidit. Quo audito, vehementi exultationis lætitia noster in Domino ovans relevatus est animus, & protinus extensis palmis ad æthera, regi regum, & domino dominantium opimas laudes retulimus, enixius deprecantes ineffabilem ejus divinam clementiam, ut & corporis sospitatem, & animæ salutem vobis tribuat, & multipliciter de hostibus victorias tribuat, omnesque barbaras nationes vestris substernat vestigiis. est. LV.

Et

(*a*) *Lamb.* properatus est (*b*) *Gretf.* Summ. xxx. apud Baron. & Centuriat.
(*c*) *Lamb.* referuimus (*d*) *Idem.* præsentis regni
(*e*) *Gretf. Baronius & Centuriatores* Ausfridum, *in margine Baronius* Ansfridum
(*f*) *Idem.* Summ. xxvi. Baron. & Cent.

ANNO CHRISTI

Et certe, crede nobis magne christianissime rex, bone præcellentissime fili proximam habeto fiduciam, quia dum tu fideli studio in amore ipsius principis apostolorum secundum tuam promissionem permanseris, & cuncta eidem Dei apostolo adimplere studueris, & salus tibi & immensa victoria ab omnipotenti Deo tribuetur indesinenter. Et quidem nos Deum proferimus testem, cui omnium cordium occulta referata existunt, ab illo tempore, die quo ab hac Romana urbe in illas partes profecti estis, cotidie momentaneis etiam atque singulis horis, omnes nostri sacerdotes, seu etiam religiosi Dei famuli monachi, per universa nostra monasteria, simulque & reliquus populus tam per titulos quam per diaconos trecentos, *Kyrie eleison*, extensis vocibus pro vobis Deo nostro ad clamandum non cessant, flexisque genibus eumdem misericordissimum Dominum Deum nostrum exorantes, ut & veniam delictorum vobis, & maximam prosperitatis lætitiam, etiam & copiosas victorias vobis multipliciter e cælo concedat.

Ipse (*a*) retulit nobis siquidem Gausfridus, dum a vobis absolutus reversus est, voluit eum interficere (*b*) Allo dux. Unde dum vellet ipse Gausfredus ad vestra denuo reverti vestigia, posuit exploratores, atque insidiatores in itinere, qui eum (*c*) interficerent. Quo cognito apud nos refugium fecit: & dum se petisset ad vestra absolvi vestigia, dum jam aderat, tum habuimus Anastasium nostrum missum ad vestram excellentiam dirigendum, eum ad vestram præsentiam cum ipso nostro misso absolvimus. Quem petimus, ut pro amore beati Petri & nostra postulatione benigne suscipere & protectionis atque favoris vestri opem illi impertiri dignemini, deprecantes & hoc ut (*d*) massas illas, quas ei concessistis, per vestram auctoritatis largitatem possideat. Sed & hoc nimis quæsumus atque postulamus, benignitatem tuam, ut episcopos illos, id est civitatis Pisanæ, seu Lucanæ (*e*) Regii, ad proprias sedes atque ecclesias, & plebes eis commissas absolvere jubeatis (*f*) reverti: quia ita, bone rex, excellentissime fili, animæ tuæ expedit, ut ipsi episcopi propriis sedibus restituantur, omnesque Dei ecclesiæ suis præsulibus ornatæ consistant, & cunctus Dei populus in magna lætitia vestris felicissimis temporibus degere valeat, vobisque hoc respiciat ad æternam mercedem. Nos itaque firmi in vestra charitate permanentes, ideo ea, quæ pertinere cognoscimus ad salutem animæ tuæ fiducialiter vos satagimus (*g*) deprecari, ut Deus noster omnipotens, vestris semper placatus existat piis operibus, & copiosam vobis ex hoc in præsenti & futura vita tribuat remunerationem. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de fide, vel constantia ipsius apostolici erga prædictum regem.

ANNO CHRISTI 774.

(b) Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

RECordari vos credimus, excellentissime, & a Deo protecte fili, & magne rex, quomodo dispositis vestros prudentissimos ac fidelissimos missos, ut cum nostris pariter missis pergerent ad suscipiendum in integro patrimonium nostrum Ravennense, quod pro vestræ animæ mercede, & venia delictorum, B. Petro protectori vestro (*i*) concedi jussistis. Dum vero nostri vestrique illuc pergerent missi, inventi sunt ibidem fidelissimi, atque seniores testes annorum plus minus centum, qui testificantes super altare intus ecclesiam sanctæ Dei genitricis Mariæ, in loco quidem Forobono coram sanctis (*k*) evangeliis, & in præsentia fidelissimorum ac nobilissimorum vestrorum missorum, scilicet Itherii, & (*l*) Magnarii tantummodo vestri missi, absque præsentia nostrorum missorum adfirmantes dixerunt (quod & ipsi vestri missi vobis suppliciter, sicut testes illi jurati patefecerunt, referre possunt) quomodo (*m*) antiquitus ipse B. Petrus, sanctaque nostra Romana ecclesia idem detinuit patrimonium, & minime ipsum suscepimus in integro patrimonium, vel nostris missis contradictum est, sicut ipsi testes adfirmantes, coram sanctis Christi evangeliis testificantes dixerunt. Cod. Carol est LVI.

Sed petimus te, excellentissime fili, & magne rex, atque spiritalis compater, ut vestram apprehendere debeant dexteram, & jurantes dicant ipsi vestri nobilissimi, quid de eodem patrimonio Savinensi B. Petri præviderunt atque cognoverunt. Testem enim invoco Deum, quia nullorum fines irrationabiliter (*n*) appeto, sed sicut ex antiquitus fuit, ipsum jam fatum patrimonium, & id in integro beato Petro apostolo concessistis, ita suscipere optamus, (*o*) quatenus petimus vestram præcelsam regalem potentiam, ut pro amore ejusdem Dei apostoli, atque nostro, ipsos jam fatos fidelissimos vestros missos, aut unum ex illis, cum alia persona, quæ vobis placuerit, dirigere jubeatis, ut ipsum patrimonium Savinense, sicut cœpistis, in integro, justitia annuente, nobis contradatur. Quapropter usque in finem perseverare debeat vestra regalis potentia, sicut idem patrimonium in integro eidem Dei apostolo, pro vestræ animæ mercede, concessistis atque tradidistis: ut hic & in futuro, a Domino Deo nostro, & ab ipso clarigero regni cælorum, retributionem boni operis suscipere mereamini, una cum excellentissima filia nostra domna regina, nostraque spiritali commatre, & vestra nobilissima prole; atque memoriale vestrum in ecclesia ejusdem Dei apostoli opinatissime in æternum permaneat.

(*a*) *Lamb.* referuit (*b*) *Gretf.* Allonis fit etiam mentio infra epistola LXV
(*c*) *Lamb.* interficeretur (*d*) *Gretf. forte* mansos. *Lamb.* masas (*e*) *Lamb.* & Rhegii
(*f*) *Idem.* revertendum (*g*) *Idem.* deprecandum (*h*) *Gretf.* Summ. XXV. Bar. & Centur.
(*i*) *Lamb.* concedere jussistis (*k*) Christi evangeliis (*l*) *Gretf.* Monegarii. *Centuriat.* Machinarii
(*m*) *Lamb.* ex antiquitus (*n*) *Idem.* indigeo (*o*) *Gretf. videtur redundare, aut aliquid deest, cum quo cohæreat.*

neat. Incolumem excellentiam vestram gratia ANNO CHRISTI 771. superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de Mauricio episcopo, quod Histrienses ei oculos eruissent.

Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

Cod. Carol. ep. LVII. (a) CRedimus, quod jam ad vestræ a Deo protectæ excellentiæ aures pervenit de episcopo Mauricio Histrienſi, qualiter dum eum fidelem beati Petri & nostrum cognovissent nefandissimi Græci, qui in prædicto ibidem territorio residebant Histrienſi, & dum per vestram excellentiam dispositus fuit prænominatus Mauricius episcopus, ut pensiones B. Petri, quæ in superius nominato territorio (b) jacebant, exigeret, & eas nobis dirigere deberet, zelo ducti tam prædicti Græci, quamque ipsi Histrienses, ejus oculos eruerint, proponentes ei, ut quasi ipsum territorium vestrę sublimi excellentiæ tradere debuisset.

Propterea petimus a Deo protectam excellentiam vestram, amantissime fili, & magne rex, ut jubeas dirigere Marcario duci præcipiendum, ut jam fatum Mauricium episcopum, qui in visione vestræ excellentiæ præsentatus est, ut eum in suo episcopio reverti faciatis pro vestræ animæ mercede, eo quod ipse jam dictus episcopus ad nos properavit, & nos iterum eum direximus ad Marcarium ducem Forojulienſem, ut qualiter a vobis fuerit dispositus, ita peragere debeat. Et hoc petimus excellentiam vestram, ut per vestrum congruum dispositum (c) ipsa adprehendatur, prout salus populi, qui ibidem commoratur, proveniat. Incolumen excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad (d) domnum regem directæ, in qua continetur de transitu Constantini imperatoris & de Raginaldo duce Clusinæ, præfatus papa postulans ut ipsum (e) actum domnus rex ei habere non permitteret, eo quod multa mala in Castello Felicitatis indesinenter agere non desistebat.

(f) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Codi. Carol. ep. LX. EXcellentissimæ & a Deo protectæ Christianitati vestræ his nostris apostolicis innotescimus apicibus, perveniſſe ad nos, nuntiis præcurrentibus, quod Constantinus imperator divina evocatione de hac subtractus esset luce. Sed quia certum non didiceramus, hac de re vestræ a Deo protectæ excellentiæ indicare (g) distulimus. Nunc vero suggessit nobis sanctissimus ac reverendissimus frater noster Stephanus Neapolitanæ urbis episcopus, per has syllabas ea ipsa nobis (h) intimare, quas & septima die præsentis Februarii mensis suscipientes, easque peragrantes, confestim vestro regali culmini significare maturavimus, & pro magna sublimitatis vestræ satisfactione eosdem affatus infra hæc nostra scripta directa posuimus.

ANNO CHRISTI 771.

Interea & hoc vestræ præcellentiæ, dulcissime & amantissime fili, (i) dirigimus de perfido illo, & seminatore zizaniorum, atque instigatore humani generis æmulo Raginaldo, dudum in castello Felicitatis Castaldio, qui nunc in Clusina civitate dux esse videtur, eo quod plurima mala per suas iniquas summissiones spiritali matri vestræ sanctæ Dei ecclesiæ, & nobis (k) ingerere non desinit, dum omnino ea, quæ beato Petro principi apostolorum a vestra excellentia pro animæ vestræ mercede oblata sunt, per suum iniquum argumentum abstollere anhelat, & in suo proprio servitio ea habere desiderat. Unde & per semetipsum cum exercitu in eamdem civitatem nostram Castelli Felicitatis properans, eosdem Castellanos abstulit; & nequaquam credimus, benignissime fili, & christianissime rex, quod pro prædicti Reginaldi ducis exaltatione, mutationem feciſſet vestra a Deo corroborata regalitas, una cum excellentissima filia nostra regina, atque dulcissimis natis vestris, vel cuncto a Deo instituto Francorum exercitu, nisi pro sustentatione amatricis vestræ sanctæ Dei ecclesiæ, ut in vestro benigno certamine perenniter permanens eniteret.

Idcirco poscimus, & nimis supplicando insistimus, vestram a Deo illustratam potentiam, ut ob amorem beati Petri apostoli, nullo modo prænominatum Reginaldum ibidem in Tusciæ partibus esse permittatis. Sed neque illum ei agere (l) & non vobis hoc durum pareat pro dilectione qua in invicem compaginati sumus, fiducialiter hoc petere deducimus, & obtinere speramus: eo quod & sub Desiderii temporibus jurgia, & scandala frequenter (m) seminare non omittebat: sed, excellentissime fili, ut nos post Deum, (n) in tuo fortissimo brachio una cum universo nostro populo speramus, & die, noctuque pro vestra sospitate, atque victoriis (o) divinam exoramus clementiam, ita & cælestia tribuat possidenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de camerado, vel trabibus, seu lignamine, quod necesse erat ad ipsam ecclesiam sancti Petri faciendum & de corpore sancto, quod (p) Fulgatus petiit.

(q) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. ep. LXI. DIrectus a vestigio regalis excellentiæ vestræ (r) Deo amabilis diaconus noster, ve-

ster-

(a) *Lamb.* Credimus quod jam vestræ a Deo protectæ excellentiæ auribus perveniſſet
(b) *Idem.* rejacebant, exigeret, ut eas nobis dirigere debuisset, zelo ducti tam prædicti Græci, quamque de ipsis Histrienſibus, ejus oculos (c) *Idem.* ipse (d) *Lamb.* ad domnum Carolum
(e) *Greſ.* ducatum (f) *Greſ.* Summ. XXI. apud Baron. & Centur. (g) *Lamb.* differuimus
(h) *Idem.* intimanda (i) *Idem.* petendum dirigimus (k) *Idem.* ingerendum
(l) *Greſ.* concedatis. & *Lamb.* ei agendum, & non vobis hoc durum pareat, sed dilectione, qua invicem compagati sumus, fiducialiter hoc petendum deducimus (m) *Idem.* seminando
(n) *Idem.* in tuum fortissimum brachium (o) *Idem.* concedendis divinam
(p) *Greſ.* & *Lamb.* Fulradus (q) *Greſ.* Summ. XXVIII. Baron. & Centur.
(r) *Idem.* Oddo. *Lamb.* Addo

ANNO CHRISTI 771.

sterque fidelis, multa nobis consueta, quæ erga nos, & beatum Petrum apostolorum principem geritis (*a*) retulit, quatenus omnipotenti Deo, & ejusdem apostolo gratias egimus, indesinenter orantes pro vestra sospitate, atque ampla victoria: Porro, dilectissime atque excellentissime fili, sicut direxistis nobis nostram petitionem adimpleri pro trabibus ad restaurationem sanctæ ecclesiæ, poscimus vestram a Deo promotam excellentiam, ut Kalendis Augusti, hic ad limina beati Petri fautoris vestri, si fieri potest, paratæ inveniantur, ut exinde sempiterna memoria vestra & hic & in futuro permaneat. De *Camarado* autem, quod est (*b*) *hypocartosa* ad renovandum in basilica beati Petri apostoli nutritoris vestri, prius nobis unum dirigite magistrum, qui considerare debeat ipsum lignamen, quod ibidem necesse fuerit, ut sicut antiquitus fuit, ita valeat renovari. Tunc per vestræ regalis præcellentiæ jussionem dirigatur ipse magister in partibus Spoleti (*c*) & demandationem ibidem de ipso faciat lignamine, (*d*) quod in prædicto *hypocartosia*, hoc est *Camarado*, necesse fuerit, quia in nostris finibus tale lignamen minime reperitur. Et pro hoc sanctissimus frater noster Vvulcharius archiepiscopus nunc minime fatigetur venire, dum ipsum lignamen per semetipsum siccetur, quia dum viride est, non audemus exinde opera qualiacumque facere.

Præfatus autem (*e*) Addo Deo amabilis diaconus, olim dum cum fratre nostro Fulrado, Deo amabili, religioso abbate, & presbytero huc veniisset, petiit nos, ut ei corpus sanctum tribueremus. Sed nos, sicut jamdudum vobis direximus, per revelationem territi, nullo modo audemus ex ipsis sanctorum corporibus (*f*) amplius quid exagitare. Sed si vestra voluntas fuerit in corpore beati Candidi martyris, quod apud Vvulcharium fratrem nostrum archiepiscopum rejacet, si mutatum non est, sed ipsum est quod sanctæ recordationis prædecessor noster dominus Paulus papa concesserat dudum Aciulfo presbytero, una vobiscum ipsum illi concedimus sanctum corpus, quia per concilium, & fide dignas personas testimonium reddentes, ejus locum atque ecclesiam reperimus; unde jam a fato domno Paulo papa ipsum sanctum corpus apud jam dictum Aciulfum presbyterum concessum est.

De partibus autem Neapolitanis, sicut cum nefandissimis Græcis seu Beneventanis (*g*) conciliant, qualiter vobis insinuantes per nostras apostolicas syllabas direximus, omnia minutius in ore posuimus (*h*) fideliſsimi vestri missi, scilicet Addoni diacono, quod vobis enucleatius, simulque per ordinem enarrare debeat, ut sicut semper, & nunc per vestram a Deo confirmatam regalem potentiam sancta ecclesia exaltata (*i*) triumphet in ampliato honore, una cum spiritale filia nostra regina, seu præcellentissima vestra prole, (*k*) a terreno regno fulgentes in perpetuum cum sanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, pro exaltatione sanctæ ecclesiæ, & de orationibus ipsius apostolici.

(*l*) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

MEllifluæ & a Deo protectæ tuæ excellentiæ, benignissime fili, honorabiles suscepimus syllabas, (*m*) quibus & cum nimio amore liquido informati sumus. Sed omnipotens, clemens & misericors Deus, in cujus manu cor excellentiæ tuæ, bonæ & Deo imitabilis fili, regitur, corroboret cor & mentem tuam, & brachium suæ potentiæ tibi extendat. Nos quidem die noctuque nunquam desistimus cum sacerdotibus, cunctoque christiano populo, in confessione beati Petri principis apostolorum, suppliciter exorare, ut una cum excellentissima filia nostra regina, & præcellentissima vestra nobilissima prole, victorem te super omnes barbaras nationes faciat, quatenus omnes sub tuo brachio humiliati vestigia pedum tuorum prorsus osculentur, & ecclesia Dei a vestra a Deo instituta regali potentia (*n*) nimirum exaltetur. Nunquam enim credimus, quod semel pollicitus es super venerabile corpus B. Petri clavigeri regni cælorum, ut quælibet falsa potestas, seu principatus poterit tuam firmissimam excellentiam segregare a charitate & amore, quem a cunabulis tuis B. Petro principi apostolorum habuisti, sed in ea fide & dilectione, simulque & promissione te confidimus permanere, in qua & nos firmi & stabiles, quod facie ad faciem polliciti sumus, Domino præsidiante, & beato Petro principe apostolorum mediante, usque in finem manemus. Unde omnipotens, pius & misericors Deus longo ac prospero senio una cum præcellentissima filia nostra regina, & nobilissima sobole regni gubernacula faciat perfrui, & vitam æternam vobis tribuat possidendam. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Cod. Carol. est LXII.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur quod Neapolitani cum Græcis civitatem Terracinensem invasissent.

(*o*) *Domno excellentissimo filio Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

NUllum plus credimus victoriosissimæ regalis excellentiæ vestræ uti præsidium (*p*) quam quod erga beatum Petrum Apostolorum principem, & pro ejus sanctæ ecclesiæ exaltatione, sicut cœpistis, usque in finem (*q*) decertari, quatenus salutantes triumphatorissi-

Cod. Carol. est LXIV.

(*a*) *Lamb.* referuit (*b*) *Idem.* hypocartosis (*c*) *Gretſ. forte* de mandatione
(*d*) *Lamb.* quod in prædicta hypocartosi (*e*) *Gretſ.* Oddo (*f*) *Lamb.* amplius exagitare
(*g*) *Idem & Gretſ.* consiliant (*h*) *Lamb.* fideliſſimo vestro misso (*i*) *Idem.* triumphet & vos in ampliato honore, una cum spiritali filia nostra (*k*) *Idem.* in terreno
(*l*) *Gretſ.* Summ. XIX. Baronio ibidem (*m*) *Lamb.* quas & cum (*n*) *Gretſ. forte* nimiam
(*o*) *Gretſ.* Summ. XVII. Baronio & Centuriat. principium corruptum est. (*p*) *Lamb.* quam nos eo quod erga (*q*) *Idem.* decertare non cessatis. Quatenus salutantes triumphatoriſſimam erga nos benevolentiam vestram

ANNO CHRISTI 771.

ANNO CHRISTI 771.

ſtissimæ erga vos benivolentiæ veſtræ per hos noſtros affatus enucleatius vobis de partibus iſtis inſinuamus, qualiter nefandiſſimi Neapolitani (*a*) & Deò odibiles Græci, præbente malignum conſilium Arighis duce Beneventano, ſubito venientes, Terracinenſem civitatem, quam ſervitio beati Petri apoſtolorum principis & veſtro atque noſtro antea ſubjugavimus, nunc autem in valido conſilio, iterum ipſi jam fati nefandiſſimi Neapolitani cum perverſis Græcis invaſi ſunt. Nos quidem ſine veſtro conſilio nullatenus ibidem dirigere voluimus. Sed poſcimus veſtram a Deo promotam regalem excellentiam, ut ſicut ſolita eſt, pro amore beati Petri clavigeri regni cælorum, diſponere debeat, & celeriter nobis (*b*) Vvulfrinum dirigere, ut hic apud nos Kalendis Auguſti paratus eſſe feſtinet, atque talem eidem mandationem facere jubeatis, ut cum omnibus Tuſcanis, ſeu Spoletanis atque cum ipſis nefandiſſimis Beneventanis in ſervitio veſtro pariterque noſtro ad (*c*) recolligendam ipſam civitatem Terracinenſem adveniant, ſimulque Domino annuente ad expugnandum Cajetam ſeu Neapolim, noſtrum recolligentes patrimonium, quod ibidem in territorio Neapolitano ponitur, occurrant, ut eos in omnibus ſubjugantes, ſub veſtra atque noſtra ſint ditione.

Placitum quidem (*d*) cum ipſi fallaces Neapolitani per miſſum eorum, nomine Petrum, in feſtum ſanctum Paſchæ habuimus, patrimonium nos beati Petri apoſtoli, quod ibidem in Neapoli ponitur, exquirentes, & in veſtro ſervitio eos ſubjugare deſiderantes: ut quindecim obſides ex nobiliſſimis eorum filiis nobis dantes ipſam civitatem Terracinenſem illi colligerent, ſub ea videlicet ratione, ut iſſent ad patricium eorum in Sicilia, & ſi noſtrum patrimonium reddere voluiſſent, ipſam civitatem & obſides reciperent. Sed nos ſine veſtro conſilio neque obſides, neque ipſam civitatem reddere habuimus, eo quod pro veſtro ſervitio ipſos obſides apprehendere cupiebamus; quia eorum malignum conſilium aliud non eſt, niſi una cum infideliſſimo (*e*) Arighi duce Beneventano tractantes, & quotidie miſſos nefandiſſimi patricii Siciliæ, ipſo Arighi ſuſcipiente, impedimentum jam fatus Arighus ſolus fecit, ut minime nos obſides a jam dictis Neapolitanis reciperemus: quia quotidie ad iſtam perditionem filium nefandiſſimi Deſiderii dudum, nec dicendi regis Langobardorum, exſpectat, ut una cum ipſo pro vobis nos expugnent. Sed hoc petimus veſtram a Deo promotam excellentiam, ut nulla qualiſvis perſona vobis pro hoc impedere valeat, pro amore beati Petri & noſtro; quia nullo modo poteſt eos ſinere, ut vobiſcum pariter ab illis derideamur, quia noſtra virtus atque gloria una cum beato Petro apoſtolorum principe vos eſtis. Nos quidem pro nihilo (*f*) deputamus ipſam civitatem Terracinenſem, ſed, ut non per illum vitium incurrat, (*g*) ut infideles Beneventani, ſicut deſiderant, locum invenientes, a veſtra ſubtrahantur fide. Idcirco iſta vobis inſinuantes dirigimus, ut per veſtrum adminiculum, ſicut fati ſumus, eccleſias protectoris veſtri beati Petri apoſtoli exaltata, laus veſtra, atque victoria in univerſo mundo ſonetur, & in perpetuum una cum excellentiſſima filia noſtra regina (*h*) atque præcellentiſſimis veſtris ſuboles, cum ſanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de venumdatione mancipiorum genti paganæ Sarracenorum factæ, & prædictus papa excuſans, Romanos nunquam tale ſcelus perpetraſſe, ſed a Langobardis & Græcis eos traditos eſſe dicit.

(i) Domno excellentiſſimo filio Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

Cod. Carol. eſt LXV.

INſignis præconii veſtræ a Deo fundatæ regalis potentiæ ſyllabas ſuſcepimus, & Deo omnipotenti gratias egimus, qui nos certos reddidit de ſoſpitate a Deo protecti regni veſtri, ſimul & de ſpiritali filia noſtra regina dulciſſima veſtra (*k*) conjuge & prole (*l*) & pro cunctis epiſcopis, diverſis ſacerdotibus, ſenatu, & univerſo a Deo conſervato populo Francorum. Cognitor enim & ſcrutator cordium & renum Deus noſter, quia & ſincere, ſine qualibet occaſione, in veſtra melliflua regalis potentiæ permanemus charitate, & deprecamur Dei omnipotentis clementiam cum noſtris epiſcopis, ſacerdotibus, clero, atque ſenatu & univerſo noſtro populo, ut vobis indeſinenter victorias tribuat, & veſtrum dilatet regnum ad exaltationem ſpiritalis matris veſtræ ſanctæ Dei Romanæ eccleſiæ, & ſalutem populi nobis a Deo commiſſi, quia veſtra exaltatio noſtra eſt lætitia, & deſideramus & cupimus quæ bona ſunt atque proſpera de veſtro a Deo protecto regno, & omnium Francorum ſalutaria addiſcere, quia nos poſt Deum in alio fiduciam non habemus, niſi in veſtro fortiſſimo brachio. Et ſicut prædeceſſor noſter domnus Stephanus papa, bonam habuit fiduciam in genitore veſtro ſanctæ recordationis domno Pippino rege, ita & nos multo amplius in veſtro fortiſſimo regno confidimus & certi permanemus.

(*m*) Reperimus etiam in ipſis veſtris melliſluis apicibus de venalitate mancipiorum, quaſi per noſtros Romanos venumdati fuiſſent Genti nefandæ Saracenorum. Sed nunquam, quod abſit, in tale declinavimus ſcelus, aut per noſtram voluntatem (*n*) factum fuit, ſed in litoraria Langobardorum ſemper navigaverunt, nec dicendi Græci, & exinde emebant ipſam famiſiam & amicitiam cum ipſis Langobardis fecerunt, & per eoſdem Langobardos ipſa ſuſcipiebant mancipia. In quibus & direximus exinde Alloni duci, (*o*) ut præpararet plura navigia, & comprehenderet jam dictos Græcos,

(*a*) *Idem.* una cum Deo odibiles Græci. (*b*) *Idem.* Wulfinum (*c*) *Idem.* recolligendum
(*d*) *Greſ. & Lamb.* cum ipſis fallaqibus (*e*) *Greſ.* Arichi, *& Lamb.* Arighis, *& ſic alibi*
(*f*) *Lamb.* reputamus (*g*) *Idem.* & infideles (*h*) *Idem.* atque præcellentiſima veſtra ſobole
(*i*) *Greſ.* Summ. XVI. Baronio & Centuriat. (*k*) *Lamb.* conjuge prole etiam & pro cunctis
(*l*) *Greſ.* videtur aliquid deeſſe pertinens ad ſuſas preces pro Carolo, & univerſi regni fratribus.
(*m*) *Lamb.* Reperimus enim in ipſis veſtris melliſluis apicibus pro venalitate mancipiorum, ut quaſi per noſtros Romanos venumdari ſuiſſent in gentem nec dicendam Saracenorum. (*n*) *Idem.* factum fuiſſet
(*o*) *Idem.* ut præpa.are debuiſſet plura navigia

ANNO CHRISTI 771.

——cos, & naves eorum incendio concremaret. Sed noluit noſtris obtemperare mandatis, quia nos nec navigia habemus, nec nautas, qui eos comorehendere potuiſſent. Tamen in quantum valuimus, Domino proferimus teſte, quia magnum exinde habuimus certamen, cupientes hoc ipſum ſcelus vetare, qui & naves Græcorum gentis in portu civitatis noſtræ Centumcellenſium comburi fecimus, & ipſos Græcos in carcere per multa tempora detinuimus. Sed a Langobardis, ut præfati ſumus, multa familia venumdata (*a*) fuit, dum famis inopia eos conſtringebat, quia alii ex ejuſdem Langobardis propria virtute in navigia Græcorum aſcendebant, dum nullam habebant ſpem vivendi.

De ſacerdotibus autem noſtris, quod vobis falſo & contra Deum & animam eorum, ſuggerere auſi ſunt, mentita eſt iniquitas ſibi, & nulla eſt, Domino annuente, in noſtris ſacerdotibus pollutio, nec talia credere debet veſtra ſublimitas. Dum vero, Domino cooperante, per interceſſiones ſanctæ ſemper virginis Mariæ Dominæ noſtræ, & beati Petri apoſtolorum principis, in vinculo charitatis atque dilectionis nos adnectere dignatus eſt, nunc vero quærunt æmuli noſtri, qui ſemper zizania ſeminaverunt, aliquam illis Deo contrario inter partes malitiam ſeminare. Sed Domino auxiliante, per interceſſiones beati Petri apoſtoli, prævalere minime habebunt, quia nos cum Domini virtute talem in veſtro regali culmine habemus fiduciam: dicit enim pſalmiſta: (*b*) *Diſperdat Dominus omnia labia doloſa, & linguam maliloquam:* qui talia nobis inaudita mala ſuggerunt, & crimina in noſtris ſacerdotibus ponunt. Deus auctor noſter ſuæ protectionis dextera vos conſervare dignetur ad exaltationem ſanctæ Dei Romanæ eccleſiæ. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de trabibus majoribus ad eccleſias (*c*) reſtaurandas, quas domnus rex ei dare præceperat: & ipſos actores negligentes nihil exinde, ſicut eis a dicto rege injunctum fuerat, feciſſe dicit, & de ſtanno ad ipſam eccleſiam ſancti Petri (*d*) recooperiendam.

(*e*) *Domno excellentiſſimo filio, noſtro ſpiritali compatri, Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. eſt LXVI.

SÆpe a Deo protectæ regali potentiæ poſcentes direximus, ut pro mercede animæ veſtræ trabes majores ad eccleſias Dei reſtaurandas, per veſtrum regale præſidium emittere juberetis, & nullum ab illis, quibus præceptum eſt, ſuſcepimus effectum, quatenus & ipſæ eccleſiæ in quibus nobis trabes majores neceſſariæ ſunt ex parte ruerunt, & alias ruere conſpicimus, & ipſas trabes præſtolantes, (*f*) quid agendum neſcimus; & pro hoc in magna triſtitia degentes exiſtimus. Quapropter obnixe veſtram triumphatoriſſimam excellentiam poſcentes quæſumus, ut nulla deinceps eveniat mora, ſed per veſtrum a Deo protectum regale diſpoſitum nobis ipſas trabes majores celerius emittere præcipiatis: ut nullo modo quemlibet neglectum ponere audeant, quia (*g*) confidentes prorſus exiſtimus, quantæ Dei eccleſiæ ex ipſis trabibus reſtauratæ fuerint, in veſtrum ſempiternum memoriale, ſeu domnæ reginæ, veſtræque nobiliſſimæ ſubolis reſtaurantur. Quapropter poſcimus ut veſtrum proprium idoneum miſſum dirigere jubeatis, qui ipſos actores, qui pro jam dictis trabibus neglectum ponere auſi ſunt, diſtringere debeat, ut ipſe nobis eas tradere per veſtrum diſpoſitum ſtudeat, ut exinde magnam, ut fati ſumus, recipere valeatis mercedem.

Porro & hoc veſtræ regali potentiæ innoteſcimus, quia (*h*) Arichis Beneventanus dux juſtitias de hominibus ſuis quærens, (*i*) exercitum duxit ſuper Amalphitanos ducatus Neapolitani, & undique eos circumvallans, incendit omnes poſſeſſiones eorum, atque habitacula foris poſita. Quo audito, Neapolitani direxerunt in adjutorium ipſorum plures (*k*) homines, qui vincentes eos, interfecerunt plurimam multitudinem ducatus Beneventani. Unde cum cæteros (*l*) plures, tum optimates captivos apud ſe habent. Quod in his vero partibus actum eſt, vobis enucleatius enunciare feſtinavimus.

Simili modo & hoc recordari credimus veſtram a Deo promotam præcellentiam, qualiter pro amore beati Petri clavigeri regni cælorum, & ejuſdem eccleſiæ reſtaurationis, pro ipſius aulæ tecto, veſtra excellentia nobis eſt pollicita dirigere ſtani libras mille. Simili modo & Itherius veſter fideliſſimus per veſtrum eximium diſpoſitum, ſimiliter alias mille libras dirigere promiſit. Pro quo poſcentes petimus veſtram regalem præcellentiam, ut ipſum ſtannum nobis per veſtrum bonum diſpoſitum dirigere jubeatis, quia ipſa eccleſia fautoris veſtri beati Petri (*m*) tempore verno ab aquis nimis invaluit, & unde ejus aulæ tectum reſtauremus, minime habemus. Sed obnixe petimus, ut per comites veſtros, qui in Italia ſunt actores, ipſum jam dictum ſtannum dirigere jubeatis, per unumquemque comitem libras centum, ut dignam pro hoc ab ipſo Dei apoſtolo retributionem ſuſcipere mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de (*n*) moſivo, atque marmore palatii (*o*) Ravennatæ civitatis. Prædictus papa domni regis ditioni, vel quicquid exinde facere voluiſſet, libenti animo ſe tribuere dicit.

(*p*) *Domno excellentiſſimo filio, noſtroque ſpiritali compatri, Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. eſt LXVII

PRæfulgidos atque nectareos regalis potentiæ veſtræ per (*q*) Aruinum ducem ſuſcepimus

(*a*) *Idem.* ſunt (*b*) *Greſſ.* pſal. (*c*) *Lamb.* inſtaurandum (*d*) *Idem.* recooperiendum
(*e*) *Greſſ.* Baronio ibidem Summ. XV. (*f*) *Lamb.* quid agere (*g*) *Idem.* freti prorſus
(*h*) *Idem.* Arighis (*i*) *Idem.* exercitavit (*k*) *Idem.* homines & exſurgentes ſuper eos
(*l*) *Idem.* plures exinde optimates. (*m*) *Idem.* tempus vernum ab aquis nimis invaleſcit... reſtaurare
(*n*) *Greſſ.* muſivo (*o*) *Lamb.* Ravennatis eccleſiæ (*p*) *Greſſ.* Summ. XII. Bar. & Cent.
(*q*) *Lamb.* per Aruinum ſuſcepimus

ANNO CHRISTI 771.

mus apices, in quibus referebatur, quod palatii Ravennatis civitatis musiva atque marmora, cæteraque exempla tam in strato quam in parietibus sita vobis (a) tribueremus. Nos quippe libenti animo, & puro corde cum nimio amore vestræ excellentiæ, tribuimus effectum, & tam marmora quamque mosivum, cæteraque exempla de eodem palatio vobis concedimus (b) auferenda, quia per vestra laboriosa regalia certamina (c) multis bonis fautoris vestri beati Petri clavigeri regni cælorum ecclesia cotidie fruitur, quatenus merces vestra copiosa adscribatur in cælis.

Suscepimus etiam per eumdem Aruinum equum utilem unum a vobis directum. Alius autem qui cum ipso directus est, defectus in ipso itinere mortuus est. Unde ob vestram memoriam maximam referimus grates. Sed secundum nostrum amorem, quem ex intimo corde erga vestrum habemus præfulgidum regnum tales nobis famosissimos emittite equos, qui ad nostram sessionem facere debeant, in ossibus atque plenitudine carnis decoratos, qui dum in omnibus aspectibus laudabiles (d) existunt, vestrum præfulgidum triumphis laudare valeant nomen. Et pro hujusmodi re, sicut soliti estis, dignam ab ipso Dei apostolo suscipere valeatis retributionem, ut unam cum nobilissima regina, vestraque nobilissima prole, in hoc mundo regnantes, in ætheriis arcibus vitam æternam adipisci mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de territorio Savinense, qualiter Itherius, & Maginarius missi domni regis ipsum territorium in integro partibus sancti Petri reddere voluerunt, sed propter iniquos homines minime potuerunt.

(e) *Domno excellentissimo filio, noſtroque ſpirituali compatri, Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod Carol. est LXVIII.

(f) AD referendum præcellentissimæ regalis potentiæ vestræ beneficiis gratias, mens humana, ut reor, fari non potest, de tantis laboriosis certaminibus, quæ erga fautorem vestrum beatum Petrum apostolorum principem, & nos geritis (g) cotidie bonitas suffragia, quatenus ab ipso Dei apostolo dignam retributionem & hic & in futuro vestra (h) protectissima excellentia proculdubio credat habere.

Euntes autem apud Savinense territorium nostri, vestrique fidelissimi missi, videlicet Itherius venerabilis abbas, seu Maginarius religiosus capellanus, sicut per vestrum bonum dispositum, voluerunt nobis contradere in integro jam fatum Savinense territorium, & minime potuerunt, mittentes varias occasiones perversi & iniqui homines. Tamen & ipsi jam fati fidelissimi missi omnia vobis subtiliter vice nostra referre possunt. Quapropter vestræ a Deo protectæ regali potentiæ reverendissimum missum nostrum Stephanum, dudum sacellarium, direximus suggerendum, ut pro mercede animæ vestræ, sicut cæpistis, ita in integro (i) jam sato territorio Savinense, regni cælorum clavigero contradere jubeatis; (k) ut ipse Dei apostolus pro vestra a Deo promota regali præcellentia præcipue suffragans, cum sanctis omnibus regnare mereamini. Quatenus pro ejusdem Dei apostoli amore, & mercedis animæ vestræ, unum e duobus jam satis missis cum præfato Stephano misso nostro, nobis dirigere jubeatis, ut sicut ex antiquitus fuit, & in veritate jam fati vestri fideles missi satisfacti sunt in integro (l) nobis contradere præcipiatis, & signa inter partes constituentes, ut sine qualibet contentione aut controversia maneamus, ut opinatissima vestra memoria pro hoc in cælestibus regnis maneat ampliata. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ, & de territorio Savinense, quemadmodum prædictus rex sancto Petro pollicitus fuerat, quod in integro contradere juberet.

(m) *Domno excellentissimo filio, noſtroque ſpiritali compatri, Carolo regi Francorum, & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Caro. est LXIX.

BEatus David rex & propheta spiritu Sancto repletus pro futuri regni vestri erga beati Petri Apostolorum principis sanctam ecclesiam benevolentiam, dignaque solatia ac splendidissima rutilantia orans, canit & dicit: (n) Manda, Domine, virtutem tuam. *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis a templo sancto tuo, quod est in Hierusalem. Tibi offerunt reges munera.* Ex quibus muneribus ditata spiritalis mater vestra sancta catholica & apostolica Romana ecclesia per vestra a Deo protecta laboriosa certamina relevata exultat, a templo beati Petri, fautoris vestri. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*, crebro orantibus in vobis triumphum, & mandat cotidie virtutem suam per beatum Petrum apostolorum principem, vobis subjiciens omnes barbaras nationes, dilatans atque amplius exaltans in toto orbe terrarum vestrum splendidissimum regnum. Et quoniam non valet linguæ nostræ ferculum, ut dignum est, de vestro præcelso, mihique dulcissimo amore explicare, apostolica voce proclamamus, dicentes: (o) *multifariæ, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis*, per unigeniti sui magnificæ operationis virtutem ostendit magnalia in orbe terrarum, donans vobis per beatum Petrum clavigerum regni cælorum victorias, (p) quas dextra Dei cooperante, & protegente, multis documentis de vestris allatis

mune-

(a) *Idem.* tribuissemus (b) *Idem.* abstollendum (c) *Idem.* multa bona fautoris
(d) *Idem.* existere valebunt ..... niteant nomen (e) *Greſ.* Summ. XIII. Bar. & Centuriat.
(f) *Greſ.* Summ. XIII. Bar. & Centuriat. (g) *Lamb.* cotidie, quatenus per hæc bonitatis suffragia ab ipso &c. *Greſ.* hæc depravata sunt. (h) *Lamb* præfectissima
(i) *Idem & Greſ.* jam fatum territorium (k) *Lamb.* ut ipso Dei apostolo ..... suffragante, cum
(l) *Idem.* nobis eum contradere. (m) *Greſ.* Summ. XIV. Bar. & Centuriat.
(n) *Idem.* psalmo LXVII. (o) *Idem.* ad Hebræos epist. Paulus cap. I. (p) *Idem & Lamb.* quibus

ANNO CHRISTI 774.

muneribus, ecclesia beati Petri enituit, tam de civitatibus, quam de diversis territoriis sub integritate eidem Dei apostolo a vobis (*a*) offertis. Et ideo poscentes vestram a Deo promotam regalem clementiam petimus, ut sicut a vestra prærectissima excellentia beato Petro nutritori vestro, pro luminariorum concinnationibus, atque alimoniis pauperum, Savinense territorium sub integritate concessum est, ita id tradere integrum eidem Dei apostolo, præsidiante vestro præcellentissimo annisu, dignemini. Quicquid enim regni cælorum Janitori beato Petro apostolo adfertis, in sempiterna memoria pro vobis, simulque & præcellentissima filia nostra & spiritali commatre domna regina, & pro vestris nobilissimis atque excellentissimis natis, nec non & pro omni Christo dilecta genealogia vestra sacrificium purissimum atque holocaustum divinæ suavitatis odore fragrante in ara vestri pectoris ejus invisibili majestati mactatis, & pro tam magna vobis concessa a Deo super omnes reges per beatum Petrum gratia, nullus sit de adversariis, qui vestro mellifluo cordi suadere valeat, ab amore beati Petri apostoli protectoris vestri, seu a nostra dilectione, quam usque optantes (*b*) permanemus, ut non deficiat laus vestra per totum orbem terrarum de ore hominum, victorias vobis a Deo concessas prædicantium, ac diffamantium.

Magnopere enim direximus vestræ regali potentiæ fidelissimos missos nostros, videlicet dilectissimum filium nostrum Agathonem diaconum seu Theodorum eminentissimum consulem & ducem, nostrumque nepotem, qui vice nostra vobis enucleatius, sicut ejus in ore posuimus, poscentes suggerant. Quos petimus pro amore beati Petri apostoli, benigne cum nimio amore eos suscipere, & illis pro causis beati Petri principis Apostolorum, vestræ a Deo protectæ regali potentiæ suggerentibus dignemini obaudire preces, ut dum a vobis remeaverint, & nobis vestram renuntiaverint prosperitatem, referentes simul de causis ejusdem Dei apostoli effectum, & noster pro hoc relevatus fuerit animus, digne valeamus cum propheta psallentes orare: (*c*) *Domine salvum fac regem, & exaudi nos in die quæ invocaverimus te*. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam suam, quam cœpit, perficiat atque vitam vestram una cum præcellentissima filia nostra, & spiritali commatre, domna regina, vestraque nobilissima prole, & hic per multorum annorum circula extendat: simul gubernacula annuatim ampliori culmine victoriis perfrui & post longa tempora, senioque (*d*) profecto, in cælestis vos patriæ congregationem recipiat, ut ibidem sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

(*e*) Perioche hujus epistolæ in mſ. codice nulla est. Ex Baronio igitur accipe istud summarium. „ Carolus per Georgium episcopum „ papæ de suis certaminibus & laboribus pro „ beato Petro susceptis indicaverat. Quare „ Hadrianus ipsi gratias maximas agit, commendans ipsi Georgium episcopum.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

ANNO CHRISTI 774.

OMnipotens Deus repertor omnium, in cujus manu sunt omnia jura regnorum, reperiens secundum cor suum vestram excellentissimam regalem potentiam, ipse eam ad magnam consolationem atque exaltationem spiritalis matris vestræ sanctæ catholicæ atque apostolicæ concessit ecclesiæ, quem vice apostolica poscimus, præmia vobis vitæ donari æternæ. Quapropter suscipientes Georgium reverentissimum & sanctissimum episcopum nostrum a vestra triumphatissima præcellentia, tanta bona de vestro laborioso certamine, atque beneficia, quæ erga beatum Petrum clavigerum regni cælorum & nos geritis, denuntiavit. Quæ si enucleatius exarare voluissemus, nullus ori nostro sufficeret sermo, ut opinor; sed ipse princeps apostolorum fautor vester beatus Petrus, pro cujus amore hæc omnia geritis, ipse vestrum protecat, atque in omnibus dirigat in triumphis regnum. Cod. Carol. est LXX.

(*f*) Verum fidelem ipsum reverendissimum, & sanctissimum præfatum episcopum, vestrum nostrumque reperientes, nimis eum vobis commendari poscimus, ut secundum suam certam fidem atque dilectionem, quam erga vos & nos gerit, ita consolatus, prorsusque totus, nobis poscentibus, a vestra præfulgida regali potentia per se (*g*) clamare, ut dum per (*h*) vestram suggestionem, vestram ampliatam super se præcipuam habuerit undique benivolentiam, quietus pro vobis valeat fundere preces, nosque in confessione beati Petri apostolorum principis (*i*) solitas orationes enixius pro vobis fundentes, super omnes barbaras nationes victores inveniamini, atque una cum præcellentissima filia nostra, & spiritali commatre domna regina, vestraque nobilissima subole, regni gubernacula (*k*) in ævum fruentes, in ætheriis arcibus cum sanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

(*l*) Indicat quomodo contentionem monachorum ad se missorum composuerit. Et quod Potho abbas cum decem monachis ad Carolum regem proficisci voluerit, ut ibidem quoque de objectis criminibus se purgaret.

(*m*) *Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

PRæcelsas ac a Deo inspiratas per reverentissimum ac sanctissimum Possessorem archiepiscopum, fidelissimum missum vestrum, sagacissimas syllabas suscipientes, valde in his noster relevatus est animus, regales triumphos in eis atque sospitates reperientes. Et pro hoc magnas omnipotenti Deo (*n*) tulimus grates, in aula fautoris vestri beati Petri apostoli divinam Cod. Carol. est LXXII.

(*a*) *Gretſ.* oblatis. (*b*) *Idem.* permanemus recedere, ut non (*c*) *Gretſ.* psalmo XIX. (*d*) *Idem.* provecto. *Lamb.* perfecto (*e*) *Murat.* Verba sunt Gretseri, qui hujusmodi titulum præfixit huic epistolæ (*f*) *Lamb.* Verum quippe (*g*) *Gretſ.* amari (*h*) *Lamb.* vestrum suggestum (*i*) *Idem.* solite (*k*) *Idem.* in ævo (*l*) *Gretſ.* ex Baronio (*m*) *Idem*, Summ. XL. Baronio, & Centuriatoribus (*n*) *Lamb.* referimus

ANNO CHRISTI 772.

nam exorantes clementiam. Referebatur quippe in ipsis vestris regalibus apicibus, quia causa vestra nostra sit, & nostra vestra. In hoc vero freti existimus, quia divina inspiratione veritas hæc proculdubio a vobis exarata prorsus omnibus manifesta ac certa splendescit. (*a*) Et quoad nostrum judicium canonice simulque regulariter contentiones inter monachos venerabilis monasterii sancti Vincentii & abbates ejusdem monasterii, scilicet Autbertum & Pothonem, discuti atque examinari vestra direxit præcelsa regalis excellentia. Ipse quippe præfatus (*b*) Autbertus abbas, dum callem itineris peragraret, repentina morte occupatus, minime nostris apostolicis valuit se manifestare præsentiis.

Quapropter convenientes plures ex primatibus monachis cum præfato Pothone abbate ipsorum, adstiterunt omnes pariter in conspectu apostolici decreti nostri. Qui residentes una cum reverendissimo & sacratissimo Possessore archiepiscopo, seu Ansoaldo abbate venerabilis monasterii sancti Petri, pariter Aquilino abbate (*c*) deva regio, atque Raginbaldo abbate venerabilis monasterii sanctæ Dei Genitricis, simulque Gisulfo abbate venerabilis monasterii sancti Petri, Hiltibrando duce Taciperto, & Grandulo, simulque nostris adstantibus servitiis, Theophylacto bibliothecario, Stephano sacellario, Campulo notario, Theodoro duce, & cæteris pluribus. Et dum ingressus fuisset Rodigausus ejusdem monasterii monachus, referebat adversus eumdem Pothonem abbatem testimonium dicens: *Domine, dum cursum horæ sextæ expleßemus, & secundum consuetudinem pro regis incolumitate, ejusque prole propheticum decantaremus psalmum, videlicet:* (*d*) *Deus in nomine tuo salvum me fac, subito surrexit abbas, & psallere noluit.* Item referebat quia, *pariter peragrantes, cœpit abba dicere: quid tibi videtur de hac causa, quia exinde exspectavi signum videre, & minime vidi. Tunc ego respondi: Deus omnipotens humiliter cor ipsius, & faciat nos incolumes reverti, quia non sant talia nostra merita, ut taliter agnoscere mereamur. Et dixi mihi abba iterum, quia si mihi non fuisset pro monasterio & Terra Beneventana, talem eum habuissem, sicut unum canem. Et iterum adversus eum addidit, quia tanti ex Francis remansissent, quantos ego in humero* (*e*) *vedare valeo.*

Et dum a nobis scisitatus fuisset præfatus Potho abbas, si ita esset, cum nimia satisfactione respondit, dicens; *quia semper congregatio nostra pro ejus excellentia, simulque pro ipsius prole, procul dubio in monasterio psallit. Sed dum in opera essem* (*f*) *cum ipso & ceteri infantes, expleta oratione, prostrati in terra initiantes psallerent: Deus in nomine tuo salvum me fac, subito surrexi pro opera, quæ ad utilitatem ipsius monasterii fiebat.* (*g*) *De itineris vero collocutione, nullo modo ad injuriam ejus regalis excellentiæ quicquam locutus sum, nisi fatus sum: quod si pro monasterii desertione, seu terra illa mihi non fuisset, omnino in talem pergere habuissem locum, ubi neminem curassem. Porro de Francis quod fatus est, nullo modo talia* (*h*) *protuli, aut ex meo exivit ore.* (*i*) *Sed cum talia ex omni parte mihi opponit*, & a nobis interrogatus fuisset prænominatus Rodigausus, si hæc alii cum eo audissent, tunc adfirmavit, quia solus esset, & nullus secum alius audisset. Tunc plures ex ipsis priores monachi asserebant testimonia pro ipso Rodicauso, dicentes: *quia in stupro captus cum propria nepte sua, ex presbytero monachus effectus est, & tale crimen adversus abbatem nostrum imponere minime valebit, quia a sacris canonibus respuitur.*

ANNO CHRISTI 774.

Et introducti sunt alii tres monachi, qui cum Hiltibrando duce venerunt, & cum Autberto abbate (*k*) morati erant adferentes adversus Pothonem abbatem. *Quia nos cupientes* (*l*) *ad excellentissimum regem peragrare, a custodia comprehensi sumus & in carcerem missi.* Ad hæc respondit antedictus abba. *Veritas est, quia custodes habui* (*m*) *in ponte non ut eos, qui ad regem irent, devetarent. Sed eos, qui suam regulam relinquunt, & ad suum vomitum in sæculo, peccato imminente, revertunt, eos comprehendere jussi. Et tunc, quando dicunt, ibidem minime fui sed* (*n*) *ad magnum regem iter carpebam.*

Tunc nos liquidus pertractantes, & sacrorum canonum instituta inquirentes, reperimus in concilio Calcedonensi cap. 18. confirmante ita. *Conjurationis & conspirationis crimen, & ab exteris est legibus prohibitum: multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere convenit &c. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut clericis, gradu proprio penitus abjiciantur.* Item cap. II. *clericos aut laicos accusantes episcopum aut clericos, passim & sine probatione, accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.* Simul & in Africano concilio cap. 8. fertur. *Præterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis, qui existimant majores natu, vel episcopos passim vageque in accusatione pulsandos, debent tam facile admitti, nec ne?* Aurelius episcopus dixit: *Placet igitur charitati vestræ, ut is, qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem adversus majorem natu non habeat accusandi? Ab universis episcopis dictum est: Si criminosus est non admittatur, placet.* Et hæc omnia considerantes, & quoniam habet (*o*) has proprius hostis insidias, ut quos in pravorum actuum perpetratione, Deo sibi resistente, recipere non valet, opiniones eorum falsas ad præsens simulando dilacerat. Et quia utrum vera essent, an non, districta diutius per triduum feciſſemus inquisitione perquiri, & nullam in ea de his, quæ dicta fuerant, culpam inveniſſemus. Sed ne quid nobis videretur omissum, aut (*p*) vestro potuisset cordi dubium remanere, præfatum abbatem Pothonem sacramentum proferre decrevimus: quia nulla talia pro infidelitate regalis vestræ potentiæ dixisset. Sed nec aliquando eidem magno regi infidelis fuit, vel erit cunctis diebus vitæ suæ. Simul & alii decem primates monachi ipsius venerabilis monasterii, quinque ex

gene-

(*a*) *Idem.* Et quoniam ad nostrum (*b*) *Idem.* Autbertus dudum abbas..... peragratus
(*c*) *Idem*, devaregio, & *Greif.* locus corruptus (*d*) *Idem.* psalmo LIII.
(*e*) *Idem.* vectare, & *Lamb.* vegetare (*f*) *Lamb.* cum ipse, & cæteri infamantes, expleta
(*g*) *Idem.* De vero itineris collocutione (*h*) *Idem.* proferui (*i*) *Idem.* sed contagio ex omni parte mihi opponit. Dum igitur a nobis interrogatus fuisset prænominatus Rodigautus *Greif.* videtur aliquid deesse.
(*k*) *Lamb.* moraverunt (*l*) *Idem.* apud (*m*) *Idem.* in ponte non eos, qui apud regem irent, devetare; sed eos (*n*) *Idem.* apud (*o*) *Idem.* hoc (*p*) *Idem.* nostro

ANNO CHRISTI 772.

genere Francorum, & quinque ex genere Lan-
gobardorum, ſtatuimus, ut præberent ſacra-
mentum, quia nunquam audierunt ex ore ab-
batis quamlibet infidelitatem adverſus veſtram
regalem excellentiam. Ipſi vero petierunt ſe
omnes pariter ad veſtram regalem venire præ-
ſentiam. Nos quippe illorum exquirentes fi-
dem, erga veſtram regalem venire potentiam
ſivimus properare, ſolite pro vobis in confeſ-
ſione beati Petri clavigeri regni cælorum (*a*)
non omittentes fundi preces, ut una cum do-
mna regina, veſtraque ſubole, multorum annо-
rum curriculis hic pollentes, cum ſanctis om-
nibus ſine fine regnare mereamini. Incolumem
excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſto-
diat.

*Paulus presbyter, Venerandus presbyter, Foroal-
dus, Adalbertus, Gaudioſus, Benedictus diaco-
nus, Joſue diaconus, Hermenfridus, Raginber-
tus,* (*b*) *Autſcarius, Gregorius, Agemodus,
David, Gaidualdus, Ariolfus, Stephanus, Ga-
ribaldus, Gregorius, Suvinus, Aldoſinto, Ro-
thbertus, Rathis, Haribertus, Leo, Martinia-
nus, Allo, Majo,* (*c*) *Beaptulfus, Cunualdus,
Leminoſus, Magnus, Urſus, Authaldus, Alde-
fuſus, Petrus Anſualdus, Allo, Petrus, Gra-
tioſus Faroaldus, Urſus, Adualdus.*

Cod. Carol. eſt LXVIII.

DEſtinavit nobis per veſtros apices a Deo
conſtituta regalis potentia, quia Deo ſibi
contrario, Agarenorum gens cupiunt ad debel-
landum (*d*) veſtros introire fines. Hoc vero
cognito, in magna exinde tribulatione atque
afflictione poſiti ſumus. Sed nequaquam Domi-
nus Deus noſter talia fieri permittat (*e*) nec
beatorum apoſtolorum Petrus princeps. Nos ve-
re dulciſſime fili, & magne rex, inceſſanter
pro vobis cum omnibus noſtris ſacerdotibus,
atque religioſis monachis, & cuncto clero, vel
univerſo populo noſtro, Domini Dei noſtri de-
precamur clementiam, ut ipſam nec dicendam
Agarenorum gentem vobis ſubjiciat, & veſtris
eam ſubſternat pedibus, (*f*) ut minime prævalere
adverſus vos valeant: quia ſicut populus Pha-
raonis demerſus eſt in mari rubro, eo quod
non crediderint Deo, ita & in hac vice Do-
minus Deus noſter per interceſſiones beati Pe-
tri apoſtoli in veſtris eos tradat manibus. Con-
fortamini autem, & eſtote robuſti, quia Do-
minus omnipotens confidentibus in eum veſtri
regni dabit victoriam de inimicis veſtris atque
noſtris. Et ſicut indefinenter die noctuque an-
te confeſſionem ejuſdem Dei apoſtoli, Domini
deprecamur majeſtatem, ut veſtrum dilatet re-
gnum, ita nos faciat de veſtra ſoſpitate, & e-
xaltatione regni veſtri ſemper in Domino exul-
tare, in quibus, & ante aliquot dies iſtius maji
menſis, quod veſtros ſuſcepiſſemus apices, direxi-
mus apud veſtram a Deo protectam excel-
lentiam Andream & Philippum ſanctiſſimos e-
piſcopos, atque Theodorum eminentiſſimum no-
ſtrum nepotem, pro conſolatione atque viſita-
tionis cauſſa, & proſperitatis veſtræ lætitiam
agnoſcere. Et hoc petimus, amantiſsime fili,

ANNO CHRISTI 772.

Aut pro amore ſautoris veſtri beati apoſtolorum
principis Petri, benigne eos ſolite ſuſcipere ju-
beatis, ut cum gaudio & effectu cauſæ & exal-
tatione ſanctæ Dei Romanæ eccleſiæ ad nos
(*g*) remeantes, celeriter eos abſolvere digne-
mini, ut ipſe princeps apoſtolorum pro vobis
intercedat ante Domini Dei noſtri majeſtatem,
ut amplius veſtrum dilatet regnum, & victo-
rias tribuat. Noſque (*h*) etſi peccatores, ante
confeſsionem ipſius Dei apoſtoli fundere valea-
mus preces.

Et hoc agnoſcat a Deo protecta præcellen-
tia veſtra, quia aliquantas civitates noſtras Cam-
paniæ operantes æmuli noſtri atque veſtri ne-
fandiſſimi Beneventani, ipſi (*i*) noſtro populo
B perſuadentes ſubtrahere a noſtra ditione decer-
tant, una cum habitatoribus Caſtri Cajetani,
ſeu Terracinenſium, obligantes ſe validis Sa-
cramentis, cum ipſo patricio Siciliæ, qui in
prædicto Caſtro Cajetano reſidet, & decertant
a poteſtate & ditione beati Petri & noſtra eoſ-
dem Campanos uſurpare, & patricio Siciliæ
ſubjugare. Nos vero dum hoc ipſum agnoviſ-
ſemus, viribus atque vicibus (*k*) admonere &
prædicare per noſtros epiſcopos & fideles beati
Petri eis direximus, cupientes eoſdem Campa-
nos nos ſalvos habere, ut aliqua malitia eis
minime eveniret, ut ad noſtri præſentiam
C (*l*) conjungerent, aut per unamquamque civi-
tatem primatos quinque ad veſtram a Deo fun-
datam præcellentiam deſtinarent. Sed neque ad
veſtri præſentiam eos dirigere valuimus, nec
ad noſtros obtutus conjungere voluerunt. Ta-
men & reverentiſſimum fratrem noſtrum Phi-
lippum, ſeu & Paſchalem noſtrum nepotem
eis direximus, ut noſtris ſe præſentarent obtu-
tibus, aut apud veſtram regalem potentiam
(*m*) conjungere properarent. Nec tunc noſtris
admonitionibus ſe accommodare voluerunt.
Dum vero eorum nequitiæ prævalere minime
D potuimus, diſpoſuimus cum Dei virtute atque
auxilio, una cum veſtra potentia generalem no-
ſtrum exercitum illuc dirigere, qui eos con-
ſtringere debeant, & inimicos beati Petri atque
noſtri, ſeu veſtri emendare.

Sed petimus te, amantiſſime fili, coram Deo
vivo, ut nefandiſſimos & Deo odibiles Bene-
ventanos, per veſtra ſcripta atque fideliſſimum
veſtrum miſſum (*n*) proteſtando dirigere jubea-
tis, ut a tali iniqua operatione reſipiſcant, &
in noſtris Campanis talia non immittant, quia
nos per nullum tenorem ipſos nefandiſſimos Be-
neventanos, aut eorum miſſos recipere volu-
E mus. Sed nec ad epiſcoporum conſecrationem
ſuſcipere, dum contrarii beati Petri, atque no-
ſtri & veſtri effecti ſunt. Interea petimus te,
magne rex, & dulciſſime fili ut ſicut a vobis
(*o*) poſcere per Andream & Philippum ſanctiſ-
ſimos epiſcopos noſtros (*p*) & Theodorum emi-
nentiſſimum noſtrum nepotem direximus, ita
in omnibus noſtram poſtulationem adimplere
jubeatis, ut angelus Dei omnipotentis vos præ-
cedat, & faciat veſtram præcellentiam triump-
hantem, atque cum magnis victoriis & exal-
tatione ad proprii regni veſtri culmen una cum
omni

(*a*) *Idem.* non ſinentes.... ſobole (*b*) *Lamb.* Autcarius (*c*) *Idem.* Scaptulfus
(*d*) *Idem.* veſtris introire finibus (*e*) *Idem.* nec beatus Petrus Apoſtolorum princeps
(*f*) *Idem.* & (*g*) *Idem.* remeandum (*h*) *Idem.* vel ſi (*i*) *Idem.* noſtrum populum perſuadere, atque ſubtrahere (*k*) *Idem.* admonendum & prædicandum (*l*) *Idem* conjungere debuiſſent, ne (*m*) *Idem.* conjungendum properare debuiſſent
(*n*) *Idem.* præteſtandum..... reſcipiſcere debeant..... non immittere
(*o*) *Idem.* poſcendum (*p*) *Idem.* ſeu

ANNO CHRISTI 771.

omni Deo dilecto Francorum exercitu incolumem (*a*) reverti.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de monasterio sancti Hilarii confessoris (*b*) in Calligata, orat ne ipsum seu Hospitales, qui per alpes collium siti sunt, in susceptione peregrinorum, ut a nulla magna parvaque persona invadi sineret. Ut Gundibrando duci Florentino mandet, ut, quæ eidem monasterio abstulit, reddat.

(*c*) *Domno excellentissimo filio nostroque spiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. LXXIV.

NOvimus regalis excellentiæ vestræ benignitatem pro Domini amore, atque beati Petri Apostolorum principis (*d*) a quo meritis & præclara est dignitate ditata ecclesia, & sicut amans justitiæ, unicuique suffragium impertire. Quatenus petentes quæsumus, ut pro ejusdem beati Petri fautoris vestri amore, nostraque paterna dilectione, sicut solita est perfulgida regalis potentia, piorum locorum solicitudine, restaurationis juvamine ferre. Ita in (*e*) subjectis monasteriis spiritalis matris vestrę sanctæ nostrę Romanę ecclesię, quibus (*f*) aura vibrantissima regali in triumphis præcellentia concessa atque offerta sunt. Scilicet monasterium sancti Hilarii confessoris (*g*) Christi (*h*) qui posit in Calligata una cum hospitalibus, qui per colles alpium siti sunt, pro peregrinorum susceptione poscimus, ut a nulla magna parvaque persona qualibet invasione brachium pati vestra sinat clementia. Sed in omnibus pro monachorum Deo servientium laudibus atque susceptione peregrinorum, justitiam illic conservare, sicut solita est dignetur, & invasionem, quam Gundibrandus dux civitatis Florentinæ in eodem monasterio ingerit in curte quadam Sasantina, territorio scilicet Florentino, arripiens ex ea illiciter plura peculia, quæ illi minime pertinent abstollenda emendare (*i*) jubemini, simulque terras, quas ex ipsa curte plures homines sine ratione abstulerunt, reddere vestra a Deo inspirata regalis potentia faciat, & pro amore ejusdem regni cælorum clavicularii, & nostro præfati monasterii (*k*) missos mitissimo vultu, ac benignissima hilaritate eos suscipientes, justitiæ quam a vobis petierint, clementissime sicut soliti estis, accipiant effectum, ut dignam pro ipsis monachis, seu peregrinorum susceptione suscipientes mercedem potius valeamus in confessione janitoris regni cælorum pro vobis, filiaque nostra domna regina, vestraque (*l*) triumphatissima prole, divinam exorare clementiam, ut hic ævis, temporibusque regni gubernacula fruentes, in æthereis arcibus consortes cum ipso Christi confessore beato Hilario effecti inveniamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de fide, vel dilectione, quam erga beatum Apostolorum principem Petrum habere pollicitus est, ut inconcussa & indissolubilis permaneat, & nulla callida versutia ab apostolico amore ejus animus disjungi (*m*) possit.

(*n*) *Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Caro est LXXV

GRatia sancti Spiritus igniti calore nulla quiescimus plus ratione, cuilibet terrenæ potestatis splendido, præterquam vestræ a Deo promotæ regali potentiæ, cum opportunitas datur, ex totis nostris præcordiis intimare, quum tamen firmam stabilemque annexam fideliter, ac ita unanimes in unitate conglobatos esse speramus, ut nullo modo credamus, quamlibet magnam parvamque personam inter apostolicam sedem, & vestram excellentiam posse eam dirimere, (*o*) talem prorsus vestrum præfulgidum in triumphis regnum erga amorem beati Petri apostolorum principis, fautoris vestri, & nostram dilectionem agnoscentes usque hactenus persistere, (*p*) & indissolubilem permanere. Quod nunquam possit quamlibet callida versutia hominum ab amore clavigeri regni cælorum disjungere, quem prorsus auxiliatorem in opinatissimis vestris triumphis, nobis poscentibus atque precantibus, credimus & propugnatorem habere, procedens & introducens vestrum præcelsum regalemque triumphum calcare super omnes barbaras nationes. Quatenus semper pro vobis divinam exorantes clementiam, Deique timorem præ oculis habentes, atque pro anima sanctæ recordationis præcellentissimi genitoris vestri domni Pippini summi regis, & pro omnibus fidelibus Francis, simulque divinum considerantes judicium, nitebamur emendare de pravis atque perversis actibus, videlicet (*q*) Heleutherium & Gregorium, ineptos atque inutiles nugantes. Qui pro eorum proterva contumacia non sinebant in eorum judicari partibus, Ravennæ inopes atque pusillos opprimentes, misere tam invenalitate hominum apud paganas venumdantes gentes, (*r*) quam de panis eorum absque ulla misericordia avide deglutiebant, ex qua pestilentia plurima pars deficientes atque ruentes dissipati sunt: insuper ignobilium (*s*) vulgus, catervamque cruentorum nequiter congregantes, non (*t*) intermittebant cotidie nefandas perpetrare neces. Unde dum in ecclesia, quadam die, missarum celebrarentur solemnia, & eadem hora quidam diaconus Christi evangelium populis prædicaret, intus in eodem sanctuario, ab eorum impissimis hominibus sanguis effusus est innocens,

pro

(*a*) *Idem* revertendum (*b*) *Lamb.* in Calligata seu hospitalibus, qui per colles
(*c*) *Gretf.* Summ. XXXVIII. Baronio, & Centuriat.
(*d*) *Lamb.* a quo ob exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ præclaram dignitatem merita est, & sicut amantem justitiæ, unicuique (*e*) *Gretf.* sancti (*f*) *Lamb.* a vestra (*g*) *Idem.* Christi in Calligata
(*b*) *Gretf.* qui locus (*i*) *Idem & Lamb.* jubeatis
(*k*) *Lamb.* missi . . . . hilaritate suscepti, justitiarum, quas a vobis (*l*) *Idem.* triumphatoriissima
(*m*) *Lamb.* potuisset (*n*) *Gretf.* Summ. XXXVIII. Bar. & Centuriat. (*o*) *Lamb.* tale
(*p*) *Idem.* & indissolubile permanere, quod nunquam possit quæque callida
(*q*) *Idem.* Eleutetium seu Gregorium (*r*) *Idem.* de panibus, *Gretf.* locus corruptus
(*s*) *Idem.* vulgum (*t*) *Idem.* sinebant

ANNO CHRISTI 771.

pro ſacrificio laudis homicidium perpetrantes. Et dum ipſi (*a*) certi exiſterent, quod nos tales iniquas terras, atque perverſas operationes, minime illos (*b*) ut chriſtiano populo perage-re ſineremus, idcirco ſuperba arrogantia elati, conati ſunt ſine noſtra ſcientia, ad veſtros properare regales obtutus, exiſtimantes ſe per eorum infidelem atque iniquam fallaciam a fide puritatis, & dilectione beati Petri, & noſtra vos ſeparare. Neſcientes miſeri & infelices, quia qui (*c*) præcipui fideles ejuſdem Dei apoſtoli ſunt: pariter & qui ejus inimici eſſe videntur, veſtri proculdubio inimici ſunt.

Quapropter poſcentes quæſumus veſtram a Deo protectam regalem potentiam per beatum Petrum apoſtolorum principem, cui a Domino poteſtas ligandi ſolvendique peccata in cælo & in terra data eſt, & ipſum ſanctum baptiſma, quod inter nos per Spiritum ſanctum habere videmur, illorum procacitati veſter præfulgidus aſpectus, & hilaris minime manifeſtetur. Neque recipere ipſos vultu digniſſimo dignemini, ſed tamquam inimicos beati Petri & veſtros exiſtentes, eorum ſuperbam gloriationem reſpuentes, ad nos (*d*) dehoneſtati per fideliſſimos veſtros miſſos humiles veniant, ut omnia quæ fati ſumus, eorum comprobemus præſentia: quatenus qui agunt talia, iniqua atque perverſa per eos emendentur, & illibata oblatio, quæ a ſanctæ recordationis genitore veſtro domno Pippino magno rege allata, & veſtris præfulgidis regalibus manibus in confeſſione beati Petri clavigeri regni cælorum, oblata, atque nimirum confirmata ſunt, inconcuſſa & immaculata in æternum permaneant, ut ante tribunal Chriſti ipſe protector veſter beatus Petrus apoſtolus dignus retributor vobis appareat, & ſicut in hoc (*e*) terrenum regnum una cum præcellentiſſima ſubole veſtra & omnibus fidelibus Francis in triumphis pollentes tuetur & protegit, ita & in ætheriis arcibus cum ſanctis omnibus faciat ſine fine regnare. Incolumem exellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de ſacratione Petri epiſcopi, ſeu & de territorio Savinenſi.

(*f*) *Domno excellentiſſimo filio, noſtroque ſpirituali compatri Carolo regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. eſt LXXVI.

NEctareas melliſluaſque regalis excellentiæ veſtræ per harum tranſvectorem Petrum reverendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem jam & coepiſcopum noſtrum, ſuſcepimus ſyllabas, in quibus de ejus ordinatione reperientes, illico benignæ voluntatis veſtræ mandata, ſicut ſoliti ſumus, implevimus. Quem petimus pro amore beati Petri principis apoſtolorum, fautoris veſtri, & noſtra invicem firma dilectione, in omnibus eum (*g*) tenentes, amplius illum exaltare dignemini. Sic enim decet, ut qui ab apoſtolica ſede ordinatus fuerit, omnibus in honore canonicæ inſtitutionis, ſicuti mos antiquitus fuit, partibus illis præcellat. Quantam enim fiduciam atque gloriationem in veſtra præcelſa regali potentia habemus, lingua, ut reor, humana fari non poteſt. Quatenus ipſe jam ſatus Petrus reverentiſſimus, & ſanctiſſimus frater & coepiſcopus noſter inſinuare poteſt, quanta amoris ferventia cor noſtrum in veſtra triumphatiſſima præcellentia die noctuque exiſtit. Et dum tantam fiduciam de veſtra a Deo protecta regali excellentia gerentes habemus, nimis exſpectabiles ſumus, ſicut vobis poſcentes direximus de Savinenſi territorio, ut ea quæ (*h*) mercede animæ veſtræ, pariterque ſpiritalis filiæ noſtræ, atque commatris, nec non veſtræ nobiliſſimæ prolis, beato Petro apoſtolorum principi in integro conceſſiſtis, adimplere per fideliſſimos veſtros miſſos, qui & cauſam ex parte examinaverunt, ſicut & antiquitus fuit, & contradere nobis jubeatis, ut ab ipſo regni cælorum clavigero dignam retributionem hic & in futuro recipere mereamini.

Enimvero prædictus Petrus reverendiſſimus & ſanctiſſimus frater & coepiſcopus noſter obtulit nobis (*i*) pſeudopyctacium (*k*) a Paulino, ſicut fatus eſt, pro Theodoſio quondam interpretatum, & a veſtra excellentia nobis directum. (*l*) Habens inſuper a ſcriptione breviarium Chalcedonenſis concilii, a quodam Vecundo epiſcopo editum, quem in apocryphis reperientes falſidicus invenietur. Sancta vero catholica & apoſtolica ſpiritalis mater veſtra Romana eccleſia non breviter, ſed totum ſanctum ac venerabile quartum Chalcedonenſe amplectens prorſus veneratur, & non audet relinquere ſanctum & venerabile ejus conſtitutum & exſequi a quodam factum breviarium, nullam conſonantiam ſanctæ inſtitutionis habens. Nos quidem pro tanto amore, quem erga veſtram a Deo inſtitutam regalem potentiam habemus, direximus vobis ex eodem ſancto & venerabili concilio ante actionem ejus exemplar epiſtolæ S. Leonis ad clerum & nobiles Conſtantinopolitanos, atque populum ejuſdem civitatis directæ, poſt acceptum iniquum & perverſum (*m*) in Eſeſina urbe ſecundum concilium adverſus ſanctum & venerabilem Flavianum eumdem Conſtantinopolitanum epiſcopum. Condemnans impiiſſimum Dioſcorum, atque profanum Eutychen, adhortans atque commonens prædictum populum, ut in ea fide permaneat, in qua chriſtianiſſimum principem eorum novit permanere. Talis enim almus & venerabilis vir, atque in toto orbe ſanctus Leo papa noſter præceſſor opinatiſſimus, prædicabilis fuit, ut ſi aliquid in fide adverſus Theodoſium imperatorem ſcandalizatum fuiſſet, numquam poſt actum iniquum, & latrocinioſum ſecundo in Epheſo factum, ipſe præcipuus beatus pater ſanctus Leo hæreticos damnans laudaſſet fidem Theodoſii. Sed magis pariter cum ipſis, velut conſentaneum, eum damnaſſet.

Nos quidem, ſicuti fati ſumus, apocryphos libros non ſequimur, ſed eos veneramur & amplectimur, quos ſancta catholica & apoſtolica eccle-

(*a*) *Idem.* freti (*b*) *Idem.* in chriſtiano (*c*) *Idem.* promti (*d*) *Idem.* dehoneſtatos
(*e*) *Idem.* terreno regno (*f*) *Greſſ.* Summ. XXXVI. apud Baron. & Centur.
(*g*) *Lamb.* tuentes (*h*) *Idem.* pro mercede (*i*) *Idem.* Pſeudopittaciam
(*k*) *Muratorius. Pittatia* Lampridio in Alexandri vita memorantur. Eo nomine breves epiſtolæ deſignabantur. Nunc *biglietti* dicimus. (*l*) *Lamb.* habens in ſuprafcriptione abbreviarium. *Et Greſſ.* habens adſcriptum.
(*m*) *Greſſ.* Epheſino

ecclesia, in qua fundati una cum filia nostra & spirituali commatre domna regina atque vestra triumphatissima subole, per multorum annorum curricula regno perfrui dignemini, & cum sanctis omnibus præmia æterna in vita perpetua habere valeamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat. ANNO CHRISTI 771.

De episcopis vel presbyteris, ut non militarem induerent armaturam, sed spiritalem, idest jejuniis, & orationibus vacarent, seu de venalitate, vel captivatione hominum, vel aliis illicitis causis, quæ a pravis hominibus (*a*) perpetrata erant, seu de visione Joannis monachi, quæ falsa, vel inanis esse videbatur.

(*b*) *Domno excellentissimo filio, nostroque spirituali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

ORthodoxæ fidei plenissimos atque nectareos vestræ a Deo promotæ regalis excellentiæ susceptimus affatus, quos referantes vestram a Deo promotam salutem, ac in triumphis victorias, seu præcellentissimę filiç nostrę domnę reginæ, vestrorumque præcellentissimorum filiorum, atque nostrorum, vestrorumque fidelium sospitatem, simulque sinceritatem reperientes, magnas omnipotentis Dei clementiæ (*c*) retulimus grates? Cod. Carol. est LXXVII.

Illud autem, quod nobis vestra innotuit regalis potentia per suum fidelissimum missum, scilicet Garamannum glorioſum ducem pro Joanne monacho atque presbytero, qui sicuti in vestris referebatur regalibus apicibus, de captivatione hominum, & de aliis illicitis causis, quæ a pravis perpetrantur, vobis enuntiasset, ut Deo propitio, per vestrum præcelsum regalem dispositum corrigerentur, vel emendarentur, quemadmodum a nobis poposcit regalis potentia, libenti eum susceppimus animo, solite in omnibus vestris accomodantes votis. Talem prorsus scimus vestram regalem excellentiam, quia in his nullius eget monitione, quia Domino coopitulante, beatoque Apostolorum principe Petro pro ipso semper suffragante, veram prædicationem orthodoxæ fidei, quam ab ejus susceppit ecclesia, illæsam atque immobilem tenens, ultroque irreprehensibilem sine macula vibrans exsultat, atque in omnibus penitus fulget, & non desinit emendare sævos atque iniquos callidosque homines ab illicitis actibus.

Sed & captivos in sua propria reverti crebris fecit diebus. Fatus quippe est nobis præfatus Joannes Monachus, quia dixisset vobis, ut omnis episcopus (*d*) spiritalia teneret arma, & non terrena, quatenus si ita est, quia militaria induunt arma, hortantes vestræ innotescimus a Deo protectæ regali excellentiæ, ut nullu modo sic fieri permittat, sed (*e*) quoscumque in quolibet deferri cupit loco, tam episcopi, quam presbyteri, orthodoxæ fidei galeam, & salutis induti arma, orationibus vacare gnaviter studeant, ut cuncto populo ea, quæ pro salute animæ (*f*) sunt, spiritale gerant officium. Cæteri vero episcopi atque presbyteri in eorum degentes ecclesiis, canonice unusquisque per vestrum regale robustissimum præsidium suum valeant regere populum a Deo sibi commissum. ANNO CHRISTI 771.

Porro de revelatione ejusdem Joannis Monachi, sicut ejus referebat locutio, vere phantasma esse existimatur. Dicebant enim quod vidit primis in somnis cælos apertos, & dexteram Dei; deinde vidit postmodum somnium aliud, turrem magnam, & descendentes angelos, inter quos vidit speciem hominis alas habentem (*g*) columbinas, & dicentem: Quia hic est filius Dei. Absit enim a fidelium cordibus, ut fides christianorum mortua esse prædicetur. Nos enim speciem aquilæ alas habentem, sicut a Sanctis susceppimus patribus, Joannem evangelistam testamur, qui secreta cælestia hominibus prædicat: (*h*) *In principio erat Verbum* &c. In specie vero columbæ Spiritus Sanctus visus est. Nam nunquam legimus hominis alas columbæ indutam. Quapropter nimis vestram laudantes firmissimam atque laudabilem fidem, in hoc cognovimus, quia vos phantasma ipsas reputastis visiones, (*i*) in eo a nobis pro eo vestra poposcit regalis potentia, ut nequaquam a nobis condemnaretur, anathematizaretur, vel flagellaretur, neque aliquam adversitatem ei faceremus: quatenus in his omnibus vestræ accomodantes regali petitioni, in quantum necesse fuit, ipsum ammonuimus monachum, atque in proprium suum locum illæsum absolvimus. Nam si vestrum illi non profuisset regale adminiculum, ecclesiasticam illi disciplinam canonice inferentes, sicuti monacho Cyrillo, a nobis correcto & emendato, monachicam regulam illi demonstrare irreprehensibiliter habuissemus. Ob nimium vero amorem vestrum cum magna patientia atque benignitate susceptus, commonitusque, ultro citroque divinis præceptis in pace absolutus est. Vestram regalem excellentiam una cum filia nostra præcellentissima domna regina, vestraque præcelsa prole, multorum annorum curriculis regni gubernacula perfrui divina faciat clementia, ut in hoc mundo super omnes barbaras regnantes nationes in ætheriis arcibus sine fine cum sanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item epistola ad domnum Carolum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ, & de territorio Savinense, qualiter (*k*) Machinarius fidelissimus ejusdem præcelsi regis, ipsum territorium cum integritate partibus sancti Petri contradere voluit. Sed propter iniquos atque perversos homines minime potuit.

(*l*) *Domno excellentissimo filio, nostroque spirituali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

DIvinitus præordinatam vestram a Deo protectam summam regalem potentiam procul- Cod. Carol. est LXXVII.

(*a*) *Lamb.* perpetrare (*b*) *Greif.* Summ. XI. Bar. (*c*) *Lamb.* referuimus
(*d*) *Idem.* spiritalem teneret armaturam, & non terrenam! (*e*) *Idem.* quoscumque secum in quolibet
(*f*) *Idem.* sunt, seu æternam vitam adipisci prædicantes, eorumque confessionem suscipientes irreprehensibiliter sacerdotale gerant &c. (*g*) *Idem.* columbæ vivæ,... Quia hæc est fides Christiana
(*h*) Joannis cap. I. (*i*) *Idem.* in eo quod.... a nobis condemnatus, anathematizatus vel flagellatus fuisset,.... ei facere debuissemus. Quatenus his omnibus vestram accomodantes regalem petitionem, in quantum
(*k*) *Lamb.* Maginarius (*l*) *Gret.* Summ. XI. Bar. & Centuriat.

ANNO CHRISTI 771.

culdubio credimus, quia ſuper priſtinos omnes ac fideliſſimos, orthodoxoſque reges atque imperatores, erga ſanctam catholicam & apoſtolicam ſpiritalem matrem veſtram Romanam eccleſiam, veram dilectionem habentes, innumerabilia bona per veſtra laborioſa certamina cotidie offertis. Et pro hoc nempe certi facti eſtote, quia quantum caput totius mundi eamdem ſanctam eccleſiam, ejuſque rectorem, ſimulque pontificem amplectendo ſeu fovendo, honorabiliterque glorificando, diligitis, tantum vos beatus Petrus apoſtolorum (*a*) princeps inconcuſſos facit triumphos hic & in futuro victores ſuper omnes regnare reges. Prorſus quidem confidimus, quia quantum per vos catholica, & apoſtolica mater veſtra Romena eccleſia exaltata triumphat, tantum cæleſte vos ambire atque hæreditare per interceſſionem apoſtolorum principis concedit in perpetuum regnum.

Veniente igitur hic apud nos fideliſſimo Maginario, denuntians nobis veſtræ ſoſpitates regalis potentiæ, nimis pro hoc nuntio noſter relevatus eſt animus. Repleti ſumus omni lætitia & exſultatione. Qualiter vero ei præcepit veſtra a Deo promota triumphatiſſima excellentia pro Savinenſi territorio; ut nobis ſub integritate contraderet, ſicut beato Petro clavigero regni cælorum tribuiſtis, minime propter malignos ac perverſos homines potuit. Totam enim juſtitiam, quam beatus Petrus apoſtolus protector noſter ex ipſo territorio habet, præſentialiter jam fatus Maginarius miſſus veſter vidit tam per donationes imperiales, quam per ipſorum protervorum regum Langobardorum ipſum territorium (*b*) cum manſis ſibi pertinentibus enucleatius deſignantes. Si vero perfidus Deſiderius dudum rex, non ſub integritate, ſed tantummodo maſas nobis, quantum reperiri potuit, quas ex antiquitus ſancta Romana eccleſia tenuit, ut nullus ex illis partibus Longobardorum auſus eſt reſiſtere, quanto magis veſtræ a Deo protectæ regali potentiæ in omnibus obedientes exiſtentes juſſa veſtra adimplere debuerant?

Nos quidem neque imperatoribus neque regibus gratias agimus, niſi tantummodo veſtræ triumphatiſſimæ excellentiæ, quia noviter eum beatro Petro Apoſtolorum principi ſub integritate condonaſtis. Pro hoc enim fideliſſimos miſſos noſtros, una cum monitionibus noſtris, apto tempore veſtræ regali potentiæ dirigimus, ut liquida perſcrutatione divinitus inſpiratus eas indagans, (*c*) juſtitiæ beato Peſtro apoſtolo eveniant ad effectum, ut præcelſum a Deo promotum regale veſtrum culmen, atque memoria veſtra in eccleſia beati Petri nutritoris veſtri, uſque in finem ſæculi inter ſanctos nominetur, ſed ſicut ſemper in ejus ſacratiſſima aula orantes pro vobis perſiſtimus. Omnipotens, clemens, & miſericors Deus, in cujus manu cor excellentiæ veſtræ regitur, una cum excellentiſſima filia noſtra, & ſpiritale commatre domna regina, ſeu domno Pippino excellentiſſimo rege Langobardorum, & proprio ſpiritali filio noſtro, cæteraque veſtra nobiliſſima prole, corroboret cor & mentem veſtram & brachium ſuæ potentiæ vobis extendat, ut victores vos ſuper omnes barbaras natione faciat; quatenus omnes ſub veſtro brachio humiliati, veſtigia pedum veſtrorum oſculentur, ut amplius eccleſia (*d*) Dei per veſtram a Deo inſtitutam regalem potentiam (*e*) nimirum exaltata permaneat. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de abbate venerabilis monaſteri S. Vincentii, qui apud domnum regem inſons accuſatus fuerat, & inde ablatus, ut eum venuſto cultu ac vibrantiſſimo animo clementiſſime ſuſciperet, quia falſa crimina ei obiiciebantur.

(f) Domno excellentiſſimo filio noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobarrum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

DUm tanto ex puro cordis amore omnes generaliter agnoſcunt, quod erga beatum apoſtolorum principem Petrum fautoremque veſtrum, & nos, crebro fideliter veſtra regalis potentia prorſus gerit, convenit nempe & totis noſtris præcordiis, quæ ad ſalutem pretioſiſſimæ animæ veſtræ pertinent, libenti ſuggerere animo. Proinde ſalutantes, paternam dilectionem indicamus veſtræ præcelſæ regali potentiæ, quia cuncta congregatio venerabilis monaſterii ſancti Chriſti Vincentii unam concordiam pro hoc ſimul habentes popoſcerunt a nobis, ut noſtris apicibus pro abbate ipſorum, qui inſons apud vos accuſatus, intercederemus: imo & per veſtram præfulgidam juſſionem exinde (*g*) ablatus, veſtris regalibus veſtigiis (*h*) præſentatus, eum vobis in omnibus commendaremus, eo quod nullo modo veſtræ regali potentiæ infidelitatis reum quiſpiam ex accuſatoribus ſuis facere, aut comprobare valebit, eo quod omnino falſum ei crimen obiicitur. Et ideo pro amore beati Petri regni cælorum clavigeri, magnopere petentes fiducialiter quæſumus, ut eum venuſto vultu ac vibranti animo clementiſſime recipere jubeatis. Juſtum quippe eſt, quemadmodum tam magnam congregationem religioſis moribus ſuis regulariter atque naviter regere valuit, a veſtris præcelſis obtutibus ſoſpitem abſolvi, & in priſtinum ſtatum clementiſſimis juſſis veſtris, nobis poſcentibus reſtitui, quia valde idoneum ad commiſſum ſibi officium ſeu veſtræ fidelitatis, ſicut ab omni eius congregatione didicimus, (*i*) eum agnovimus.

Cod. Carol. eſt LXXIX

Deus omnipotens in cujus manu (*k*) omnia regna Mundi reguntur, ipſe per ſuffragia apoſtolorum principis Petri, ſemper nos faciat de veſtro regali culmine lætari. Et in hoc mundo præcellentiſſima ſubole veſtra ſuper omnes barbaras nationes dominantes, longo ævo regni gubernacula fruere valeatis, atque in ætheriis arcibus cum ſanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item

(*a*) *Lamb.* princeps per inconcuſſos (*b*) *Idem.* cum maſis (*c*) *Idem.* juſtitias
(*d*) *Idem. deeſt* Dei (*e*) *Idem.* nimium (*f*) *Greſſ.* Summ. X. Bar. & Centur.
(*g*) *Lamb.* ablatum (*h*) *Idem.* præſentatum (*i*) *Idem.* eum reperimus & agnovimus
(*k*) *Idem* ſunt omnia regna mundi, ipſe

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, ſeu benedictiones pro cruce, quam ei miſerat, & de territorio Populonienſi ſeu Roſellenſi, ut domnus rex ſuos idoneos miſſos dirigeret, qui ſub integritate ipſas civitates (a) cum ſuburbana earum ei contradere debuiſſent.

(b) Domno excellentiſſimo filio, noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

Cod. Carol. eſt LXXXI.

(c) PRæcellentiſſimos atque nitidiſſimos Deo dicatę regalis prœcelſię ſcientię veſtrę melliſluos ſuſcepimus verſos, quos reſerantes atque ſingillatim relegentes, eorum robur cum nimio amplectimur amore, & proculdubio veſtra credere dignetur regalis poteſtas, quia omnino ſicut per eos innotuiſtis, a nobis in omnibus perficietur. Teſtem enim invoco Deum, cui ſervio in ſpiritu meo, quod ſine intermiſſione die noctuque ſemper memoriam veſtri facio in orationibus meis, obſecrans tam pro veſtra in triumphis regali victoria, & perpetua ſtabilitate, quamque pro ſanctæ memoriæ genitoribus veſtris, ſimulque conjuge veſtra domna (d) Hiltibranda regina, filia & ſpiritali noſtra commatre, & nempe eorum memoriale non derelinquetur in æternum.

Crucem quam nobis miſiſtis, in ſanctam noſtram eccleſiam recondentes, veſtra memoria in æternum in ea manebit. De ſoſpitate enim noſtra, quam veſtra regalis cupit audire clementia, omnia erga nos, Deo favente, proſpera exiſtunt, quia & nos de veſtra regali ſalute atque victoriis certo audire deſideramus, quoniam veſtra ſalus noſtra eſt, & hoc magnopere poſcimus. Et ſicut per anteriores noſtras ſyllabas veſtram popoſcimus regalem potentiam, ita perficere dignetur, uti denuo eos miſſos ſuos dirigere jubeat, qui nobis contradere debeant fines Populonienſes ſeu Roſellenſes, ſicut & antiquitus fuerunt. Nam ex parte nobis ex ipſis finibus non tradiderunt. Sed quæſumus, ut veſtra regalis oblationis donatio ſine tenus maneat inconvulſa. Prœſertim & partibus ducatus Beneventani idoneos dirigere dignetur miſſos, qui nobis ſecundum veſtram donationem ipſas civitates ſub integritate tradere in omnibus valeant, ut ex hoc potiſſimam remunerationem una cum ſpiritali filia noſtra domna regina, veſtraque prœcellentiſſima prole, ab ipſo regni cœlorum clavigero beato Petro apoſtolo ſuſcipere mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, ſeu benedictiones pro exaltatione ſanctæ Dei eccleſiæ, & de ſacramentario expoſito a S. Gregorio immixtum, quatenus eum domnus rex popoſcerat per Joannem monachum atque abbatem civitatis Ravennatium miſerat.

(e) Domno excellentiſſimo filio noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.

ANNO CHRIS. 771.

ITer peragratum annectens limina beatorum principum apoſtolorum Petri & Pauli reverentiſſimus ac ſanctiſſimus Huchbertus epiſcopus, deſiderii ſui vota adimplens, obtulit nobis præfulgidos eximioſque veſtros in triumphis regales affatus. Quos cum nimio cordis amore reſerantes atque relegentes, reperimus in eis veſtram vibrantiſſimam ac melliſluam nobis deſtinatam ſalutem, ſed nimirum, quod (f) potius molem deſiderantes præſtolabamur, de veſtra prœcelſa regali in triumphis victoria atque ſoſpitate, imo & cunctorum veſtrum fidelium proſperitate, pariterque & de profectu atque exaltatione ſpiritalis matris veſtræ ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, in ipſis veſtris regalibus melliſluiſque ſpeculantes apicibus. In his omnibus noſter relevatus eſt animus, & Redemptori Mundi retulimus grates, prœcipue ſatagentes in confeſſione clavigeri regni cœlorum fautoris veſtri beati Petri apoſtolorum principis non (g) omittimus crebro ſuppliciter divinam pro vobis exorare clementiam. Tanta quippe erga veſtram regalem clementiam (h) utimur, quia nobis ſive in ſilentio, ſive poſcentibus, pro profectu atque exaltatione ſpiritalis matris veſtrę ſanctę Romanę eccleſię non (i) intermittitis decertare, ut per veſtra laborioſa certamina magis, magiſque permaneat irrefragabiliter, & congrue exaltata, & dignum veſtrum nomen adſcriptum in libro vitæ cœleſtis, & regalis memoria in ſœculum ſœculi hœreat.

Cod. Car. eſt LXXX

De ſacramentario vero a ſancto prædeceſſore noſtro deifluo Gregorio papa diſpoſito, jam pridem Paulus Grammaticus a nobis eum pro vobis petiit, & ſecundum ſanctæ noſtræ eccleſiæ traditionem per Joannem monachum atque abbatem civitatis Ravennatium veſtræ regali emiſimus excellentiæ, quatenus optantes pro veſtra regali invictiſſima excellentia, Deumdem Dei apoſtolum, veſtrumque protectorem poſcentes quæſumus, ut ſemper ubique vos comitans, victores ſuper omnes barbaras nationes efficiat, & una cum domna ſpiritali filia noſtra regina, veſtræque proſapiæ nobiliſſima prole, longiori ævo in hoc regnantes mundo, in vitam æternam cum ſanctis omnibus regnare ſine fine ejus interventionibus faciat. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de Conſtantino & Paulo ducibus ipſius apoſtolici, qui apud præfatum regem a perverſis hominibus gratis accuſati fuerant, poſtulans, ut unum ex ipſis ſcilicet Paulum, quem ejus obtutibus præſentandum miſerat, ut benigne eum ſuſcipere dignaretur.

(a) Do-

(a) *Lamb.* cum ſuburbanis (b) *Greſf.* Summ. VIII. Bar. & Centuriat.
(c) *Lamb.* Prœrectiſſimos (d) *Idem.* Hildibranda & *Greſf.* Hiltegarda
(e) *Greſf.* Summ. VII. apud Bar. & Centuriat. (f) *Lamb.* potius jam olim deſiderantes
(g) *Idem.* finimus (h) *Idem.* fiducia utimur; quia vobis ſive ſilentio (i) *Idem* finitis

(*a*) *Domno excellentiſſimo filio noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

UT reor dici non poteſt, quantum erga veſtram a Deo conceſſam in triumphis potentiam, atque regalem præcellentiam noſter ex intimo cordis exiſtit amor, & ideo non deſinimus noſtros veſtroſque fideles crebro veſtræ commendare amplæ regali clementiæ (*b*). Propterea venientes ad noſtros apoſtolicos obtutus, ſcilicet Conſtantinus & Paulus duces, & noſtri veſtrique cum nimio mœrore cordis intimaverunt nobis, quod auditum illis fuiſſet, ſe (*c*) apud veſtram regalem potentiam a perverſis hominibus gratis accuſatos, & dum nimis eos fideles erga beati Petri apoſtolorum principis (*d*) veſtri, noſtrique ſervitium agnoſcimus, idcirco unum ex illis, ſcilicet Paulum glorioſum ducem, ad veſtram triumphatiſſimam regalem potentiam gratuito abſolvimus animo. Atque nimis petentes poſcimus veſtram a Deo inſtitutam præcellentiam, ut ſicut veſter amor noſtrum complexus eſt auxilium, ita tum ſuſcipere (*e*) valeamini, & familiarem apud veſtram regalem potentiam commendatum habere dignemini.

Meminiſſe enim credimus veſtram regalem præcellentiam, qualiter in aula fautoris veſtri beati Petri apoſtoli præfatum Conſtantinum, atque Romanum nobis commendare dignati eſtis, confirmantes proculdubio, ut noſtri veſtrique eſſent fideles. Quos nempe ſubditos cum omni humilitate fideliter ſervientes vobis nobiſque reperimus, nunquam (*f*) in ſua vacillantes fide, ſed proni in veſtro noſtroque ſervitio & amore ſemper manentes. (*g*) Qui dum in omnibus eis veſtras regales accomodaveritis aures, & ipſum præfatum Paulum glorioſum ducem regali tuitione circumvallatum amplectemini, fructum boni operis per eum ſuſcipientes bonitatis (*h*) effectum ante B. Petri principis apoſtolorum corpus divinam pro vobis atque ſpiritali filia noſtra excellentiſſima domna regina, veſtraque nobiliſſima prole, exorare valeamus clementiam, ut longiori ævo in hoc mundo regni gubernaculo fruentes in vitam æternam cum ſanctis omnibus ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur (*i*) de Veneciis, ut de Ravenna, ſeu Pentapoli expellerentur, nec non & de Garamanno duce, (*k*) qui poſſeſſiones Ravennatis eccleſiæ violenter invaſiſſet, vel exſpoliaſſet.

(*l*) *Domno excellentiſſimo filio, noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. eſt LXXXIV. AD aures clementiſſimæ regalis excellentiæ veſtræ intimantes innoteſcimus, quia dum veſtra regalis in triumphis victoria præcipiendum emiſit, ut a partibus Ravennæ, ſeu Pentapoleos expellerentur Venetici ad negotiandum, nos (*m*) illico in partibus illis emiſimus, veſtram adimplentes regalem voluntatem, inſuper & ad archiepiſcopum (*n*) præceptum direximus, ut in quolibet territorio noſtro & jure ſanctæ Ravennatis eccleſiæ, ipſi Venetici præſidia atque poſſeſſiones haberent, omnino eos exinde expelleret, & ſic eccleſiæ ſuæ jura manibus ſuis teneret.

Quid autem (*o*) contigit de Garamanno duce, qui ſubito irruit ſuper prædia & poſſeſſiones ſanctæ Ravennatis eccleſiæ, in noſtris territoriis ſitas, & non ſolum eas occupavit, ſed & omnes fruges a prædicta abſtulit eccleſia, (*p*) & de aliis piis locis. Nos quidem ſtatim eum adhortari ſtuduimus, ut ſi fidelis veſter exiſteret, ipſas poſſeſſiones piorum locorum reddere prorſus non omitteret, quia & juris eccleſiæ Ravennatum (*q*) ſive talium locorum piorum eſſe videntur, & in noſtris territoriis ſitæ ſint. Ille vero nullo modo recordatus eſt, neque ipſas poſſeſſiones addere voluit, ſed illicite eas detinere conatur. Quapropter poſcentes veſtram in triumphis regalem potentiam, quæſumus, ut pro amore fautoris veſtri B. Petri apoſtolorum principis, noſtraque paterna dilectione, talia illi agere non ſinatis, ſed per veſtram clementiſſimam regalem præceptionem eum exinde expellere omnino dignemini, ut & noſtra territoria per veſtram regalem tuitionem intacta permaneant, & quæcumque infra ipſa territoria eſſe noſcuntur (*r*) irrefragabiliter eorumdem locorum poſſeſſione & jure fruamur, quemadmodum veſtra in triumphis victoria, una cum domna regina, veſtraque nobiliſſima prole hic & in futuro ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de Roſellis, & Populonio, & de civitatibus Beneventanis, vel de inſidiis Græcorum.

(*s*) *Domno excellentiſſimo filio noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum, & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

NEctareas, nimiſque melliſluas regalis excellentiæ veſtræ ſuſcepimus ſyllabas, in quibus agnoſcentes (*t*) veſtræ ſinceritatis ſalutem, & ſpiritalis filiæ noſtræ domnæ reginæ, veſtræque præcelſæ prolis, & quod (*u*) in finibus veſtris, Chriſto propitio, (*x*) omnia proſpera eſſe cernuntur, magnas omnipotenti Deo retulimus grates, qui nos de veſtro regali triumpho crebro lætos efficit. Cod. Carol. eſt LXXXVI.

De apoſtolicis vero ſyllabis noſtris, quas vobis emiſimus, primum quidem per Aruinum

(*a*) *Greſſ.* Summ. VI. Baronio & Centuriat. (*b*) *Lamb.* Quapropter venientes noſtris apoſtolicis obtutibus repræſentandi ſcilicet Conſtantinus, ſeu Paulus, duces, noſtri, veſtrique fideles cum nimia &c.
(*c*) *Idem.* veſtræ regali potentiæ (*d*) *Idem.* & veſtri noſtrique (*e*) *Idem.* jubeatis... in veſtram
(*f*) *Idem.* in eorum... pronos (*g*) *Idem.* Quare dum... pro eis (*h*) *Idem.* effectum, ut
(*i*) *Lamb.* de Veneticis, ut (*k*) *Idem.* qui res & poſſeſſiones (*l*) *Greſſ.* Summ. V. Bar. & Centur.
(*m*) *Lamb.* illico partibus (*n*) *Idem.* præcipiendum direximus... noſtro jure
(*o*) *Idem.* contigit Garamanno duci (*p*) *Idem.* ſeu & de aliis
(*q*) *Idem.* ſive & aliorum locorum piorum eſſe videntur, & in noſtris territoriis ſitæ exiſtunt. Ille vero nullo modo recordavit, neque ipſas poſſeſſiones reddere voluit, ſed inliciter eas
(*r*) *Idem.* irrefragabiliter a piis locis poſſeſſa eorum jura fruantur (*s*) *Greſſ.* Summ. III. Bar. & Centur.
(*t*) *Lamb.* de veſtræ ſinceritatis ſalute, ſeu ſpiritalis (*u*) *Idem.* erga fines veſtros
(*x*) *Idem.* proſpera eſſe cernuntur

num comitem, poſtmodum vero per (*a*) Sororem & Bectonem directas, & in veſtris regalibus apicibus reperimus nobis exinde grates referri, prorſus nobis veſtra regalis excellentia credere (*b*) velit, quia nunquam voluimus. ut Grimualdus filius (*c*) Arichis in Beneventum remeaſſet, niſi propter inimicorum veſtrorum atque noſtrorum machinationes atque inſidias, ſed verum etiam, ſicut veſtra promiſit nobis regalis excellentia, pro exaltatione atque exaltatione ſanctæ Dei eccleſiæ, & pro noſtro veſtroque profectu. Quod vos, Domino opitulante, & beato Petro apoſtolorum principe comitante, omnimodis illis creditis cum ſumma virtute agere, proculdubio in his credimus, qui opus, quod cępiſtis, pro exaltatione ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Romanæ eccleſiæ, fine tenus perficietis, & magis magiſque per veſtra laborioſa certamina exaltata manebit, quia pro hujuſmodi veſtrum regale nomen in libro æternæ vitæ adſcriptum eſt.

ANNO CHRISTI 771.

Illud autem, quod nobis veſtra intimavit excellentia, ut quidquid de iſtis partibus compertum habuerimus, ſub celeritate omnia veſtræ regali excellentiæ ſignificare niteremur, emiſit nobis Stephanus, Neapolitanus epiſcopus per ſuos apices (*d*) diaconia juris ſanctæ noſtræ eccleſiæ ſibi concedi, in quibus embolum poſuit ſignificans nobis (*e*) de nefando Adalgiſo filio protervi Deſiderii, & de inſidiis Græcorum. Simili modo & Campulus epiſcopus Gajetanus per ſuas ſeries ea ipſa nobis intimavit, quatenus pro nimio veſtro amore idem embolum atque epiſtolam infra poſuimus. Sed taliter veſtra præcellentia (*f*) commendare atque diſponere jubeat, ut exercitus a vobis demandati, ut nobis direxiſtis, præparati exiſtant, & ubi nobis neceſſe fuerit, celeriter occurrere ſatagant. (*g*) Reperimus etiam in ipſis veſtris apicibus embolum de civitatibus in partibus Beneventanis quas beato Petro apoſtolo & nobis devota obtuliſtis mente. De Roſellis & de Populonio, Aruino duci juſiſtis, qualiter cum cęteris fidelibus veſtris miſſis ita omnia complere debeat, ſicut Deo placeat, & beato Petro (*h*) apoſtolo. Et nos propterea in his pro veſtra benevola excellentia non deſinimus divinam exorare clementiam. Sed quid miſſis veſtris contigit veſtra noluerunt adimplere (*i*) de hujuſmodi juſſa, neque de Roſellis & Populonio, neque partibus Beneventanis. Unde Creſcentem & Adrianum duces cum fideliſſimis miſſis (*k*) veſtris in partibus Beneventanis direximus, veſtra regalia ſuſcipientes vota. Sed nulla alia illis tradere valuerunt, niſi epiſcopia monaſteria, & curtes publicas, ſimul claves de civitatibus ſine hominibus, & ipſi homines in eorum poteſtate introeuntes & exeuntes manent. Et quo modo nos ſine hominibus civitates illas habere potuerimus, ſi habitatores earum adverſus eas machinarentur? Nos quippe in eorum libertate permanentes, ſicut cæteras civitates in partibus Tuſciæ donis veſtris regere & gubernare eos cupimus, omnem eorum habentes legem.

ANNO CHRISTI 771.

Unde petimus veſtram excellentiam, ut nullus hominum ſit, qui veſtra ſacra vota impedire valeat, & ne meliorem faciatis Grimualdum filium Aragiſi, quam fautorem veſtrum beatum Petrum clavigerum regni cælorum: eo quod ipſe Grimualdus in Capua, præſentibus miſſis veſtris, laudabat ſe, dicens: *Quia Dominus rex præcepit, ut qui voluerit homo meus eſſe, tam magnus, quam minor ſine dubio eſt tam meus, quam vel cujus voluerit.* (*l*) Quæ, ut noſtris evenit auribus, optimates Græcorum in Neapoli ſedentes, inſultantes fremebant, dicentes: *Deo gratias, quia eorum promiſſa ad nihilum ſunt redacta.* Sed eorum (*m*) cachinnos nos & ſubſannationes pro nihilo reputamus, quamvis ipſi Græci referebant, *quia miſſi apoſtolici jam duabus vicibus ſine effectu reverſi ſunt.* Ecce enim hujuſmodi (*n*) remittimus in ſervitio beati Petri apoſtoli cum veſtris fideliſſimis miſſis (*o*) noſtris, qui vobis omnia liquidius ſuggerere debeant, & quæſumus, ut taliter eos pro hac cauſa diſponere jubeatis, ut fautor veſter B. Petrus apoſtolus, ſecundum veſtram ſacram oblationem, ſuſcipiat effectum, ut hic & in futuro una cum domna regina, veſtraque nobiliſſima prole, exiſtat retributor. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar epiſtolæ ejuſdem Papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de miſſis Offæ regis Anglorum, qui ſimul cum miſſis præfati regis Caroli (*p*) Roma properarent, & qualiter prædictus papa ipſos miſſos Anglorum honorabiliter ſuſcepiſſet, quemadmodum ei prædictus rex Carolus per ſuos legatos mandaverat, ſeu & de aliis capitulis.

(*q*) *Domno excellentiſſimo filio, noſtroque ſpiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum, atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

SAgaciſſimos nectareoſque a veſtra præcipua in triumphis potentia directos ſuſcepimus liquidos affatus. Quos cum nimis ſolito referantes amore, ea, quæ jugiter præſtolabamur, agnoſci prius comperimus, ſcilicet de inclita ſoſpitate atque proſperitate veſtra, ſimulque ſpiritalis filiæ noſtræ domnæ reginæ, tam de præcellentiſſima veſtra regali prole, quam de cuncta ejus fideliſſima familiaritate. Sicut enim a veſtra regali clementia fertur, quod magnum habet deſiderium, ut frequenter per noſtros apoſtolicos apices, aut per miſſum, qualiter erga nos eſſe decernitur, (*r*) intimaremur, ita potius crebris nos aſſidue ſiſtimus deſideriis inhianter audire, tam per veſtram regalem exarationem, quam per præcipuum veſtrum miſſum, de veſtra in triumphis victoria atque proſperitate, imo præfactæ domnæ reginæ, ſimulque Cod. Car. LXXXI

(*a*) *Idem.* Rorionem, & Bectonem (*b*) *Idem.* niteat (*c*) Archiſi Beneventano
(*d*) *Greſ.* Diaconiam (*e*) *Idem.* pro nefando.... & pro inſidiis
(*f*) *Idem.* demandare.... ut exercita a vobis demandata.... præparata &c.
(*g*) *Idem.* Reperimus quidem.... embolum quia de civitatibus (*h*) *Idem.* apoſtolo, & nobis
(*i*) *Idem.* pro hujuſmodi juſſa (*k*) *Idem.* veſtris partibus &c. (*l*) *Idem.* Quare, ut
(*m*) *Idem.* cachinnos & ſubſannationes (*n*) *Idem.* res remittimus (*o*) *Idem.* & noſtris
(*p*) *Lamb.* Romam (*q*) *Greſ.* Summi. XLIII. Baronio & Centuriatoribus.
(*r*) *Lamb.* intimaremus.

ANNO CHRISTI 771.

que vestræ nobilissimæ subolis, pariterque cunctorum fidelissimorum vestrorum subjectorum sinceritate atque incolumitate. Nempe quidem credere dignemini, quia nullo modo nostra apostolica desinunt suffragia in confessione beati Petri clavigeri regni cælorum, divinam pro vobis exorare clementiam; quia prorsus certiores sumus, quod non desinit vestra (*a*) præcellentissima regalis benevolentia pro exaltatione matris suæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ est caput omnium ecclesiarum, & nostra apostolica paterna prosperitate penitus summo annisu tractare, sicut olim sanctæ recordationis genitoris (*b*) tui domni Pippini almi regis normam suscepit: quia sicut cœpit, fine tenus immutilate perficiat, (*c*) cujus adepti doctrinam, celsior suffragiis apostolorum, & nostris assiduis interventionibus, vestra in omnibus existit regalis potentia.

Porro in ipsis regalibus apicibus vestris referebatur, quod Offa gentis Anglorum rex vestræ direxisset regali excellentiæ, significandum indiculum, ut aliqui æmuli vestri ac sui ad nostra apostolica vestigia indicarent, quod idem Offa rex vobis suggereret, ut per suam videlicet adhortationem atque suasionem nos a sede sancta dignitatis nostræ, quod absit, ejicere deberetis, & alium ibidem de gente vestra institueretis rectorem. Quod valde nefandissimum ac contrarium in oculis vestris apparuit. Scriptum & hoc omnino falsum esse a vestra excellentia pro certissimo dinoscitur, quia nec ipse Offa hanc hortationem minime vobis fecit, & nullatenus in corde aliter ascendit, nisi ut paternitas vestra per Dei misericordiam ejus temporibus sanctam Dei ecclesiam regere & gubernare valeat ad profectum videlicet omnium christianorum, in quibus nos omnino proculdubio de vestra regali potentia (*d*) confidentes existimus, quia erga nostram apostolicam paternitatem ejus benevola atque inexpugnabilis orthodoxa fides (*e*) fervens in Spiritu sancto; (*f*) quia ut ignis ardens præcellens manebit, & nullo modo antiqui hostis versutia in qualibet hæresi concutere eam valebit contra catholicam, apostolicamque orthodoxam fidem. Sed sicuti speculum sine macula ejusdem orthodoxæ fidei, nostræque summæ sedis verax & fulgens defensor vibrantissime in ævum manebit. Præfatæ vero (*g*) illuvies assertionis, quam fateris, ut dici nefas est, Offæ regis, nos usque hactenus talia minime audivimus, sed neque nunc audientes credimus, quod talia, si etiam, ut absit, paganus fuisset, perpetrare cogitasset, quanto magis (*h*) a prædecessoribus suis regibus, semper subjectis in obedientia atque fideli amore sanctis prædecessoribus nostris pontificibus, & nobis existentibus, hæc inaudita versutia incredibilis a nobis existimatur?

Attamen si Deus pro nobis, quis contra nos? (*i*) *Dominus mihi adjutor est. Non timebo, quid faciat mihi homo.* Et iterum: (*k*) *Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo:* (*l*) *Omnis enim plantatio, quam Pater cælestis plantabit, nullus eradicare valebit:* (*m*) *Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Nos quippe vel immeriti, sedem apostolorum adepti vicem B. Petri principis apostolorum suscipientes, ac tenentes, atque cunctum populum christianum nobis a Deo commissum regentes, non ab hominibus, neque per hominem electi sumus, sicut vas electionis beatus Paulus apostolus docuit: (*n*) *Quos præscivit & prædestinavit, hos & vocavit; quos vocavit; hos & elegit; quos elegit, hos & glorificavit.* Et iterum beatus Jacobus apostolus instruit & docet: (*o*) *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis:* & idcirco voluit adamantem & scilicet esse, propheticum confirmantes sermonem, nihil metuentes non (*p*) desinimus divinum verbum gentibus prædicare, sicut scriptum est: (*q*) *Speculatorem dedi te domui Israel, & audiens de ore meo verbum, adnunciabis eis ex me.* Beati enim Petri clavigeri regni cælorum præcepta censentes prædicare non desinimus regibus ac populis verbum veritatis atque vitæ, pro cujus amore una cum fidelissimis missis vestris, ut nobis direxistis, prædicti Offæ regis missos libenti animo suscipientes, congrue hilari vultu super eos pro vestra inclita excellentia respeximus, eorum explentes vota quemadmodum gratias vestræ a Deo promotæ regali in triumphis potentiæ referre valeant, quia solite nos vestram satagimus adimplere, sicut & vos nostram voluntatem. Quibus usque in finem perfecte observatis divina (*r*) majestas vos hujus mundi regni gubernacula ævis & temporibus, una cum domna regina, vestrisque nobilissimis filiis faciat perfrui, & in perpetuum cum sanctis omnibus triumphantes gaudere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

D Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de præda Persarum in finibus Græcorum facta, & de discordia, quæ inter ipsos erat.

(*s*) *Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

DUm nimis in nostro pectore momentis omnibus vester regnat amor, & multa nobis fiducia, magnaque gloriatio apud præcellentissimam atque a Deo promotam vestram E regalem potentiam existit, convenit nempe nos pro vestri præcelsi a Deo protecti regalis culminis solicite cotidie inquirere salute, ut agnito, juxta nostrum desiderium, omnia prospera esse (*t*) apud vestram excellentiam, summas san-

Cod. Carol. est XCIII.

(*n*) *Idem.* præclarissima (*b*) *Idem.* sui (*c*) *Idem.* cujus adepta doctrinam, celsior per suffragia
(*d*) *Idem.* freti (*e*) *Idem.* fervet (*f*) *Idem.* quasi ignis ardens
(*g*) *Idem.* ingluviei assertiones quam fateri, ut dicis, nefas est (*h*) *Idem.* prædecessoribus
(*i*) *Gretf.* psalmo 117. (*k*) *Idem.* psalmo 26. (*l*) *Idem.* Matthæi cap. 15.
(*m*) *Idem.* Joannis cap. 1. (*n*) *Murat.* ad Romanos cap. 8. vers. 29. (*o*) *Gretf.* Jacobi cap. 31.
(*p*) *Lamb.* non sinamus (*q*) *Gretf.* Ezechielis cap. 33. (*r*) *Idem.* clementia... ævis temporibus
(*s*) *Gretf.* Summ. XXXIV. Bar. & Centuriat. (*t*) *Lamb.* erga

ANNO CHRISTI 771.

sanctæ & individuæ Trinitati, & dignas referamus grates. In quibus ad aures vestræ regalis potentiæ intimantes innotescimus (*a*) de Constantinopolitanis partibus, quod in fines ejus gens Persarum invadentes atque deprædantes venerunt usque in locum qui dicitur (*b*) *Moria* a sexagesimo milliario ejusdem civitatis Constantinopolitanæ. Unde & prædam magnam comprehendentes secum detulerunt, & sicut audivimus, atque fama fertur, Thius regis Persarum princeps & dux exercitui nefandissimo ipsorum existebat. Qui dum reversus fuisset cum iniqua victoria, elatus in superbia mentitus est proprio nepoti suo, & ab ejusdem exercitu factus est rex Persarum. Et infra se tumultuantes pugnare ad invicem pro nepote & Thio dicuntur.

Nos vero petentes divinam clementiam crebro pro vobis die noctuque orare prorsus non desinimus, ut ad exaltationem sanctæ Dei spiritalis matris vestræ Romanæ ecclesiæ, & nostram perennem lætitiam, longiori ævo in triumphis, & celebri nomine regnantes, una cum excellentissima filia nostra & spiritali commatre domna regina vestraque præcellentissima prole, & sospites in præsenti vita, & in æterna beatitudine vos conservare dignetur. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar epistolæ ejusdem papæ ad domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de diœcesis vel parochiis episcoporum partibus Italiæ atque Tusciæ, quas alterutrum invadentes & de veste monachica, quam contra sanctos canones relinquentes, iterum sæcularibus vestibus induebantur, & sibi illicito matrimonio sociabant.

(*c*) *Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri Carolo regi Francorum & Langobardorum atque patricio Romanorum Hadrianus papa.*

Cod. Carol. est XCIV.

Si in rebus sæcularibus suum cuique jus & proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio, ne ibi discordia locum inveniat, (*d*) unde pacis debent procedere? Quod hac veneratione servabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Perlatum siquidem ad nos, quod Langobardorum episcopi alter alterutrum invadentes opponunt periculum, simulque ecclesiastica statuta enormiter deposcentes conantur invadere, & aliorum partes illiciter detinentes in pristino errore perseverare moliuntur. Olim quippe eorum gens in errore existens, vestræ a Deo protectæ regali potentiæ servata est a talibus malignis, & infidelibus actis emendati, ut unde gloriosiore cæteris regibus eminetis, inde omnipotenti Domino, qui dat salutem regibus, perfectius placeatis, & fidem quam catholice, & apostolice per beatum Petrum Apostolorum principem, ejusque vicarium, orthodoxe venerantes colitis, adjutricem in omnibus habere mereamini.

ANNO CHRISTI 771.

Quapropter poscentes vestram a Deo promotam regalem excellentiam, quæsumus, ut eorum errores contemnentes, canonice unusquisque suam diœcesim sacerdotali moderamine tenere atque disponere officio ecclesiastico valeat. Et sicuti termini sæculares pro territoriis existunt, atque in judicio sub jure civitatis & ditionis actoribus disponuntur, ita (*e*) ejusdem civitatis ecclesiæ episcopo diœcesis atque parochiæ non omittantur, ut dum unusquisque episcopus per instituta sanctorum canonum atque prædecessorum nostrorum pontificum sanctorum privilegiorum, & sanctionum jura receperint, (*f*) in eorum parochia atque diœcesi, in omni sacerdotali officio ministrantes, digne valeant pro vestra a Deo instituta regali in triumphis victoria, & præcellentia fundere preces.

Porro & hoc vestræ suggerentes regali excellentiæ innotescimus, errorem illorum, qui in eadem gente Langobardorum callide regnare, in stupris & spurcitiis diaboli non desinit. Semel quippe Deo se voventes, & veste fusca monachico habitu induentes, iterum retrorsum revertentes, quod dici nefas est, sæculares vestes circumferentes, illicito copulari matrimonio perhibentur; quatenus pro hoc sæpius ammonuimus (*g*) per Guntfridum, & aliis Gasindis vestris epistolas dirigentes Raginaldo & Raginbaldo, ut tam detestabile stuprum devitarent. Sed ipsi nolentes adquiescere, per eorum contumaciam filiam Ermenaldi monachico habitu circumdatam suo nepoti nomine Nazario diabolica versutia copulaverunt & nostris apostolicis adhortationibus assensum tribuere noluerunt, & eorum adimplentes iniquam præsumptionem, ministri diaboli effecti sunt, & plures eorum (*h*) invitari exemplo non desinunt. Prorsus nempe freti existimus, quia pro hoc (*i*) canonicas dispositiones vestro a Deo protecto regali culmini incognitas non esse credimus, qualiter talia tetra connubia eorum vetantes gladii ancipitis sanctionibus (*k*) feriunt. Et idcirco petimus, ut nostris vestrisque temporibus canonice in omni Christiano populo nobis a Deo commisso tale illicitum scelus emendetur, ut per hoc vos amplius dignos cultores omnipotentis Domini demonstretis, quemadmodum ab omni errore christiano populo eruto valeat cum propheta clamare: (*l*) *Domine salvum fac regem, & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.* Quia crebro in virtute tua lætatur, & super salutare tuum exultat vehementer, & fidem sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ amplectens in ævo, & sine errore adstruens cum sanctis omnibus permanebit, nosque in hoc orantes, & gratias omnipotenti Domino referentes, ejusque divinam exorantes clementiam (*m*) pro vobis, ut regni gubernaculo longiori ævo, una cum domna regina atque præcellentissima subole fruentes, in æthereis arcibus sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item

(*a*) *Idem*. de civitatis Constantinopolitanæ partibus, quod in finibus ejus Gens
(*b*) *Idem*. Amoria
(*c*) *Gretf.* Summ. XXVII. Bar. & Centuriat.
(*d*) *Lamb.* unde paces debent procedere? & *Gretf.* pax deberet procedere. Quod hac vere ratione
(*e*) *Idem*. eidem
(*f*) *Idem*. eorum parochiæ atque diœcesi omni sacerdotali officio ministrandum digne.
(*g*) *Idem*. per Guntzfridum
(*h*) *Idem*. imitari exempla
(*i*) *Idem*. canonicis dispositionibus..... incognitum.
(*k*) *Idem*. feriuntur
(*l*) *Gretf.* psal. 19.
(*m*) *Lamb.* pro vobis quæsumus

ANNO CHRISTI 771.

Item exemplar epistolæ Hadriani papæ ad Egilam episcopum in partibus (*a*) Spaniæ missæ pro fide orthodoxa tenenda, & pro jejunio sexta feria, & sabbato celebrando.

(*b*) *Hadrianus episcopus servus servorum Dei dilectissimo Egilæ episcopo.*

DUdum (*c*) præcipua gnaraque dilectio tua ad sedem apostolicam, quæ est caput totius Dei ecclesiarum, directos affatus secundum vibrantissimam fidem, quam erga beatum Petrum apostolorum principem, & nos ex intimo gerit corde, cum nimio amore susscepimus, (*d*) ad ea, quæ ejus poposcit solertia, ex divino fonte oriri nitidius ac saluberrime sanctæ nostræ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, (*e*) olitano ritu, orthodoxæ fidei exarantes, imo sanctorum patrum venerandam institutionem sine macula speculantes, per earum tunc transvectores tuæ emisimus almitati. Et quoniam, ut fertur, nequaquam ipsi apostolici ad te profecti sunt apices, nostris eos habentes registris exaratos, infra rescribentes per harum gerulos, scilicet Bellerefonsum, seu Joannem clericum direximus denuo, sicut nobis per fidelissimum missum suum, videlicet reverentissimum & sanctissimum Petrum Ticinensis ecclesiæ episcopum, præcellentissimus ac præfulgidus filius & spiritalis compater noster domnus Carolus rex Francorum & Langobardorum ac patricius Romanorum, pro tua insigni dilectione poscendum emisit, & per ejus regale adminiculum tuis faventes votis (*f*) adimplere prorsus studuimus. Illos vero procaces ac hæreticos homines, qui tuam subvertere nituntur orthodoxam fidem, & undique te coarctantes angustias, & varias tempestates seminant, apostolico indutus præcepto, simulque apostolicis imbutus disciplinis, seu saluberrimis orthodoxæ fidei sanctorum patrum repletus institutis, eos, qui tuas noluerint amplecti rectæ fidei prædicationes, post unam & secundam admonitionem seu increpationem, tamquam Ethnicos & publicanos deputans, habeto pro nihilo eorum infrunitas infidias, propheta testante, qui ait: (*g*) *Si autem adnuntiaveris impio, & ille non fuerit conversus ab impietate sua, & a vita sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Quatenus oportet te vas electionis beati Pauli apostoli imitari, præcepta ac vestigia sequi: (*h*) *subtrahe te ab omni fratre ambulante inordinate.* Et constans esto (*i*) *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Potius nempe si doctrinam sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ secutus fueris, non timebis mala, quia fortissimus auctor, ac ejus fundator beatus Petrus claviger regni cælorum, tecum est usque in finem, Domino pollicente. (*k*) *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Nulla quippe hebetudo, aut quælibet ambiguitas ascendat in suavissimam, sacramque mentem tuam, eo quod (*l*) *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et iterum: (*m*) *sancti per fidem vicerunt regna* &c.

(*n*) Porro in ipsis referebatur apicibus tuis, qualiter vobis nimis intentio est de sexta feria, & sabbato, quod istos duos dies dicimus jejunio mancipandos. Nequaquam hæreticorum hominum ignaviam, atque impiam perversamque amentiam, inanesque ac mendaces sequere fabulas, sed magis doctorum nostrorum sanctorum patrum, sicut nobis intimant, videlicet beati Silvestri atque Innocentii papæ, pariterque almi Hieronymi seu Isidori divinos sermones annecte, & ex nostra apostolica olitana regula sabbato (*o*) jejunare firmiter atque proculdubio tenens, tua non desinat sanctitas. Si enim a regia non vis discedere via, prædictorum sanctorum patrum censuram non deseras, & beati Augustini opuscula legere non prætermittas, ubi egregium prædicatorem atque doctorem suum sanctum Ambrosium meminit pro jejunio sabbati sanctam catholicam & apostolicam nostram Romanam nimis laudasse ecclesiam, & quia gerente Spiritu sancto, nullis tentationibus superari tuam almitatem conjicimus, eas, quas superius polliciti sumus, liquida exarationis pagina instituemus series.

(*p*) Item exemplar epistolæ Hadriani papæ ad Egilam episcopum, seu Joannem presbyterum de eorum sacratione vel constantia in partibus Spaniæ prædicandum, & de paschali festivitate, & de prædestinatione hominis, sive ad bonum sive ad malum, & de coinquinatione eorum tam in escis, quamque in potu, seu & de diversis erroribus & de eorum pseudo sacerdotibus, qui vivente viro sortiuntur uxores, & de libertate arbitrii, vel multis aliis capitulis in partibus illis contra fidem catholicam ortis.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei dilectissimo nobis Egilæ episcopo seu Joanni presbytero.

AUdientes orthodoxam vestræ dilectionis in Christo constantiam atque ita vos antiquæ fidei, communionisque sinceris traditionibus inhærentes, ut mentem Christianæ deditam veritati nullatenus inficerent prævaricatorum vicina contagia, magnificavimus Dominum, charitatemque vestram indesinenter laudavimus, quatenus per earum latores, videlicet Saranum diaconum, & Victorinum clericum, suscipientes vestræ dilectionis affatus, enucleatius eos referantes, liquido informati sumus. Et quoniam pro sedis apostolicæ principatu, cujus solicitudo delegata divinitus cunctis debetur ecclesiis, quam laudabiliter fidei veritatem noveritis & quam solicite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendatis, frater noster (*q*) VVulcharius archiepiscopus provinciæ Galliarum, cui & licentiam dedimus de vestris ordinationibus atque auctoritatem dirigere, vos pro orthodoxæ fidei, sanctæque catholicæ ecclesiæ prædicatione in partibus Spanienſis provinciæ pro vobis nobis insinuavit, magnisque gaudiis

Cod. Carol. est XCVI.

(*a*) *Gretſ. pro* Hiſpaniæ (*b*) *Idem.* Baronius ibidem poſt Summarium XLIV. ut & Centuriatores.
(*c*) *Lamb.* a præcipua gnaraque dilectione tua ad ſedem apoſtolicam quæ eſt caput totius mundi, & Dei eccleſiarum, (*d*) *Idem.* & ad ea (*e*) *Gretſ.* vetuſto (*f*) *Lamb.* adimpleri prorſus nituimus
(*g*) *Gretſ.* Ezechielis cap. 3. (*h*) *Idem.* Theſſalonicenſ. cap. 3. (*i*) *Idem.* ad Romanos c. 8.
(*k*) *Idem.* Matthæi cap. ult. (*l*) *Idem* Matthæi cap. 5. (*m*) *Idem.* ad Hebræos cap. 11.
(*n*) *Lamb.* Porro quod in ipſis (*o*) *Idem.* jejunando... proculdubio inſtar celebrari tua non
(*p*) *Gretſ.* meminerunt hujus epiſtolæ Baronius, & Centuriatores (*q*) *Lamb.* Wilcharius

ANNO CHRISTI 771.

diis triumphamus, cum ubique terrarum Dominum Sabaoth semen puræ confessionis reliquisse cognoscimus, quod non in petrosa deveniens æstu tentationis exaruit, nec viæ proximum cecidit, vagantibus inimicis expositum, nec in spinis irruit suffocandum, sed in bonam terram piæ (*a*) devotionis, vestra cælestisatione dispersum, in tricesimum & sexagesimum fructum centenariumque proficit, perfectionem scilicet frumenti Dominici mystica locutione designans.

Quapropter exultantibus animis confidentius incitamus, ut ab omni pestis incursu pectora vestra sapienter intemerata servetis, *quoniam* (*b*) *qui perseveraverit in finem, hic salvus erit.* (*c*) *Dominus prope est. Nihil soliciti sitis.* Siquidem major est qui in nobis est, quam qui in hoc mundo, regnumque Domini intra nos esse, scriptura testante sit certum. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, si in unitate fidei nostræ perseveraveritis, vobiscum sumus. Tantum ut sit, auxiliante Domino, constantia perseverans: dicente apostolo: (*d*) *vobis enim datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro ipso patiamini.* Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, dilectionem vestram jam fatus sanctissimus archiepiscopus (*e*) nos illi licentiam cedentes, pro apostolicæ fidei amore direxit, quibus merito persistentes integritate ornari, usque ad coronam bravii, exoptare non dubitamini.

Ferebatur siquidem in ipsis vestris apicibus, quod multi in partibus illis in insipientiam, atque cordis dementiam devoluti, nostræ relationis, atque admonitionis seriem, secundum venerandi concilii Nicæni institutionem de paschali festivitate editam, contemnere audent. (*f*) *Quod si plenilunium, quartodecimo scilicet die lunæ, sanctum pascha minime sit celebratum, sed prætermisso eodem quartodecimo die in alio sequentis septimanæ dominico, quod est vigesimo secundo lunæ die, Paschalis festi gaudia pronunciantur celebranda.* Quod si interius mente perpenditur magni ac venerandi Nicæni concilii trecentorum decem & octo sanctorum patrum simul convenientium promulgata paschalium festivitatum ratio, proculdubio omnis error, omnisque ambiguitas ab hæsitantium cordibus auferetur. Sed dum plerique propria commenta, ut acuti perspicaces, & mundanæ scientiæ gnari, spiritalis vero eruditionis ignari, vendicari defudant, olitanam patrum traditionem desidiosa ignavia prætereunt (*g*) & vera mendacio obumbrare inhiant.

ANNO CHRISTI 771.

In eodem quippe magno Nicæno concilio decennovennali cyclo patrum confirmato sententia, ita inter cętera ibidem fertur promulgatum: quod non amplius quam usque ad vigesimam primam Lunæ diem hujus sacræ festivitatis solemnia dilatentur. Quam paschæ rationem, & Antiochenum demum venerandum corroborans concilium, inter reliqua, ita inibi, in primo scilicet capitulo constat exaratum: Omnes, qui ausi fuerint dissolvere definitionem sancti & magni Nicæni concilii congregati sub præsentia piissimi & venerandissimi principis Constantini, de salutifera sancti Paschæ solemnitate, excommunicandos, & ab ecclesia esse abjiciendos censemus. Etsi tamen contentiosius adversus ea, quæ bene sunt statuta, perstiterunt atrocioribus porro summissuros interdictionibus censuerunt. Nam & beatissimus Dionysius in ea, quam de ratione paschæ promit, epistola ita ait: (*b*) A duodecimo Kalendarum Aprilium die, cunctorum Orientalium sententia, æquinoctii cursus vernalis consequatur decreverunt, maxime Ægyptiorum peritiam, qui, ut hujus calculationis gnari doctique sunt, inquirendam specialiter adnotatur, (*i*) in quo etiam si luna quartadecima celebrandum pascha, sancta synodus Nicæna sine ambiguitate firmavit.

Attendite dilectissimi nobis, & illud quod beatus Proterius Alexandrinæ ecclesiæ præsul prædecessori nostro beatissimo Leoni papæ, ob piæ memoriæ Marciani principis jussum direxit. Post plurima enim ita ait: *Olim quippe Dominus per Moysen* (*k*) *significans dicit:* (*l*) *Mensis iste vobis initium mensium, primus erit in mensibus anni, & facies pascha Domino Deo tuo, quartadecima die mensis primi. Et post pauca subjungit, dicens: Si quando in die Dominico quartadecima luna* (*m*) *reperta, in sequenti septimana est dilatanda festivitas, sicut & veteres patres nostri fecerunt, quartas decimas* (*n*) *lunas occurrentes in aliam dominicam transferentes.*

Unde constet, dilectissimi, non amplius hujus venerandæ festivitatis solemnitatem (*o*) differri, quam usque in vigesimam primam lunæ diem, jure observantes hebdomadæ dierum numerum, dum solaris cursus a lunæ cursu omnino discordat. Quoniam in sex quidem diebus creator omnium Dominus æthereum firmamentum, omnemque ejus (*p*) ornatum, rutilantia æquoris, atque telluris gignentia, ac elementorum materiam, & cunctorum reptilium animantia patravit, (*q*) & postrema e limo hominem finxit feria, & in septimo die requievit ab omni opere, quod patrarat. His nempe septem die-

(*a*) *Idem.* devotionis vestræ cælesti (*b*) *Gretf.* Matthæi cap. 24. (*c*) *Idem.* ad Philippenses cap. 4.
(*d*) *Idem.* ad Philippenses cap. 1. (*e*) *Idem.* ad nos, & *Lamb.* nobis illi licentiam cedentibus
(*f*) *Lamb. Quod si plenilunium quartodecimo scilicet die Lunæ sabbato contigerit, alio die Dominico, videlicet quintodecimo Lunæ die, sanctum pascha minime celebretur, sed prætermisso eodem quintodecimo die, in alio sequentis septimanæ dominico, qui est vigesimo secundo Lunæ, die paschalis festi gaudia pronuntiant celebranda. Gretf. Locus corruptus.* Quorumdam in Hispaniis hæc erat sententia, ut si plenilunium existeret die sabbati atque adeo quartadecima luna sabbatum esset, pascha non celebraretur sequenti quintadecima die, licet esset dominica, sed differretur in vigesimam secundam diem. Hanc opinionem oppugnat Pontifex, eamque synodo Nicænæ adversari ostendit. Hæc tamen ex sequenti epistola, ubi de eodem argumento iterum differitur, corrigere licebit. Peccavit enim librarius omissione quorumdam. (*g*) *Lamb.* & vera mendacils
(*b*) *Idem. Cum a duodecimo . . . . . decreverunt, festum paschale non nisi post illum diem celebrandum, & maxime Ægyptiorum peritiam, qui hujus calculationis gnari, doctique sunt, inquirendam esse. Ibidem quoque specialiter adnotatur, quod si luna quartadecima sabbato contingat, sequenti Dominico, luna quintadecima, celebrandum sit pascha, quod etiam sancta synodus Nicæna sine ambiguitate firmavit.*
(*i*) *Gretf.* Hæc corrigi possunt ex sequenti epistola.
(*k*) *Lamb.* tempus paschale significans (*l*) *Gretf.* Exodi cap. 12.
(*m*) *Lamb.* Luna reperta est, in sequentem septimanam est dilatanda
(*n*) *Idem.* Lunas die Domino occurrentes, in aliam transferentes
(*o*) *Idem.* differri fas esse, quam (*p*) *Idem.* ornatum rutilantem
(*q*) *Idem.* & postremum.... finxit arva, & in septimo

ANNO CHRISTI 771.

diebus a quartodecimo Lunæ die, quod est plenilunium, si dominica tamen occurrerit, in alia dominica, quæ est prima & sancta dies, pro eo quod non oportet in ea jejunare, intermissis in alia dominica, quæ est sancta & prima dies vigesima prima luna, rationis ordo exigit a Christianis sanctum pascha celebrandum. Num si sabbato quartadecima luna advenerit; non est intermittenda subsequens dominica, quintadecima videlicet lunæ dies, venerantes eamdem dominicam, quæ est prima sabbatorum dies, in qua lux, jubente Deo, in ipso mundi exordio prodiit, in qua & vera lux Salvator noster ab inferis carne resurrexit. Nam si octo dies a quarta decima lunæ die, quando jejunium solvitur, intermittuntur, (*a*) ut in vigesima secunda die lunæ paschalis festivitas dilatetur, ergo jam non est septimana, idest hebdomada, sed ogdoada, ut stolidi quique & vecordes (*b*) definiunt, dicenda atque observanda est. Intuendum quippe & illud ratio suadet, quod septem hebdomadæ, & non octo intermittuntur a paschali festivitate, usque ad sanctum pentecostem, in qua paraclitum Spiritum a Patre redemptor noster Dei vivi filius, post glorioſam resurrectionem suam sanctis suis apostolis misit. Pro quo regia (*c*) gradimur via, & non declinabimus penitus (*d*) per tortuosum & dumis ac tribulis repletum callem Pergant per eam hi, qui cupiunt nova figmenta, & scelerum monumenta componere, ut merito spinæ & tribuli generentur eis.

Jam quidem dudum decessores & prædecessores nostri sancti pontifices pro hac quæstione simulque hæresi (*e*) illis compatribus monitorium atque adhortationem dirigentes, congruis epistolis beati Cyrilli atque Theophili, nec non & aliorum sanctorum patrum, quos denumerare longum est, promulgantes docuerunt, quas vestræ dilectioni gnaras esse dubium non est. Pro quo non silemus, chariſſimi, impensius commonere, ut a falsis fratribus caveatis, & in eo modo quo sancta nostra Romana ecclesia, caput omnium ecclesiarum Dei, paschalem celebrat solemnitatem, & vos proculdubio celebrare studeatis; ut sicut pares nos christianorum fidei religio efficit, æquales nimirum in festivitatibus efficiat.

Insinuavit dilectio vestra & hoc, quod quidam pollicentes, atque in errore perseverantes prædicant, ut qui non ederit pecudum aut suillum sanguinem & suffocatum, rudis est, aut ineruditus. Nos quidem apostolicis præceptis imbuti atque eruditi, confirmantes prædicamus, quod si quis pecudum, aut suillum sanguinem, vel suffocatum manducaverit, non solum eruditionis totius alienus sed ipsius quoque intelligentiæ communis prorsus extraneus, sub anathematis vinculo obligatus in laqueus incidat diaboli.

(*f*) Illud autem quod alii ex ipsis dicunt, quod prædestinatio ad vitam, sive ad mortem, in Dei sit potestate. (*g*) Alii iterum dicunt: *ut quid rogamus Deum, ne vincamur tentatione, quod in nostra est potestate, quasi libertate arbitrii?* Revera enim nullam rationem reddere, vel accipere valent, ignorantes beati Fulgentii episcopi ad Eugippium presbyterum contra (*h*) sermones cujusdam Pelagiani opuscula directa, quibus infra, multa idem pater docens hæc verba subjungit: *Illi autem dum pro se gratiam solum reprehensibiliter intromittunt, in se damnabiliter calcaverunt,* (*i*) *qui alios ad vitam, alios ad mortem asserunt destinatos, adverte, quibus se impietatis nexibus ligant. Si ad bonum prædestinatus sum, contra malum resistere necesse mihi non erit. Si vero ad malum natus, bonum mihi exercere nihil proderit. Ac sic in utraque intercluso appetitu laudis & gloriæ, unus securitate, alius desperatione* (*k*) *torpescit: ac per hæc otiabitur omnis justitiæ exercitatio, oratio cessabit, languebit operatio; sed non ita est, quin potius incessanter oremus, quia ipse Dominus dicit: sine intermissione orate, ne intretis in tentationem. Nihilominus contra omne peccatum non solum oratione, sed etiam labore luctemur: quia ipse Dominus præsenti lectione testatus est, quia unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Hæc verba, quibus auctor sermonis illius veritatem prædestinationis nititur oppugnare, inconsiderate atque indiscrete prolata, Deo nos adjuvante, monstramus.*

Et post cętera: *Opera ergo misericordiæ ac justitiæ suæ præparavit Deus in æternitate incommutabilitatis suæ, & sicut futurorum operum suorum nunquam fuit ignarus, sic in eorumdem operum præparatione nunquam improvidus. Præparavit ergo justificandis hominibus merita. Præparavit iisdem glorificandis & præmia; malis vero non præparavit voluntates malas, aut opera mala, sed præparavit eis justa & æterna supplicia. Hæc est æterna prædestinatio futurorum operum Dei, quam sicut nobis apostolica doctrina semper insinuari cognoscimus, sic etiam fiducialiter prædicamus. Beatus enim Paulus prædestinationem eorum, quos Dominus gratis salvat, & evidenter & frequenter insinuat. Ipse enim dicit de Deo:* (*l*) Nam quos præscivit, & prædestinavit, conformes fieri imaginis filii ejus, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. *Et post,* quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit. *Non utique alios, sed quos prædestinavit, hos vocavit, hos justificavit. Nihil incertum in Dei operibus mutat, quia nihil suæ prædestinationis evacuat. Prædestinationis igitur suæ opera vocatione Deus inchoat, glorificatione consummat. Non tamen in omnibus, quos vocavit, sed quos secundum propositum vocat.* (*m*) Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt.

Item post multa: *Teneatur ergo prædestinationis veritas a fidelibus cunctis, quia quisquis divinum non credit in hac prædestinatione consilium, non pervenit ad glorioſum ejusdem prædestinationis effectum. Quisquis autem non est prædestinatus ad gloriam, invenitur sine dubio præscitus ad pœnam, quæ ideo in Dei nomine præparatione prædestinata cognoscitur, ut per eam infidelitas, atque iniquitas puniatur. Propter quod beatus Judas apostolus*

quosdam

(*a*) *Idem.* ut in vigesimam secundam diem lunæ (*b*) *Idem.* profanixant
(*c*) *Idem.* gradiemur (*d*) *Idem.* per tortuosam..... repletam
(*e*) *Idem.* illis partibus. & *Gretſ.* compartibus (*f*) *Gretſ.* Hæc omnia reperies quoque in epistola sequenti. (*g*) *Lamb.* & non nostra (*h*) *Idem.* sermonem
(*i*) *Idem.* quia alios (*k*) torpebit (*l*) *Gretſ.* epistola ad Romanos cap. 8. v. 29. & 30.
(*m*) *Murat.* ibidem vers. 28.

ANNO CHRISTI 771.

quosdam destinatos dicit in judicium his verbis: (*a*) Subintrojerunt enim quidam homines impii qui olim præscripti, & prædestinati erant in hoc judicium Dei nostri. *Vigilanter autem in doctrina Spiritus sancti, prædestinatos impios non dicit ad peccatum, sed ad judicium, non ad impietatem, sed ad punitionem. Non enim prædestinati sunt ad hoc, quod vitiosas impietates admittunt, sed ad illud quod judicio æquitatis divinæ recipiunt. Ipsorum enim opus est, quod impie faciunt. Dei autem opus est, quod juste recipiunt.*

Item post cętera: *Proinde quod auctor illius sermonis subsequenter adjunxit dicens: Quin potius incessanter oremus, quia ipse Dominus dicit:* (*b*) sine intermissione orate, ne intretis in tentationem. Et post: *nihilominus contra omne peccatum non solum oratione, sed etiam labore luctemur.* Et iterum: *sic laborantes vocat Dominus, dicens:* (*c*) Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. *Sed nos a Deo humiliter gratiam poscamus, quam collaborantem jugiter habeamus, per quam nos Deus & in labore custodiat, & ad mercedem peracto labore perducat.*

Porro, dilectissimi, diversa capitula, quæ nobis innotuistis, idest, quod multi dicentes (*d*) catholicos se, communem vitam gerentes cum Judæis & non baptizatis paganis, tam in escis, quamque (*e*) in potu, seu & diversis erroribus, nihil pollui se inquiunt; & illud quod inhibitum est, ut nulli liceat jugum ducere cum infidelibus; (*f*) ipsi enim filias suas cum alio (*g*) benedicant, & sic populo gentili tradentur, & quod sine examinatione præfati presbyteri ut præsint ordinantur. Et alius quoque immanis invaluit error & pernicioſus, ut etiam, vivente viro, mulieres in connubio sibi sortiantur ipsi pseudosacerdotes, simulque & de libertate arbitrii, & alia multa, sicut fati estis, quæ longum est dicere. (*h*) Quid multi vobis hæresum singula scribam? quia olim tempus est quod Priscilliani dogmatis impleverunt. Quapropter, dilectissimi, oportet vestram industriam solertissime vigilare, & sicut decet Domini sacerdotes, (*i*) nullos vos canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum possit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libito licentia populis permissa frangatur? Unde constat, ut si quis de prædictis capitulis obnoxius reperietur, profecto is regulariter consortio fidelium Dei, utpote corruptor patrum traditionum, extorris efficiatur, & in æterna condemnatione inveniatur.

Cavendum ergo dilectioni vestræ est, magnaque diligentia prohibendum, ne per hujusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur, & de exciso olim dogmate aliquid in provincia ejusdem mali germen oriatur, quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ ecclesiæ subolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent, & obediendo vobis probent se esse nostros, quorum si quisquam salubribus præceptis satisfacere detrectaverit, si-

ANNO CHRISTI 771.

ve ille clericus, sive laicus, ab ecclesiæ societate pellatur, ne perditor animæ suæ, saluti insidietur alienæ. Et sicut per nos, seu almum archiepiscopum, in prædicatione orthodoxæ fidei directi, sanctæ Romanæ ecclesiæ ob amorem beati Petri principis apostolorum concordes prædicate, ut sicut unus est pastor noster Christus, Dei vivus filius, omnes simul in uno ejus efficiamur aggregati ovili, & quemadmodum unius capitis sumus membra, unum efficiamur corpus in Christo Jesu Domino nostro; promerentes ejus, quam sanctis sui contulit cultoribus, qui ejus præcepta custodiunt, & ab initio mundi divinæ ejus placuerunt majestati, desiderabilem promissionem, quam ait: (*k*) *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum vobis præparatum ab origine mundi.*

Item exemplar epistolæ Hadriani papæ directæ omnibus episcopis per universam Spaniam commorantibus, maxime tamen Eliphando, vel Ascharico cum eorum consentaneis, pro hæresi vel blasphemia, quod filium Dei adoptivum nominant, cum multis capitulis sanctorum patrum eos reprehendens. Nec non & de paschali festivitate, seu & de sanguine pecudum & suillo, & sanguine suffocato, quem in errorem prædicantes dicunt: ut qui ea non ederit, rudis & ineruditus est, quos sub anathematis vinculo obligatos & ab ecclesia extraneos dicit. Similiter & de prædestinatione Dei, quod si quis ad bonum prædestinatus esset, contra malum resistere necesse illi non erat, si vero ad malum (*l*) notus, bonum illi exercere nihil proderit. Pro quo capitulo apostolicis adhortationibus eos castigans, nec non & de hoc, quia communem vitam cum Judæis, & non baptizatis paganis, tam in escis quam in potu, seu & in diversis erroribus nihil pollui se inquiunt, nec non & de filiabus eorum, quas populo gentili tradunt; vel de sacrationibus eorum, seu & de mulieribus, quæ vivente viro sibi maritum sortiuntur, simulque & de libertate arbitrii, vel aliis multis, quæ enumerare longum est, eos castigans cum sanctorum patrum traditionibus.

(*m*) *Hadrianus* (*n*) *papa episcopus servus servorum Dei, dilectissimis nobis omnibus orthodoxis episcopis per universam Spaniam commorantibus.*

Cod. Carol. est. XCV.

INstitutio universalis nascentis ecclesiæ beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit; ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias religionis, (*o*) jam crescente cultura fonte manavit. Nicænæ synodi non aliud præcepta testantur, adeo ut non aliquid super eam ausa sit constituere, quum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Hanc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum, a qua si quis se abscidit, fit christianæ religionis ex-

tor-

(*a*) *Idem.* epistola Judæ apost. vers. 4. (*b*) *Gretf.* Matthæi cap. 26. (*c*) *Idem.* Matthæi cap. 11.
(*d*) *Lamb.* catholicos se esse, (*e*) *Idem.* in potis (*f*) *Idem.* ipse enim (*g*) *Idem.* benedicet
(*h*) *Idem.* Quid multa vobis hæresum per singula scribere? (*i*) *Idem.* nulli vestrum liceat canones &c
(*k*) *Gretf.* Matthæi cap. 25. (*l*) *Lamb.* natus. *Gretf.* natus *vel* prædestinatus.
(*m*) *Gretf.* memenerunt epistolæ hujus Baronius & Centuriat. (*n*) *Lamb.* episcopus servus
(*o*) *Idem.* jam crescentis

ANNO CHRISTI 771.

torris, quum in eadem non cœperit esse compage. Audivimus quippe, quod quidam episcoporum in partibus vestris degentes, apostolicæ Sedis doctrinam contemnentes contra (*a*) orthodoxam fidei traditionem novas introducere nituntur hæreses, prætermittentes vasis electionis beati Pauli apostoli sententiam, quæ ait: (*b*) *Si quis vobis evangelizaverit*, (*c*) *præter quod evangelizatum habuistis, anathema sit*. Quapropter exsultantibus animis confidentius orthodoxam fidem vestram incitamus, ut ab omni pestis incursu pectora vestra sapienter intemerata servetis, & rectæ fidei doctrinam, quam a sancta nostra catholica, & apostolica Sede olim prædecessores vestri a sanctis nostris prædecessoribus susceperunt, usque in finem (*d*) defendere, atque observare nihilominus satagatis: (*e*) *Quoniam qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*.

Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, si in unitate fidei nostræ perseveraveritis, vobiscum sumus, tantum ut sit, auxiliante Domino, constantia perseverans, dicente Apostolo: (*f*) *Vobis enim datum est pro Christo non solum ut in eum credamus, sed etiam ut pro ipso patiamini*. Dudum vero quod (*g*) Vvulcharius archiepiscopus Galliarum suggessit nobis pro quodam Egila, ut eum episcopum consecraret, valde nimisque eum in fide catholica, & in moribus atque actibus laudans, ut consecratum vestris partibus emitteret ad prædicandum: nos vero prædicti Vvulcharii archiepiscopi petitioni credentes, consuetam illi licentiam tribuimus; ut canonice eum examinaret, quatenus si post discussionem & veram examinationem, rectum & catholicum eum inveniret, episcopum ordinaret, & nullam quamlibet alienam sedem ambiret, vel usurparet, sed solummodo animarum lucra Deo offerret: Qui una cum Joanne presbytero in partibus vestris veniens, quod pejus est, ut ejus fama in auribus nostris sonuit, non recte ille Egila prædicat, sed errores quosdam Mingentii magistri sui sequens, extra catholicam disciplinam, ut fertur, conatur docere, & alia plura capitula, quæ absque norma ecclesiastica (*h*) aliis suadere videtur. Quod si ita est, vestra fidelissima dilectio, quæ normam & disciplinam sanctæ nostræ Romanæ ecclesiæ consequitur, nullo modo eorum insaniam credere, vel sequi studeat. Quia proculdubio minime (*i*) nos credimus sanctæ Romanæ ecclesiæ ignorare disciplinam, sed potius admonentes ad veram & orthodoxam fidem eos reducere studeatis. Porro & de partibus vestris pervenit ad nos lugubre capitulum, quod quidam episcopi ibidem degentes, videlicet Eliphandus & Ascaricus cum aliis eorum consentaneis, filium Dei adoptivum confiteri non erubescunt, quod nullus (*k*) e qualibet hæresi antea talem blasphemiam ausus est oblatrare, nisi perfidus ille Nestoricus, qui purum hominem Dei confessus est Filium. Quapropter nullo modo eorum serpentinum venenum in qualibet parte vestram subripiat vel coinquinet dilectionem. Sed sanctorum principum apostolorum Petri ac Pauli divinam tenentes confessionem, atque eorum sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ sequentes traditionem, pariterque præcipuorum ac catholicorum probabilium patrum dogmata amplectentes, firmi & stabiles, atque immobiles & inconcussi, una nobiscum in eorum loculenta traditione perseverare irrefragabiliter, & incunctanter nitimini. In primis confessionem B. Petri principis apostolorum atque clavigeri regni cælorum tenentes, qui ait: (*l*) *Tu es Christus filius Dei vivi*. Deinde vas electionis B. Pauli apostoli (*m*) subposterium fidei, qui inquit: (*n*) *Proprio filio suo non pepercit Deus; sed pro nobis omnibus tradidit illum*. Et si ipsi principes apostolorum Filium Dei vivi & proprium confessi sunt, quomodo oblatrantes autumant hæretici, Filium Dei adoptivum dicere, quo solo audito, omnis Christianus gemens pavescit? Unde B. Athanasius Alexandrinus episcopus, antiquus & egregius prædicator, de divina incarnatione Verbi, consonante sancta prima synodo, quæ in Nicæa, infra cætera ait: „ Si quis vero adversus divinam scripturam dicet, alium dicens „ Filium Dei, & alium, qui ex Maria hominem (*o*) secundum gratiam, & si quis Domini nostri carnem de sursum dixit, & non „ ex virgine Maria, aut immutatam deitatem „ in carne, & confusam, aut alienatam, aut „ passibilem Domini deitatem, aut inadoratam Domini carnem, sicut hominis & Dei „ carnem, hunc anathematizat catholica & „ apostolica ecclesia, consentiente divino apostolo, & dicente: (*p*) *Si quis vobis evangelizaverit præter quod suscepistis, anathema sit*.

Sed & beatus Gregorius Nazianzenus, qui & Deiloquus, scribens ad Cledonium infra cætera inquit: (*q*) *Si quis duos introducit filios, unum quidem, qui ex Deo & patre, secundum vero, qui ex matre, & non unum & eumdem, is adoptione excidat quæ promissa est his, qui recte credunt. Naturæ vero duæ, Deus & homo, ut & anima & corpus. Filii vero non duo, neque Dii. Neque enim heic duo homines: quamvis Paulus quod interius hominis & exterius appellavit.* (*r*) *Si oportet continuo dicit alium & alium, ex quibus Salvator, sive non quod & ipsum invisibilem visibili & sine tempore, quæ sub tempore, non alius & alius absit, utraque unum vero.* Et infra: *Si quis ex operibus perfectum, aut post baptisma, aut post ex mortuis resurrectionem adoptione dignus est dicit, sicut quos pagani* (*s*) *præscriptos introducunt, anathema sit*.

Unde præcipuus Amphilocius Iconii episcopus in sermone suo in sancta Epiphania nos do-

---

(*a*) *Idem*. Romanam & orthodoxam (*b*) *Gretf.* ad Galatas cap. 1.
(*c*) *Lamb.* præterquamquod (*d*) *Idem*. defensare (*e*) *Gretf.* Matthæi cap. 10. & 24.
(*f*) *Idem*. ad Philippenses cap. 1. (*g*) *Lamb.* Wilkarius *ita semper* (*h*) *Idem*. alios
(*i*) *Idem*. vos (*k*) *Idem*. quamlibet hæresiarcha talem (*l*) *Gretf.* Matthæi cap. 16.
(*m*) *Idem. mendosus locus, nisi* subposterium *sit fundamentum, vel suppositum.*
(*n*) *Idem*. ad Romanos cap. 8. (*o*) *Lamb.* secundum gratiam adoptatum, sicut vos, quatenus esse duos filios unum secundum naturam filium Dei, qui ex Deo, & unum secundum gratiam, qui ex Maria hominem: & si quis Domini nostri carnem de sursu dixit, & non ex virgine Maria, aut mutatam Deitatem in carne
(*p*) *Gretf.* ad Galatas cap. 1. (*q*) *Idem. S. Gregorius Nazianzenus oratione* Si. *edit. Parisiensis nova.*
(*r*) *Lamb. Sed oportet quidem continuo dici aliud & aliud ex quibus Salvator, sive non quod & ipsum invisibile & visibile, & quod sine tempore idem & quod sub tempore, non tamen alius & alius. Absit: utraque vero unum.* Et infra. *Si quis ex operibus perfectis, aut post baptisma, aut post ex mortuis resurrectionem adoptione dignatum esse dicit, sicut quot pagani adscriptos introducunt, anathema sit.* (*s*) *Gretf.* adscriptitios.

ANNO CHRISTI 771.

docuit ; *Nunc in Spiritu ſancto propter adoptionis gratiam. Impoſſibile enim, te accipere auctoritatem adoptionis*, (*a*) *& clamare, Abba, pater, niſi ſignarie adoptionis ſpiritu*. Et poſt pauca. *Niſi ille paſſus fuiſſet ſervi forma, nullo modo tu adoptionis* (*b*) *lucrareris*. Et poſt modicum : *Diligite imperiale donum, capite adoptionis dignitatem*. Sed & B. Gregorius Nyſſenus epiſcopus ſuper Matthæum (*c*) diſponens, ita ait : *Si vero pacificus es, adoptionis gratia coronaris*. Quatenus & B. Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus, qui & Chryſoſtomus, ad Neophytos ſcribens, inſtruit. *Benedictus Deus, iterum dicamus, qui facit mirabilia ſolus, qui facit univerſa, & convertit univerſa. Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebantur ante captivi, & cives eccleſiæ ſunt, qui fuerant in peregrinationis errore. Et juſtitiæ in ſorte verſantur, qui fuerunt in confuſione peccati. Non enim ſunt tantum liberi, ſed & ſancti ; non tantum ſancti, ſed & juſti ; non ſolum juſti, ſed & filii ; nec ſolum filii, ſed heredes ; non ſolum heredes, ſed & fratres Chriſti ; nec tantum fratres Chriſti, ſed coheredes ; non tantum coheredes, ſed & membra ; non membra tantum, ſed & templum ; nec tantum templum, ſed & organa Spiritus. Benedictus Deus, qui facit mirabilia ſolus. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates ; ſed multis quidem videtur cæleſtis gratia in peccatorum remiſſione tantum conſiſtere. Nos autem bonores computavimus decem*. Hac de cauſa etiam infantulos baptizamus, ne ſint coinquinati peccato, ut eis (*d*) detur juſtitiæ adoptio, hereditas, fraternitas Chriſti, ut ejus membra ſint omnes, ut ſpiritus inhabitatio fiant.

Item idem ipſe ſuper Joannem Evangeliſtam docuit : Non enim inutilis fias erga beneficum, neque contrariis retribue, qui tibi fontem beatitudinis donavit. Ubi enim adoptionis dignitas, ibi malorum amputatio, & bonorum omnium datum. (*e*) Idem ipſe pſalmis factum eſt iſtud, & hoc eſt mirabile in oculis noſtris, ut nos qui ante paſſionem Domini ſine teſtamento eramus & lege, adoptaremur in filios Dei.

Ecce, dilectiſſimi nobis, qualiter ſancti patres Orientales docuerunt, inter dona chariſmatum adoptionem eſſe, & nobis omnibus, qui in peccatis nati ſumus, & iterum per baptiſmum renati a Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio Dei unigenito conceſſam. Unde & beatus Auguſtinus egregius doctor in ſermone de Natali Domini inquit : *Audite filii lucis adoptati in regnum Dei*. Et iterum in explanatione ſancti evangelii ſuper Joannem pro hoc manifeſte docuit. *Quotquot autem receperunt eum. Quid eis præſtitit? Magnam benevolentiam, magnam miſericordiam. Unicus natus eſt, & noluit manere unus. Multi homines cum filios non habuerunt, peracta ætate, adoptant ſibi, & voluntate faciunt, quod natura non potuerunt. Hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium unicum, gaudet de illo magis, quia ſolus omnia poſſeſſurus eſt. Et non habebit, qui cum eo dividat hereditatem, ut pauperior remaneat. Non ſic Deus, Unicum eumdem ipſum, quem genuerat, & per quem cuncta creaverat, miſit in hunc mundum, ut non eſſet unus, ſed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati ſumus de Deo, quomodo Unigenitus, ſed adoptati per gratiam ipſius. Ille enim venit Unigenitus ſolvere peccatum &c.* Item in alio ſermone ejuſdem libri : *Nullo modo autem poſſunt dicere, habere ſe charitatem, qui dividunt unitatem*. His dictis ſubſequentia videamus : *Perhibuit Joannes teſtimonium quia vidit. Quale teſtimonium perhibuit? Quia ipſe eſt filius Dei. Oportebat ergo ut ille baptizaret, qui eſt filius Dei unicus non adoptatus. Adoptati filii miniſtri ſunt unici ; unicus habet poteſtatem, adoptet in miniſterium. Licet baptizet miniſter, non pertinens ad numerum fratrum, quia male vivit & male agit, quid nos conſolatur? Hic eſt qui baptizat &c.*

Idem in alio ſermone. *Nos enim de Gentibus venimus. De gentibus autem non veniremus, niſi Deus de lapidibus ſuſcitaret filios Abrahæ. Facti ſumus filii Abrahæ imitando fidem, non naſcendo per carnem. Sicut enim illi degenerando* (*f*) *exhereditati, ſic nos imitando adoptati*. Et infra idem in alio ſermone : *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus*. Adjecit : *omnia dedit in manu ejus*, ut noſſes & hic qua diſtinctione dictum ſit : (*g*) *Pater diligit Filium. Quare ergo* (*h*) *Pater non diligit Joannem? Et tamen non omnia dedit in manu ejus. Pater non diligit Paulum? Et tamen non omnia dedit in manu ejus. Pater diligit Filium, ſed quomodo Pater Filium, non quomodo Dominus ſervum, quomodo unicum, non quomodo adoptatum.*

Pariter beati Hilarii Pictavienſis epiſcopi ſuper Matthæum inquit expoſitio : *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur : pacificorum beatitudo, adoptionis eſt merces, ut filii Dei maneant. Parens enim omnium Deus unus eſt. Neque enim aliter tranſire in nuncupationem familiæ ejus licebit, niſi oblivione earum rerum adſumpta, quibus poſſumus offendi,* (*i*) *fraterna invicem charitatis pace vivamus*. Sed & beatus Leo egregius papa, atque præcipuus doctor (*k*) ex ſermone ſanctæ Epiphaniæ ita nos docuit. *Unde* (*l*) *quod illuſtres viri, univerſarum gentium perſonam gerentes, adorato Domino ſunt adepti, hoc in populis ſuis per fidem, quæ juſtificat impios, totus mundus adſequitur, & hereditatem Dei ante ſæcula præparatam accipiunt adoptivi, & perdunt qui videbantur eſſe legitimi*. Et poſt cetera ex ipſo ſermone : *Illa nobis currenda eſt via, quam ipſe Dominus ſe eſſe teſtatus eſt. Qui nobis nullis operum meritis ſuffragantibus ſacramento conſuluit & exemplo, ut in adoptionem vocatos per illud proveheret ad ſalutem, per hoc imbueret ad laborem*. Item ex ejuſdem beatiſſimi Leonis pontificis ſermone de paſſione Domini : *Nos autem, dilectiſſimi, qui ab ignorantiæ tenebris libertati fidei lumen accepimus, & in novi teſtamenti hereditatem per electionem adoptionis intravimus feſtivitate, quam Iſrael carnalis perdidit, gaudeamus*. Item alius ſermo ejuſdem de Pentecoſte. *Nos autem, dilectiſſimi, ad beatam hereditatem, & animæ & carnis per regenerationem Sancti Spiritus adoptati ſacratiſſimum iſtius*

ANNO CHRIST 771.

diei

(*a*) *Lamb.* acclamare (*b*) *Idem.* lucrares (*c*) *Greſ.* differens
(*d*) *Lamb.* detur ſanctitas, juſtitia, adoptio &c. (*e*) *Lamb.* Idem ipſe in pſalmis
(*f*) *Idem.* exhæreditati ſunt (*g*) *Greſ.* Joannis cap. 3.
(*h*) *Lamb. Pater diligit Joannem, & tamen non omnia dedit in manu ejus? Quomodo pater diligit Paulum, & tamen &c.* (*i*) *Idem.* ne fraterna (*k*) *Greſ.* ex ſermone V.
(*l*) *Lamb.* Unde quod illi tres viri

ANNO CHRISTI 771.

diei festum rationabili obsequio celebremus : confidentes cum beato Paulo apostolo, quod Dominus Jesus ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus, ut evangelium Dei per omne humanæ vocis eloquium prædicaretur, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris.

Si enim sanctorum omnium orthodoxorum patrum pro hujusmodi opuscula vobis exaratsemus, antea chartæ & scriptores deficerent, quam divinus per eorum disputationes cessasset sermo. Sed in his omnibus vestra fidelissima credulitas ad fidem catholicam & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, eos, qui in errore positi sunt, redigentes fructum animarum Deo offerre studete, ut nobis vobisque potissimum lucrum adcrescat. Pariterque & hoc pervenit ad nostras apostolicas aures, quod multi in partibus illis in insipientiam atque cordis dementiam devoluti, prædecessorum nostrorum sanctorum pontificum & nostras relationum atque ammonitionum series, secundum venerandi concilii institutionem de paschali festivitate ita contemnere audent, quod si plenilunium quartodecimo scilicet lunæ die sabbato contigerit, alio dominico, videlicet quintodecimo die pascha sanctum minime (*a*) celebratur, sed prætermisso eodem quintodecimo die, in alio sequentis septimanæ dominico, qui est vigesimo secundo die lunæ, paschali festi gaudia pronunciant (*b*) celebranda. Quod si interius mente perpenditur, magni, ac venerandi Nicæni concilii trecentorum decem & octo sanctorum patrum convenientium promulgata paschalium festivitatum ratio, proculdubio omnis error, omnisque ambiguitas ab hæsitantium cordibus auferetur. Sed dum plerique propria commenta, ut aucti &c. (*c*).

EPISTOLARUM HADRIANI

SYLLOGE LABBEANA.

I. AD CAROLUM MAGNUM REGEM.

Regem orat, primum ut ejus filium tunc natum in baptismo suscipiat : deinde ut ecclesiam ipse Constantini exemplo exaltare pergat, tum promissa largiendo, tum a Longobardis erepta diversis locis patrimonia restituendo.

Domino excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolinus 76.

DUm nimio provocati amore aptum duximus primitus quidem a Deo protectæ excellentiæ vestræ, seu spiritalis filiæ nostræ reginæ proles, etiam episcopos & presbyteros, necnon & universos optimates, cunctumque præclaræ gentis vestræ Francorum populum, ad vestrum a Deo confortatum regnum pertinentem, his nostris apostolicis visitare apicibus, & certos de vestra salute ac lætos effici, impensius prosperitatis ambientes integritatem. Igitur dum ad nos reversi fuerunt missi spiritalis matris vestræ sanctæ Dei ecclesiæ a vestigio a Deo protecti regni vestri, id est reverentissimus frater noster Philippus episcopus, & Megistus dilectissimus filius noster archidiaconus, retulerunt nobis de fidei & charitatis vestræ constantia, quam erga beatum Petrum apostolorum principem, & nostram humilitatem habere dignati estis pro vestræ animæ mercede. Hoc audito, magno gaudio noster relevatus est animus, & cœpimus Deo laudes referre, & beato principi apostolorum Petro, pro exaltatione regni vestri, atque filiæ nostræ reginæ, conjugis vestræ, prolis etiam, & pro cunctis Francis fidelibus beati Petri apostoli, atque vestris. At vero illud, unde vestræ eximietati per jam dictos nostros missos, scilicet reverentissimum fratrem nostrum Philippum episcopum, & dilectissimum nostrum Megistrum archidiaconum, dignati estis nobis repromittere, ut in sanctam diem Paschæ ad limina beati apostolorum principis Petri, una cum spiritali filia nostra regina, Domino auxiliante, properare debuissetis, ut filium qui nunc vobis procreatus est, a sacro baptismate in ulnis nostris susciperemus, sicut terra sitiens imbrem, ita & nos expectantes fuimus mellifluam excellentiam vestram. Et dum appropinquasset ipse dies sanctus Paschæ, & nullum mandatum de adventu vestro suscepissemus, aut de missis vestris, secundum placitum quod inter nos extiterat, valde tristes effecti sumus. Sed obnixe te petimus, præcellentissime & magne rex, ut secundum quod inter nos constitit pro ipso sancto baptismate nostrum adimplere jubeas desiderium de eodem eximio vestro filio ; quatenus duplex Spiritus sancti gratia in medio nostrum accrescat, & gemina festivitatis lætitia a nobis celebretur. Et hoc deprecamur vestram excellentiam, amantissime fili & præclare rex, pro Dei amore, & ipsius clavigeri regni cælorum, qui solium regni patris vestri vobis largiri dignatus est, ut secundum promissionem quam polliciti estis eidem Dei apostolo, pro animæ vestræ mercede, & stabilitate regni vestri, omnia nostris temporibus adimplere jubeatis, ut ecclesia Dei omnipotentis, id est beati Petri apostoli, cui claves regni cælorum ab omnium opifice facinorum nexus solvendi simulque ligandi attributa est facultas, in omnibus amplius atque amplius sancta Dei ecclesia exaltata permaneat; & omnia secundum vestram pollicitationem adimpleantur, & tunc vobis in cælestibus arcibus ascribatur merces, & bona opinio in universo mundo. Et sicut temporibus beati Silvestri Romani pontificis, a sanctæ recordationis piissimo Constantino Magno imperatore, per ejus largitatem sancta Dei catholica & apostolica Romana ecclesia elevata atque exaltata est, & potestatem in his Hesperiæ partibus largiri dignatus est ; ita & in his vestris felicissimis temporibus atque nostris, sancta Dei ecclesia, id est beati Petri apostoli, germinet atque exultet, & amplius exaltata permaneat, ut omnes gentes, quæ hæc audierint, edicere valeant : *Domine salvum fac regem, & exaudi nos in die qua invocaverimus te.* Quia ecce novus Christianissimus Dei Constantinus imperator his temporibus surrexit, per quem omnia Deus sanctæ suæ ecclesiæ beatorum apostolorum principis Petri largiri dignatus est. Sed & cuncta alia,

Psal. 19.

(*a*) *Idem.* sit celebrandum (*b*) *Idem.* celebrandum

(*c*) *Murat. Reliqua, quæ hetc omisi, ipsissima sunt, ac ea quæ in præcedenti epistola habentur usque ad finem ejusdem epistolæ. Quam ob rem ab iisdem repetendis lubens, volensque abstineo.*

ANNO CHRISTI 771.

alia, quæ per diversos imperatores, patricios etiam, & alios Deum timentes, pro eorum animæ mercede, & venia delictorum, in partibus Tusciæ, Spoleto, seu Benevento, atque Corsica simul & Sabinensi patrimonio, beato Petro apostolo, sanctæque Dei & apostolicæ Romanæ ecclesiæ concessa sunt, & per nefandam gentem Longobardorum per annorum spatia abstracta atque ablata sunt, vestris temporibus restituantur. Unde & plures donationes in sacro nostro scrinio Lateranensi reconditas habemus. Tamen & pro satisfactione Christianissimi regni vestri, per jam fatos viros ad demonstrandum eas vobis direximus: & pro hoc petimus eximiam præcellentiam vestram, ut in integro ipsa patrimonia beato Petro, & nobis restituere jubeatis: ut dum omnia per vestrum congruum dispositum sancta Dei ecclesia effectu susceperit, ipse princeps apostolorum beatus Petrus ante tribunal omnipotentis clementiam pro vestra sospitate, atque longævitate & exaltatione a Deo confortati regni vestri deprecetur. Magnopere enim direximus apud vestram eximiam præcellentiam, id est reverentissimum & sanctissimum fratrem nostrum Philippum & Andream episcopos, seu Theodorum ducem, nostrum nepotem. Quibus & in ore posuimus, ut vestræ a Deo protectæ excellentiæ minutius enarrare debeant: quibus & in omnibus credere debeatis, & solita benignitate eos suscipere jubeatis, pro amore fautoris vestri beati Petri apostoli, ut dum ad nos reversi fuerint cum effectu causæ, ante confessionem ipsius Dei apostoli, cum omnibus episcopis & sacerdotibus, atque cuncto clero, senatu & universo nostro populo, pro vestra sospitate atque longævitate, & exaltatione regni vestri, domino fundere valeamus preces, ut ævis temporibusque eximietatem vestram conservare dignetur, ad exaltationem spiritalis matris vestræ sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ; & sicut terrena gaudia largitus est, ita & cælestia tribuat sempiterna. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

II. AD CAROLUM MAGNUM REGEM.

Petit ut Leonem archiepiscopum Ravennatem coerceat, qui jura ecclesiæ Romanæ in Exarchatu & Pentapoli sibi arrogabat.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 52.

PErvenit ad nos eo quod protervus & nimis arrogans Leo, archiepiscopus Ravennatium civitatis, suos ad vestram excellentissimam benignitatem, ad contrarietatem nostram falsa suggerendo, direxit missos. Etenim præcellentissime magne rex, postquam vestra excellentia a civitate Papia in partes Franciæ remeavit, ex tunc tyrannico atque procacissimo intuitu rebellis beato Petro & nobis extitit, & in sua potestate diversas civitates Æmiliæ detinere videtur, scilicet Faventiam, Forumpopuli, Forum Livii, Cæsenas, Bobium, Comiadum, Ducatum Ferrariæ, seu Imolas, atque Bononias; asserens quod a vestra excellentia ipsæ civitates, una cum universa Pentapoli, illi fuissent concessæ. Et continuo direxit Theophylactum missum suum per universam Pentapolim, hoc ipsum denuncians, cupiens eosdem Pentapolenses a nostro servitio separare. Sed ipsi nullo modo se illi humiliare inclinati sunt, nec a servitio beati Petri & nostro recedere maluerunt; magis autem firmi in nostris apostolicis mandatis, quemadmodum extiterunt sub nostro prædecessore domno Stephano papa, cui sanctæ recordationis genitor tuus, simulque & præclara excellentia tua, ipsum exarchatum sibi jure beati Petri permanendum tradidit, in omnibus firmiter permanere noscuntur. Nam prænominatas civitates, ut dictum est, Æmiliæ ipse nefarius archiepiscopus in sua potestate detinens, ibidem actores quos voluit constituit, & nostros, quos ibidem ordinavimus, proicere visus est. Sed & cunctas actiones infra civitatem Ravennatium ipse ordinavit. Et ecce, quod nunquam speravimus, in magnam humilitatem sancta spiritalis mater tua Romana ecclesia venisse dignoscitur: & nos etiam in nimia deminoratione atque despectu esse videmur, dum ea quæ potestative temporibus Longobardorum detinentes ordinare ac disponere videbamur, nunc temporibus vestris a nostra potestate impii atque perversi, qui vestri nostrique existunt æmuli, auferre conantur. Et ecce improperatur nobis a plurimis nostris inimicis, exprobrantes nos & dicentes: Quid vobis profuit, quod Longobardorum gens est abolita, & regno Francorum subjugata? Et ecce jam nihil de his quæ promissa sunt adimpletum est. Insuper & ea quæ antea beato Petro concessa sunt a sanctæ recordationis domno Pippino rege, nunc ablata esse noscuntur. Etenim illud, quod antefatus nefandissimus archiepiscopus asserit, proponens occasionem, in ea potestate sibi exarchatum Ravennatium, quam Sergius episcopus habuit, tribui: Nos excellentissime fili, quemadmodum tempore domni Stephani papæ, qui illuc in Franciam profectus est, cui & ipse exarchatus traditus est, ita & nostris temporibus eum sub nostra potestate disponere atque ordinare volumus: & omnes in hoc cognoscere possunt, qualem potestatem ejus beatitudo in eamdem Ravennatium urbem & cunctum exarchatum habuit; qui etiam archiepiscopum Sergium exinde abstulit, dum contra ejus voluntatem agere spiritu superbiæ nitebatur. Etenim ipse noster prædecessor cunctas actiones ejusdem exarchatus ad peragendum distribuebat, & omnes actores ab hac Romana urbe præcepta earumdem actionum accipiebant. Nam & judices ad faciendas justitias omnibus vim patientibus in eadem Ravennatium urbe residentes ab hac Romana urbe direxit; Philippum videlicet illo in tempore presbyterum, simulque & Eustachium quondam Ducem. Et ut plenius de hoc satisfacere Christianissima excellentia vestra possit, dignetur advocare prædictum Philippum episcopum, eoque de hujusmodi re inquisito, certissime veritatem agnoscere potestis, quia omnia ita sunt quemadmodum innotuimus. Et non tibi placeat, bone & excellentissime fili, ut in tantum despectum atque humilitatis deminorationem sancta Dei ecclesia Romana, spiritalis mater tua, quæ caput est omnium ecclesiarum Dei, veniat. Sed magis peto te coram Deo omnipotente, ut ita disponere jubeas, eumdemque archiepiscopum sub nostra potestate contradere digneris, ut a nobis cunctus exarchatus disponatur, sicut sæpefatus domnus Stephanus beatissimus papa, tempori-

poribus sanctæ memoriæ genitoris vestri domni Pippini, disponere visus est. Quatenus vestris felicissimis temporibus ipsa sancta universalis Dei ecclesia exaltata permaneat, & ex hoc in præsenti vita, suffragiis apostolorum beati Petri & Pauli, regni gubernacula longo senio cum immensis victoriis possidere, etiam & in futura beatitudine cælestia regna adipisci mereamini. Ecce enim magnopere direximus ad vestra regalia vestigia præsentem Anastasium, fidelissimum nostrum cubicularium, cui & in ore posuimus, quæ nostra vice vestræ excellentiæ enarrare debeat. Quem in omnibus vobis commendantes, cuncta illi credere, ad nos cum prospero nuncio, & effectu causæ absolvere jubeatis. Incolumen excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

III. AD CAROLUM MAGNUM.

Queritur se despectum a Possessore episcopo, & Rabigaudo abbate, missis Caroli: orat ut mœrorem suum consoletur, & ducatum Spoletinum, quem sancto Petro obtulit, reipsa cito tradi jubeat.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum, & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini ep. 58.

OMnino confidimus & certi sumus, quod tua a Domino protecta excellentia in his, quæ pariter loquentes inter nos convenerunt, firmiter atque immutabiliter permanere studeat, & charitatis vinculum in medio nostrum corroboratum toto mentis annisu, atque sincero affectu, observare procuret; dum nos Deo propitio in ea ipsa habita in invicem dilectionis concordia cum magna sinceritate mentis satagimus perseverate: quia Deo teste dicimus, a quo cum vestra melliflua Christianitate in alterno amicitiæ amore colligati sumus, maximam in tua a Deo inspirata benignitate habere videmur fiduciam, quod omnes causæ sanctæ Dei ecclesiæ, & provinciæ nostræ salubri mancipentur effectui. At vero excellentissime & a Deo servate fili, bone & optime rex, tuæ per hujus nostræ apostolicæ relationis seriem deducimus notioni, quod dum ad nos perveniset de fidelissimorum vestrorum missorum adventu, scilicet Possessoris sanctissimi fratris nostri episcopi, seu & Rabigaudi religiosi abbatis, in magno gaudio noster relevatus est animus, quoniam desiderabilissimum est, assidue missos excellentiæ vestræ solite cum magno gaudio & decenti honore suscipere, & per eos de vestræ sublimitatis sospitate certos esse. Unde nos illico, secundum qualiter missos vestræ regalis potentiæ decet, omnem præparationem, seu & caballos obviam eis direximus. Illi nempe dum Perusiam conjunxissent, relaxantes recto itinere ad nos conjungendum, secundum qualiter a vestro a Deo protecto culmine directi fuerunt, & ut vestros honorandos apices relegentes invenimus, nos despicientes, ad Hildebrandum in Spoletium perrexerunt, dirigentes nobis per nostros missos, quod tantummodo cum Hildebrando loquimur, & deinde, ut directi sumus, una vobiscum apud domnum apostolicum conjungemus. Postmodum enim, dum cum prædicto Hildebrando locuti fuissent, & apud eum diutius morarentur, nostras apostolicas eis adjurantes direximus syllabas: Per Deum omnipotentem, & vitam excellentissimi filii nostri domini Caroli Magni regis, ut directi estis, ad nos conjungere satagite, ut unanimiter pertractemus quod ad exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ pertinuerit, & ad laudem regni nostri præcellentissimi filii agere studeamus, & tunc per dispositum, ut ejus præcellentiæ decet missos, apud Beneventum vos proficisci disponemus. Sed illi, nescimus quid pertractantes, statim a Spoletio in Beneventum perrexerunt, nos in magna derelinquentes ignominia, & Spoletinos ampliaverunt in protervia. Unde valde hanc nostram perturbaverunt provinciam, & pro hac re in magna tristitia noster jacet animus: quia quantum per illos expactabamus suscipere sperata nuncia de exaltatione sanctæ nostræ ecclesiæ, sicut & in vestris reperimus honorandis apicibus, & nostri nobis tulerunt missi, qualiter a vestra regalitate injunctum habuerunt, in tanta afflictione & deminoratione conati sunt. Sed recordari te credimus, dulcissime atque amantissime fili, qualiter nos benignissimo vestro ore affati estis, dum ad limina beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli properati estis, quia non aurum, neque gemmas, aut argentum, vel terras & homines conquirentes, tantum fastidium cum universo a Deo protecto vestro Francorum exercitu sustinuissetis, nisi pro justitiis beati Petri exigendis, & exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ perficienda, & nostram securitatem ampliare certantes. Sed tamquam præsentialiter coram vestris mellifluis regalibus obtutibus assistentes, obsecrantes petimus vestram a Deo fundatam regalem potentiam, ut de tanta & tali tribulatione, in qua nos ipsi vestri dereliquerunt missi, velociter per fidelissimos & benignissimos vestros missos nos consolari & lætificari jubeatis: quia & ipsum Spoletinum ducatum vos præsentialiter obtulistis protectori vestro beato Petro principi apostolorum per nostram mediocritatem pro animæ vestræ mercede. Et ita obnixe quæsumus, præcellentissime fili, ut nostram deprecationem de prædicta afflictione, & prænominato Spoletino ducatu, celerius effectui mancipetis; quatenus dignam a misericordissimo Deo nostro, intercedente beato Petro apostolorum principe, pro cujus amore & reverentia aurem nostris petitionibus accomodare inspiratus fueris, suscipias mercedem: quia Deo teste dicimus, nihil nisi vestram cupimus exaltationem & lætitiam, dum annuente Deo magna inter nos atque insolubilis charitatis concordia corroborata est, permanentes in his quæ mutuo inter nos asserentes confirmavimus. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

IV. AD CAROLUM MAGNUM.

Petit auxilium adversus quatuor duces Italiæ, qui inter se & cum Græcis conspirant contra ecclesiam Romanam, & Carolum.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 59.

REminisci consideramus a Deo protectam excellentiam vestram, quod sæpius vobis innotuimus, de Hildebrando Spoletino duce, seu Arigiso Beneventano duce, atque Rodgauso Forojuliano, de sæviſsimo consilio quod er-

ga nos atque vos gerere non desinunt. Nunc vero, dum fidelissimi vestri missi, revera sanctissimus frater noster Possessor episcopus, atque Rabigaudus religiosus abbas, a Benevento repedantes per prædictum Hildebrandum ad nos properant, nimis nos obsecrantes propter nominati Hildebrandi noxam, ut ei veniam tribueremus, asserentes ut apud eum nostrum indiculum, & obsides pro sua dubitatione mitteremus, & Hildebrandus nostris se præsentaret obtutibus. Nos quippe secundum fidelissimorum missorum vestrorum dictum, illuc usque Spoletium direximus Stephanum nostrum fidelissimum dudum sacellarium. Qui cum eum affatus fuisset, & tunc nostros ibidem destinassemus obsides, ipse nempe noster missus, cum apud eum conjunxisset, in magna eum invenit protervia, eo quod missos Arigisi Beneventani ducis; sed & Rodgausi Forojuliani, necnon & Regnibaldi Clusinæ civitatis ducum, in Spoletio cum præfato reperit Hildebrando, adhibentes adversus nos pernicioſum consilium, qualiter, Deo eis contrario, proximo Martio mense adveniente, utrosque se in unum conglobarent, cum caterva Græcorum, & Adalgiso Desiderii filio, ut terra marique ad dimicandum super nos irruant; cupientes hanc nostram Romanam invadere civitatem, & cunctas Dei ecclesias denudare, atque ciborium fautoris vestri beati Petri auferre; vel nosmetipsos, quod avertat Divinitas, captivos deducere, nec non Longobardorum regem integrare, & vestræ regali potentiæ resistere. Ob hoc, præcellentissime rex, & dulcissime fili, peto te, & tamquam præsentialiter assistens cum divinis mysteriis, conjuro coram Deo vivo, & ejus principe apostolorum beato Petro, ut sub nimia festinatione, & maxima celeritate nobis subvenias, ne pereamus; quoniam post Deum in tuis manibus nostras omnium Romanorum commisimus animas. Ne nos derelinquas, aut differas solatiandum, ut dicant gentes quæ in cuncto orbe terrarum sunt: Ubi est fiducia Romanorum, quam post Deum in regem & regnum Francorum habebant? Et tu de omnibus, a Deo protecte dilectissime fili, ante tribunal Dei eris redditurus rationem: quoniam, ut præfati sumus, tuæ dulcissimæ sublimitati, per Dei præceptionem & beati Petri, sanctam Dei ecclesiam, & nostrum Romanorum Reipublicæ populum commisimus protegendum. Et ita ad limina protectoris tui beati Petri apostolorum principis properare satagite, ut cunctos adversarios sanctæ Dei ecclesiæ atque nostros, seu vestros, regalis vestri culminis substernatis vestigiis: & ea quæ eidem Dei apostolo vestris propriis pro animæ vestræ mercede obtulistis manibus, ad effectum perducatis: ut fructum bonum offerens, in futuri examinis die merearis dicere: Domine meus, princeps apostolorum beate Petre, cursum consummavi, fidem tibi servans ecclesiam Dei a superna clementia tibi commendatam de manibus persequentium defendens liberavi, & assistens immaculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites atque incolumes existentes. Tunc & qui in præsenti vita regni gubernacula tenes, etiam & in futuro sæculo cum Christo regnans cælestia præmiorum gaudia adipisci merearis: audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi.* Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Matth. 25.

V. AD CAROLUM MAGNUM.

Gratulatur sibi de eo quod ex Caroli missis cognorat, ipsum brevi Romam esse venturum.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

DUm tanta securitatis lætitia spiritalis mater vestra, sancta Dei catholica & apostolica Romana ecclesia, dilatata laudabiliter permanet, etiam in apostolica aula ob vestrorum delictorum veniam sedula a nobis, & cunctis Dei sacerdotibus, orationum vota & sacrificiorum hostiæ divinæ proferuntur majestati. Itaque præcellentissime fili, conjungentes ad nos fidelissimi vestri missi; scilicet Possessor sanctissimus frater noster, & Rabigaudus religiosus abbas, detulerunt nobis desideratissimas vestræ sublimitatis syllabas, quas & cum nimia amoris dulcedine acceptantes suscepimus, relegentesque, & de vestra immensa prosperitate agnoscentes, magnas omnipotenti Deo nostro tulimus laudes, qui nobis tam benignissimum ac Christianissimum regem suæ ecclesiæ detulit defensorem. Continebatur quippe in ipsis vestris regalibus apicibus, quod Domino protegente remeantes vos a Saxonia, mox & de præsenti Italiam, vel ad limina protectoris vestri beati apostolorum principis Petri, ad implenda quæ ei pollicitis estis, properare desideratis. De quo audito nimis noster lætatus est animus, una cum universo nostro populo, eo quod nimis desiderabiles sumus præminentissimum vestrum conspicere vultum. Quoniam satisfaciat tibi veritas, dulcissime & amantissime fili, atque a Deo institute magne rex, in eadem sponsione, qua in invicem ante sacram ejusdem Dei apostoli confessionem adnexi sumus, firmi atque incommutabiles diebus vitæ nostræ, cum universo nostro populo, permanere satagimus. Unde & charitas vestri regalis culminis nos provocat sedulo de vestra sospitate addiscere. Et cognoscat vestra conspicua excellentia, quia si mora de vestro adventu provenerit, magna nobis imminet voluntas, ibidem in vestrum adventum, ubicumque vos valuerimus conjungere, obviam proficisci. Interea notioni vestræ excellentiæ deducimus de prædictis vestris fidelissimis missis, quia sicut ad nos pervenerant, & vestræ regali potentiæ per nostros apices intimandum direximus, dum nobis præsentati fuissent ipsi missi vestri, fideles in servitio fautoris vestri beati Petri apostolorum principis, & nostro atque vestro, reperimus, ut benigne eos suspicere jubeatis. His prælibatis, divinam exoramus clementiam, ut sua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens vobis, atque excellentissimæ filiæ nostræ reginæ, & amantissimis vestris natis, per longæva ac prospera tempora, regni gubernacula possidenda, vestrisque vestigiis cunctas barbaras nationes prosternat, dilatans multipliciter terminos regni vestri, etiam & cælestis regni gaudiis vos faciat esse per infinita sæcula participes. Incolumem excellentiam vestram, domine fili, superna gratia custodiat.

Cod Carolini 63.

VI.

ANNO CHRISTI 771.

VI. AD CAROLUM MAGNUM REGEM.

De Saxonibus ad paganismum reversis, docet quæ illis indici pœnitentia debeat, si redire iterum ad ecclesiam velint.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carol. 80. VEstræ a Deo protectæ regalis excellentiæ suscipientes missos, scilicet Itherium & Magenarium religiosos abbates, scifcitati sunt nos interrogantes de Saxonibus, qui Christiani fuerunt, & ad paganismum reversi sunt, qualem pœnitentiam eis sacerdotes indicere debeant. Hoc prædecessorum nostrorum, sanctorumque pontificum dudum decretum est, quod qui resipiscentes, & ruinas suas cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sint, & iterum pœnitentiæ satisfactione purgentur: quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda sunt. Et ideo, excellentissime & a Deo protecte fili, oportet sacerdotes partibus illis pastoralem circumdare solertiam, atque episcopalem induere vigilantiam, & in eorum arbitrio indicere pœnitentiam, considerantes piaculum tam voluntate, quamque extra voluntatem coacti, ad suum revertentis vomitum: & tunc canonicam promere sententiam, quatenus si veraciter reversi in fide catholica maluerint perseverare, promittentes se omnem adimplere episcopalem prædicationem, unum confitentes baptismum, sub jusjurando pollicentes fidem Christianitatis servaturos, in gremio suscipiantur orthodoxæ fidei ecclesiæ, & copiosa merces vobis adscribatur in cælis. Incolumen excellentiam vestram gratia superna custodiat.

VII. AD CAROLUM MAGNUM.

Præmissis mutuæ benevolentiæ argumentis, respondet se anniti, ne Longobardorum episcopi alter alterius diœceses invadant; & de consecrationibus episcoporum, per Italiam & Tusciam, sedulo cavere, ut secundum canones fiant. Suadet denique, ut qui ultro citroque ad regem vel ad pontificem commeant, sine regis & pontificis epistolis non eant.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carol. 81. QUanto amoris annisu pro vestro a Deo promoto & ampliato regno ferveſcimus, tantum in ejus præfulgida regali dulcedine, & firma stabilitatis constantia permanemus. Quanta enim jucunditatis lætitia erga vestram triumphis regalem potentiam cor nostrum exultat, si sermonibus promere voluerimus, nulla ut opinor scripturæ propagata sufficere valebit series; neque ullus sermo explicare potest, qualiter de vestris immensis victoriis, atque sospitate crebro præstolantes nuncios, die noctuque penitus divinam pro vestra regali præcellentia exoramus clementiam. Quatenus regales nectareosque vestros per fidelissimos missos suscipientes affatus, scilicet reverentissimum & sanctissimum Bernardum episcopum, nec non Radonem dilectissimum protonotarium vestrum atque abbatem, reperimus in eis, ut vestræ præcelsæ memoriæ, pariterque filiæ nostræ domnæ reginæ, vestræ nobilissimæ prolis, simulque omnis populi vobis a Deo commissi, in nostris meminerimus orationibus. Freta prorsus quippe existat vestra a Deo promota regalis præcellentia, quia immensas pro vobis in confessione beati Petri fautoris vestri jugiter totis viribus nostris apostolicis suffragiis ingementes fundimus preces, ut ubique ipse princeps apostolorum vos comitans, omnium adversantium colla sub vestris prosternat pedibus. De nostra vero prosperitate, quia promittis gratissimam atque ineffabilem habere lætitiam, sanctæque spiritalis matris vestræ, Romanæ ecclesiæ status super vos redundat, (nam si aliter, quod absit, evenerit, sine vestra difficile est manere tristitia) nempe in his certi sumus, quia amat anima amantem se, & dilectio compaginat nos, nec dirimere eam quispiam valebit, eo quod in vestra prosperitate nostra existit lætitia, & nostram sospitatem vestram credimus esse in ævum jucunditatem. Et dum iniqui ac procaces, qui adversus matrem vestram, sanctam Romanam ecclesiam, perversa moliebantur perpetrare, Domino cooperante, cælorumque clavigero suffragante, per laboriosa certamina demoliti ad nihilum redacti sunt, in veritate comperimus, quia ut vestra regalis potentia deprompsit, illæsa cum felicitatis gaudio permanens relevata exultat. Scriptum quippe est; *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Matth. 10. & 24. De cunctis vero, quæ per legatos & epistolas vestra cognovit excellentia, & ex parte per nostros respondit missos, quibus ore fari prædixit liquidius nobis omnia innotescentes, solito more benigne atque amabiliter eos audientes accommodavimus aures, & singillatim reddidimus congruum aptumque responsum. Reperimus quippe in ipsis regalibus apicibus vestris, nil pro deminutione sanctæ Romanæ ecclesiæ ac apostolatus nostri, sed magis pro exaltatione & honore, ministeriique nostri servanda rectitudine, vestram illaborare excellentiam, ac petere ut nullatenus iniquo ori ad ejus mendacium præberemus assensum: quia nec terrenarum facultatum ambitio, vel quælibet seductio hominum, vos aliquando ab iis, quæ beato Petro apostolo polliciti estis, separare poterit, sed neque a nostra charitate, vel firma dilectione. Cum procul dubio sciamus, quod vestra regalis potentia non pro deminoratione, sed semper exaltatione spiritalis matris vestræ sanctæ Romanæ ecclesiæ decertavit; fama in omnem gentem fine tenus divulgata, dedita atque exaltata manebit. Potius autem nos quæsumus, ut nullatenus subdolo & homini mendaci, sicut fertis, præbeatis assensum. Qui si talia adversus non mentiens inventus fuerit, nostris apostolicis obtutibus una cum misso vestro dirigere dignemini; & si mendax apparuerit, secundum sua perversa merita puniatur. Sicut polliciti estis clavicolario regni cælorum beato Petro, ita persistere dignemini: quia nostra promissio immutilata atque inconcussa sine quolibet manebit dolo. Illud autem, quod fertis in nostris apicibus reperisse, quod diœceses Longobardorum episcopi alter alterius invadentes, ac illicite tenentes, in pristino permanerent errore, omnino sicut vobis placabile est, secundum canonum instituta emendare

ANNO CHRISTI 771.

ANNO CHRISTI 771.

dare conamur: quia alterius arripere anhelantes parochias, in perjurii reatum incurrunt. Longobardorum regum terminos atque censuram non servantes, procul ab observatione canonum in eorum transgressionem labentes, & jurgia atque discordia gignentes, in molem incidunt errorum. Idcirco apostolica prævidimus auctoritate, ut sicut canonice in eorum decretis consistunt, & quando a nobis ordinantur, olitana consuetudo proclamatur, clerus & plebs consistens ecclesiæ civitatis illius elegerunt sibi episcopum illum, sic parochiam ejusdem civitatis præ manibus teneat: & si in eorum decretis, atque nostræ apostolicæ ordinationis scriptis canonice promitur atque statuitur, cur non in ejusdem civitatis territorio, ubi ordinatus est, habeat in integro parochiam suam? Sed qui terminos antiquorum patrum transgredientes, suam conantur immoderationem atque imperitam adimplere voluntatem, indicium sibi canonum committunt. De filia vero Ermenaldi, quæ veste mutata iterum post tergum reversa, illicitum sortita est matrimonium, nostris directa, ut perhibuistis, obtutibus canonice judicanda, prorsus minime ad nos properavit. Nos omnium ecclesiarum pastoralem curam habentes, divina prædicare præcepta non sinimus de consecrationis vitio, quod in partibus Italiæ & Tusciæ per hæresim Simoniacam fit. Attamen multis locis non sinitur: imo & in Ravennatium ecclesia civitatis, sicut missi vestri, ut fertis, vobis retulerunt, assolet fieri. Unde multæ pecuniæ per talem nefandam dationem alienatæ esse cernuntur; ut aurum & argentum jam non habentes, etiam ipsæ res ecclesiarum per emphyteuses manu conscriptas existant alienatæ, & per nefandam dationem afflictæ & depopulatæ esse cernuntur. Absit enim a nobis, ut super tales viros, veritate comperta, manus consecrationis imponeremus; sed nec ad audiendum aures inclinaremus, etiamsi quælibet nobis potestas tales acanonistos viros popoposciset consecrari. Quia nunquam nos in qualibet electione invenimus, nec invenire habemus; sed neque vestram excellentiam optamus talem rem incumbere. Sed qualis a clero & plebe cunctoque populo electus canonice fuerit, & nihil sit quod sacro obsit ordini, solita traditione illum ordinamus. Nos quippe cum subscriptione decreti a cuncto populo roborati electum suscipientes, & ne videatur viduata morari ecclesia a proprio rectore, sicut canonum instituta censuerunt, nostris apostolicis præsentatus, ipsum deducentes electum, enucleatius eum de singulis indagantes capitulis singillatim orthodoxæ fidei, atque divinorum voluminum, interrogamus an habeat peritiam. Et postquam nobis fidelem responsionem edixerit, & a cæteris olitanis capitulis, quæ a sacerdotibus cavenda sunt, mundum se esse perhibuerit, maxime hæresi Simoniaca, obtestantes scisitamur, an aliquam promissionem cuiquam aut dationem fecerit, quia Simoniacum & contra canones est: & dum coram omnibus a nobis interrogatur, respondet, Absit: & nos dicimus, Tu videris: & si consciі sunt; capiti eorum respiciat periculum. Unde simili modo sub jusjurando in scriptis respondent, Nunquam aliquid accepturos de manus impositione. Quanta enim auctoritas beato Petro apostolorum principi, ejusque sacratissimæ sedi concessa est, cuiquam non ambigimus ignorari: utpote quæ de omnibus ecclesiis fas habeat judicandi, neque cuiquam liceat de ejus judicare judicio. Quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli jus habebit solvendi, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiæ cura confluit, & nihil unquam a suo capite dissidet. Interea reperimus in ipsis regalibus apicibus vestris exaratum, sicut præterito anno vobis direximus, pro hominibus Ravennatibus & Pentapolensibus, de quibus scripsimus, ut eos nobis dirigeretis, sicut Beneventanos duci feciſtis, & ut fertis, de parte apostolatus nostri nihil mali, sed magis quæ bona sunt, retulerunt; sed neque eis, neque cuilibet homini ullatenus in nostra adversitate præberetis consensum: sed statim si tales reperissetis, & hominem & causam ad nostrum judicium mitteretis. Nos ab initio, & usque in finem, talem erga vestram regalem excellentiam habemus fiduciam, quod pro nullo terreno homine ab amore & charitate beati Petri apostolorum principis, nostraque dilectione, ut polliciti estis, recedetis: quia & nos in ea, quam vobis polliciti sumus, fide usque in finem permanebimus. Ipsi vero Ravenniani & Pentapolenses, cæterique homines, qui sine nostra absolutione ad vos veniunt, fastu superbiæ elati, nostra ad justitias faciendas contemnunt mandata, & nullam ditionem, sicut a vobis beato Petro apostolo & nobis concessa est, tribuere dignantur. Tamen fideliſſimi vestri præfati missi viderunt ipsos Ravennianos, quos vobis præsentaverunt, qualiter nobis in superbia extiterunt. Sed quæsumus vestram regalem potentiam, nullam novitatem in holocaustum, quod beato Petro sanctæ recordationis genitor vester obtulit, & vestra excellentia amplius confirmavit, imponere satagat: quia ut fati estis honor * [1] patriciatus vestri a nobis irrefragabiliter conservatur, etiam & plus amplius honorifice honoratur. Simili modo ipse * patriciatus beati Petri fautoris vestri, tum a sanctæ recordationis domno Pippino magno rege genitore vestro in scriptis in integro concessus, & a vobis amplius confirmatus, irrefragabili jure permaneat. Sicut enim vestra regalis excellentia in suis tulit apicibus, minime ei contrarium videretur, quicumque de episcopis aut comitibus, seu cæteris hominibus, partibus vestris, aut vestram jussionem complendi, sive propria voluntate, ad nos venire voluerint: sed nec nostræ paternitati displicere rectum est, qualiscumque ex nostris, aut pro salutationis causa, aut quærendi justitiam, ad vos properaverit, nihil durius vobis exinde apparet. Sed sicut vestri homines sine vestra absolutione ad limina apostolorum, neque ad nos conjungunt; ita & nostri homines, qui ad vos venire cupiunt, cum nostra absolutione & epistola veniant. Quia sicut nos semper vestros homines suscipientes commonemus, ut in vera fide atque puritate cordis totis eorum viribus in vestro maneant servitio: ita & vos simili modo, quicumque ex nostris hominibus ad vos venerint, eos omnino obtestari atque commonere vestram regalem prudenANNO CHRISTI 771.

* exarchatus

* exarchatus

[1] Hic Labbeus bis loco Patriciatus in margine reponit *Exarchatum*; sed perperam; locus enim purus est, & Carolus Magnus nunquam Exarchus appellatus fuit, nec quam in urbe exercuit, jurisdictio similis erat jurisdictioni Exarchi Ravennatensis. *Pagius ad An. Ch.* 789. *n.* 8.

ANNO CHRISTI 771.

dentiam quæsumus, ut sicut genitor vester sanctæ recordationis domnus Pippinus magnus rex eos beato Petro, ejusque vicario concessit, & demum excellentia vestra confirmavit, sic admonere atque obtestari jubeamini, ut nullo modo audeant se in superbiam elationis efferre quando ad vos properaverunt; sed potius subjecti atque humiles in servitio beati Petri, & nostræ præceptionis, maneant subjecti: & hortamini eos: Quia omnino in servitio & ditione beati Petri apostoli usque in finem sæculi permanebimus: qui si tales non reperti fuerint, a vestra excellentia, simulque a nobis maneant correpti. Et hoc pariter poscimus vestram a Deo protectam regalem potentiam, & fidelissimos nostros missos, simulque vestros, pro amore Dei & beati Petri apostolorum principis, nostræque dilectionis, eos ultro citroque fovere atque commendatos habere dignemini. Quia nimis erga præsidiatorem & protectorem vestrum beatum Petrum apostolorum principem, & nos, fideles eos reperimus: & ideo petimus, ut amplius per vestrum regale adminiculum, nobis poscentibus, elevati atque exaltati pro nostro amore in vestro præfulgido regno existant. Quia quantum caput totius mundi sanctam Romanam, ejusque rectorem simulque antistitem amplectens, honorabilis terque glorificanda vestra divinitus præordinata summa excellentia diligit, tantum eam beatus Petrus apostolorum princeps, una cum domna filia nostra excellentissima regina, vestraque nobilissima sobole, & hic longiori ævo regni gubernaculo perfrui, & in futuro inconcussa faciet soliditate victrice gaudere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

VIII. AD CAROLUM MAGNUM.

Gratulatur Carolo de Saxonibus subactis, atque ad Christi cultum & baptisma perductis; triduanasque litanias, ut Carolus optat, eo nomine indicit.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum, & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carol. 91.

PRæstolatos, nimisque nobis optabiles regales vestros suscepimus affatus per fidelissimum vestrum latorem atque missum, videlicet Andream religiosum abbatem: quos reperimus in eis de vestræ præcelsæ regalis potentiæ, & comparis, soboliisque vestræ, seu cunctorum præcipuorum vestrorum nostrorumque fidelium sospitate, & incolumi ac sinceriissima prosperitate: in quibus redemptori mundi consuetas retulimus grates. Magis autem inibi de vestris a Deo præsidiatis regalibus triumphis comperientes, qualiter sævas adversasque gentes, scilicet Saxonum, ad Dei cultum, & suæ sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ rectitudinem fidei perduxeritis, atque Domino auxiliante, & Petri Paulique apostolorum principum intervention suffragante, sub vestra eorum colla redacta sunt potestate ac ditione, eorumque optimates subjugantes, divina inspiratione, regali annisu, universam illam gentem Saxonum ad sacrum deduxistis baptismatis fontem. Unde nimis amplius divinæ clementiæ retulimus laudes, quia nostris vestrisque temporibus gentes paganorum in veram & magnam deductæ religionem, atque perfectam fidem, vestris regalibus substernuntur ditionibus. In hoc quippe freta vestra a Deo fundata existat potentia, quia si, ut pollicita est, fautori suo beato Petro apostolo, & nobis, puro corde atque libentissimo animo adimpleverit, maximas ac robustiores illarum gentium suis præcipuis suffragiis vestris substernet pedibus, ut nemine eos persequente, vestris regalibus subjiciantur potentiis, & maximum fructum in die judicii, ante tribunal Christi, de eorum animarum salute offerre mereamini dignissimum munus, & pro amore animarum lucra infinita mereamini adipisci in regno cælesti. Illud autem, quod vestra regalis intimavit excellentia, ut in uno mense, vel in una die, pro hujusmodi operibus, scilicet stabilitatis vestræ victoria, laudes Deo gerentes caneremus, & una vel duabus feriis litanias perageremus; valde hoc nobis delectabile existit. Quatenus apostolica exarantes censura decrevimus, in omnibus nostris partibus, quæ sub ditione spiritalis matris vestræ sanctæ Romanæ ecclesiæ existunt, illico celebrari easdem una nobiscum disponentes emisimus, Domino protegente; videlicet vicesima tertia die, & vicesima sexta, atque vicesima octava hujus advenientis Junii mensis, quæ sunt in primis vigiliæ beati Joannis Baptistæ, & natalis sanctorum Joannis & Pauli, nec non & vigiliæ beati Petri apostoli. Similiter & vestra regalis potentia in suis dirigat universis finibus, seu transmarinis partibus, ubi Christiana moratur gens, similiter perficiendas triduanas litanias. Et ideo tale protelatum emisimus spatium, propter tam longinquas Christianas nationes ultra vestrum regale morantes regnum. Nos quippe non solum unam vel duas, ut nobis insinuastis, celebrandas litanias prævidimus; sed etiam pro vestra, ut soliti sumus, indesinenter orare excellentia cupientes, decrevimus perficere, & redemptori mundi canere laudes, ut ipsæ gentes, quæ per vestrum regale certamen ad Christianam perductæ sunt fidem, usque in ævum per vestrum maneant adminiculum, & nostris vestrisque finibus omnes repelli faciat ægritudinis morbos, & procul ejiciat pestilentiam, ut nostris vestrisque diebus populus nobis a Deo commissus in magna degentes ubertatis affluentia, simulque sinceriissimæ sospitatis lætitia, longiori ævo una cum domna regina, vestraque nobilissima prole, mereamini regni gubernacula perfrui, & in æthereis arcibus sine fine regnare, ut per vestra laboriosa certamina magis magisque spiritalis mater vestra sancta Romana ecclesia maneat exaltata. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

PRIVILEGIUM MONASTERIO SANCTI DIONISII AB HADRIANO papa I. concessum.

Ut proprium ei liceat habere episcopum.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei, Maginario religioso abbati venerabilis monasterii sancti Christi martyris Dionysii, siti in Parisiaco, ubi venerabile Sancti corpus quiescit, & per eum eidem venerabili monasterio in perpetuum.

TUm summæ apostolicæ dignitatis apex in hoc divini prospectus nitore dignoscitur præ-

præfulgere, cum in exercendis Dei laudibus sui impensius studebit laboris exhibere certamen. Ob hoc debita nos ejusdem apostolicæ pastoralis compulit solicitudinis cura, quæque ad stabilitatem piorum pertinere dignoscitur locorum, ubertim promulgari, atque olitanam consuetudinem eisdem venerabilibus locis apostolicæ institutionis censura confirmari. Igitur quia postulastis a nobis, quatenus privilegium, quod prædecessoris nostri sanctæ recordationis domni Stephani junioris papæ in prædicto monasterio vestro apostolica ejus sanxit auctoritas, demum confirmaremus: idcirco vestris annuentes votis, prælati prædecessoris nostri institutionis decretum prorsus apostolicis infulis sancimus, simulque eadem roboramus apostolica in ævo serie. Quapropter auctoritate beati Petri apostolorum principis fulti, in jam dicto venerabili monasterio statuentes promulgamus, ut penitus liceat ibidem habere episcopum, sicut a priscis temporibus, & usque hactenus fuit; per cujus prædicationem populus, qui a diversis regionibus devota mente quotidie ad sancta ejusdem martiris Christi monasterii limina convenerit, remedium consequi mereatur animarum. Et quando episcopus præfati sancti loci de hoc sæculo migraverit, & alius ab abbate & monachis dignus electus fuerit, sine qualibet controversia pro longitudine itineris, a vicinis episcopis, sicut mos extitit, consecretur. Quod si pro qualibet occasione, aut invidia, ordinandi se distulerint, tunc licentiam tribuimus, ut ad sedem apostolicam, cum testimonio abbatis & monachorum, propriis eorum manibus simul decretum subscriptum ferens, consecrationis causa adveniat, & consecrationem accipiat: quia nolumus ut lumen, quod ibidem hactenus tanto tempore per episcoporum prædicationem claruit, nostris temporibus extinguatur. Et nemo episcoporum parochianis in præfato monasterio, in cellis, ecclesiis, vel titulis, seu oraculis, sub ditione ipsius constitutis ordinationes facere, sive pro chrismate conficiendo, ut quacumque exquisita re, agere, aut distringere, vel ad se presbyteros convocare præsumat. Sed per hanc auctoritatem apostolici privilegii nostri, episcopus ex ipso venerabili monasterio canonice curam pastoralem solicitudinis ministerii sui, in * prælatis adjacentibus locis habeat; & quæque emendanda & corrigenda sunt, cum consensu abbatis sui, canonica institutione, & secundum ordinem cuncta peragat. Si vero quælibet discordia inter vicinos episcopos, seu episcopum prædicti monasterii, quod non optamus, orta fuerit; nullus audeat, abbate minime annuente, sæpius nominati monasterii episcopum distringere, vel in qualibet judicare parte. Quod si abbas ejusdem monasterii ullo modo voluerit inter eos declamari, nostris apostolicis eveniant obtutibus concordia reformandi. Statuentes apostolica censura sub divini judicii obtestatione, & anathematis interpositionibus, ut nullus unquam nostrorum successorum pontificum, aut qualibet dignitatis præditus potestate, vel alia quacumque magna parvaque persona, præsumat contra hoc nostrum apostolici privilegii præceptum agere: potius autem firmum, atque stabile nostris temporibus illud decernimus permanendum. Si quis autem quolibet tempore, quod nullo modo credimus, hujus decretum privilegii, apostolica auctoritate firmatum, in totum vel in parte temerare tentaverit, suamque præsumptionem digna emendatione minus correxerit, sciat se auctoritate domini beati apostolorum principis Petri anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienum, atque cum diabolo, & ejus atrocissimis pompis, æterni incendii supplicio deputatum, & perpetuæ condemnationi summissum. At vero qui observator & custos hujus nostri apostolici privilegii extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam a misericordissimo Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Christophori notarii & scriniarii sedis nostræ, in mense Junio, indictione IX. Bene valete. Datum Kalendis Juliis per manum Anastasii primicerii, regnante Domino Deo & Salvatore Jesu Christo, cum Deo patre omnipotente, & Spiritu sancto, per infinita sæcula. Anno, Deo propitio, pontificatus domini nostri in apostolica sacratissima beati Petri sede XV. indictione IX.

ANNO CHRISTI 771.

ANNO CHRISTI 771.

An. Ch. 78

* Forte, *præfatis*. Hard

IX. AD CAROLUM MAGNUM.

Pallii usum concedit Ermemberto archiepiscopo Bituricensi.

Domno excellentissimo filio, nostro spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Directus a regali potentia vestra reverendissimus & sanctissimus vir, scilicet, Ermembertus episcopus, nostrisque appræsentatus apostolicis aspectibus, obtulit nobis præcelsæ excellentiæ vestræ sagacissimos atque honorabiles regales affatus: quos cum nimio amplectentes amore, regi regum, in cujus potestate sunt omnia regna mundi, gratias egimus, qui nos de vestra inclyta sospitate lætos crebro efficit, eo quod vos per hujus mundi regna, cælestia magis ambire atque hereditare concedit, per beatum Petrum apostolorum principem de sævitia adversariorum triumphantes. Reperimus quippe in ipsis regalibus affatibus vestris, ut prælato Ermemberto episcopo pallium sacerdotalibus infulis decoratum ex apostolica auctoritate concederemus: quia civitas metropolis in Aquitania videtur esse patria, quæ Bituricas nuncupatur, ubi nunc præfatus venerabilis vir præesse dignoscitur, curamque pastoralem devotus exercere videtur. Quatenus ignorantes, si canonice in provinciæ partibus illis jam ordinatus tam a prædecessoribus nostris, quamque a nobis fuisset, enucleatius eum indagari curavimus, ne usurpationis locus aliquis sacerdotibus in alterius jure concedatur. Qui præfatus sanctissimus vir nobis confessus est, ut sub nullius archiepiscopi jurisdictione esse videretur. Quapropter pro nimio vestro regali ex intimo cordis amore, prædicto Ermemberto a nostra apostolica sacratissima sede atque auctoritate archiepiscopo constituto in metropolitanam civitatem, quæ Biturica cognominatur, sicut dudum mos extitit, sub jure sanctæ Romanæ ecclesiæ degenti, usum pallii concessimus fruendi. Et ideo quæsumus, ut per vestrum præcelsum regale adminiculum, ministerium sibi commissum digne sibi valeat & canonice dispensare, sacerdotali moderamine susceipiente affectum: ut dum plebs sibi concessa ab insidiatoribus inconvulsa atque intacta permanserit, simulque a vestro regali culmine

Cod. Carol. 87.

ANNO CHRISTI 771.

mine tuta fuerit, ab ipso clavigero regni cælorum beato Petro apostolo dignam mereamini suscipere retributionem : ut una cum excellentissima & spiritali filia domna regina, vestraque præcelsa sobole, redemptor omnium Deus, longo ac prospero senio amplius exaltati regni gubernacula faciat perfrui, & vitam æternam pariter vobis tribuat possidendam. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

X. AD CAROLUM MAGNUM.

Respondet de Ravennatum episcoporum electionibus, quod sine regiorum missorum interventu, a clero & plebe, suscepta pontificis Romani admonitione, secundum canones fieri solitæ sint.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini. 72.

DIrectus a vestra insigni regali præcellentia, videlicet Ermembertus religiosus presbyter, inter responsionis suæ verba, obtulit nobis commemoratorium, ut asserebat, vestræ excellentiæ exaratum, scilicet de electione episcoporum Ravennatis ecclesiæ : quia quando Sergius archiepiscopus obiit, in electione Leonis archiepiscopi fuerunt missi vestri, Hucbaldus vel pares sui. In hoc enim omnino valde vestram excellentiam meminisse credimus, quia quando prædictus Sergius archiepiscopus obiit, per suam arrogantiam Michaelius præsumptor invadere ausus fuit ecclesiam Ravennatem, & per auxilium Desiderii sævissimi regis ipsam enormiter invadens ecclesiam diu detinebat, & a suo proprio rectore destituta atque viduata manebat. Tunc ad decessorem nostrum, sanctæ recordationis domnum Stephanum papam, prædictus Hucbaldus, a vestra directus regali excellentia pro cæteris causis, ab eodem præfato domno Stephano papa, per vestrum a Deo roboratum regale adminiculum, Ravennam missus est, ut eumdem præfatum Michaelium invasorem ex ipsa Ravennate ecclesia expelleret, & huc Romam, tamquam transgressorem sacrorum canonum, deferret. Nam nos nullo modo meminimus, neque a prædecessoribus nostris sanctis pontificibus, neque a sanctæ recordationis præcellentissimo genitore vestro, domno Pippino magno rege, neque a vestra in triumphis regali victoria, missum ad electionem Ravennæ directum esse, tam in electione Joannis archiepiscopi, quam in electione Gratiosi archiepiscopi ejusdem. Sed dum de hac luce contigisset migrare archiepiscopum, olitana traditione clerus & plebs consistens sedis apostolicæ petebant immutilatam doctrinam : quatenus una concordia, una eademque voluntate, unoque consilio conglobati, apostolicam suscipientes admonitionem, talem sibi eligerent pastorem, qui nec a sacris canonibus respueretur, nec ullo extra capitulo posset obsistere : qui cum jucunditate decreti omnium manuum subscriptione roborati ad nostram apostolicam sedem occurrebant, proprium sibi antistitem consecrandum, sicut & nunc canonice factum est, petentes. Itaque his omnibus vestram suadentes regalem excellentiam, quæsumus, ut linguas dolosas, quæ adversus sanctam Romanam catholicam & apostolicam ecclesiam garrire simulant, procul dubio longe a vobis respuatis, & nullo modo iis iniquis & dolosis credere jubeatis : quia sicut in commonitorio illo referebatur, pro honore vestri patriciatus, nullus homo esse videtur in mundo, qui plus pro vestræ regalis excellentiæ decertare moliatur exaltatione, quam nostra apostolica assidua deprecatio. Et sicut in nostris præcordiis, nisibus totis, ubique super omnes vos honoravimus, & honoramus ; ita amplius ac amplius honorem regni vestri præcellere omnibus, qui in mundo esse noscuntur, optamus. Verumtamen & de ipsa benivolentia, quam in vestrum gerimus culmen honoris, in universo intonuit mundo : sicut nempe omnibus patet, quia die noctuque in confessione fautoris vestri B. Petri non intermittimus fundere preces, ut una cum domna regina, vestraque præcelsa prole, ævis temporibusque in hoc mundo victores regnantes, in vita æterna sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

CONSTITUTIO CARORI MAGNI REGIS SEU EPISTOLA GENERALIS

De scholis per singula episcopia & monasteria instituendis. (*a*)

Extat in Baluz. tom. I. pag. 20. edit. Paris.

XI. AD CAROLUM MAGNUM.

Indicat missos Caroli Benevento fugere coactos esse, propterea quod Arichisi ducis relicta, & Beneventani, cum Græcis adversus Carolum & ecclesiam Romanam conspirarint.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

MEminit vestra a Deo promota regalis excellentia, qualiter ad nos emisit fidelissimos missos, scilicet Attonem religiosum diaconum, & Goteramnum magnificum ostiarium : & post tergum eorum ad nos venerunt, videlicet Maginarius religiosus abbas, & religiosus Joseph diaconus : qui nobis fideliter intimaverunt ea, quæ illis injuncta habuit vestra præcellentissima regalis potestas, ut secundum nostrum apostolicum consilium, in partibus Beneventanis iter peragerent. Qui in nostri præsentia residentes, prænominati quatuor missi, id est Maginarius religiosus abbas, Atto & Joseph religiosi diaconi, atque Goteramnus magnificus ostiarius, dum adhuc minime conjunxissent nostris apostolicis obtutibus Liudericus, qui cum præfato Maginario, seu Joseph, ad nos missus fuit ; tale illis præbuimus consilium, ut nullo modo se alter ab altero separaret ; sed præ-

Cod. Carolini 92.

(*a*) Bangulfus erat abbas Fuldensis. *Hard.*

ANNO CHRISTI 771.

præeuntes Atto & Goteramnus in oppido Valvæ, ibidem expectarent tam Maginarium & Joseph, quam Liudericum, quem socii ejus apud nos morantes expectabant. Qui præcedentes, scilicet Atto cum Goteramno, nullo modo nostris accommodaverunt consiliis: sed relinquentes penitus Maginarium, seu Joseph & Liudericum, abierunt singulariter Benevento. Unde post tergum eorum euntes Maginarius cum Joseph & Liuderico in Benevento, jam Attonem & Goteramnum nullo modo invenire valuerunt, eo quod in Salernum perrexerant ad Adalbergam relictam Arichisi ducis. Ubi dum Maginarius cum sociis suis a fidelibus vestris audissent, sicut ipsi nobis intimaverunt, eo quod infideliter agerent, tam relicta prædicti Arichisi ducis, quamque cæteri Beneventani, erga vestram regalem excellentiam, atque nostrum apostolatum, & iniqua atque adversa tractare non desinunt, fugam arripientes Maginarius cum Joseph & Liuderico, una cum Goteramno, qui ad eos ad loquendum venerat a Salerno, introjerunt in finibus ducatus Spoletini in prefato oppido Valvæ, & ibidem morantur, usque ad vestrum regalem in triumphis dispositum. Atto vero audiens, ut fertur, fugiens intus in ecclesiam Salerni, præ timore ejusdem ecclesiæ altare tenuit. Ipsi autem Beneventani suadentes, ut reor, & simulantes eum mitigaverunt, & vestrum clericum ficte miserunt, se ipsos fideles in omnibus commendantes. Et ob nimium suavemque amorem, quem erga vestrum invictissimum gerimus regnum, nullo modo valemus prætermittere liquidius de omni causa vobis insinuare. Venientes quippe ad nos de Capua, quam beato Petro apostolorum principi, pro mercede animæ vestræ, atque sempiterna memoria, cum cæteris civitatibus obtulistis, videlicet Gregorius presbyter, Saductus, Pergulfus, Audemundus, Haimo, Landemarus, Vvarnefridus, Sigulphus, Audualdus, & Corbulus, intimaverunt nobis, quod dum Atto diaconus ad vestram reversus est excellentiam, statim missi Græcorum, duo spatharii imperatoris, cum dicecete, quod Latine dispositor Siciliæ dicitur, in Lucaniæ Acropoli descendentes, terreno itinere Salernum ad relictam Arichisi ducis peragrantes, XIII. Calendas Februarias pervenerunt. Qui ibidem cum ipsis tres dies consiliantes Beneventani, post tertium diem usque Neapolim deduxerunt. Neapolitani vero cum magno obsequio, cum signis & imaginibus eos suscipientes, Neapolim ingressi sunt pariter, & usque hactenus cum ipsis Neapolitanis, atque Stephano episcopo ejusdem Neapolitanæ ecclesiæ, pertractantes existunt. Sed vestra a Deo promota prærectissima regalis excellentia, a Deo inspirata taliter pertractare debet, ut suam & nostram in omnibus securitatem procuret, & nullius hominis inanes fabulas attendat: neque muneribus suadere quispiam eam valeat: sed tantummodo pro exaltatione spiritalis matris suæ, sanctæ nostræ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, suæque regalis excellentiæ, & nostra, decertare nitatur: quia ut arbitramur, ipsi Beneventani istud tempus vernum transire patientur, ut æstivo tempore, Deo illis contrario, vobis in perjurii reatum incurrant. Sed vestra regalis potentia sic illis in triumphis præire satagat, ut & illorum proterviam procul dubio imminentem sub pedibus suis conculcet, & sua exaltatio in toto profametur mundo, tam de sua prudentissima regali victoria, quamque de sacratissima oblatione, quam in partibus ipsis Beneventanis B. Petro fautori suo puro corde, ob nimium amorem, atque sempiternam memoriam condonavit: ut dum ipse claviger regni cælorum, B. Petrus apostolus fautor & protector vester, in integro vestram susceperit sacram donationis oblationem, digne valeamus in ejus alma confessione, tam pro vobis, quamque spiritali filia nostra domna regina, vestraque nobilissima sobole, fundere preces; ut per multorum annorum curricula in hoc mundo regni gubernacula fruentes, in æthereis arcibus sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

XII. AD CAROLUM MAGNUM REGEM.

Beneventanam conspirationem ab Arichiso duce initam altius repetit, copiosius exponit, sicut a Gregorio Capuano presbytero acceperat.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

NEctareos suavissimosque præcelsos regales apices vestros cum nimio cordis suscepimus amore: quos referantes, reperientesque vestram regalem sospitatem, simul & spiritalis nostræ domnæ reginæ, vestræque nobilissimæ prolis salutis prosperitatem, magnas omnipotenti Deo retulimus grates, qui vobis per intercessiones beati Petri apostoli, fautoris vestri, nobis velut immeritis jugiter pro vobis exorantibus, indesinenter victorias ubique tribuit, & omnia circa vos salubriter disponit tam marcas, quamque confinia. Magis quippe de subjectione Bajoariorum, sicut nempe prædiximus & optavimus, ita & præstolantes audivimus, de vestra præcelsa regali in triumphis victoria. Nempe quidem meminisse credimus, qualiter vobis per anteriores nostras emisimus syllabas, de Capuanis qui ad nos venerunt, per vestrum regale adminiculum. Quatenus dum ipsas nostras vobis emisissemus syllabas, post aliquantos dies, præfatos Capuanos in confessione protectoris vestri B. Petri apostolorum principis, jurare fecimus in fide ejusdem Dei apostoli, & nostra atque vestræ regalis potentiæ. Et post actum sacramentum, unus ex ipsis Capuanus, Gregorius presbyter, nobis petiit secreta loqui, asserens quia nullo modo jam quippiam celare possum tale vobis præbens sacramentum. Et dum a nobis enucleatius scisitatus fuisset, retulit nobis dicens, quia dum domnus Carolus Magnus rex præterito anno a Capuana urbe reversus fuisset, Arichisus dux suos ad imperatorem, Deo sibi contrario, emisit missos, petens auxilium & honorem patriciatus, una cum ducatu Neapolitano sub integritate, simul & suum cognatum Adalgisum cum manu valida in adjutorium sibi dirigi, promittens ei tam in tonsura, quam in vestibus, usu Græcorum perfrui, sub ejusdem imperatoris ditione. Hæc audiens autem imperator, emisit illi suos legatos, scilicet spatharios duos in ditionem Siciliæ, ad

Cod Carolini 88.

pa-

ANNO CHRISTI 771.

patricium eum constituendum, ferentes secum A vestes auro textas, simul & spatham, vel pectinem & forcipes, sicut illi prædictus Arichisus indui & tonderi pollicitus fuerat: petentes Romualdum ejusdem Arichisi filium in obsidatum. De Adalgiso vero cognato emisit ei dicens, quia nunc illum non dirigimus, sed eum dirigimus cum exercitu in Tervisio, aut Ravenna. Qui venientes, Dei nutu, per suffragia apostolorum, malignantium consilia dissipata invenerunt; eo quod Arichisum ducem, vel ipsius filium Vvaldonem, defunctum invenerunt. Et dum ibidem Salerno Atto fidelissimus vester missus fuisset, Beneventani ipsos Græcos minime recipere voluerunt. Sed post reversionem prædicti Attonis diaconi, B tunc eos terreno itinere a finibus Græcorum deferentes Salerno receperunt; & cum Adalberga relicta Arichisi, seu optimatibus Beneventanis tribus diebus persistentes consiliati sunt, suadentes ipsi Beneventani prædictis missis Græcorum, dicentes, quia nos ad regem Carolum emisimus missos nostros, petentes ab eo Grimoaldum ducem nostrum recipere. Insuper & per Attonem diaconum, ipso nobis pollicente, rogam emisimus, ut penitus eum ducem consequenter susciperemus. Sed propter hoc morari vos Neapoli convenit, dum usque ipsum Grimoaldum recipere possimus ducem, & quod genitor ejus Arichisus minime valuit adimplere, Grimoaldus ejus filius, C dum culmen genitoris sui adeptus fuerit, prorsus imperialem voluntatem cum omni ditione, sicut cum suo constitit genitore, in omnibus adimpleat, pariter nobis promissa explentibus. Quapropter terreno itinere usque Neapolim eos cum magno deduxerunt honore. Qui Neapolitani ipsos Græcos cum bandis & signis suscipientes, ibidem degentes, prædictæ rei præstolantes adventum, non desinunt cum Stephano episcopo, & Constantino, civibus Neapolitanis, adversa perpetrantes tractare, mittentes ipsi Græci ad imperatorem, de obitu Arichisi filiique ejus denunciantes: & ab eo ejus expectant consilium quid agere debeant. Sed in his omnibus excellentissime & D a Deo protecte fili, solertissima regalis potentia vestra nitatur pertractare, tam pro exaltatione spiritalis matris vestræ, sanctæ Romanæ ecclesiæ, nostraque salute, quamque Domino protegente, beatoque Petro clavigero regni cælorum præsidiante, pro vestri invictissimi regni in triumphis securitate. Porro & hoc, sicuti per se Gregorius presbyter Capuanus nobis innotuit, de fidelissimis missis vestris, scilicet Maginario religioso abbate, seu Joseph, & Liuderico comite, atque Goteramno ostiario, qui a Benevento reversi Spoletum, ideo exinde fugerunt, eo quod tale consilium Beneventani cum Neapolitanis, & Surrentinis, atque Amalfitanis habuerunt, ut foris civitate Salernitana E juxta mare vestros missos applicare facerent, & nocte repentino cursu super eos ruentes Beneventani pariter cum Neapolitanis, illos interficerent: & postmodum proferrent, quia Neapolitani, quasi super ipsos Beneventanos venientes, existimantes esse Beneventanos, eos clam occiderint. Et præfati missi vestri hæc cognoscentes, coacti fugam arripuerunt, vestram conquerentes regalem illusionem. Quod si missi vestri Salerno applicuissent, Neapolitani cum Amalfitanis & Surrentinis armati ibi absconsi fuerunt, ut irruerent cum Beneventanis super ipsos missos vestros, ut occiderent, quod nempe certi facti sumus. Sed omnia eorum nequam consilia ad nihilum rediguntur, eo quod talem amplissimam fidem, atque ex intimo corde dilectionis amorem erga beatum Petrum Principem apostolorum, & nos, vestram regalem potentiam omnino habere agnoscimus, & idcirco omnia vobis, sicut ipsum Dei apostolum die noctuque petimus suggerentes, subjiciuntur, & vestris præfulgidis regalibus plantis substernuntur. De nostra vero sospitate, ut inquirendam direxistis, Domino coopitulante, vestram omnino agnoscentes salutem, valentes pro vobis non desinimus fundere preces, ut in hoc mundo regni gubernacula multorum curriculo fruentes annorum, & in æthereis arcibus una cum domina regina, vestraque nobilissima sobole, sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

XIII. AD CAROLUM MAGNUM.

Adalgisum in Calabriam venisse confirmat: orat ut copias contra illum mittat, & ut promissas in ducatu Beneventano ecclesiæ civitates per missos suos tradi jubeat.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

VEnientes ad nos fidelissimi missi vestri, scilicet Roro capellanus, seu Betto, post vestram optabilem regalem sospitatem annunciatam, scisciati sunt a nobis de nefandissimo Adalgiso, filio Desiderii tyranni regis, si ita fuisset quod Deo sibi contrario in partibus Italiæ venisset. Nos vero nuper, quod de ipso protervo Adalgiso audivimus, per fidelissimum missum vestrum Arvinum comitem vobis intimare non omisimus: quia pro vestra regali victoria Deo auspice retractantes, nullum neglectum ex omni parte ponimus vestræ præfulgidæ excellentiæ indicantes, ut Domino opitulante, atque beato Petro apostolorum principe comitante, præcipua vestra regalis providentia prudentissime suam nostramque salutem procuret. Sic enim de jam dicto nequissimo Adalgiso nobis nunciatum est, quia in veritate, Deo sibi contrario, cum missis imperatoris, in partibus scilicet Calabriæ residet, juxta confinium ducatus Beneventani; ut de ejus invalido adventu Campulus episcopus civitatis Cajetanæ per suas nobis significavit syllabas: similiter & de Pentapoli pro ejusdem Adalgisi arrogantia nobis in scriptis intimaverunt. Quatenus ob nimium vestrum amorem infra alios misimus apices, tam Cajeta, quamque Pentapoli, series nobis destinatas. Nempe quidem scimus, quia ipse iniquus & perfidus Adalgisus pro nulla alia causa in istis declinavit partibus, nisi tantummodo pro vestra nostraque contrarietate. Unde oportet, ut firmissimas vestras scaras partibus Beneventanis emittere vestra præcelsa regalis excellentia nitatur, ut undique per vestrum regale adminiculum imperturbati pariter maneamus. Nos vero hæc omnia considerantes, dilectissime, nimisque amantissime atque a Deo protecte prærectissime fili, nobis sic aptum esse videtur, ut sive voluntatem vestram fecerint ipsi Beneventani, non ullo modo expedit Grimual-

Cod. Carol. ep. 90.

mualdum, filium Arichisi, Beneventum dirigere. Verumtamen, sicut vobis ab omnipotente Deo nostro prudentissima sapientia concessa est, ita sagaciter pro hujusmodi re pertractare, atque congrue disponere jubeatis, ut ea quæ vobis nobisque expedibilia fuerint, ad perfectum salubriter veniant, ut non in quolibet labore pariter eveniamus: sed si ipsius dicti Beneventani minime vestram regalem adimpleverint voluntatem, sicut vobis polliciti sunt, statim ibidem taliter exercitus emittere studeatis, ut ad profectum sanctæ nostræ ecclesiæ, vestræque regalis perveniat excellentiæ: & sic illis partibus disponatur, ut inimicus locum nocendi non inveniat, sed semper vestra in triumphis exultet in Domino regalis victoria. Enimvero una cum fidelissimis missis vestris pertractantes, considerantesque, ut si minime ipsi Beneventani adimplere voluerint regalem vestram voluntatem ad Kalendas Majas, vester robustissimus exercitus in confinio præparatus, super ipsos irruere Beneventanos inveniretur, & demum pariter penetrantes, in his confirmari, propter æstivi temporis ægritudinem, non audebimus. Et iterum, si super eos a Kalendis Maiis usque in Septembrem mensem exercitus non venerint, dubium nobis esse videtur, ut forte, Deo sibi contrario, prædictus nefandissimus Adalgisus, per insidias Græcorum, non aliquam nobis vobisque conturbationem facere moliatur: quia jam dicti missi Græcorum cum eo esse noscuntur, & alii in Neapoli residere videntur. Sed hæc existimantes, in vestro robustissimo atque a Deo protecto regali arbitrio emisimus pertractanda: ut qualiter vobis placuerit, disponere celeriter dignetur, nobis intimando per suos regales affatus suam nostramque securitatis salutem. Quapropter nimis poscentes, quæsumus vestram prærectissimam excellentiam, ut nullo modo pro causa Grimualdi filii Arichisi credere plus cuiquam jubeatis, quam nobis. Nam pro certo sciatis, quia si ipsum Grimualdum in Beneventum miseritis, Italiam sine conturbatione habere minime potestis, eo quod Leo episcopus secreta nobis sic fatus est: quia Adalberga relicta Archisi tale habet consilium, ut dum ipse Grimualdus filius ejus Beneventanos fines introjerit, ingeniose cupit duas filias suas secum deferre, & quasi orationis causa ad sanctum Angelum in Garganum pergere, & deinde in Tarantum, ubi & thesauros suos reconditos habet; quia tantum octoginta milia distat a sancto Angelo usque Tarantum. Sed in hoc minime vestra a Deo promota excellentia considerare debeat, quod pro nostra aviditate, ipsas civitates acquirendum, quas beato Petro apostolo & nobis condonastis, talia vobis insinuare studuimus: sed pro magna securitate sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, atque vestræ præcelsæ regalis exaltationis victoria, ea quæ agnovimus & agnoscere potuimus, vestris regalibus auribus insinuare nullo modo negleximus: vestra quoque regalis excellentia, qualiter ei placuerit, & actum prospexerit, in omnibus his disponere provideat. Quapropter magnopere poscentes vestram clementissimam regalem benevolentiam quæsumus, ut pro amore fautoris vestri beati Petri clavigeri regni cælorum nostraque in Christo spiritali paterna dilectione, clariter atque specialiter per vestros regales honorabiles apices missis vestris dirigere dignemini, ut nullo modo ad vos remeare audeant, nisi prius sub integritate civitates in partibus Beneventanis, sicut eas per vestram oblationem beato Petro apostolo & nobis contulistis, in omnibus contradere valeant, & justitias de Populonio & Rosellis nobis facere sub integritate studeant. Quia sunt alii ex missis vestris, qui contemnere moliuntur & fœdare vestram sacram oblationem. Sed sicut in partibus Tusciæ civitates, id est Suanam, Tuscanam, Biternum, & Balnenum regis, ceterasque civitates, cum finibus & territoriis earum, beato Petro offerentes condonastis, ita in eo modo civitates in partibus Beneventanis contradere nobis protinus faciatis: ut dum missi vestri vestros susceperint regales firmissimos affatus, sine qualibet interposita dilatione nobis eas contradere sub integritate valeant: ut nullus sit qui possit extinguere vestrum illibatum sacrificium, sed hoc lucri potissimum præmium acquirentes digne mereamini, una cum spiritali nostra filia domna regina, vestraque nobilissima sobole, in æthereis sine fine regnare arcibus. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRISTI 771.

XIV. AD [a] CAROLUM MAGNUM.

Refelluntur objectiones contra septimam synodum.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum, & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

DOminus ac redemptor noster, qui provido suo consilio auctor est, dignatus est de cælis ex sinu Patris descendere. *Extat infra in fine synodi septimæ, versionis vulgatæ.*

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*) Hanc epistolam ab Hadriano scriptam esse, partim ex decreto Ivonis, partim ex conciliabulo Parisiensi infra sub Eugenio celebrato, licet cognoscere. Decreta Ivonis part. 4. cap. 83. 126. 128. 141. 225. & 229. & nomen Hadriani præferunt, & cum numero capitum adamussim concordant. In prædicta collatione Parisiensi, post multa alia adversus hanc Hadriani papæ apologiam pro Nicæno concilio scriptam, in epistola ad Ludovicum & Lotharium imperatores mendacissime hæc scribuntur: *Sed licet in ipsis objectionibus aliquando obsona, aliquando inconvenientia, aliquando*, &c.

Epistola hæc vere est Hadriani.

Laurentius Surius aliquibus in locis defectuosam edidit. Integra ex Gallia ad Gregorium XIII. missam hic exhibemus. Refutantur in ea quatuor libri, quos discipuli Sereni Massilienfis primi Galliarum Iconomachi pro impugnandis imaginibus adversam Nicænam synodum, tempore concilii Francofordiensis conscripserant, & Carolo regi Francorum obtulerant, quibusque per mendacium & calumniam attribuunt Nicænis patribus primo, quod eucharistia sit imago corporis Christi. Secundo, quod synodus pro imaginum cultu celebrata, ab Hadriano pontifice non fuerit approbata. Tertio, quod in eodem fuerit definitum, imagines cultu latriæ esse colendas & adorandas. Quarto, textum concilii Nicæni falso allegantes, asseruerunt Constantini Cypri episcopum in eodem concilio Nicæno anathema dixisse iis, qui non adorant imagines ea adoratione, qua sanctissima Trinitas adoratur. Hos quatuor libros (quos Carolinos appellant, quosque per capita distinctos Hadrianus papa capitulare nominat, quibus Iconomachia pro viribus defenditur, omnisque cultus imaginum condemnatur,) sub nomine Caroli Magni quidam impostor * Eliphili, suo & typographi nomine suppresso, anno Domini 1541. in lucem emisit. Apud hæreticos nostri temporis maxima eorum est auctoritas, utpote quod cultum imaginum impugnent. Ut majorem auctoritatem iisdem concilient a Carolo Magno compositos fuisse, magna cum injuria regis Christianissimi comminiscuntur. Nam si epistolam Hadriani perlegas, reperies in ea hosce libros non ab uno

Unde accepta

Qua occasione scripta. Mendacia librorum Carolinorum quæ.

Libri 4. Carolini imposturæ arguuntur,

* ELI-PHILI, sive Elias Philyrus; Joannes Tilius

ANNO CHRISTI 791. Carolum magnum non esse auctorem librorum Carolinorum. Probatur. I. Ratio.

uno aliquo auctore, sed consarcinatos fuisse a pluribus Sereni Massilienſis discipulis, quorum alii alia Nicænæ synodi capitula sine ordine impugnarunt, atque ea quæ in unum congesserant, unoque fasciculo alligaverant, postea Carolo regi obtulerunt: qui dum eosdem accepisset per Angilbertum ministrum suæ capellæ pontifici examinandos transmisit. Quod sane rex Carolus non fecisset, si ad impugnandam Nicænam synodum eos ipse conscripsisset. *Plures rationes vide apud Bellarminum* 2. *de Imaginibus.*

EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS, AD FASTRADAM REGINAM CONJUGEM.

De victoria Avarica, & de litania trium dierum, quam ex consultu episcoporum cum suis observat.

Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum, dilectæ nobis & valde amabili conjugi nostræ Fastradæ reginæ.

SAlutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere studuimus, & per te dulcissimis filiabus nostris, vel cæteris fidelibus nostris tecum manentibus. Scientem te enim facimus, quia gratias Deo sani & salvi sumus. Missus quidem dilecti filii nostri Pippini, nomine Ill. nobis nunciavit de ejus sanitate, ac domini apostolici, vel de salvatione confinium nostrorum illis partibus positorum; unde valde lætificati extitimus. Et insuper retulit nobis, qualiter illæ scaræ, quas prius de Italia jussimus pergere partibus Avariæ, in Ill. confinia residendum, perrexerunt infra fines ipsorum decimo Calendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis; & dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, & multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quod in multis diebus major strages de ipsis Avaris facta non fuit. Exspoliaverunt ipsum vallum, & sederunt ibidem ipsa nocte, vel in crastina usque hora diei tertia. Et acceptis spoliis reversi sunt in pace: & centum quinquaginta de ipsis Avaris vivos comprehenderunt, quos reservaverunt, ut nostra fiat jussio qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri qui hoc egerunt, fuerunt ille episcopus, ille dux, ille & ille comites. Ill. dux de Histria, ut dictum est nobis, ibidem bene fecit cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi. Nos autem, Domino adjuvante, tribus diebus litaniam fecimus, id est, Nonis Septembris, quod fuit * Lunis die, incipientes, & Martis & Mercoris, Dei misericordiam deprecantes, ut nobis pacem, & sanitatem, atque victoriam, & prosperum iter tribuere dignetur, & ut in sua misericordia & pietate nobis adjutor & consiliator, atque defensor in omnibus angustiis nostris existat. Et a vino & carne ordinaverunt sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem, aut senectudinem, aut juventudinem abstinere poterant, ut abstinuissent: & qui redimere voluisset, quod vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, ditiores & potentiores homines in unaquaque die solidum unum dedissent; minus potentes juxta possibilitatem ipsorum, & qui amplius dare non poterat, & vinum bibere volebat, saltem vel unum denarium donasset. Eleemosynam vero unusquisque secundum propriam atque bonam voluntatem, vel juxta possibilitatem fecisset. Et sacerdos unusquisque missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset: & clerici qui psalmos sciebant, unusquisque quinquaginta cantasset: & interim quod ipsas litanias faciebant, discalceati ambulassent. Sic consideraverunt sacerdotes nostri, & nos omnes ita aptificavimus, & Domino adjuvante complevimus. Unde volumus, ut tu cum Ill. & Ill. vel cæteris fidelibus nostris considerare debeas, qualiter ipsæ litaniæ ibidem factæ fiant. Tu autem juxta quod tua infirmitas permittit, in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit, quia nec vester missus, nec epistola, postquam de Ragenisburgo, ad nos venit. Unde volumus, ut sæpius nobis de tua sanitate, vel de aliud quod placuerit, significare debeas. Iterumque salutamus te multum in Domino.

* Anno Christi 791. dies quintus Sept. incidit in feriam secundam lit. Dominicali B.

ANNO CHRISTI 791.

DECRETALE PRECUM QUORUMDAM EPISCOPORUM,

Quas famis, bellique tempore, incertum quo anno, pro rege exercitu Francorum fieri decreverunt.

An. Ch. 775.

CApitulare qualiter. *Extat in Baluz. to. I. pag. 199. edit. Paris.*

Capitular. Lib. 5. c. 136

XV. AD TILPINUM ARCHIEPISCOPUM RHEMENSEM.

Confirmat novo privilegio antiqua jura ecclesiæ Rhemensis, & de Lullo episcopo Moguntino investigari, & ad se referri jubet.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei, reverentissimo & sanctissimo confratri nostro Tilpino, ecclesiæ Rhemensi archiepiscopo.

QUia ad petitionem spiritalis filii nostri & glorioſi regis Francorum Caroli, præbente tibi bonum testimonium de sanctitate & doctrina Fulrado amabilissimo abbate, Franciæ archipresbytero, pallium secundum consuetudinem tibi transmisisse nos, cum privilegio, ut metropolis ecclesia Rhemensis in suo statu maneret, bene memoramus. Tua vero fraternitas nobis retulit, quia faciente discordia inter Francos, archiepiscopus Rhemensis, nomine Rigobertus, a sede contra canones dejectus & expulsus fuit sine ullo crimine, & sine ullo apostolicæ sedis consensu vel interrogatione; sed solummodo quod antea non consensit in parte illius, qui postea partem illam de regno in sua potestate accepit, in qua parte Rhemensis civitas est: & donatus, atque magis usurpatus, contra Deum & ejus auctoritatem, fuit ille episcopatus, simul cum alio episcopatu, & aliis ecclesiis, a sæcularibus potestatibus, Miloni cuidam sola tonsura clerico, nihil sapienti de ordine ecclesiastico; & alii episcopatus de ipsa diœcesi Rhemensi diverso modo essent divisi, & aliqui ex magna parte sine episcopis consistentes, & ad alios metropolitanos episcopi & clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia indebita habebant, & a suis episcopis judicari & distringi non sustinebant, & clerici, & sacerdotes, & monachi, & sanctimoniales, sine lege ecclesiastica pro voluntate & licentia vivebant. Deinde sanctæ memoriæ Bonifacius archiepiscopus, & legatus sanctæ Romanæ ecclesiæ, & præfatus amabilissimus Fulradus Franciæ archipresbyter, tempore antecessorum nostrorum Zachariæ, & Stephani successoris illius, multum laboraverunt, ut bonæ me-

Ex Flodoardo lib. 2. cap. 17

memoriæ prædeceſſor noſter domnus Zacharias pallium archiepiſcopo Rhemenſi, Abel nomine, per deprecationem ſupraſcripti Bonifacii tranſmitteret. Qui ab illo conſtitutus fuit, ſed ibi permanere permiſſus non fuit: ſed magis contra Deum ejectus eſt, & Rhemenſis eccleſia per multa tempora, & per multos annos ſine epiſcopo fuit, & res eccleſiæ de illo epiſcopatu ſunt ablatæ, & per laicos diviſæ ſunt, ſicut & de aliis epiſcopatibus, maxime autem de Rhemenſi metropolitana civitate. Et tua fraternitas jam ex magna parte res ipſas apud glorioſum filium noſtrum Carolum, & ante ad Carolomannum glorioſiſſimum fratrem ejus, impetratas habes, & ordinem ex aliqua parte, & in epiſcopis, & in aliis, ſecundum canonicam & ſanctæ ſedis Romanæ auctoritatem directum habes. Propterea petiſti a nobis tibi & eccleſiæ tuæ fieri privilegium ex auctoritate beati Petri principis apoſtolorum, & ſanctæ ſedis Romanæ, ac noſtra, ut quod perfectum habes inante valeat permanere, & quod adhuc perfectum non habes, per noſtram auctoritatem poſſis, auxiliante Deo & beato Petro apoſtolo, ad perfectionem perducere. Pro quo & nos ardenti animo, & divino juvamine, apoſtolicaque fulti auctoritate, non ſolum vetera ſecundum ſacros canones, & apoſtolicæ hujus ſanctæ ſedis decreta ſtatuimus; ſed & nova tibi pro tuo bono ſtudio concedimus; atque auctoritate beati Petri principis apoſtolorum, cui data eſt a Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto ligandi ſolvendique poteſtas peccata hominum in cælo & in terra, confirmamus atque ſolidamus. Rhemenſem eccleſiam, ſicut & antiquitus fuit, metropolim permanſuram, & primam ſuæ diœceſeos ſedem eſſe, & te, qui in eadem ſede cooperante Deo ordinatus es, primatem ipſius diœceſis eſſe, cum omnibus civitatibus, quæ ab antiquo tempore Rhemenſi metropoli eccleſiæ ſubjectæ fuerunt, atque etiam perpetuis temporibus tibi, & ſucceſſoribus tuis ſit confirmatum. Et hoc interdicentes, ut nullus audeat, juxta ſanctorum canonum traditionem, ex alio epiſcopatu ibidem translatare, aut conſtituere epiſcopum poſt tuam de hoc ſæculo evocationem. Neque aliquis tuas parochias, aut eccleſias, vel civitates ſubtrahere, neque diœceſim Rhemenſem ullo unquam tempore dividere: ſed integra maneat, ſicut antiquitus fuit, & ſacri canones, & prædeceſſorum noſtrorum firmavit & noſtra firmat auctoritas. Et te, aut futuris temporibus Rhemenſem epiſcopum, & primatem illius diœceſis, non præſumat neque valeat unquam aliquis de epiſcopatu dejicere ſine canonico judicio, & neque ullo judicio ſine conſenſu Romani pontificis, ſi ad hanc ſanctam ſedem Romanam, quæ caput eſſe dignoſcitur orbis terræ, appellaverit in ipſo judicio. Sed in ſola ſubjectione Romani pontificis permanens, diœceſim & parochiam Rhemenſem, adjuvante Domino, & noſtra atque beati Petri fultus in iſta ſancta ſede auctoritate, ſecundum ſanctos canones, & hujus ſanctæ ſedis præceptiones, tibi ſubjectas ita certes & ſtudeas gubernare, ut illam deſiderabilem vocem Domini noſtri Jeſu Chriſti valeas cum electis ejus audire: *Euge ſerve bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Et quod ad noſtram notitiam perduxiſti, quia ad alios epiſcopos de ipſa diœceſi Rhemenſi quidam accipiebant ordinationes, & habebant indebita refugia, & hoc per omnia prohibemus: ſed ſicut ſacra docet auctoritas, & in ſynodis comprovincialibus convocandis & faciendis, & in ordinationibus ac dijudicationibus, Rhemenſis eccleſia, & archiepiſcopus, qui in ea conſtitutus fuerit, talem habeat auctoritatem, ſicut ſacri canones, & hujus ſanctæ eccleſiæ conſtitutiones docent. Et nullus per ullum unquam tempus tibi, vel Rhemenſi eccleſiæ, de rebus ad illam debite pertinentibus diviſionem vel violentiam, ſicut antea factum fuit, facere præſumat. Nam ſi quod non credimus, ſi quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentaverit, niſi ſe cito, & maxime poſt commonitionem correxerit, ſciat ſe æterno Dei judicio anathematis vinculo eſſe innodatum. Si quis vero apoſtolica ſervaverit præcepta, & normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit aſſecutus, benedictionis gratiam conſequatur. Hæc a nobis definita per hujus noſtræ confirmationis paginam in tua eccleſia perpetuis temporibus pro ſui confirmatione conſervanda eſſe mandamus. Injungimus etiam fraternitati tuæ, ut quia de ordinatione epiſcopi, nomine Lulli, ſanctæ Moguntinæ eccleſiæ, ad nos quædam pervenerunt, aſſumptis tecum ** Viomago & Poſſeſſore epiſcopis, & miſſis glorioſi ac ſpiritalis filii noſtri Caroli Francorum regis, diligenter inquiras omnia de illius ordinatione, & fidem ac doctrinam illius, atque converſationem, & mores ac vitam inveſtiges: ut ſi aptus fuerit, & dignus ad epiſcopalem cathedram gubernandam, expoſitam & conſcriptam, & manu ſua propria ſubſcriptam, catholicam & orthodoxam fidem per miſſos ſuos cum literis ac teſtimonio tuo, ſeu aliorum epiſcoporum, quos tecum eſſe mandavimus, ad nos dirigat, ut pallium illi ſecundum conſuetudinem tranſmittamus, & ordinationem illius firmam judicemus, & in eadem ſancta eccleſia Moguntina archiepiſcopum conſtitutum eſſe faciamus. Bene vale.

** Al *Viomagodo* epiſcopi Treverenſi. *Hard.*

XVI. AD CONSTANTINUM ET IRENEM.

Laudat imperatorum fidem, ſacras imagines venerandas eſſe demonſtrat: poſtulans, ut eas in eccleſiis reſtituendas, & pſeudoſynodi acta in concilio generali anathematizanda & patrimonia Romanæ eccleſiæ reddenda curent. Reprehendit etiam Taraſium, qui ſibi œcumenici nomen arrogaverat, & ex laico repente Conſtantinopolitanus patriarcha fuerat creatus. Poſtremo Caroli Magni munificentiam erga Romanam eccleſiam narrat, & legatos commendat.

Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dominis piiſſimis & beatiſſimis victoribus ac triumphatoribus filiis diligendis in Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto, Conſtantino & Irene Auguſtis.

DEus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum per incarnationem Filii ſui veri luminis, &c. *Extat infra actione 2. ſeptimæ generalis ſynodi.* *

* Pag. 746. Gr. & Lat.

XVII. AD * TARASIUM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

* De Taraſio Cedrenus in Conſtant. & Iren Hiſt uni ſcell. lib. 2 & Ignatius diac. in vit ipſius Taraſii.

Ejus fidem approbat. Hortatur ut in ea maneat, eamque prædicet, & cum imperatore de

ANNO CHRISTI 771.

de pseudosynodo damnanda, & de sacris imaginibus restituendis agat, legatos ad synodum se misisse significat: eique consensum nullo pacto se præbiturum, nisi imagines restituantur.

Dilecto fratri Tarasio patriarchæ Hadrianus episcopus servus servorum Dei.

Infra Gr. & Lat. pag. 767.

PAstoralibus curis, quibus convenit nos pascere populum Dei, &c. *Extat* * *actione* 2. *septimæ synodi Nicænæ II.*

ex Labbei Appendice Tom. VI

XVIII. AD BERTHERIUM VIENNENSEM EPISCOPUM METROPOLITANUM.

De ecclesiarum statu, ac honore tum episcoporum, tum Metropolitanorum, pridem in Galliis neglecto.

Hadrianus servus servorum Dei, Bertherio Viennensi episcopo salutem.

DIlectus & illustris ac religiosus filius noster Karolus rex, patricius Romanorum, Romam venit, & Pascha Domini apud sanctum Petrum nobiscum egit: ubi inter alia eum monuimus de metropolitanorum honore, & de civitatibus quæ laicis hominibus traditæ erant: & quia episcopalis dignitas fere per LXXX. annos esset conculcata. Cum hæc & alia similia gloriosus rex audisset, promisit ante corpus B. Petri apostoli, quod omnia ad emendationem nostram venirent. Unde placuit nobis, ut omnibus archiepiscopis & episcopis auctoritatem nostrarum literarum mitteremus, ut sicut antiquis privilegiis singulæ metropolitanæ urbes fundatæ sunt, ita maneant: ut habeat unaquæque metropolis civitates sibi subditas, quas beatus Leo, & alii prædecessores ac successores ipsius, post Chalcedonensem synodum singulis metropolitis distinxerunt. Nec propterea ulla metropolis præjudicium patiatur, si alicui suffraganeorum, aut nos, aut prædecessor noster, rogantibus piis Francorum ducibus, pallium largiti sumus. Nec debet ecclesia ullum damnum sui ordinis inde sustinere, si per 60. aut 80. & eo amplius annos, incuria quorumque præsulum, & vastatione barbarorum, dignitatem antiquam, & Romanorum antistitum firmitate roboratam, perdidit & amisit: quando innumeris pene annis illa, spiritu Dei disponente, usa fuerit. Auctoritate igitur B. Petri principis apostolorum, singulis metropolitis antiquo more potestatem suam reddidimus, & filium nostrum glorioſum & inclytum regem Karolum ante corpus beati Petri inde rogavimus, ut antiquam dignitatem omnis metropolis haberet. Ideo hanc epistolam auctoritatis nostræ omnibus misimus: quam & tu, ut haberes, voluimus, & ut tu nosceres ecclesiæ tuæ privilegium, quod a tempore beati papæ Leonis habuit, esse integre reformatum. Datum Kalendis Januarii, imperante piissimo Augusto Constantino, annuente Deo coronato piissimo rege Karolo, anno primo patriciatus ejus.

NOTA PETRI DE LA LANDE.

Fides hujus epistolæ, rerumque in ea descriptarum asseritur ex epistolis tum Zozimi, Bonifacii, Leonis, Hilarii, & Symmachi Romanorum Pontificum pro metropolitis provinciarum Viennensis, Arelatensis, Ebredunensis, atque Narbonensium duarum distinguendis: tum etiam ex aliis Gregorii Magni papæ ad Syagrium Eduensem, & Desiderium Autissiodorensem episcopos, pro pallii concessione. Rursus de neglectu ecclesiarum, seu episcoporum vel metropolitarum contemptu, videndæ sunt epistolæ Bonifacii archiepiscopi Moguntini, quibus respondet Papa Zacharias in to. I. Concil. Galliæ. Cæterum observanda est æra patriciatus Caroli Magni, cui hanc revera dignitatem, atque tunc utilem concesserunt, anno 774. Hadrianus pontifex & synodus Romana, ut legere est in Decreto dist. 63. can. 22. ac in vita ejusdem Caroli. Qualis autem fuerit hæc dignitas, Hadrianus ipse demonstrat ex illius usu in epigraphe ac subscriptione epistolarum, simulque illarum contextu. Quanti vero Carolus fecerit, is quoque denotat in epistola sua Leoni III. novo papæ congratulatoria. Præterea notandum est discrimen aliquod inter patriciatum Caroli Martelli, Pippini regis, ejusque filiorum vivente patre & patriciatum Caroli Magni post mortem quoque fratris, in eo quod pontifices Romani, merum nudumque patricii nomen, & honoris causa tantum, absque ulla jurisdictione in senatum populumque Romanum, illis concesserint: in Carolum autem solum, omnimodam illam jurisdictionem, prædicto dumtaxat anno causa donationis mutuæ contulerint. Unde illi nusquam hoc patriciorum titulo in suis epistolis usi sunt: contra vero Carolus magnus rex, hunc patriciatus titulum nunquam omisit in quibuscumque dictis & factis, donec imperatoris dignitatem fuerit adeptus: imo junxit frequenter hujus notam cum regni tempore. Tandem honor iste patriciatus Carolo Magno irrefragabiliter ab Hadriano papa conservatur, quique plus etiam & amplius honorifice ab ipsomet honoratur, (scilicet præ aliis) ut loquitur idem Hadrianus ad eumdem Carolum Magnum. Porro episcopus ille Viennensis, cui scribit Hadrianus papa, vocatur ab Adone etiam Viennensi Metropolita in chronico Bertericus.

ANNO CHRISTI 771.

EPISTOLA TARASII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI AD BEATISSIMUM Hadrianum papam I.

Nunciat quæ in concilio gesta sunt.

Per cuncta sanctissimo & beatissimo fratri & comministro domino Hadriano papæ senioris Romæ, Tarasius misericordia Dei episcopus Constantinopoleos novæ Romæ, in domino salutem.

SUfficit quidem salutaris dispensatio magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi ad pacem, &c. *Extat post actionem* 8. *concilii Nicæni.*

EPISTOLA ORIENTALIUM AD TARASIUM

Apologetica, pro excusatione legatorum & fidei orthodoxæ confessione.

Sanctissimo & beatissimo domino Tarasio archiepiscopo Constantinopoleos & universali, patriarchæ orientis, summi sacerdotes, & alii sacerdotes in Domino salutem.

SAcratissimis ex divina deitatis inspiratione libellis apostolicæ & paternæ sanctitatis vestræ perlectis beatissime, &c. *Extat etiam* * *actione* 3. *concilii Nicæni II.*

* Infra pag. 819. Gr. & Lat.

a EPISTOLA TARASII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI AD HADRIANUM papam Romæ veteris,

De ordinationibus simoniace non conferendis.

Sanctissimo ac beatissimo fratri & comministro domino Hadriano papæ veteris Romæ, Tarasius indignus episcopus: salutem in Domino.

MUltipliciter multisque modis evangelice, apostolice & paterne docemur, ut mores ab avaritia alienos in sacerdotii consecratione habeamus, &c. *Extat infra post octavam actionem septimæ synodi.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*) Tarasius Constantinopolitanus episcopus laborabat suspicione simoniæ commissæ: a qua infamia ut se purgaret, adversus simoniam stylum suum exercuit, atque hanc epistolam de ordinationibus simoniace, acce-

Argumentum epistolæ.

ANNO CHRISTI 771.

accepta nimirum pecunia, non conferendis, ad Hadrianum Romanæ ecclesiæ pontificem beatissimum conscripsit, in qua prolixe ostendit simoniacam labem non tantum jure divino, verum etiam antiquissimis canonibus apostolorum & conciliorum œcumenicorum, nec non gravissimis diversorum patrum sententiis prohibitam, adeoque summo studio, curaque diligentissima evitandam esse.

Ad extremum ipsum Hadrianum pontificem compellans, his utitur verbis: *Sic nos quoque doce vir Dei sanctissime, & scripturæ & evangeliorum & apostolorum & canonum & patrum præcepta sequi. Verbis enim oris vestri paremus. In altum montem conscende*, &c.

Hadrianus papa a Tarasio de simonia redarguitur.

Ex epistola hac, prout eam habet appendix Nomocanonis apud Theodorum Balsamonem in bibliotheca sanctorum patrum, non satis aperte colligi potest, Hadrianum pontificem a Tarasio ob crimen simoniæ commissæ redargutum fuisse: illo autem fragmento, quod recitat Baronius anno 787. numero 61. id manifestis verbis indicatur his: *Fraternitas ergo vestra & sacerdotalis sanctitas, quæ non jure nec ex Dei voluntate pontificale munus administrat, magna laborat infamia.* Quæ verba apud Theodorum Balsamonem prædicto loco sic translata habentur: *Fratrum ergo vestrorum sacerdotalis sanctitas quæ non jure, nec ex Dei voluntate pontificale munus administrat, magna laborat infamia.* Quæ verba in hac editione ad cœtum sacerdotum possent transferri, nisi præcedentis translationis eadem verba apud Baronium expresse Hadrianum pontificem designarent.

Ob crimen venditi sacerdotii aliorumque ordinum Hadrianum a Tarasio hac epistola reprehendi, constat manifeste ex iis quæ subjiciuntur. Verum cum nemo scriptorum omnium sanctissimo pontifici hujusmodi crimen impegisse legatur, maxima probabilitate videtur esse dicendum, epistolam hanc commentitiam esse, & a Theodoro Balsamone excogitatam & effictam, ut quam labem Tarasius ejusve posteri sibi asperserant, ille Romano pontifici, cujus acerbissimus hostis semper extitit, per mendacium, dolum, ac impostaram calumniose impingeret. Hanc sententiam istæ conjecturæ confirmant. Primo, quod infensissimus hostis Romanæ ecclesiæ Theodorus Balsamon primus eam ediderit, quodque hactenus a nullo alio probato scriptore alibi nominata vel citata fuerit. Secundo, quod similibus modis frequentissime ecclesiæ Romanæ imposuerit, ut scilicet per furtum & injuriam Constantinopolitanæ ecclesiæ adscriberet ea privilegia, quæ soli Romanæ ecclesiæ jure divino & apostolico competere judicantur. Tertio denique, quod nemo omnium qui de Hadriano ante Theodorum Balsamonem aliquid scripserunt, hujus immensi criminis in ipso pontifice, vel uno verbo meminerit. Ut ergo a suis crimen transferret, hanc maculam deformem Romanæ ecclesiæ mendax impostor impactam esse voluit. Vide Baronium anno 787. n. 60.

ANNO CHRISTI 771.

Epistolam hanc Theodorus Balsamon dolose supposuit.

CONCILIUM WORMATIENSE II.

QUOD A CAROLO MAGNO ITERUM

Apud Vormatiam celebratum est, priusquam bellum Saxonicum iniret, anno Christi DCCLXXII. Hadriani papæ I. Caroli ejusdem regis IV.

Ex P. Sirmondo.

Hujus synodi meminere tum ceteri omnes, cum auctor chronici sancti Arnulfi his verbis: Anno Dominicæ incarnationis DCCLXXII. Carolus rex synodum tenuit in Vvormatia, & inde perrexit in Saxoniam prima vice. *Quænam vero, vel an ulla omnino in hac synodo edita sint capitula, ignoratur. Nam quod persuasum est nonnullis, hujus concilii fuisse decretum* De purgatione sacerdotum, *quod extat libro 7. capitularium cap. 205. & Vvormatiæ in generali conventu sancitum dicitur, id a vero alienum est, & Capituli ipsius verbis, in quibus Riculfi episcopi Moguntini fit mentio, aperte refellitur. Riculfus enim Moguntinam sedem non ante annum* DCCXXCVI. *adeptus est. Quare decretum illud ad aliam posteriorem synodum referri necesse est.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Extat hujus synodi unum capitulum de purgatione sacerdotum lib. 7. Capitularium Francorum cap. 205. quod sic habet.

De purgatione sacerdotum, qualiter Vvormatiæ secunda vice, a domino Carolo, & a suis tractata atque sopita est.

Omnibus vobis tam præsentibus, quam futuris scire cupimus, quia ideo consultu apostolicæ sedis & omnium nostrorum episcoporum & nostrorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum, de purgatione criminatorum sacerdotum tanta tractavimus, cumque cum testibus, sicut in anteriori capitulari nostro continetur, fieri decrevimus; quoniam nesciebamus eamdem causam a beato Gregorio papa esse definitam. Nam cum Wormatiæ generalem conventum habuissemus, allata est nobis a * Triculfo Maguntiacensi metropolitano epistola beati Gregorii papæ, in qua inter cetera continebantur hæc: De presbytero vero vel quolibet sacerdote a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimine illato approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu. Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt, in judicio episcoporum juxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, ut huc quando orta fuerint, ita definire satagant, ut nec secundum sæculum justam reprehensionem, nec penes Deum (quod absit) damnationem, sed æternæ beatitudinis, ipso auxiliante qui omnia infucata præstat præmia consequantur.

* Riculi

ANNO CHRISTI 772.

CONCILIUM BAVARICUM

APUD DINGOLVINGAM [a] XXII. ANNO TASSILONIS

Ducis Bavariæ celebratum, tempore Hadriani papæ primi, anno Christi DCCLXXII.

[a] *Dingelfing, vel Ilsarum amnem in Bavaria. Harduinus.*

HÆc sunt decreta quæ constituit sancta synodus in loco qui dicitur Dingolvingam, domino * Tassilo mediante.

* Tassilone.

I.

De die dominico ita constitutum est, ut tali honore habeatur sicut in lege scriptum est, & in decretis canonum. Et si * quid præsumpserit frangere contra legem aut decreta canonum, tali pœna subjaceat sicut ibi scriptum est.

* quis

II.

De hereditate quæ tradita est ad ecclesiam, ita constituit, ut quisquis hereditatem suam ad ecclesiam ante donaverat, aut postea donaverit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, ut locum, tempus & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si sacerdos non habeat chartam nec testem, ut prædiximus, tunc sicut in lege Bajoariorum & judex judicat, sic defendat.

III.

De eo quod episcopi juxta canones, & abbates monasteriorum juxta regulam * viventes, ita constituit.

* vivant, aut viventes sint,

IV.

* De eo quod sanctimoniales quæ in servitio Dei sunt, ita constituit, ut nullus ausus sit in conjugium & matrimonium ducere: aut si quis ausus fuerit contra decretum canonum, ita componat sicut canones decreverunt.

* De sanctimonialibus.

V.

De eo quod jus ad legem quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi servi ejus, ita donaverunt ut firma fieret.

VI.

De eo quod ut si qui de nobili genere de hereditate sua dare * ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset, nec mutaret in perpetuum.

* vellent.

VII.

De eo quod ut servi principis qui dicuntur Adelschalche * ut suam habeant Vveregeldam, juxta morem quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Vveregeldi juxta legem suam, ita constituit.

* abundet ut

VIII.

De eo quod parentes principis quodcumque præstitum fuisset nobilibus intra Bajoarios, hoc constituit, ut permaneret, & esset sub potestate uniuscujusque relinquendum posteris, quamdiu stabiles fœdere servassent apud principem ad serviendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

IX.

De eo ut nullus hæreditate sua privetur, nisi per tres causas, * quas in pacto scribentur: Propter homicidium, hoc est, ut quisquis hominem principis sibi dilectum occiderit, ob injuriam principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc privetur hereditate sua.

* quæ.

X.

De eo quisquis * mulierem nobilem acceperit in conjugium, & non præscivit, ita constituit, ut iterum libera esset, dimittat servum, & postea non redigatur in servitium, sed esset libera.

* servus, videtur deesse

XI.

De eo quod & si quis de quocumque reatu accusatus ab aliquo potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare si voluerit, antequam pugnam quæ Vvedahinc vocatur, * permittat.

* permittatur

XII.

De eo quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis XV. causis de * qua supra diximus, * si ille hereditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor autem illius suo jure non privetur, ita constituit.

* quibus

* ille hereditatis suæ.

XIII.

De collaudatione quam episcopi & abbates in Bajoaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

In Christi nomine: Notitia qualem convenientiam gentis Bajoariorum episcopi & abbates inter se fecerunt, quorum nomina infra perarare stylo decrevimus.

Id est, Manno Nuvenpurgensis civitatis episcopus, Alim, * Vigilius, Vviserich, Sintpreth, Heres, episcopi; Oportunus, Vvolfpreth, Adalpreht, Ato, Uto, Lantfrit, Albune, Ruothart, Ernest, Reginpreht, Volchanhart, Perchkoch, Sigido, abbates.

* Virgilius

XIV.

Ut eorum quis de hac luce migraret, unusquisque superstitum episcoporum vel abbatum pro defuncto in domo sua episcopali vel cœnobio centum missas speciales & eodem numero * psalterio cantare faciat. Ipse vero de propria persona sua XXX. speciales missas compleat, vel a religiosis sibimet subjectis implere omnino prænotatum faciet numerum presbyteris sive monachis, cum de hoc sæculo migraverint epi-

* psalterio

ANNO CHRISTI 772.

ſcopus ſeu abbas, uno presbytero vel monacho xxx. miſſas ſpeciales, totidem pſalteria faciant celebrari.

Poſt hæc mox iſta ſubjiciuntur eodem, ut vides, ordine.

De concilio, quod dux Taſſilo apud Dingolvingam celebravit.

Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, in anno vero XXII. regni religioſiſſimi ducis Taſſilonis gentis Bajoariorum ſub die * conſulem, quod erat II. Idus Octobris, atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. indictione X. divina præflatus inſpiratione, ut omne regni Dei prænotatus princeps collegium procerum coadunaret in villam publicam Dingolvingam nuncupatam, ut ibi tam regulare moderaretur in ſancto habitu cœnobium virorum & puellarum, quam epiſcopales moderaretur obſequias, inſuper gentis ſuæ inſtitutiones legum per * primatos imperitos univerſa conſentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitiata, & quæ videbantur abſtrahendo evellere, & quæ decretis placerent componendo inſtituerentur. Inter tot vero collegia ſacerdotum, devolutis epiſcoporum & abbatum in præſentia paginis, regularis ordines vitæ atque canonum normas vel decreta patrum nullis comprobare quiverant teſtimoniis, ut monachis parochiæ commendari deberent vel publica baptiſmatis obſequia, niſi forte pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto * viciſſitudinis villarum propriarum ſingulis annis obedientialibus curis commiſſio ab abbate proprio fuerit determinata. Unde ab univerſis abbatibus facta profeſſio, ut minime titulis popularibus ſe ingerere depellerentur, & hæc omnia cui commiſſæ ſunt plebes, ſub poteſtate epiſcoporum permanerent, ſicut in ſanctis ſynodis vel decretis priſcorum patrum perarata comprobat conſcriptio: ab epiſcopis vero ſimili modo, & nihilominus * prælatis ponderaverunt ſententiis, ut erga eos charitatis gererentur curæ, ita ut canonica auctoritas confirmat, & ſpiritualis concordia declarat. Hoc peracto concilio, & ab univerſis uno ore confirmato, ut ſi quis de eadem inſtitutione deviare præſumpſerit, a collegio eorum alienetur, uſque iterato examine, id eſt, publica ſynodo.

* fortaſſe Caliſti, incidit enim prid. Id. Octobris,

* primates & peritos,

* diuturnitate.

* prolatis.

DE POPULARIBUS LEGIBUS

I.

Prænotatus princeps univerſo concordante collegio, * hic conſtituit, ut nullus a provinciæ ſuæ * mancipium limine venumdare vel proprium vel fugitivum præſumpſerit: & ſi quis hoc decretum non obſervaverit, Vveregeldo ſuo culpabilis permaneret.

* ſic

* limite mancipium.

II.

Ut nullus furtivam rem, tam in equis & aliis quadrupedibus, quam in reliqua ſupellectili, extra finem Bajoariorum venumdare, vel machinis diabolicis extra minandi, inſidiis tegi: ut ſi quis hoc præſumpſerit, XL. ſolidis componat in publicum. Ut ſi quis domum tam liber quam ſervus * altius effoderit, & ibi occiſus fuerit, ſine compoſitione in ſua damnatione permaneat. Si autem ſupellectilia abſtulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnum intulit conſequitur & interfecerit, pari ſubjaceat ſententiæ. Similiter qui liberum vel mancipium ſuum furaverit, & eum comprehendere minime quiverit, & ibidem interfecerit reum, ſuperior permaneat ſententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita ſigna vicinis ſuis, & his qui aſſiſtunt, inſignet.

* altius

III.

De pugna duorum, quod Vvenda hinc vocetur, ut prius inſortientur quam parati ſunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus inſidiantur.

IV.

Qui ſupradictæ pugnæ, quod Chamfuvic dicimus peracto judicio, ſe ſimili vindicta erigere contra querentem præſumpſerit, ſacramentum quod Atheja dicitur, juret in eccleſia, cum tribus nominatis ſacramentalibus.

V.

De eo quod Bajoarii Staffaken dicunt, in verbis quibus ex vetuſta conſuetudine paganorum idololatriam reperimus, ut deinceps non aliter niſi * indicat qui quærit debitum; hæc mihi injuſte abſtuliſti, quæ reddere * debet: Reus vero contradicat, nec hoc abſtuli, nec componere debeo, iterata voce requiſito debito dicat: Extendamus dextras noſtras ad juſtum judicium Dei: & tunc manus dexteras uterque ad cælum extendat.

* ita dicat

* debes

VI.

Ut nullus furtivam rem ſuſcipere vel intra terminum abſcondere præſumat: qui hoc fecerit, XL. ſolidis componat.

VII.

Ut hi qui Cucali manu liberi dimiſſi ſunt, ad eadem cogantur judicia quæ Bajoarii Urtella dicunt.

VIII.

Ut hi qui in eccleſia libertatem conquirebant, deinceps tam ipſi quam eorum poſteritas in ſecura libertate permaneant, niſi forte ipſi ſibimet inſolubile damnum inferant, quod componere minime quiverint.

IX.

Qui ex eis occidentur, prætium eorum his ſolvatur eccleſiis ubi liberi dimiſſi ſunt. Liberi qui ad eccleſiam dimiſſi ſunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem a rege, ſi occidantur, LXXX. ſolidis componantur eccleſiæ vel filiis eorum, in dominico XL. ſolidis componantur. Si ancilla libera dimiſſa fuerit per chartam aut in eccleſia, & poſt hæc ſervo nupſerit, eccleſiæ ancilla permaneat. Si autem libera Bajoaria ſervo eccleſiæ nupſerit, & ſervile opus ancilla contradixerit, abſcedat: ſi autem ibi filios & filias generaverit, ipſi ſervi & ancillæ permaneant, poteſtatem * exinde non habeant: illa autem mater eorum quando exire voluerit, ante annos III. liberam habeat poteſtatem: ſi autem III. annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadomaverunt eam ut libera fuiſſet, nec ante comitem, nec ante ducem, nec ante regem, nec in publico mallo, tranſactis tribus Kalendis * Martis, poſt hæc ancilla permaneat in perpetuum, & quicumque ex ea nati fuerint, ſervi & ancillæ ſunt.

* exeundi

* Matiis.

X.

Qui furtivam, quod Zougenzunt dicitur, ſuper furem comprobare nequiverit, furtivo componat more.

XI.

ANNO CHRISTI 772.

XI.

Qui reſiſterit domum ſuam, quod ſeliſuchen dicunt, qualem rem quærenti reſiſtebat, talem componat. In publico XL. ſolidis.

XII.

Qui manuum immiſſionem reſiſterit, quod hantelod dicunt, XL. ſolidos ſolvat in publico, & ipſam rem quærenti reddat.

XIII.

* homicidiis * repertus.

De his qui ſupradictis * homiciis debita morte in furto * repertis, ut ſi quis hujus interfecti parentelæ eum qui ſuo ſcelere captus eſt, vindicare tentaverit, a propria alode alienus efficiatur.

XIV.

Et ſi quis ſignum quod eſt ſigillum inhonoraverit, vel hujuſcemodi injuncta minime impleverit, prima vice arguetur; ſecunda XL. ſolidis componat; III. ſuum Vveregeldum; IV. exterminetur abacto officio.

XV.

* ditaretur * ſcelerum * reus

Ut ſi quis judicium furti in bina vel terna reprehenſione non damnaverit, & eum diabolico lucro dimiſerit, ut per eum quaſi comparticeps, ſpoliis pauperum * ditarentur, tot * ſceleris quod commiſerit ante oculos Dei & angelorum * efficiatur, nihilominus cui fraudem fecerit, quaſi proprium componat debitum. Ut ſi quis in virtute conjunctus, a conjuge propria adulterina ſeparatus fuerit, ejuſque ex cognatione conjugis propter eamdem dimiſſionem * qui eum perſequi tentaverit, a proprio alienantur patrimonio.

* quis

XVI.

Ut nullus poſt tonſuram capillos uſu populari nutrire præſumat, nec velata relicto velo ſæcularem habitum ſumat, ut ſi quis vel qua in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur.

Nota Severini Binii.

Unde hæc ſynodus accepta.

a *Concilium Bavaricum*) Marcus Velſerus vir doctiſſimus & nobiliſſimus, celeberrimæ Auguſtanæ reipublicæ ſeptemvir, hanc ſyno.um, vel potius fragmentum ſynodi ſupradicto tempore celebratæ primus in lucem emiſit, dentibuſque tinearum & blattarum eripuit. Ex pervetuſto codice, quem, ut ait Henricus Caniſius, utendum acceperat a reverendo & magnifico domino Georgio Lautherio ſacræ theologiæ doctore, & monachii ad D. virginem præpoſito, idem Velſerius propria manu exſcripſit. Agnoſcant hinc Bavari, ante annos pluſquam 800. in Bavaria receptam fuiſſe illam religionem, quæ epiſcopos, abbates, ſacerdotes, & aliorum ordinum clericos habet: quæ ſacroſanctæ miſſæ ſacrificium pro vivis & defunctis religioſe immolat; quæ ſacrorum canonum decretis debitam reverentiam exhibet, monialium matrimonia ſeveris pœnis coercet. O felicem Bavariam, quæ fidem Theodonis, Taſſilonis, Caroli magni, aliorumque generoſiſſimorum heroum, tot luſtris labentibus, inter fluctus & procellas ſartam tectam cuſtodiſti, neque impuros apoſtatas ſancto Ruperto & excellentiſſimis illis regibus ac ducibus antetuliſti. Hæc ex Henrici Caniſii præfatione in dictam ſynodum.

Quæ fuerit olim religio Bavariorum.

Observatio P. Antonii Pagi

Ad annum Ch. 772. n. 7. & ſeqq.

Concilium Bavaricum apud Dingolvingam celebratum ad nos integrum non pervenit, ſed potius ejus fragmentum a Marco Velſero e tenebris erutum. Cumque nullus temporis character in eo exprimatur; ſed tantum novum Taſſilonis Bajoariæ Ducis, annus quo celebratum fuit, certo ſciri non poteſt. Quod enim hic poſt XIV, ejus Capitula ſubjungitur, hujus Concilii appendix tantum eſt, uti hæc verba Velſeri in ejus fronte poſita manifeſte indicant: *Poſt hæc mox iſta ſubjiciuntur; eodem, ut vides, ordine.* Quæ appendix ab his verbis inchoatur: *de Concilio quod Dux Taſſilo apud Dingolvingam celebravit.* Is itaque Anonymus ſummatim narrat geſta in hoc concilio, ſed qua ætate vixerit, & an uſum ſuo ſæculo receptum, vel illum, qui hoc tempore uſurpabatur, ſecutus fuerit in Indictione inchoanda prorſus incertum. Ad hæc hic locus manifeſte corruptus: *ſub die conſulem, quod erat II. idus Octobris, atque anno ab Incarnatione Dominica* 772. *indictione* 10. Imo ejus capitula variis in locis depravata, uti ſtellulæ demonſtrant. Quare neque ex capitulis, neque ex appendice aliquid certi erui poteſt, ex quo poſſimus venire in cognitionem initii Indictionum ante Caroli M. mortem. Jam anno 576. inſinuavimus, Indictionem in Gallia, Germania, & Anglia ante Caroli M. ſeu potius Ludovici Pii ejus filii mortem a die 24. menſis Septembris inchoatam fuiſſe, ſed nullum exemplum oſtendere, vel in illis regionibus, vel in aliis eam a Kalendis Januariis initium ſumpſiſſe; indeque eruo hanc Appendicem, in qua Indictio X. a Kalendis Januariis reperitur, ſcriptam eſſe poſt mortem Ludovici Pii, quia ab eo tempore Indictionum exordium variare cœpit, ut ſuo loco videbimus. Anni tamen & dies celebrati conventus certi ſunt.

In ea enim Appendice loco, *ſub die conſulem*, legendum cum Baronio n. 25. *ſub die Calliſti*: natale enim S. Calliſti Papæ & martyris incidit in diem II. idus Octobris. Ad hæc in eadem dicitur Concilium congregatum *in anno 22. regni religi ſiſſimi Ducis Taſſilonis Gentis Bajoariorum*, Baronius loco citato retinet annum 22. Taſſilonis; verum pleræque membranæ annum XXIV. hujus Principis repræſentant, ut videre eſt apud Hundium Tom. 1. Metrop. Salisburg. In additionibus ad Epiſcopos Patavienſes, ubi hujus Concilii Acta leguntur, idque recte; Taſſilo enim an. 748. Odiloni patri ſucceſſit, uti colligitur ex vita S. Rudberti Ep. Salisburgenſis a Caniſio edita, in qua habetur. *Anno Incarn. Dom. 773. dedicata eſt primo eccleſia S. Rudberti a S. Virgilio an. 26. regni Taſſilonis Ducis. Eodem anno tranſtulit idem Epiſcopus S. Rudbertum, & duos ejus Capellanos, beatum Kunialdum atque Giſilarium, nempe 8. Kal. Octob.* Si enim annus 26. Taſſilonis Ducis in curſu erat menſe Septembri anni 773 & annus hujus Principis 24. menſe Octobri anni Chriſti 772. in Bajoaria numeratur, profecto anno 748. Bajoariæ regimen ſuſcederat, an. 772. annum 24. Principatus ſui abſolvebat, ac 25. inchoabat, annoque Chriſti 773. 25. finiit, & 26 auſpicatus eſt, ideoque Cointus an. 771. n. 7. perperam contendit Concilium Dingolvingenſe ad illum Chriſti annum pertinere, nec melius ſcribit Mabillonius ſæcul. 3. Benedict. par. 2. in elogio hiſtorico Taſſilonis Bajoariæ Ducis, in Actis ejuſdem Concilii reponendum eſſe, *anno 26. Regni Taſſilonis*, loco *anno Regni Taſſilonis* 22. quod Hundius citatus aſſerat, annum illum legi in nonnullis codicibus MSS. Annus quippe 26. Taſſilonis Ducis conjungi non poteſt cum anno Incarn. 775. quem retinendum eſſet ipſemet Mabillonius recte ſupponit.

Huic Synodo præter Epiſcopos 6. & Abbates 13. adfuere quoque proceres Bajoarici de rebus policitis acturi; ideoque ejuſdem Synodi decreta numero XIV. partim res eccleſiaſticas, partim res civiles ſpectant. Sex Epiſcopi ſunt Alimus, qui in Sabionenſium Epiſcoporum Catalogo locum 22. occupat. Vviſericus fuit V. epiſcopus Palavienſis; Sindbertus ſeu Syntpecht tertius Ratisbonenſis: Heres idem eſt ac Aribo Epiſcopus Friſingenſis quartus; Virgilius quintus Epiſcopus Salisburgenſis; Manno Novempurgenſis civitatis, ideſt Neoburgenſis ad Danubium primus, & ultimus Epiſcopus, ut prodit Brunnetus lib. 5.

ANNO CHRISTI 773.

CONCILIUM GENEVENSE

QUOD APUD GENAVAM CIVITATEM

A Carolo magno, cum ad Italicam expeditionem pergeret, celebratum est anno Christi DCCLXXIII.

Ex P. Sirmondo.

*IN hac synodo divisum in duas partes fuisse Francorum exercitum, ut in Italiam diversis itineribus penetraret, docet auctor vitæ Caroli: cui affinia sunt, quæ in chronico * sancti Arnulfi leguntur his verbis.* Cum hyemaret, *inquit*, rex Carolus in villa quæ dicitur Theodonis, ibi venit ad eum missus domni Hadriani papæ, nomine Petrus, obnixe postulans, ut ad defendendam ecclesiam Romanam festinaret, & ut populum Romanum de manibus superbi regis Desiderii liberaret. Adjungens quod ipse legitimus tutor ac defensor esset ipsius ecclesiæ, quoniam illum prædecessor suus beatæ memoriæ Stephanus papa unctione sacra liniens, in regem, ac patricium Romanorum ordinavit. Carolus ergo rex, per consilium optimatum suorum, voluntatem domini papæ se adimpleturum esse cum Dei auxilio devota mente spopondit. Eodemque anno synodum tenuit in Janua civitate. In quo conventu exercitum divisit, partem secum retinens, ut per Cinisium montem transiret; partem vero reliquam, cui præfecit avunculum suum Bernardum, cum cæteris fidelibus suis, per Jovis montem in Italiam intrare præcepit.

* Annales Metenses dicuntur tomo III. Hist. Francorum.

CAROLI MAGNI REGIS IN ITALIAM EXPEDITIO ADVERSUS DESIDERIUM Regem & Longobardos anno Christi DCCLXXIII.

CArolus magnus rex Hadriani papæ rogatu & precibus exoratus trajecto sub finem anni DCCLXXIII. trans Alpes exercitu Longobardis ecclesiam Romanam vexantibus arma intulit, nec ante destitit, quam illorum regem Desiderium longa Ticini obsidione fatigatum, ad deditionem compelleret. Capto rege, ac filio ejus Adalgiso ex Italia pulso; novum regnum adeptus, in Franciam victor cum hoste captivo regressus est anno DCCLXXIV. Longobardorumque exinde rex appellatus, Hadriano papæ & ecclesiæ Romanæ non solum res a Longobardis ereptas restituit, & quas Pippinus pater provincias concesserat, ratas habuit, sed territorium præterea Sabinense, Ducatum Spoletinum, & Beneventanum, atque alia plurima paternæ donationi adjecit. Idem istius observationis a collectore Lupareo prætermissæ auctor Sirmondus subjicit narrationem de Caroli ejusdem prima in urbem profectione & gestis cum Hadriano pontifice excerptam ex verbis Anastasii Bibliothecarii in vita Hadriani: *Dum per sex mensium spatium*, &c. superius jam a nobis editam a pag. 501. C. ad 503. D. *in Franciam deportavit*, &c.

Ad eundem annum Christi DCCLXXIV. quidam scriptores ab ætate Hadriani atque Caroli valde remoti referunt synodum Romæ in patriarchio Lateranensi habitam a pontifice & CLIII. episcopis atque abbatibus, cum capto Desiderio rege, subactisque Longobardis Carolus rex iterum eodem illo anno, si fas est credere, Romam venisset. Baronius in Annalibus aliique post eum validissimis rationibus commentitiam evincunt, ac veluti stropham a Sigeberto Gemblacensi monacho aliisque Henricianarum partium fautoribus confictam merito respuunt. Gratianus distinctionis 63. cap. 22. verba Sigeberti citata duntaxat ecclesiastica historia imprudens descripsit, aliaque nonnulla ejusdem commatis adscripsit, ab iisdem Telchinibus fabricata, multisque incautioribus, atque in primis Theoderico Niemio, similibusque pontificiæ sedis hostibus, quibus se conferto agmine Goldastus reliquique novatores adjunxerunt, fucum fecit. Nos ne commentum, lector, tibi desit, ex chronico Reicherspergensi Monachii in Bajoaria an. 1611. per Christophorum Gewoldum excuso illud repræsentabimus. Karolus relicto exercitu apud Papiam, in sancta resurrectione Romam venit, & ab Hadriano papa honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem Papiam reversus, ipsam civitatem armis cepit, & Desiderium regem cum uxore sua, & filia, omnemque thesaurum palatii comprehendit. Adalgisus vero, filius Desiderii fuga lapsus, intravit mare, & Constantinopolim pervenit. Tunc omnes Longobardi de cunctis civitatibus Italiæ venientes Caroli se subdiderunt dominationi. Nec mora, Karolus veniens Romam, iterum constituit ibi synodum cum Hadriano papa in patriarchio Laterani in ecclesia S. Salvatoris. Quæ synodus celebrata est a CLIII. religiosis episcopis & abbatibus. Hadrianus autem papa cum universa synodo tradiderunt Karolo jus & potestatem eligendi pontificem, & ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere diffinivit: ut nisi a rege laudetur, & investiatur episcopus, a nemine consecretur. Et quicunque contra hoc decretum isset, anathematis vinculum eum innodavit; & nisi resipisceret, bona ejus publicari præcepit.

Ita Karolus subjugata Italia & ordinata, custodiam Francorum dimittens in Papia, cum magno triumpho in Franciam reversus est, &c.

EPI-

1 De supposititia Romana synodo Hadriani habita, ut fabulatur interpolator Chronici Sigeberti, an. 773. post Baronium ad an. 774. n. 10. & seqq. & Marcam lib. 8. de Concordia, adi Pagium ad An. Chr. 774. num. 13. & seqq.

ANNO CHRISTI 773.

EPITOME CANONUM, QUAM

HADRIANUS SUMMUS PONTIFEX HOC NOMINE PRIMUS

Carolo magno Romæ obtulit, anno Domini * DCCLXXIII.

* DCCLXXIV. nam ex narratione Anastasii Carolus Romam dum. taxat venit sabbato sancto

Compendiosa traditio canonum orientalium, sive Africanorum, quos beatus Hadrianus papa in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispositionem occidentalium ecclesiarum Carolo Romæ posito dedit regi Francorum & Longobardorum, ac patricio Romanorum. In primis de canonibus apostolorum sub numero 1. capitulorum.

Ecclesiasticæ regulæ sanctorum patrum, apostolorum, prolatæ per Clementem Romanum pontificem: quæ ex Græcis exemplaribus in primo ordine ponuntur.

I.

EPiscopus a duobus, vel tribus ordinetur.

II.

Presbyter, & reliqui clerici ab uno episcopo ordinentur.

III.

Ne mel, & aliud in sacrificio offeratur, nisi quod Dominus statuit.

IV.

Novas spicas, uvas, oleum, & incensum ad altare licet offerri ad benedicendum.

V.

Reliqua omnia ad domum episcopi & presbyteri.

VI.

Ut presbyter uxorem suam a gubernatione su.. non abjiciat, sed caste regat.

VII.

Ordinati, sæcularibus curis dediti, dejiciantur.

VIII.

Ut Pascha ante æquinoctium vernale non celebretur.

IX.

Ut ministri altaris facta oblatione communicent.

X.

Ut & laici ecclesiam ingressi communicent.

XI.

Si quis cum excommunicato saltem in domo oraverit, excommunicetur.

XII.

Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, oraverit, damnetur.

XIII.

Ut nullus præter commendatitias literas susciptatur.

XIV.

Ne episcopi alienam parochiam invadant.

XV.

Ne clerici suam ecclesiam relinquant, præter episcopi licentiam.

XVI.

Ut episcopus fugitivum alterius episcopi clericum retinens excommunicetur.

XVII.

Ne bigamus, vel concubinam habens ordinetur.

XVIII.

Ne corruptarum mariti ordinentur.

XIX.

Ut duabus sororibus, vel filiæ fratris corrup..... ad clerum non admittatur.

Qui duas sorores duxit aut consobrinam, clericus esse non potest.

XX.

Clericus fidejussor abjiciatur.

XXI.

Per vim eunuchizatus possit fieri episcopus.
Et qui eunuchizaverit, non ordinetur.
Si clericus se eunuchizaverit, deponatur.

XXII.

Laicus semetipsum abscindens tribus annis excommunicetur.

XXIII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus in fornicatione, perjurio, vel furto capti, deponantur, non tamen excommunicentur.

XXIV.

Similiter reliqui clerici judicentur.

XXV.

Quod lectoribus tantum liceat matrimonium contrahere. Quod episcopus, presbyter, diaconus, peccantes fideles verberare non debeant.

XXVI.

Ut damnati pristinum officium usurpantes, de ecclesia penitus abscindantur.

XXVII.

Episcopus, presbyter, diaconus per pecuniam ordinatus, cum ordinatore suo deponatur, & excommunicetur, ut Simon Magus a Petro.

XXVIII.

Ut episcopus * sæculares potestates ecclesiam * per obtinens, deponatur.

XXIX.

Ut presbyter qui contempto episcopo suo seorsum conventus fecerit, deponatur.

XXX.

Quod clerici ab episcopo suo damnati, ab aliis non debeant recipi.

XXXI.

Episcopi, presbyteri, diaconi, peregrini [1] per commendatitias literas susciplantur hospitio, non ad communionem.

XXXII.

Ut episcopi sine primate suo, primas absque suis suffraganeis, nil disponant, [2] nec in proDpriis parochiis.

XXXIII.

Ut episcopus, qui in aliena parochia clericos nesciente eorum episcopo ordinaverit, deponatur cum his quos ordinavit.

XXXIV.

Ut episcopus curam populi susciperc nolens, excommunicetur. Item clerici, si populum non erudierunt, ut legitimo episcopo obediant, si ad

1 Lege, *præter*, ut supra cap. 13. *Hard.* 2 Lege, *nisi in propriis*, ut infra in regulis apud Antiochiam expositis can. 9. & 12. *Hardninus*.

si ad illos venire noluerint : & bis in anno concilia episcoporum celebrentur. ANNO CHRISTI 773.

XXXV.

Ut episcopus omnes ecclesiasticas res dispenset, nec inde aliquid suis parentibus non pauperibus subministrari patiatur.

XXXVI.

Ut presbyteri, & diacones præter episcopum nihil agant: sin autem abinvicem separatæ res ecclesiasticæ, & res episcopi propriæ, quas ille dare possit quibus voluerit; ne eo moriente, propinqui ejus proscribantur sub obtentu ecclesiæ.

XXXVII.

Omnes res ecclesiæ in potestate sint episcopi ad dispensationem pauperum. Episcopus, presbyter, diaconus aleator aut ebriosus, aut desinat, aut damnetur: delinquentes clerici, sive laici eadem facientes, excommunicentur.

XXXVIII.

Episcopus, presbyter, diaconus, usurarii, aut desinant, aut damnentur.

XXXIX.

Episcopus, presbyter, diaconus, cum hæreticis tantum orantes, excommunicentur.

XL.

Si vero eos ad clericale officium hortati fuerint, damnentur.

XLI.

Episcopus, presbyter, baptisma hæreticorum, non in nomine Trinitatis baptizantium, suscipiens, damnentur.

XLII.

Episcopus, presbyter, qui recte baptizatum rebaptizaverit, vel non recte baptizatum non baptizaverit, deponatur.

XLIII.

Si laicus uxorem suam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, excommunicetur.

XLIV.

Si quis episcopus vel presbyter non baptizaverit in nomine sanctæ Trinitatis, abjiciatur.

XLV.

Si quis episcopus vel presbyter non per trinam mersionem baptizaverit, deponatur.

Regulæ Ancyrani concilii numero XXIV. *priores quidem sunt Nicænis : sed ideo Nicænis istæ postponuntur, propter sancti & magni concilii auctoritatem Nicæa congregati.*

I.

UT presbyteri, qui immolaverunt inviti, & postea paganis reluctati sunt, depositio quidem officio, honorem propriæ sedis retineant.

II.

Item de diaconibus fiat, si similiter peccaverint; sic ut digne pœnitentibus parcere possint.

III.

Ut hi qui ad sacrificandum idolis violenter attracti sunt, a communione non separentur, qui in arbitrio tamen episcoporum ordinari possunt.

IV.

Ut hi qui paganorum ritus inviti fecerunt, tam diu se pœniteant, quam diu se paganizaverunt.

V.

Ut hi qui non tormentis summis sacrificare coacti sunt, inter audientes usque ad magnum diem cœnæ Domini suscipiantur, deinde sex annis pœniteant.

VI.

Ut hi qui in locis idolorum proprios cibos manducaverunt, biennio pœniteant. ANNO CHRISTI 773.

VII.

Ut qui frequenter coacti sunt sacrificare, septennio pœniteant.

VIII.

Ut qui & alios sacrificare compulerunt, decennio pœniteant.

IX.

Ut diaconi incontinentes deponantur.

X.

Ut sponsæ a raptoribus, licet etiam corruptæ, sponsis suis restituantur.

XI.

Quod ordinandis non noceat, quod ante baptismum sacrificaverunt.

XII.

Ut * correpti presbyterum, vel diaconum non ordinent, nec presbyter aliquid agat in parochia sine præcepto episcopi. * chorepiscopi.

XIII.

Ut clerici esum carnium abominantes, deponantur.

XIV.

Et ecclesiæ restituatur quidquid presbyteri de rebus ecclesiasticis absque episcopo vendiderunt.

XV.

Ut masculorum & pecorum concubitores, nondum vicennes, post xv. annos in pœnitentia exactos, orationum communionem recipiant. Deinde post quinquennium, communionem altaris percipiant. Quibus etiam prolixius tempus ad agendam pœnitentiam imponendum est, si tale scelus frequentaverint. Qui autem jam vicennarii, & uxorati, ita peccaverint, XXVI. annis pœnitentia exactis tandem in oratione communicent, deinde post quinquennium oblationis sacramenta percipiant. Qui vero quinquagenarii, & uxorati, ita peccaverunt, tandem ad exitum vitæ communionem recipiant.

XVI.

Ut masculorum, vel pecorum concubitores, inter dæmoniacos tantum orent.

XVII.

Si episcopi ordinati, nec recepti, aliis episcopis vim seditionis inferant, abjiciantur.

XVIII.

Ut virginalis propositi prævaricatores, inter bigamos computentur: & ne virgines, habitent cum aliquibus, quasi sorores.

XIX.

Si cujus uxor adultera fuerit, vel, si vir adulterium commiserit, septennio pœniteat.

XX.

Ut feminæ, quæ partus suos ex fornicatione necant, decennio pœniteant.

XXI.

Ut spontanei homicidæ post jugem pœnitentiam in exitu vitæ communionem recipiant.

XXII.

Ut, non spontaneum homicidium septennio, vel quinquennio emendetur.

XXIII.

Qui divinationes expetunt, more gentilium, quinque annis pœniteant.

XXIV.

Quidam sponsæ suæ sororem ingravidavit. Deinde sponsa, ab eo in uxorem ducta, soror ejus corrupta, laqueo se suspendit. Hi, qui fuerunt conscii, decennio pœniteant.

Et subscripserunt XVIII. episcopi : Vitalis Antio-

Antiochenus, Marcellus Ancyranus, Agricolaus A Cæsarienſis, & reliqui xv. epiſcopi.

ANNO CHRISTI 773.

Regulæ in Neocæſarienſi ſynodo prolatæ Anciranis quidem, vel Cæſareenſibus temporibus poſteriores, ſed Nicænis anteriores.

I.

PResbyter, ſi uxorem duxerit, deponatur; ſi vero in fornicatione, vel adulterio peccaverit, ad acriorem pœnitentiam compellatur.

II.

Ut mulier duobus fratribus nupta, uſque ad mortem, abjiciatur.

III.

Verum in exitu ſuſcipiatur, ſi promiſerit ſe B talem copulam non iteraturam ſi vita concedatur.

IV.

Quod multinubi pœnitere debeant.

V.

Ut gratiæ divinæ non imputetur, ſi deſiderata libido non perficitur.

VI.

Ut catechumenus expellatur, ſi poſt admonitionem peccans juſſa prævaricatur.

VII.

Ut gravida catechumena baptizetur.

VIII.

Ne presbyteri nuptiis bigami interſint, quia bigamia eget pœnitentia.

IX.

Ut laicus, cujus uxor adulterata eſt, non ordinetur.

Et clericus cum adultera uxore vivens dejiciatur.

X.

Presbyter confeſſus ſe ante ordinem crimen perpetraſſe, oblata non conſecret, in reliquis manens officiis. Non confeſſus autem, ſi convinci non poterit, ſuo judicio relinquatur.

XI.

Diaconus ſimili modo lapſus deponatur.

XII.

Presbyter ante xxx. annos non ordinetur.

XIII.

Ut in ægritudine baptizatus presbyter non fiat, niſi neceſſitate.

XIV.

Ne presbyteri ruris in civitate coram epiſcopo, vel presbyteris urbis offerant, niſi forte illis abſentibus advocentur.

XV.

Ut in civitate VII. ſint diaconi, ſicut Actuum apoſtolorum liber præcipit.

Et ſubſcripſerunt, Vitalis Salaminius, Amphion, & reliqui, qui in * Cæſarea convenerunt XIX. epiſcopi.

* Neocæſarea legendum.

Viginti canones Gangrenſis concilii, poſt Nicænum concilium expoſiti.

I.

SI quis conjugium pro crimine deteſtatur, anathema ſit.

II.

Si quis religioſe carnes edentem execratur, anathema ſit.

III.

Si quis ſervum pro religione dominum ſuum contemnere docet, anathema ſit.

IV.

Si quis ſpernit presbyterum, eo quod legitime conjugatus fuerit, anathema ſit.

V.

Si quis domum Dei contemptibilem docet, anathema ſit.

ANNO CHRISTI 773

VI.

Si quis eccleſiaſtica miniſteria extra eccleſiam temere uſurpaverit, anathema ſit.

VII.

Ut nullus oblationes eccleſiæ extra eccleſiam, præter conſcientiam epiſcopi, vel vicarii ejus ſuſcipiat.

VIII.

Ut nullus accipiat, vel diſtribuat oblationes pauperibus præter epiſcopum, vel ejus vicarium.

IX.

Ut nullus pro virginitate execretur nuptias.

X.

Ut nullus virginitatem cuſtodiens adverſus conjugatos ſuperbiat.

XI.

Ut nullus exercetur agapas, id eſt, convivia pauperibus exhibita.

XII.

Ut nullus virorum in ſignum continentiæ, pallio utatur, deſpiciens eos qui ſolitis veſtibus utuntur.

XIII.

Ut nulla femina virilem habitum ſumat, quaſi pro continentia.

XIV.

C Ut nulla femina virum relinquat, pro execratione nuptiarum.

XV.

Ut nullus filios ſuos negligat per occaſionem continentiæ.

XVI.

Ne fiiii parentes occaſione Chriſtianitatis deſpiciant.

XVII.

Ne mulieres quaſi pro divino cultu attondeantur.

XVIII.

Ne quis in die dominica quaſi pro continentia jejunet.

XIX.

D Ut nullus eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvat.

XX.

Ut nullus collectas execretur, quæ ſunt in commemoratione martyrum.

Et ſubſcripſerunt, Ælianus, Euſebius, Baſilius, Oſius, Gregorius, & reliqui epiſcopi numero X.

Viginti quinque regulæ apud Antiochiam in encæniis expoſitæ.

I.

QUicumque cum Judæis contra ſtatuta Nicæni concilii paſcha celebraverit excom- E municetur. Et damnatus clericus omni quoque honore extrinſecus, quem ſancta regula, vel ſacerdotium promeruit, privetur.

II.

Ut quicumque ſe a ſancta communione, pro quadam intemperantia ſuſpendit, vel qui excommunicato communicaverit, excommunicetur.

III.

Ut clericus, qui ad propriam parochiam redire contempſerit, degradetur.

IV.

Ut epiſcopus, presbyter, diaconus damnatus ſi pri-

ANNO CHRISTI 773.

si pristinum officium usurpaverit, nunquam restituatur, & omnes ei post damnationem scienter communicantes, excommunicentur.

V.

Si clericus proprium episcopum contemnens seorsim colligit, irrevocabiliter damnetur. Idem si ecclesiam turbare non desinit, per cæteras potestates opprimatur.

VI.

Ut excommunicatus a suo episcopo non recipiatur.

VII.

Ut peregrini sine commendatitiis literis non suscipiantur ab alio.

VIII.

Presbyteri agrorum non possunt dare canonicas epistolas, sed chorepiscopi.

IX.

Ut metropolitanus, licet comprovincialibus episcopis prælatus, nil tamen præter illos, nisi in propria parochia dispenset.

X.

Quod chorepiscopi ordines inferiores usque ad subdiaconatum dare non possunt. Et clericus, qui præter literas comprovincialium episcoporum, pro querimoniis adierit imperatorem, honore & communione privetur.

XI.

Ut clerici damnati, si imperatorem adierint, nunquam restituantur.

XII.

Ut irritum sit quidquid episcopus non rogatus in aliena parochia ordinaverit.

XIII.

Si in damnatione episcopi provinciales episcopi dissenserint a metropolitano, vicinis episcopis advocatis, causa terminetur.

XIV.

Si omnes provinciales episcopi in damnatione unius consenserint, hunc apud alios judicare non oportebit.

XV.

Desideratur.

XVI.

Ut episcopus vacantis ecclesiæ invasor abjiciatur.

XVII.

Si quis susceptum episcopatum adire, & gubenare contempserit, excommunicetur.

XVIII.

Si quis susceptum episcopatum non suo, sed aliorum vitio devitaverit, honorem suum retinere debebit.

XIX.

Ut metropolitanus non nisi cum pluribus episcopis ordinet episcopos.

XX.

Ut in provincia episcoporum concilia bis in anno fiant.

XXI.

Ut episcopus de sua parochia in alienam nullo modo transmigret.

XXII.

Quod irrita sit ordinatio, quam episcopus in aliena parochia in alienis clericis usurpaverit.

XXIII.

Ut irritum sit, si episcopus sibi successorem elegerit.

XXIV.

Ut res ecclesiæ judicio episcopi dispensentur, separatæ quidem ab ejus propriis rebus, quas ille dare possit quibus voluerit: ne eo morente, invadantur res ejus propriæ, cum rebus ecclesiæ.

ANNO CHRISTI 773.

XXV.

Quod episcopus ecclesiasticas res sibi & aliis dispensare possit, non tamen ad superfluitatem, sed ad indigentium necessitatem.

Et subscripserunt XXX. Eusebius Palæstinensis, Theodotus Mesopotamiensis, Theodorus Isaurienſis, & reliqui.

*Sancta synodus quæ apud Laodiceam * Pacatiæ Phrygiæ convenit, regulas* LIX. *exposuit subter annexas.* * Pacatianæ

I.

SI qui secundo legitime nupserunt, * post qui parvo tempore transacto orationibus vacaverint ad communionem recipiantur. * Lege, postque. Hard.

II.

Ut perfecte pœnitentibus communio concedatur.

III.

Ut noviter baptizati non fiant clerici.

IV.

Ne ordinationes fiant sub conspectu audientium, id est catechumenorum.

V.

Ne clerici aliquo modo sint usurarii.

VI.

Ne permanentes in hæresi permittantur intrare domum Dei.

VII.

Ut Novatiani & Tessarescædecatitæ, * & Sotiani ad ecclesiam redeuntes, post abjurationem hæresis, per unctionem chrismatis reconcilientur. * *forte* Photiniani

VIII.

Ut ex hæresi Cataphrygarum conversi baptizentur.

IX.

Ut catholici ad hæreticorum cœmeteria oratum euntes excommunicentur.

X.

Ne catholici cum hæreticis indifferenter conjugium ineant.

XI.

Ut illæ, quæ dicuntur presbyteræ, præsidentes in ecclesiis non ordinentur.

XII.

Ut episcopi cum judicio metropolitani & aliorum episcoporum provehantur.

XIII.

Ne judicio multitudinis ordinationes fiant

XIV.

Ne eulogiæ, id est oblatæ, ad alias parochias destinentur.

XV.

Ut nullus præter regulares cantores in pulpito cantet.

XVI.

Ut in sabbato evangelia cum aliis scripturis legantur.

XVII.

Ne in ecclesia psalmi continuentur, sed per singulos psalmos lectiones recenseantur.

XVIII.

Ut idipsum officium precum, & nona, & vespera celebrentur.

XIX.

Ut post prædicationem episcoporum, fiat oratio super catechumenos: quibus egressis, oratio fiat super pœnitentes, tunc ad manum sacerdotis accedentes. His discedentibus consum-

man-

mantur tres orationes fidelium. Prima qui- A dem ſub ſilentio: ſecunda vero, & tertia per ſolitas exclamationes. Et pace data, celebretur oblatio. Solis autem ſacris miniſtris juxta altare liceat communicare. ANNO CHRISTI 773.

XX.

Ne diaconi coram presbytero ſedeant, niſi eo jubente. Similiter diaconi ab inferioribus honorentur.

XXI.

Ut ſubdiaconi remoti ſint a diaconio, id eſt, ſecretario, nec dominica vaſa contingant.

XXII.

Ne ſubdiaconus orario utatur, nec oſtia relinquat.

XXIII.

Ne lectores, vel cantores cum orariis legant, vel pſallant. B

XXIV.

Ne clerici, vel continentes, vel monachi comedant in tabernis.

XXV.

Ne ſubdiaconi panem dent, vel calicem benedicant.

XXVI.

Quod nuſquam exorcizare poſſint hi, qui ab epiſcopo ad hoc non ſunt ordinati.

XXVII.

Ne clerici ad agapen vocati partes eccleſiarum accipiant.

XXVIII. C

Quod non liceat in eccleſiis agapen fieri, vel manducari, vel accubitus ſterni.

XXIX.

Ut nullus in ſabbato Judaizando otietur.

XXX.

Ut viri cum mulieribus non laventur.

XXXI.

Ne catholici filios ſuos, vel filias hæreticis dent in conjugium, ſed magis accipiant, ſi tamen illi ſe catholicos fieri promittant.

XXXII.

Ne quis eulogias ab hæreticis ſuſcipiat, que non benedictiones ſunt, ſed maledictiones.

XXXIII.

Ne quis cum hæreticis vel ſchiſmaticis oret. D

XXXIV.

Quod anathema ſint, quicumque ad hæreticorum martyres acceſſerint.

XXXV.

Ut anathema ſit, quicumque relicta eccleſia, angelos colere, vel congregationes facere præſumpſerit. Ut clerici incantationibus, vel phylacteriis utentes excommunicentur.

XXXVI.

Ne quis a Judæis, vel ab hæreticis dona feſtivitatis eorum ſuſcipiat.

XXXVII.

Ne quis azyma ſuſcipiat a Judæis.

XXXVIII.

Ne quis cum gentilibus feſta celebret. E

XXXIX.

Ne epiſcopi vocati ad ſynodum venire contemnant.

XL.

Ne quis clericus ſine canonicis literis, id eſt, formatis, proficiſcatur.

XLI.

Ne ſubdiaconi vel paululum januas eccleſiæ deſerant.

XLII.

Ne clerici ſine juſſione epiſcopi proficiſcantur.

XLIII.

Ne feminæ ingrediantur ad altare.

XLIV.

Ut nullus poſt duas quadrageſimæ hebdomadas baptizetur.

XLV.

Ut baptizandi ſymbolum diſcant, quod in quinta feria majoris ſeptimanæ epiſcopo vel presbytero reddant.

XLVI.

Ut in ægritudine baptizati fidem poſtea addiſcant.

XLVII.

Ut baptizati chriſmate confirmentur.

XLVIII.

Ut panis benedictionis in quadrageſima non offeratur, niſi in ſabbato, vel dominica.

XLIX.

Ut nullus in cœna Domini jejunium quadrageſimale ſolvat.

L.

Ne natalia martyrum in quadrageſima celebrentur, ſed eorum commemoratio in ſabbatis, vel dominicis fiat.

LI.

Ne nuptiæ, vel hominum natalitia celebrentur in quadrageſima.

LII.

Ne Chriſtiani nuptiis plaudant, vel ſaltent, ſed venerabiliter cœnent.

LIII.

Ne clerici ludicris ſpectaculis interſint in cœnis, vel nuptiis, ſed ante diſcedant, quam thymelici veniant.

LIV.

Ut nullus ex * ... vel comiſſationibus convivia celebret.

* collatis vel commiſſatiis (hoc eſt ex ſymbolis.)

LV.

Ne presbyteri ante epiſcopum intrent ſacrarium, & ſedeant, ſed cum ipſo.

LVI.

Ut in villis, vel in agris, non epiſcopi, ſed viſitatores conſtituantur.

LVII.

Ut in domibus oblatio non celebretur ab epiſcopo, vel presbytero.

LVIII.

Ne plebcii pſalmi in eccleſia cantentur: nec alii libri, niſi novi, & veteris teſtamenti tantum, in eccleſia legantur. Et ſubſcripſerunt XXII. patres.

*Præfatio canonum * Sardicenſium ſive Africanorum.*

manuſcriptus * Serdicenſium.

SUnt etiam viginti regulæ, quæ per Oſium Cordubenſem epiſcopum currunt, quæ titulantur, tanquam * XL. epiſcoporum apud Ser- * Lege LX. dicam, quæ tamen non apud Græcos, ſed magis apud Latinos inveniuntur. Sciendum eſt autem hunc Oſium inter CCCXVIII. patres Nicæni concilii honorabilem fuiſſe, atque ab apoſtolica ſede cum Victore & Vincentio presbyteris deſtinatum, qui & Hiſpanus uſque ad tempus Conſtantii principis in corpore legitur permanſiſſe. Hic tamen in extremis ſuis ſatis pueriliter deſipuit, ut Severus Sulpitius in chronicis ſuis teſtatur, aſſerens quod Conſtantius imperator numeroſiſſimum Ariminenſe concilium, ab eo contra catholicam fidem congregatum, Arianæ hæreſi ſubſcribere compuliſſet. Unde etiam placuit, ut miſſa apoſtolica legatione, a prædicto Oſio perquireretur, an Nicæna ſyno-

ut infra poſt hos Canones Sardic. *Hard.*

ANNO CHRISTI 773.

dus, cui ille interfuit, Filium Patri ὁμοούσιον, id est, consubstantialem, quod catholicorum est, an ὁμοιούσιον, id est, consimilem tantum, quod Ariani dicunt, decrevissent confitendum. Sed ille, aut pro longa ætate desipiens, aut assentatione principis verum dissimulans, respondisse perhibetur, utramque partem recte confiteri, sive ὁμοούσιον, sive ὁμοιούσιον. Quod responsum tam a catholicis quam ab Arianis uno ore irrisum est atque refutatum. Denique post hoc responsum, in civitate sua Corduba, in qua episcopus fuit, nomen inter catholicos episcopos minime recitatum est.

Sunt etiam ecclesiasticæ regulæ, quæ in Africanis regionibus frequentissime synodali concilio conscriptæ sunt. Sed in his omnibus illa sequi debemus, quæcumque a Nicæno concilio, & a sancta atque apostolica ecclesia Romana non discrepare videmus.

☞ *Hanc præfationem latius explicatam e mss. cod. Vaticano num.* 1337. *exhibent Ballerini in dissert. prælim. ad III. tom. Operum sancti Leonis Magni pag. CLXXXVII. ex quibus hic datur. Manss.*

☞ Præterea sunt aliæ XL. regulæ, quæ per Osium Episcopum Cordubensem currunt, quæ titulantur tamquam XX. Episcoporum apud Sardicam, quæ tamen non apud Græcos, sed apud Latinos magis inveniuntur. Sed quoniam Osii præfati mentio facta est, necessarie omnibus catholicis intimandum est, hunc eumdem apud Nicæam Bithyniæ inter sanctissimos CCCXVIII. Patres fuisse honorabilem, atque ab Apostolica sede cum Vincentio & Victore Presbyteris destinatum: quique in Hispaniis usque ad tempus Constantii Principis in corpore mansit. Nam memoratus Constantius (sicut vir eruditissimus Sulpicius Severus in Chronicis suis refert, quique diligenti cura complectens, nostræ memoriæ dereliquit) apud Ariminum Italiæ numerosam utriusque orbis Synodum episcopalem collegit, & adversus fidem Catholicam, vel CCCXVIII. Patrum diffinitionem Arii cupiens venena revolvere, Ecclesiam Dei tyrannica usurpatione turbavit. Denique coacti vel metu Principis, vel Tauri presentia, cui executio taliter fuerat delegata, ut si major pars Concilii in Arianorum perfidiam consentiret, ipse Consulatus insignia mereretur, pene omnes, qui ibidem fuerunt Episcopi, subscripserunt. Sed postea iterum, divino inspirante presidio, quam plurimi agentes pœnitentiam, datis quoque libellis ad sanctam Ecclesiam catholicam, de qua plus necessitate quam voluntate discesserant, redierunt. Unde & in æternum ab omnibus catholicis Ariminensi Concilio recte dicitur anathema: quod si quis dicere neglexerit, catholicus non est. Hunc ergo Osium, sicut prædictus Sulpicius (*a*) refert, in longa synodi disceptatione, quoniam, ut supra memoratum est, adhuc Constantii temporibus erat in corpore, placuit missa Episcopali legatione debere perquiri, utrum in sancta, & venerabili Nicæna congregatione, in qua præsens fuerat, omousion, sicut nos Catholici recte confitemur, id est unius cum Patre substantiæ Filium, an certe, sicut Ariani contendunt, omoeusion, quod est similis cum Patre substantiæ Filium quod omousion, CCCXVIII. Patres nostri confiteri decrevissent. Qui, sive per longam ætatem desipiens, sive certe per adsentationem Principis hujusmodi responsum dedisse perhibetur: utramque partem recte intendere, sive omousion, sive omoeusion. Cujus sententia quoniam stulte prolata est, ab omnibus catholicis, etiam ab Arianis, uno ore irrisa, atque refutata est. Denique in Civitate Corduba, in qua Episcopatum tenuit, post hanc consultationem, sive responsum nomen ejus inter catholicos Episcopos antecessores, vel decessores ejus minime recitatur.

Sunt hæc regulæ, quæ per supradictum Osium & XX. Episcopos currunt, salva, & incolumi fide catholica, quæ apud eamdem Nicænam Bithyniæ a CCCXVIII. Patribus exposita est, & post iterum in urbe Roma (*b*) Silvester Papa a Petro trigesimus quartus, congregatis cum consilio Constantini Augusti in Urbe Roma 277. Patribus, post Nicænam Synodum damnavit item Arrium & cæteros hæreticos, & constitutiones pleraque Ecclesiæ necessarias ordinare studuit. Siricius a Petro quadragesimo, scripsit decretalia capitula 15. propter quasdam necessitates, Omerio Tarraconensi Episcopo consulente. Innocentius a Petro quadragesimus secundus, scripsit quasdam epistolas ad Episcopos diversarum Provinciarum, in quibus continentur capitula decretalia 56. Zozimus a Petro quadragesimus tertius, scripsit epistolam decretalem ad Hesicium Salonitanum Episcopum sub tribus capitulis prænotatam. Cælestinus a Petro quadragesimus quintus, scripsit epistolam ad Venerium, & cæteros Galliarum Episcopos, in qua tenentur capitula 12. Leo a Petro quadragesimus septimus, scripsit quasdam epistolas ad diversarum Provinciarum Episcopos, in quibus continentur capitula 29. Hilarius a Petro quadragesimus octavus, præsentibus episcopis & presbyteris 45. statuit capitula Synodica 6. Felix a Petro quinquagesimus, præsentibus episcopis, & presbyteris 81. capitula canonum constituit 27. pro rebaptizatis in Africa episcopis, presbyteris, & diaconibus. Gelasius a Petro 15. capitula 27. de institutis ecclesiasticis. Anastasius, a Petro 52. capita decretalia 8. ad Anastasium Augustum pro diversis Ecclesiæ causis. Symmachus a Petro 53. una cum episcopis, presbyteris & diaconibus statuit capita Synodica quinque. Item ejusdem in decretali secundo capita Synodica 7. Ecclesiæ necessaria; quæ cum episcopis, presbyteris & diaconibus 181. firmata sunt. Gregorius doctor a Petro 66. scripsit capita Synodica sex, cum episcopis 24. temporibus Mauritii Augusti. Item ejusdem capitula undecim valde necessaria ad Augustinum in Britannia, ipso requirente, scripta. Martinus a Petro 77. constituit Synodum in Urbe Roma cum patribus 105. contra Cyrum, & socios ejus hæreticos, damnans eos qui naturam & unam operara-

ANNO CHRISTI 773.

Huc usque dederunt Ballerini, indicantes cætera, quæ hic sequuntur, legi pariter in Vaticano Codice, sed abstinere se addunt ab his edendis eo quod ex alio codice jam produxerit Salmon in libro Gallico *Traité de l'etude des Conciles* pag mihi 177 ex quo huc transtuli.

(*a*) At Sulpicius Hist. Eccl. non omnia hæc tradit.

(*b*) Huc usque dederunt Ballerini, ex Vaticano Cod. indicantes reliqua etiam quæ sequuntur in eodem Codice continuari, omisisse tamen se ab iis adnotandis, eo quod pars eorum vulgasset Salmon in tractatu *de l'etude des conciles* pag. mihi 177. pars vero jam dedisset Dacherius in Spicileg. tom. I. pag. 507. edit. in fol. Ex utroque ergo hic dantur.

ANNO CHRISTI 773.

rationem in Filio Dei asserebant, quam transcribens misit per Orthodoxos viros in Orientem & Occidentem. Gregorius secundus a Petro nonagesimus primus, scripsit capita septemdecim omni Ecclesiæ servanda cum patribus triginta tribus, eaque sub anathematis vinculo alligavit.

Adnotatio de Synodis.

(*a*) Adnotatio libelli de Synodis XXIV. quæ antea vel infra seu post sex Synodos leguntur esse conscriptæ.

Prima adnotatio Ancyranæ, quæ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem majorem postponitur: in qua Patres XVIII. statuerunt canones XXIV. quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus Episcopus extitit.

Secunda, Neocæsariensis, quæ post Ancyranam & ante Nicænam legitur fuisse, in qua Patres XIII. statuerunt canones XIV. quorum auctor maxime Vitalis Salaminus extitit.

Tertia, Grangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres XVI. statuerunt canones XX. propter quasdam necessitates Ecclesiasticas, maxime contra Eustatium, qui dicebat, quod nullus in conjugali gradu positus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renuntiaret quæ possideret, spem apud Deum haberet; & multa alia venenosa, quæ enumerare longum est.

Quarta, Sardicensis, in qua Patres LX. statuerunt canones XXI. quorum auctor maxime Osius Cordubensis Episcopus, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatarius extiterunt.

Quinta, Antiochenæ Synodi, in qua Patres XXX. statuerunt canones XXV. quorum auctor maxime Eusebius Palæstinensis, Episcopus extitit.

Sexta, Laodicensis, in qua Patres XXII. statuerunt canones LVIII. quorum auctor maxime Theodosius Episcopus extitit.

Septima, Carthaginensis, in qua Patres CCXVII. statuerunt XXXIII. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis Episcopus extitit, etiam S. Augustinus Hipponensis Episcopus in eadem Synodo legitur fuisse temporibus Honorii Augusti.

Octava, Africanæ sub Theodosio minore Augusto, in qua Patres CCXIV. recitaverunt & firmaverunt canones CV. qui per diversa Concilia Africanæ provinciæ temporibus Aurelii Carthaginensis Episcopi, leguntur esse conscripti.

Nona, Arelatensis, in qua Patres DC. statuerunt canones, quorum auctores maxime Silvester Urbis Romæ Episcopus, & sanctus Marinus Arelatensis Episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt.

Decimo, Arelatensis, in qua Patres XIX. statuerunt canones, quorum auctor maxime Cæsarius Arelatensis Episcopus extitit.

Undecimo, item Arelatensis, in qua Patres XVIII. statuerunt canones.

Duodecimo, item Arelatensis, in qua Patres XI. statuerunt canones, quorum auctor maxime sanctus Cæsarius Arelatensis Episcopus extitit.

Tertia-decima, item Arelatensis, in qua Patres XIX. statuerunt canones, quorum auctor maxime Sapapardus Arelatensis Episcopus extitit.

Quarta-decima, Arausicensis, in qua Patres XVI. statuerunt canones, quorum auctor maxime Hilarius Episcopus extitit.

Quinta-decima, Epaunensis, in qua Patres XXVII. statuerunt canones XL. quorum auctor maxime Cæsarius Episcopus extitit.

Sexta-decima, Agathensis, in qua Patres XXXIV. statuerunt canones, quorum auctor maxime Cæsarius Episcopus extitit.

Septima-decima, Aurelianensis, in qua Patres LXXII. statuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelianus Arelatensis Episcopus extitit, temporibus Chlodovei Regis.

Octava-decima, item Aurelianensis, in qua Patres XXXI. statuerunt canones, quorum auctor maxime Melanius Rodonensis Episcopus extitit.

Nona-decima, item Aurelianensis, in qua Patres XXV. statuerunt canones, quorum auctor maxime S. Altinus Andegavensis Episcopus extitit.

Vigesima, Arvernensis, in qua Patres XV. statuerunt canones, quorum auctor maxime Honoratus Brevitensis Episcopus extitit.

Vigesima-prima, Matiscensis, in qua Patres XXI. statuerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis Episcopus extitit.

Vigesima-secunda, item Matiscensis, in qua Patres LXIV. statuerunt canones, quorum auctor maxime item Priscus Lugdunensis Episcopus extitit.

Vigesima-tertia, Lugdunensis, in qua Patres XIV. statuerunt canones, quorum auctor maxime Philippus Viennensis Episcopus extitit.

Vigesima-quarta, item Lugdunensis, in qua Patres XX statuerunt canones, quorum auctor maxime item Priscus Lugdunensis Episcopus extitit.

Placet hic addere aliam persimilem adnotationem, quam excepi ex MS Cod. Vaticano 1342. sæculi, ut ego tunc judicavi, noni. Sic autem incipit absque titulo.

Ancyritana XVIII. Patrum, cujus auctor fuit Vitalis Antiochenus Episcopus Neocæsariensis, XIV. canones a Patribus XVII. statuti sunt. Gangrensis contra Eustachium, qui dicebat neminem posse salvari, si non renunciaret omnibus. Sardicensis, ubi fuit Osius Cordubensis Episcopus LX. Patrum. Antiochena, cujus auctor fuit Eusebius Palæstinus Episcopus XXX. Patrum. Laodicensis XVII. Patrum, cujus auctor fuit Theodosius Episcopus Carthaginensis CCXVIII. Patrum, ubi fuit S. Augustinus. Africana CCXXXIV. Patrum n. CV. statuta Aurelii Episcopi firmata sunt sub Theodosio minore Augusto. Aurelianensis I. cui præsedit, Deo mediante, Silvester Papa temporibus Constantini.

Alia Arelatensis cujus auctor fuit Cæsarius.

Arelatensis Episcopus XVIII. Patrum Alia Arelatensis XIX. Patrum. Alia etiam Arelatensis XVIII. Patrum, ubi Cæsarius prædictus fuit. Arausicana XVII. Patrum, cujus auctor fuit Hilarius. Alia Arelatensis XVII. Patrum, cujus auctor fuit Sarpidus Arelatensis Episcopus. Euphanensis XXVII. Patrum LX. canonum, ubi præsens Cæsarius fuit. Aurelianensis LXXII. Patrum, cujus auctor fuit Aurelianus Arelatensis Episcopus. Alia Arelatensis XXII. Patrum, cujus auctor fuit Melanus Episcopus Redonensis. Alia Aurelianensis, cujus auctor S. Albinus, Andegavensium Episcopus fuit. Arvernensis XV. Patrum, cujus auctor Honoratus Treverensis Episcopus fuit. Maticensis LXXVIII. Patrum, cujus auctor Priscus Episcopus Lugdunensis. Lugdunensis XXVIII. Patrum, cujus fuit auctor Philippus Viennensis. Alia Lugdunensis XX. Patrum, cujus auctor idem Priscus.

Canones Sardicensis concilii, num. XXI.

I.

Ut episcopus laica communione privetur, si de sua civitate in aliam transmigraverit.

II.

Ut episcopus nec laicam communionem in fine recipiat, si sedem mutaverit per ambitionem.

III.

Ut inter discordes episcopos comprovinciales episcopi audiant. Quod si damnatus appellaverit Romanum pontificem, id observandum est quod ipse censuerit.

IV.

Ut nullus appellantis episcopi sedem usurpare præsumat.

V.

Ut in provincia, ubi unus tantum episcopus remanserit, nec comprovincialem sibi episcopum ordinare voluerit, episcopi alterius provinciæ a presbyteris vocati ordinent episcopum, etiamsi ille solus qui remansit post admonitionem eis cooperari noluerit.

VI.

Ne episcopus ordinetur in vicis, vel in modicis civitatibus.

VII.

Quod provincialis synodus per vicarios Romani pontificis retractari possit, si ipse ita decreverit.

VIII.

(*a*) Sequentia ex Spicilegio dantur.

ANNO CHRISTI 773.

VIII.

Ut episcopi ad comitatum non vadant, nisi ab imperatore vocati, aut necessitatibus oppressorum subventuri.

IX.

Ut episcopi diaconos suos ad comitatum dirigant.

X.

Ut papa diaconos Romam ad comitatum venientes, solicite discutiat, si justam causam veniendi habeant.

XI.

Ut episcopi episcopos ad comitatum transeuntes, solicite discutiant, ne pro ambitione vadant.

XII.

Ut episcopi ab aliis instruantur, si nondum synodica statuta noverunt.

XIII.

* *supplendum e Græci canonis sensu* nisi ri, vel diaconi, utpote per inferiores.

Ut ex laicis non fiant episcopi, * presbyte-

XIV.

* *supplendum e Græci canonis sensu* nisi per gradus presbyteri, *&c.*

Ne episcopi ultra tres septimanas in aliena civitate morentur, quoniam laici tanto tempore conventum ecclesiæ negligentes sunt excommunicandi.

XV.

Ne episcopus a sua ecclesia plus quam duas hebdomadas absit.

XVI.

Ut clericus a suo episcopo excommunicatus non recipiatur ab alio.

XVII.

Ut clericum sive juste, sive injuste ab episcopo suo excommunicatum finitimi episcopi audiant; si ante excommunicationem, nullo modo excommunicent tam diu morari. *

* Locus obscurus, vide can. 17. in ipso Sardicensi concilio.

XVIII.

Ut nullus episcopus alienum clericum in parochia sua ordinet.

XIX.

Ut ordinatio alieni clerici sine consensu proprii episcopi irrita sit.

XX.

Ut presbyteri extra suam parochiam non plus quam III. septimanas demorentur.

XXI.

Ut episcopi a sede sua expulsi non prohibeantur in aliena civitate.

Omnis synodus dixit: Universa, quæ constituta sunt, catholica ecclesia in toto orbe custodiat.

Et subscripserunt episcopi diversarum provinciarum numero LX.

Osius a Spania, Cordubensis.

Vincentius de Capua, legatus S. Romanæ ecclesiæ.

Januarius de Benevento, legatus S. Romanæ ecclesiæ.

Calipodius Neapolitanus, legatus S. Romanæ ecclesiæ.

Athanasius de Alexandria.

Marcellus a Macedonia, de Ancyra.

Protogenes ex Achaja, de Sardica.

Gaudentius ex Dacia, de Naisso.

Similiter & reliqui multi.

Canones Carthaginenses concilii.

POst consulatum Honorii & Theodosii Augustorum, VIII. Kalendas Junias, Carthagine, in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius papa una cum legatis Romanæ ecclesiæ Faustino episcopo ecclesiæ Potentinæ provinciæ Italiæ Piceni, & Philippo & Asello presbyteris, nec non cum Augustinus Hipponensis episcopus, & reliqui CCXVII. episcopi consedissent; primum recitato commonitorio, quod Zosimus Papa ad prædictos legatos direxit; deinde etiam XX. capitulis Nicæni concilii recitatis, ut * superius descripta inveniuntur, communi decreto statuerunt capita XXXVII. quæ subsequuntur.

ANNO CHRISTI 773.

* Non extant in hac epitome, hinc videtur mutila.

I.

Ut statuta Nicæni concilii omnimodis conserventur.

II.

Ut sancta Trinitas populo Dei prædicetur.

III.

Ut altaris ministri se omnino contineant juxta apostolorum doctrinam.

IV.

Uti a propriis uxoribus se abstineant ministri altaris.

V.

Ut a clericis penitus avaritia vitetur, nec fœnus de qualibet re accipiatur.

VI.

Ne chrismatis confectio, vel puellarum consecratio, vel publica pœnitentium reconciliatio ullo modo fiat a presbytero.

VII.

Quod in periculo positi a presbytero possint reconciliari, si tamen præceperit episcopus.

VIII.

Quod criminosi nequeant accusare episcopos, neque majores natu.

IX.

Ut episcopus, vel presbyter excommunicetur, si alterius episcopi excommunicatum in communionem recepit.

X.

Ut presbyter, si contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.

XI.

Ut episcopus absque synodi tempore in crimine detentus. * [1]

* Locus mendosus.

XII.

Ut episcopus non a paucioribus quam tribus ordinetur.

XIII.

Si quis contra professionem suam, vel subscriptionem venerit, ipse se * honore episcopus audiatur.

* Mendum.

XIV.

Ut apud Tripolim presbyter a quinque audiatur episcopis, & diaconus a tribus propter inopiam provinciæ.

XV.

Ut clerici apud ecclesiam incriminati ecclesiasticum judicium non abnuant. Et ut judicibus ecclesiasticis nil obsit, si eorum sententia solvatur, cum ab illis ad alios ecclesiasticos judices majoris auctoritatis provocatum fuerit, si tamen convinci non poterint, quod aliqua cupiditate depravati ita judicassent. Item ut a judicibus consensu partium electis non provocetur. Item ne filii sacerdotum exhibeant sæcularia spectacula vel [2] expectent, ut ubi blasphemiæ fiunt, non accedant.

XVI.

1 Adde ex codice Canon. Eccles. Africanæ, *a duodecim episcopis audiatur*. Hard. 2 Forte, *spectent*. Hard.

ANNO CHRISTI 773.

XVI.

Ne clerici sint conductores vel procuratores, nec ullo turpi negotio victum quærant. Item ut lectores aut cogantur ducere uxores, aut profiteantur continentiam. Item ut clericus commodans pecuniam tantum recipiat quantum dedit. Item ut ante vigesimum quintum annum nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.

XVII.

Ut unaquæque provincia propter longinquitatem * primatum habeat proprium.

* primatem

XVIII.

Ut clericis ab ordinatoribus suis canones inculcentur.

[1] XIX.

Ut mortuis nec eucharistia nec baptismus detur.

Ut annuatim concilium celebretur, ad quod singularum provinciarum legati dirigantur. Ut nec accusatus episcopus, nec accusator ejus a communione suspendatur, nisi ad causam suam dicendam electorum [2] judicum die statuta occurrere noluerit. Ut episcopus non communicans nec in sua ecclesia communicet. Ut persona accusatoris, si culpabilis videtur, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, asserere voluerit.

XX.

Ut accusatus presbyter, vel diaconus discutiantur ab episcopo, adjunctis septem in presbyteri nomine, & tribus in diaconi nomine, quos ipsi petierunt. Reliquorum clericorum causas solus episcopus loci cognoscat & finiat.

XXI.

Ut filii clericorum paganis, hæreticis, vel schismaticis in matrimonio non jungantur.

XXII.

Ut clerici in eos qui catholici non sunt, nihil per donationes rerum suarum conferant.

XXIII.

Ut episcopi non transeant mare nisi consulto eorum primate.

XXIV.

Ut nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarum testatum. *

* mendum.

XXV.

Ut subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi ab uxoribus contineant, quod nisi fecerint, deponantur. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, nisi maturiori ætate.

XXVI.

Si quis episcopus res ecclesiæ suæ sine consilio finitimorum episcoporum vendiderit, deponatur.

XXVII.

Ut presbyteri, vel diaconi in graviori culpa convicti, manus impositionem non suscipiant tamquam laici, ne rebaptizati clerici fiant.

XXVIII.

Ut clerici qui ad transmarinos, non ad primates suos appellaverint, in communionem non recipiantur.

XXIX.

Si quis clericus excommunicatus ante audientiam communicare præsumpserit, ipse in se damnationem protulit.

XXX.

Ut accusatus, vel accusator in loco, unde A est ille qui accusatus est, si metuit aliquam vim multitudinis, locum sibi eligat proximum.

ANNO CHRISTI 773.

XXXI.

Ut clerici, si episcopis suis volentibus eos pro ecclesiarum necessitate ad majorem honorem promovere, non obedierint, nec ibi in gradu suo ministrent unde recedere noluerunt.

XXXII.

Ut clerici res ecclesiæ, quas de rebus conquisierint (ecclesiasticis,) ecclesiæ relinquant.

XXXIII.

Ut presbyteri rem ecclesiæ suæ non vendant, nec episcopus rem tituli matricis ecclesiæ usurpet.

Et subscripserunt:

B Aurelius episcopus huic schedæ a nobis relectæ subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ * Potentiæ provinciæ Italiæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ huic schedæ subscripsi.

* Potentinæ

Philippus & Asellus presbyteri Romanæ ecclesiæ legati his gestis subscripsimus per nos relectis & directis.

* Augustus episcopus Hipponis Regii legatus concilii Numidiæ huic chartulæ pro me & eodem concilio subscripsi.

* Augustinus.

Et reliqui episcopi CCXIII. diversarum provinciarum subscripserunt: qui in Carthaginensi concilio convenerunt.

C *Canones diversorum conciliorum Africanæ provinciæ, numero* CV.

I.

QUod nihil de Hipponensi concilio primo sit emendandum.

II.

Ut clerici filios suos a sua potestate non dimittant, nisi ea ætate qua ad ipsos propria peccata pertineant.

III.

Ut clerici non ordinentur priusquam omnes suos fecerint catholicos.

IV.

Ut nihil, nisi panis, & vinum aqua mistum D in sacramentis offeratur.

V.

Ne clerici, vel continentes, aut viduas, vel virgines accedant, nisi jussu, vel permissu episcoporum: nec tunc soli, sed coram probatis personis accedant.

VI.

Ut primæ sedis episcopus non vocetur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos: sed tantum primæ sedis episcopus.

VII.

Ne clerici in tabernis edant, vel bibant, nisi peregrinatio hoc cogat.

VIII.

Ut sacramenta altaris non nisi a jejunis ce- E lebrentur.

IX.

Ut clerici in ecclesia non conviventur nisi necessitate.

X.

Ut episcopus pœnitentiam pœnitentibus imponat juxta differentiam peccatorum, nec presbyter reconciliet pœnitentes inconsulto episcopo, ut publice pœnitentibus manus ante absidam imponat.

XI.

---

1 Sub hoc numero XIX. continentur tituli quinque, quos distingui oportuit, ut essent capita XXXVII. quot in præfatione promittuntur, pag. 1812. B. *Hard.*

2 Lege, *judicum*. Hard.

ANNO CHRISTI 773.

XI.

Ne episcopus, vel presbyter virgines sacras passim vagari permittat.

XII.

Ut infirmi obmutescentes baptizentur, si testimonium suæ voluntatis habuerint. Ut scenicis, & histrionibus, & aliis hujusmodi personis reconciliatio non negetur.

XIII.

Liceat legi passiones martyrum cum eorum anniversarii dies celebrantur.

XIV.

Ut ab apostolica sede inquiratur, si possint ordinari qui apud hæreticos in infantia sunt baptizati.

XV.

Ne fiant rebaptizationes, reordinationes, & translationes episcoporum. Ut episcopus alieni episcopatus invasor judiciaria auctoritate excludatur, si sacerdotalia monita contempserit.

XVI.

Ut episcopus non a paucioribus, quam tribus ordinetur.

XVII.

Ut ordinandus episcopus, si ei contradicitur, non jam a tribus, sed a pluribus expurgatus ordinetur.

XVIII.

Ut de ecclesia Carthaginensi dies paschæ Africanis ecclesiis nuncietur episcopis, & discutiatur. Interlocutio Honorati, & Urbani episcoporum sit . . . Mauritaniæ le . . .

XIX.

Ut diœceses propriis episcopis carentes episcopos non accipiant, nisi ex consensu episcopi qui illas eatenus non superbe retinuit. Nam si superbe retinuerit, & plebibus incubare affectans coepiscopos suos despexerit, non solum a retentis diœcesibus, sed a propria ecclesia auctoritate judiciaria propellendus est.

XX.

Ne quis episcopus alienum clericum sibi vendicet, nisi concedente ejus episcopo.

XXI.

Quod Carthaginensi episcopo liceat ex qualibet ecclesia ordinare præpositos, presbyteros, vel episcopos ad alias ecclesias.

XXII.

Ut episcopus nullam diœcesim sibi vendicet, nisi ad quam ordinatus est.

XXIII.

Quod parvuli a Donatistis baptizati, in catholica ad clerum ordinari possint

XXIV.

Ut idolorum reliquiæ, vel templa destruantur.

XXV.

Petendum ab imperatore, ut statuatur, ne clerici de judicii sui * cognatione cogantur in publico testimonium dicere.

* *forte* cognitione

XXVI.

Petendum ab imperatore ut paganorum comitia faciat auferri.

XXVII.

Petendum ab imperatore ut prohibeat spectacula theatrorum in diebus dominicis, & aliis sanctorum festis.

XXVIII.

Petendum ab imperatore ut interposita pœna damni pecuniæ statuat, ne quis damnatum clericum defendat.

ANNO CHRISTI 773

XXIX.

Petendum ab imperatore ne permittat histriones post conversionem ad pristinum ludum ab aliquo compelli.

XXX.

Petendum ab imperatore ut manumissiones in ecclesia celebrentur.

XXXI.

Ut Equirius damnatus quomodocumque expelleretur, ne statum ecclesiæ inquietaret.

XXXII.

Ut cum Donatistis [1] levius agatur, ut in mansuetudine correpti resipiscant a laqueis diaboli.

XXXIII.

Ut judices sæculares communem matrem sanctam ecclesiam in hoc adjuvent, in quo episcopi auctoritas contemnitur.

XXXIV.

Ut clerici Donatistarum in catholicam recipiantur cum ordine pro tempore & necessitate.

XXXV.

Ut ad Donatistas causa componendæ pacis [2] legatio . . . in continentes.

XXXVI.

Ut episcopi, presbyteri, diaconi deponantur, si vel cum uxoribus inveniantur.

XXXVII.

Ne episcopus diu absit a sua principali cathedra.

XXXVIII.

Ut infantes baptizentur, de quorum baptismo dubitatur.

XXXIX.

Ut dies paschæ, & concilii omnibus denuncietur.

XL.

Ne intercessor episcopus cathedram defuncti episcopi diu retineat, sed infra annum eidem cathedræ episcopum provideat.

XLI.

Ut defensores ecclesiarum ab imperatoribus postulentur.

XLII.

Ut episcopi ad concilium veniant, nisi aliqua gravi necessitate impediantur.

XLIII.

Ut episcopus invasor alieni episcopatus damnetur, si vocatus ad synodum venire contempserit, aliusque ordinetur.

XLIV.

Quod dissidentes populi impedire non debeant, quin episcopus eis . . .

XLV.

Ut clericus, si post excommunicationem suam infra annum causam suam purgare contempserit, penitus deinceps non audiatur.

XLVI.

Si quis episcopus de alio monasterio susceptum suæ ecclesiæ præpositum, vel clericum ordinaverit, excommunicetur, nec ille clericus, vel præpositus perseveret.

XLVII.

Si quis episcopus heredes hæreticos, vel paganos ecclesiæ prætulerit, vel post mortem anathematizetur, nec nomen ejus inter Dei sacerdotes recitetur.

XLVII.

1 Lege, *lenius*. Hard.

2 Lege, *legatio dirigatur*. Deinde in titulo sequente XXXVI. *In incontinentes*. Hard.

ANNO CHRISTI 773.

XLVIII.

Ut altaria ab episcopis evertantur, ubi nullius sancti corpus, aut reliquiæ conditæ probantur.

XLIX.

Ut ab episcopo Carthaginensi, cum opus fuerit, omnium episcoporum nomina dictentur, subscribantur literis in concilio dictatis.

In manuscripto codice desunt numeri, a XLIX. *usque ad* LX.

LX.

Ut episcopis qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre.

LXI.

Ne accusato episcopo episcopatus adimatur, priusquam causa ejus diffiniatur.

LXII.

Ut depositio episcopo libere successor requiratur.

LXIII.

Ut episcopi qui ordinantur ab ordinatoribus suis, epistolas accipiant quæ diem & consulem præferant, ne deinceps de posterioribus, vel anterioribus altercatio fiat.

LXIV.

Ut quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

LXV.

Ut Donatistæ in singulis civitatibus ab episcopis conveniantur utrinque.

LXVI.

forte ut * Ne quæstio, quæ Donatistas & catholicos ab invicem separavit, pacifice tractetur.

LXVII.

Ut Donatistæ, qui pacifica præmonitione contempta, catholicos infestare non cessant, militari auxilio submoveantur, sicut & apostolus factiosorum conspirationem submovit.

LXVII.

Ne episcopi ad transmarina facile proficiscantur, si accipiant . . .

LXIX.

Ut universale concilium non fiat nisi pro necessitate communium causarum: ut causæ, quę communes non sunt, in suis provinciis judicentur.

LXX.

Si provocatum fuerit, eligat qui provocatur contra eum qui provocat judices, a quibus deinceps provocare non licet.

LXXI.

Ut ab imperatore postuletur advocatorum defensio pro causis ecclesiæ.

LXXII.

Ut plebes quæ episcopum nunquam habuerunt, non accipiant episcopum nisi destinatum ex plenario concilio provinciarum, & primatis consensu episcopi, ad cujus diœcesim pertinuit.

LXXIII.

Ut plebes a Donatistis conversæ etiam incon- *forte credent.* sulto concilii episcopum * erant.

LXXIV.

Quod vocati ad synodum, si venire contempserint, damnari possint ut contumaces.

LXXV.

Placuit ut Romana & Alexandrina ecclesia invicem pacificentur.

LXXVI.

Ut desertores uxorum, vel desertrices maritorum aut ita permaneant, aut sibi reconcilien-

A tur juxta evangelicam & apostolicam doctrinam.

ANNO CHRISTI 773.

LXXVII.

Ut illæ tantum preces, præfationes, commendationes, vel manus impositiones ab omnibus celebrentur, quas probaverit concilium

LXXVIII.

Ut qui publicorum judiciorum cognitionem ab imperatore postulaverit, honore privetur. Nil autem obsit, si quis episcopale judicium ab imperatore petierit.

LXXIX.

Si clericus excommunicatus in Africa communicaverit apud transmarinos, a clero dejiciatur.

B LXXX.

Ut pergentes ad comitatum, causam suam vel Carthaginensi vel Romano pontifici insinuent,

LXXXI.

Ut unus episcopus non sibi vendicet cognitionem ab Honorio & Theodosio imperatoribus contra Pelagium, Cælestium.

Octo capita quæ sequuntur in Carthaginensi concilio sub anathemate statuta sunt.

LXXXII.

Quod Adam non necessitate naturæ, sed pro peccati merito moreretur.

C LXXXIII.

Quod parvuli in remissionem peccatorum baptizentur.

LXXXIV.

Quod gratia Dei non solum tribuit remissionem peccatorum, sed etiam præstat adjutorium ne peccetur.

LXXXV.

Quod gratia Christi non solum scientiam tribuit quid agamus, sed etiam dilectionem nobis inspirat, ut quod scimus implere valeamus.

LXXXVI.

Quod sine gratia Dei nihil boni implere possimus.

LXXXVII.

D Quod sancti cum sancto Joanne non solum pro humilitate, sed etiam pro veritate . . .

LXXXVIII.

Quod in oratione Dominica sancti pro se dicant, *Dimitte nobis debita nostra.*

LXXXIX.

Quod veraciter dicatur a sanctis, *Dimitte nobis debita nostra.*

XC.

Ut Catholici & Donatistæ in una diœcesi manentes, si * adversus cathedras pertinentes post *forte diversa* conversionem Donatistarum, ad illam cathedram simul pertineant, ad quam catholici jam ante pertinebant.

XCI.

E Ut Catholici episcopi & ex Donatistis conversi, diœceses illas æqualiter dividant, in quibus tam Donatistæ quam Catholici jam ante commanserant.

XCII.

Ut nullus episcopus diœcesim repetat, quam alius episcopus ab hæresi liberans jam triennio absque lite possederat.

XCIII.

Ne episcopi plebes, quas ad se pertinere putant, inconsultis episcopis, a quibus detinentur, irruant.

XCIV.

ANNO CHRISTI 773.

XCIV.

Si episcopus sex menses, post admonitionem memor * episcoporum, neglexerit catholicas efficere plebes ad suam cathedram pertinentes, quamlibet eos obtineat, qui illas ab hæresi liberaverit.

* Locus mendosus.

XCV.

Ut episcopus a judicibus communiter electis provocasse detectus, contumaciter eis nolens obtemperare, excommunicetur a primate, usque illis obtemperet.

XCVI.

Ut episcopus suam diœcesim ab hæresi liberare nolens, & negligens, excommunicetur.

XCVII.

Ut episcopi Donatistas sibi communicasse mentiti deponantur.

XCVIII.

Ut clerici non ad Africana concilia, sed ad transmarina provocantes ab Africanis in communionem non recipiantur, (nisi) necessitas * . . . coegerit.

* *forte* ad hoc

XCIX.

Quod virgines etiam ante xxv. annos velari possint, si. . . aliqua jam non admittant.

C.

Ut ex singulis provinciis terni judices seligantur, ne diutius in concilio omnes episcopi teneantur.

CI.

Quod excommunicati ad accusationem non sunt admittendi.

CII.

Ut nullus servus, vel libertus, vel infamis, vel hæreticus, vel paganus, vel Judæus, vel illi quos publicæ leges non admittunt, ad accusationem admittantur; quibus tam omnibus in propriis causis licentia accusandi non negatur.

CIII.

Ut accusatores clericis plurima crimina objicientes, si hoc quod primum objecerint probare non valuerint, ad reliqua ut ad testimonium non admittantur. Qui nec accusare permittuntur vel illi, quos accusator de domo sua produxerit.

CIV.

Nullus ad testimonium exhibeatur intra sextum annum ætatis suæ.

CV.

Ut si episcopus aliquem sibi soli crimen confessum fuisse dixerit; * ille negaverit, non indignetur episcopus, si sibi soli non creditur.

* Forte, & *ille*. Hard.

Ut quamdiu episcopus aliquem sibi soli crimen confessum pro excommunicato vitaverit: A tamdiu eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis. Et hoc ideo episcopus caveat, ne in quemquam dicat, quod aliis documentis probare nequeat.

ANNO CHRISTI 773.

Et subscripserunt;

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habiti subscripsi.

* Augustinus episcopus ecclesiæ Potentiæ provinciæ Italiæ Piceni legatus ecclesiæ Romanæ his gestis subscripsi.

* Faustinus

Philippus & Asellus presbyteri, Romanæ ecclesiæ legati, his gestis subscripsimus, quæ per nos Romam directa sunt.

Augustinus episcopus Hipponensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Item & reliqui CCX. episcopi subscripserunt.

Quod prædicta synodus Africana CCVII. episcoporum per Faustinum episcopum, & Philippum & Asellum presbyteros ejusdem concilii statuta Bonifacio papæ confirmanda direxerit, & quod per eumdem papam sibi exemplaria Nicæni concilii ex orientalibus episcopis mutuari petierit.

Quod sanctus Cyrillus patriarcha Alexandrinus episcopis Africanæ synodi authentica Nicæni concilii exemplaria direxerit.

Quod & Atticus Constantinopolitanus episcopus Africanis episcopis authentica Nicæni concilii exemplaria direxerit.

Quod exemplaria Nicæni concillii post consulatum Honorii & Theodosii Augustorum VI. Kalendas Decembris ad Bonifacium papam sub XX. capitibus pervenerint, sicut per omnia in superioribus sunt.

Quod Africanum concilium missis literis Celestinum papam rogaverit, ut excommunicatos ex Africa fugientes nullatenus in communionem susciperet.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Epitome canonum*.) Non solum epitomen constat oblatam fuisse Carolo magno, sed integram collectionem tum canonum, ex quibus epitome illa deinceps conflata est, tum decretorum etiam pontificum, a Siricio ad Gregorium juniorem: denique illum ipsum Carolo datum esse librum, qui *codex canonum* a Nicolao papa dicitur dist. 19. cap. *Si Romanorum*, quique Moguntiæ primum excusus anno 1525. in editione postea Parisiensi inscriptus est: *Codex canonum vetus ecclesiæ Romanæ*. Hoc enim declarant plurima, quæ in bibliothecis Galliæ visuntur, collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa est, Hadriani ad Carolum epistola, quæ primis singulorum versuum literis hunc titulum reddit. DOMINO ECCEL. FILIO CARULO REGI HADRIANUS PAPA. Epistola autem ipsa sic habet tum in aliis passim, ut dixi, tum in vetustissimo sancti Germani codice, Caroli ipsius magni temporibus exarato, anno regni ejus 37. id est, Christi 805.

EPISTOLA HADRIANI PAPÆ AD CAROLUM MAGNUM REGEM

quæ in antiquis exemplaribus ejus codici canonum præponitur.

DIVINA fulgens doctrina sceptra præcellit regni
ORigo regum felix, semper genitura beata,
MOlem perspicimus legis gratiam laudis habere.
IUsto gignitur rege ecclesiæ almæ defensor,
NUnquam enim vinci potest disciplina cælestis,
OOlim jam sumens paterni triumphans regni
MExemplum, quo devota fides victoria gaudet,
CHristo juvante, ac beato clavigero Petro;
CUnctas adversas gentes regalibus subdit plantis.
MEn radix beata instar contulit prole,
LÆta Deum colere, legem semper amare divinam,
LAudabilem servare fidem, sanctamque defendere vitam,

Fau-

ANNO CHRISTI 773.

FFautorem prorsus habens janitorem in triumphis cæli,
IIpsius freta virtute victrice persistit semper.
LLumen sequens doctrinæ fidei apostolicæ sedis,
IIn hanc sanctam sedem magnus rex Carulus splendet.
OOmnibus per eum ditata bonis triumphat ubique,
CCæleste semper in his habere meruit regnum.
AArma sumens divina gentes calcavit superbas.
RReddidit prisca dona ecclesiæ matri suæ,
UUrbesque magnas, fines simul & castra diversa.
LLangobardam ac Erulam virtute divina prostravit gentem,
OOvans amplectitur fidem, quam suscepit ab avis.
MMagna prosapia hæc in toto rutilat mundo:
AAltus, nobilis, nitens, regit diversa regna.
GGaudens celer ad limina venit apostolorum sospes.
NNimis laudibus hymnisque populo celebratur ab omni.
OObnixe pro se summum orare antistitem poscit,
RRedimi sibi noxas a juventute commissas.
EExutus suffragiis almis spondebat lingua magistro
GGenium servare sanctæ ecclesiæ in ævo Romanæ,
IJustitias almi Petri sui protectoris tueri
HHabilem ut superdonans in ejus confessione libavit.
AAd hæc Hadrianus præsul Christi prædixit triumphos,
DDextera protegi diu divina Petro comitante Pauloque.
RRomphæam victoriæ donantes, atque pro te dimicantes,
IIllæsus cum tuis victor manebis, nempe per ipsos
AAditum petunt urbis Papiæ te ingredi victorem.
NNefa perfidi regis calcabis Desiderii colla,
UVires ejus prosternens merges barathro profundi.
SSeptus Langobardorum regno, munus reddes tuum.
PPollicita sacra dona clavigeri aulæ Petri,
AAmplius donans tibi victoriam, simulque honorem.
PPer sæcla regnare cum tuis hic, in futuroque soboli
AA lege nunquam discede, hæc observans statuta.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J. A NOTA SEVERINI BINII.

Hactenus Hadriani epistola, ut ex corruptis exemplaribus elici potuit. Quod vero ad tempus attinet, cum Carolus ter in Urbem Hadriano superstite venerit, anno nimirum 774. cum Papiam obsideret, anno iterum 781. cum ejus filii Pippinus Italiæ, Ludovicus Aquitaniæ reges ab Hadriano inuncti sunt, anno denique 787. cum inde Capuam quoque, ac Beneventum adversus Grimoaldum ducem profectus est: nos, tametsi res incerta est, codicem Hadriani ad postremam potius profectionem referendum duximus, quam (quod aliis placuit) ad primam, cui multa, quæ in ejus epistola leguntur, convenire vix possint.

a *Epitome.*) Henricus Canisius Noviomagus, cujus studio & onera hæc Epitome canonsm, ex manuscripto codice celeberrimi monasterii Weingartensis primum evulgata, hanc præfatinnculam ad lectorem addidit.

Auctor hujus epitomes Hadrianus pontifex pontificatum iniit anno Christi 772. tenuit usque ad annum Domini 795. sanctitate & rerum gestarum magnitudine conspicuus Altero sedis suæ anno, qui erat annus Christi 773. Carolum magnum Romæ excepit, & hoc canonum breviario donavit. Quod luce dignissimum, cum propter ejus cui oblatum est, auctoritatem. olendum, correctius & integrius non prodire: nam deesse canones Nicænos, nescio quo infortunio, vel inde conjicias, quod semel atque iterum tamquam in hoc compendio exstantes citantur: & tamen nusquam apparent. Sed forte offeret bona sors vel nobis vel aliis perfectiorem codicem, cujus ope resarcire liceat, si quid huic editioni deesse videbitur.

ANNO CHRISTI 774. Ex Mansi suppl. tom. I. pag 721.722.

SYNODUS LATERANENSIS

Partim fictitia, partim dubia sub Hadriano papa, in qua Carolo Magno jus datum fertur a pontifice, ut pontificem ipsum Romanum, & episcopos eligeret, & investituram concederet.

Anno 774. ut fertur habita.

QUamquam concilium istud fictitium reputo cum Baronio, de Marca, Pagio cæterisque, quorum argumenta a Pagio relata & expensa statim proferam; nihilo tamen secius prætereundum hic esse nequaquam duco, tum ne quid desit ad plenam de re conciliari notitiam; cum ne quid nos culpent Heterodoxi, conquerentes ea dissimulari a nobis, quæ causæ nostræ officere in aliquo posse videntur. Hujus igitur concilii mentio est apud Sigebertum vulgatum ad A. DCCLXXIII. his verbis: *Postea rediens Carolus Papiam cœpit, iterumque Romam rediit, synodum constituit cum Hadriano papa, aliisque centum quinquaginta tribus religiosis episcopis & abbatibus, in qua Hadrianus papa cum universa synodo dedit ei jus eligendi pontificem, & ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque principatus. Insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definivit, ac ut nisi a Rege laudetur, & investiatur episcopus a nemine consecretur, omnesque huic decreto rebelles anathematizavit, & nisi resipiscerent, bona eorum publicari.* Ita Sigebertus vulgatus. Eadem totidem ferme verbis scribit Anonymus

ANNO CHRISTI 774.

nymus hiſtoſtriæ Romanorum pontificum ſcriptor, qui exeunte ſæculo XII. florebat. vulgatus a P. Pez Anecdot. tom. I. par. III. pag. 369. Huc etiam faciunt ea quæ Landulphus ſenior rerum Mediolanenſium ſcriptor, qui exeunte ſæculo XI. vivebat, expreſſit his verbis Hiſtoriæ Mediolan. lib. II. cap. XI. de Hadriano agens: *Primus annulos & virgas ad inveſtiendum epiſcopatus Carloni donavit* (ideſt Carolo). Habes hanc hiſtoriam Rer. Italic. tom. IV.

Si poſtremi hujus auctoris fidem teneamus, in hac ipſa ſynodo, non hoc tantummodo, ſed aliud longe diverſum præſtitum eſſe judicaremus, quod verbis ipſis ejuſdem ſcriptoris producere lubet cap. X. „ Synodus immenſa, mul- B „ tis diverſarum terrarum epiſcopis congrega- „ tis, celebrata eſt, in qua, cum de multis, „ atque diverſis tractaſſet negotiis, indiſcrete „ erga myſterium Dei, & B. Ambroſii docto- „ ris, & confeſſoris ſeſe intulerunt, parum, „ aut nihil quantæ reverentiæ, quantique amo- „ ris B. Gregorius olim eccleſiæ Ambroſianæ „ per affectum contuliſſet, reminiſcentes; pro- „ pterea, quaſi cæcati, & ementati, & abſque „ ullo judicio, quod inclytum, & per multa „ tempora firmum, atque ſancitum, quodam- „ modo decollare, & obnubiiare, & plus di- „ cam, omnino delere aggreſſi ſunt. Edoctus „ itaque Carolus imperator a quampluribus epiſ- „ copis, ut per totam linguam proficiſceretur C „ latinam, & quidquid diverſum in cantu, & „ myſterio divino inveniret a Romano, totum „ deleret, & ad unitatem Romani myſterii „ uniret. Unde factum eſt, ut veniens impe- „ rator Mediolanum, devaſtata Papia, quam „ ipſe ira inextinguibili ob imperatorem Deſi- „ derium ſuum æmulum oderat, quem milites „ Papiæ contra Carlonis imperium viriliter ar- „ mis, & ingenio tutaverant, omnes libros „ Ambroſiano titulo ſigillatos, quos vel pre- „ tio, vel dono, vel vi habere potuit, alios „ comburens, alios trans montes, quaſi in e- „ xilio, ſecum detulit. Sed religioſi viri tales, „ & tantos libros videntes, religioſe tenue- „ runt. At Deus, qui omnia videt, & cun- D „ cta cognoſcit, & cordium occulta inveſtigare „ & aperire prænovit, animos, & intentionem „ cunctorum prævidens, quod ad laudem, & „ honorem nominis ſui per Spiritum Sanctum „ ſancto Ambroſio dictante epiſcopo ordinatum „ noverat, violari, & a malis dilacerari non „ paſſus eſt.

„ Proficiſcens autem glorioſæ memoriæ Eu- „ genius tranſmontanus epiſcopus, amator, & „ quaſi pater Ambroſiani myſterii, nec non „ & protector patris ſpiritualis Carlonis, cau- „ ſa concilii Romani, invenit Apoſtolicum „ Hadrianum, qui primus annulos, & virgas „ ad inveſtiendum epiſcopatus Carloni dona- „ vit, jam per tres dies celebraſſe concilium, E „ qui ſtudioſe omnia ut geſta erant, per or- „ dinem inquirens, prout erat vir diſcretus, „ conſilio ac ſapientia providus, animo placi- „ dus, vultu ſerenus, doctrina & verbis affa- „ bilis, atque, ut ejus dignitas expoſcebat, „ ultra omnes benignus, quod laude dignum „ eſſe ſibi videbatur, competenter affirmabat: „ tandem qualiter, aut quomodo ſuper my- „ ſterium Ambroſianum ſeſe ſynodus habuiſ- „ ſet, quaſi vi ab illis extorſit; quod ubi „ Eugenius audivit, plurimum expaveſcens „ condoluit, & voce lacrymabili miſerum A „ ſe vocans, lacrymis velut aqua ab oculis „ decurrentibus, inquit.

ANNO CHRISTI 774.

Planctus B. Eugenii de actis in Synodo.

„ O Miſer, quid agam, mundus, & ejus „ judex periit. Orbis doctrina, cuncta „ hujus vitæ, quæ vanitates ſunt, offuſcans, „ elabitur. Decus totius Eccleſiæ, tam Lati- „ næ, quam Græcæ obnubilabitur, bonum, „ juſtum, ſanctum eliminatur. Columna ec- „ cleſiæ, fundamentum fidei, aſſertor juſtitiæ, „ verbi Dei amator deprimitur. Doctor egre- „ gius, omnium artium peritia imbutus de- „ ſternitur, myſterium perit myſteriorum, de „ quo dominus & reverentiſſimus papa Grego- „ rius aliquid ſiniſtrum proferre timuit, de „ quo quanta & quam magna, quaſi lucidiſ- „ ſimos flores B. Gregorius curioſe attrahens, „ Romanoque myſterio interſerens uſque ho- „ die adjunxit. Spiritu demum, animoque „ reſumpto, juſſu Papæ & magna nobilium „ parte Romanorum, cum plebis inſimul vo- „ luntate laudante, omnes epiſcopos, archie- „ piſcopos, abbates, quoſcumque religioſos co- „ gnovit, quamvis per tres dies receſſiſſent a „ Roma, ad curiam ſummi Pontificis revoca- „ vit. Quibus congregatis B. Eugenius epiſco- „ pus de myſterio Ambroſiano voce benigna „ unde incompoſiti tractaverant, multum con- „ queſtus eſt. Quo audito, extranei clerici co- „ goſcentes virum valde probum, juſtitiæque „ amatorem, partim ſatis morari, ac verecun- „ dari cœperunt. Quid multa? ab Apoſtolico, „ ab univerſis epiſcopis, & a toto clero, & ab „ univerſo populo Romanum conclamatum & „ collaudatum eſt, ut librum Ambroſianum, „ & B. Gregorii librum, ambos ſuper B. Pe- „ tri altare, optime ſigillatos, videlicet evi- „ dentiſſime ab Apoſtolico ſigillo ſignatos, vi- „ ri religioſi ſupponerent. Quin etiam omni- „ bus oſtiis Eccleſiæ apertiſſime ſigillatis, in- „ dicto jejunio per tres dies, cuncti a minimo „ uſque ad maximum devote jejunarent, & „ ſic, Deo propitio, quemcumque apertum, „ & reſeratum invenirent, illum ſumma cum „ devotione, & indubitanter tenerent: & quem- „ cumque immotum & ſigillatum reperiſſent, „ illum evidentiſſima diſpenſatione combure- „ rent. Quod factum eſt, jejunio ab epiſcopis, „ hominibus, & univerſo clero, & populo ce- „ lebrato, in tertia die tertiæ feriæ, illius heb- „ domadæ, in qua Ambroſiani, *miſericordia „ Domini plena eſt terra*, uſque hodie cantant, „ in unum univerſis convenientibus ad inviſ- „ ſum & inauditum miraculam, Eccleſiæ ja- „ nuæ aſtante Apoſtolico reſeratæ, & ultro „ apertæ ſunt. Quibus introgreſſis, ambos li- „ bros, ut dimiſerant, ſigillatos & omnino „ intactos invenerunt. Quo viſo, cunctis mi- „ rantibus, valdeque obſtupeſcentibus, nimium- „ que congementibus, libri ligaturas per ſe „ rumpentes, ſonum magnum, atque terribile „ audientibus univerſis dederunt, & ſeſe digi- „ to Dei aperientes, ita ambo aperti ſunt, ut „ aliquis ullam illorum foliam non invenirent „ plus in unam partem, quam in alteram. „ Itaque ingens gaudium omnes abruptis la- „ crymis illico invaſit. Interea libris ambobus „ viſis, qualiter aperti apparuerunt, omnes, „ quaſi una voce, proclamabant, dicentes: *Gre- „ gorianum, & Ambroſianum myſterium ab uni- „ verſa eccleſia laudetur, confirmetur, ſimulque*

„ *ex*

ANNO CHRISTI 774.

„ *ex toto teneatur*. Dicebant enim: *ut hæc my-* A
„ *steria laudentur, firmiterque ab universis totius*
„ *orbis episcopis teneantur, Dei omnipotentis, &*
„ *B. Petri Apostoli cernitur esse voluntas*. At
„ quibusdam hoc verbum videbatur fore bo-
„ num, quibusdam vero difficile atque duris-
„ simum. Tandem domini Papæ, & aliorum
„ sapientium, atque discretorum virorum col-
„ laudatum est, ut sedes Ambrosiana, in quo
„ mysterio ordinata & a B. Ambrosio exaltata
„ est illa sola contenta permaneat, nec non
„ cætera pars orbis, quæ linguæ Latinæ voci-
„ bus resonare videtur, omnibus aliis prætер-
„ missis, Gregorianum studiose & curiose te-
„ nere studeat. His omnibus rebus factis, fi-
„ nitis & terminatis, Eugenius gaudio magno B
„ tripudians, quasi ad proprios filios tendens,
„ Mediolanum pervenit. De qua urbe, paucis
„ antea transactis diebus, Imperator jussu con-
„ cilii, quo Romæ interfuit, omne mysterium
„ Ambrosianum desuper faciem terræ omnino
„ delere desiderans, trucidatis multis clericis
„ minorum, & majorum ordinum, omnes Am-
„ brosianos libros tam in sententiis novi quam
„ veteris testamenti, quam in musica arte, se-
„ cundum Ambrosium descriptos, abrasit. Ni-
„ hil enim præter missale remansit, quod qui-
„ dam bonus atque fidelis Sacerdos absconsum
„ in cavernis montium per sex hebdomadas
„ fideliter reservavit. Manuale autem postea,
„ astante Eugenio, Episcopus fidelissimus sa- C
„ pientes, tam sacerdotum, quam clericorum,
„ qui multa memoriter tenebant, convenientes
„ in unum, Deo opitulante, ut antea integer
„ fuit, invenientes, in posteris tradiderunt.

Contra synodi hujus veritatem viri docti plura opponunt, quorum argumenta Pagius in critica ad A. 774. 13. complectens hæc scribit.

Pagius in Crit. Baron. ad A. 774. 13.

„ In chronico Sigeberti ad annum DCCLXXIII.
„ legitur, *Carolum Romam* venisse, & postea
„ *Papiam* rediisse, ac occupasse: iterumque
„ Romam rediisse, & synodum constituisse
„ cum Hadriano papa & CLIII. episcopis & ab-
„ batibus, in qua Hadrianus dedit ei jus eli-
„ gendi pontificem, & episcopos per singulas
„ provincias ab eo in vestituram accipere de- D
„ finivit. Conqueritur Baronius commentitium
„ istud concilium Romanum a Sigeberto con-
„ fictum esse, ut Henrici imperatoris partes,
„ cui favebat, hac auctoritate muniret adver-
„ sus Paschalem II. Verum nulla hujus syno-
„ di apud Sigebertum juxta editionem Miræi
„ cum MSS. exemplaribus collatam mentio;
„ quam si Baronius videre potuisset, *Sigeber-*
„ *tum* ab hoc errore sine dubio absolvisset.
„ Marca lib. 8. de Concordia cap. 12. hujus
„ synodi falsitatem ostendit, & quia editionem
„ Sigeberti a Miræo curatam non legerat, Sig-
„ bertum hujus impostura reum non fuisse
„ affert, quod inquit, post Leonis VIII. testi-
„ monium de facti veritate dubitare non pos-
„ set, licet temporis consignationem de suo
„ addiderit. Verum Sigebertus excusatione illa
„ non indiget; cum omnis culpa interpolato-
„ ri, viro sine dubio schismatico, adscribenda
„ sit. Ostendit ibidem præterea Marca argu-
„ menta, quibus utitur Baronius ad hujus con-
„ cilii falsitatem convincendam, vim non ha-
„ bere, & quatuor aliis eam probat, quorum
„ duo potiora hæc sunt: Primum petitur ex
„ testimonio Flori Magistri in tract. de *Ele-*
„ *ctione Episcoporum*, quem scripsit circa an-
„ num 820. ubi consensum Regis consuetudi-
„ ne inductum docet. Quare viro illi erudito
„ incognita erat hæc constitutio Hadriani &
„ Synodi universalis, quæ dicitur ab eo cele-
„ brata. Adde Lupi Ferrariensis epistolam, qui
„ de jure Regum in electionibus tractans om-
„ ne robur trahit a concessione Zachariæ.
„ Recentior utique erat & firmior auctoritas
„ Hadriani & Synodi universalis, quam, si
„ extitisset unquam, Lupus non omisisset. Al-
„ terum argumentum deducitur ex duabus Ha-
„ driani epistolis ad Carolum datis; ex qua-
„ rum altera, anno DCCLXXXIV. scripta, doce-
„ mur episcoporum in regno Longobardico
„ constitutorum ordinationes ab Hadriano fa-
„ ctas post cleri & plebis decretum ad se mis-
„ sum. Ex altera anni DCCLXXXVI. discimus
„ Caroli desiderium, ut episcopi Ravennatis
„ electio non fieret absque missorum suorum
„ interventu. Cui respondet Hadrianus id
„ nunquam factum; sed morem istum obser-
„ vatum etiam temporibus Pippini regis, ut
„ decreto cleri atque plebis ad sedem apostо-
„ licam perlato, proprium antistitem sibi con-
„ secrandum Ravennates peterent.

Pars altera hujus concilii, quamquam nullo certo argumento refutanda succurrit, attamen ita res tota componitur, ut fabellam suboleat.

ANNO CHRISTI 774.

CONCILIUM IN VILLA DURIA

HADRIANI PAPÆ ANNO IV.

Ex P. Sirmondo.

Synodum hanc, seu conventum, anno DCCLXXV. E *tum habuit Carolus, cum adversus Saxones expeditionem alteram suscepit, eosque diversis locis triplici prælio victos subegit. Vita Caroli magni in gestis ejus anni:* Celebravit gloriosus rex Carolus natale & pascha in Carisiaco. Tunc habuit synodum in villa Duria, & inde abiens ad partes Saxoniæ, Sigiburgum castrum cepit, & Eresburgum reædificavit, &c. *De actis autem, vel de capitulis synodi Durienſis., si qua fuerunt, nulla usquam est mentio.*

Nota Severini Binii.

Acta concilii.

a *Concilium*.) Carolus contra Saxonas hoc anno pugnaturus, ad componendum prius statum ecclesiæ & reipublicæ Christianæ pro more suo piissimo episcopos & abbates convocavit in Duria: peractoque concilio Saxones duobus prœliis profligavit: hæc ex annalibus Francorum. Quæ autem in hoc, aliisve sequentibus conciliis ipsius monitu celebratis statuta fuerint, promiscue simul in unum librum congessit Ansigisus abbas Lobiensis, quo centum sexaginta octo capita continentur. Baronius anno 775. numero 9.

CON-

1 Est *Marcodurum*, vulgo *Duren*, in Ducatu Juliacensi, inter Coloniam & Aquisgranum. *Harduinus*. In hoc conventu adversus Herchenradum seniorem Episcopum Parisiensem Placitum monasterium monasterio S. Dionysii adscriptum fuit, ut ex Placito a Mabillonio in lib. 6. de re diplomat. pag. 498. allato liquet.

ANNO CHRISTI 776. Ex eodem P. Sirmondo.

CONCILIUM WORMATIENSE III.

HADRIANI PAPÆ I. ANNO V.

SYnodi hujus occasio fuit rebellio Saxonum, qui opportunitatem ex Caroli regis absentia nacti, cum ille adversus Rotgandum ducem, Italiæ regno inhiantem, in Italia pugnaret, Francorum imperium excutere conabantur. Quo cognito, rex publicum Vvormatiæ conventum egit, tertioque in Saxoniam profectus, & velut ingens tempestas, ut Rhegino loquitur, omnia prosternens, non solum ad deditionem iterum Saxones compulit, verum etiam ut Christianam fidem & baptismum susciperent auctor fuit. Vita Caroli magni: Cum autem, *inquit*, in Vvormatia domnus rex Carolus hæc audisset, tenuit ibi synodum & publicum placitum: & concilio habito, introivit cum summa festinatione, Deo adjuvante, in Saxoniam. Et perterriti Saxones, omnes ad locum ubi Lippia consurgit venerunt ex omni parte, & domno regi Carolo per uvadium manibus suis reddiderunt patriam, & spoponderunt se esse Christianos, & iterum subditi sunt ditioni domni regis Caroli. Domnus autem rex Carolus reædificavit Eresburgum castrum, & fecerunt aliud castrum super Lippiam, ubi venientes Saxones una cum uxoribus & infantibus, innumerabilis multitudo baptizati sunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & obsides dederunt domno regi Carolo, sicut voluit. Disponensque dominus rex Francos per castella Saxoniæ, reversus est in Franciam.

NOTA SEVERINI BINII.

Saxones baptizati.

a *Concilium*.) Cum rex ad debellandum Rotgandum ducem Longobardorum Forojulienſem in Italia profectus fuisset, Saxones novam rebellionem excitarunt, destructoque Eresburgo castello, Sigisburgum magna vi expugnare tentarunt: verum divino miraculo ab obsidione fugati, seipsos partim trucidarunt, partim etiam a Francis cæsi fuerunt. Quæ dum Carolus rex audivisset, in Vvormatia hanc synodum congregavit: qua habita in Saxoniam festinavit. Saxones de adventu Caroli certiores facti, terrore perculsi, sua sponte deditionem fecerunt, seque Christianos futuros non tantum promiserunt, verum etiam memorabilem multitudinem in nomine sanctæ Trinitatis baptizandam obtulerunt. Hæc annales Francorum in vita Caroli magni.

C. ANNUM CHRISTI 777.

SYNODUS VENETA,

IN QUA SEDES EPISCOPALIS VENETA INSTITUITUR.

SYnodus Veneta circa annum Christi 777. celebrata eruitur ex Bernardo Justiniano Histor. Venet. lib. 12. ubi scribit: *Coacta igitur Synodo totius Cleri, populique, assistentibus Duce, & Patriarcha* (Gradensi scil.) *primus creatus est Episcopus Obeliatus* (*aliis Obelaltus*) *Marinus Eneagri Tribuni Mathemaucensis Tribunus. Constituitur etiam Episcopalis sedes in Insula Castellana, quæ Olivolus appellabatur, unde & Episcopo Castellanus semper nomen mansit.*

☞ AD VENETUM CONCILIUM

ANNI DCCLXXV.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Supplem. Mansi Tom. I. pag. 726.

CUm insularum Venetæ urbi circumjacentium cura ecclesiastica penes Gradensem patriarcham ad hoc usque sæculum spectarit, visum est tandem suum illis episcopum assignare; quare ea diœcesi in episcopatum Adriano permittente erecta, clerici & reliquus populus Venetorum cum Gradensi patriarcha & Duce Mauritio in synodum coeuntes de episcopo eligendo deliberarunt. Hanc quidem synodum (si tamen synodus appellanda est populi cum clericis coitus ad eligendum episcopum) non silet Venetus Labbei editor; sed pro Justiniano paulo recentiori scriptore, quem laudat, Dandulum antiquiorem rerum Venetarum scriptorem æquius attulisset, quamquam Justinianus eadem plane iisdemque ac Dandulus verbis rem illam narrat. In anno vero habitæ synodi idem Venetus Collector a vero aberrat; neque enim anno 777. ut ipse quidem opinatur, sed potius anno 775. celebrata est. Episcopum enim datum insulis anno XI. Mauritii ducis affirmans Dandulus, eundemque principem anno 764. cœpisse adnotans, in hanc sententiam nos plane deducit.

ANNO CHRISTI 777.

CONCILIUM PADERBORNENSE I.

AD SAXONUM FIDEM STABILIENDAM SUB HADRIANO PAPA I.

Carolo Francorum rege habitum, anno Redemptoris nostri DCCLXXVII.

Saxones baptizati jurant se in fide susceptæ mansuros.

a *Concilium*.) Hæc synodus Paderbornæ celebrata fuit, ad stabiliendos & confirmandos Saxones in ea fide, quam rite & legitime in susceptione baptismi professi erant: habito desuper synodali confessu, constitutum fuit, & re ipsa observatum, ut omnes in Saxonia

ANNO CHRISTI 777.

xonia baptizati juramento firmarent, se Christianam fidem perpetuo servaturos: & si qui juratam promissionem non adimplerent, illi omnium bonorum suorum dispendio punirentur. Constitutionem synodicam præter unum principem, Vvithichindum nomine, qui cum paucis hac de causa in Normandiam fugerat, omnes receperunt. In eadem hac synodo tres Saracenorum principes ab Hispania venientes, seque cum suis urbibus, quibus a rege præfecti fuerant, dedentes, magno gaudio haud dubie excepit: de quorum adventu annales sub Ludovico per domesticum illius scripti produnt hæc: *Venit iisdem & loco & tempore ad reges præsentium de Hispania Saracenus quidam nomine Ibamalarabi, cum aliis Saracenis sociis suis, dedens se, ac civitates, quibus eum rex Saracenorum præfecerat.* Eadem acta Caroli, vetus chronicon, annales Francorum, & Regino tradunt. Gobelinus in cosmodromio ad res prædictas hoc tempore Paderbornæ gestas, originem Paderbornensis sedis episcopalis addit.

ANNO CHRISTI 777. Ex Labbei Append. Tom. V.

* *Meminerunt concilii hujus, simulque publici placiti ad hunc annum, auctores vitæ Caroli Magni post duo similia Vvormatiæ habita anno præcedente 776. bis verbis.* Anno sequenti, *scilicet 777. inquiunt*, domnus rex Karolus synodum habuit, & concilium publicum ad Paderburnen, ubi Franci omnes, & ex omni parte Saxones convenerunt: excepto quod Vvidochindus rebellis extitit, & cum paucis aliis suis in Normandiam confugit. Ad idem etiam placitum venerunt Sarraceni de Hispania tres reges: ibique etiam multitudo Saxonum baptizata est, & secundum morem illorum omnimodo se obligaverunt, quod amplius non immutarentur secundum malam consuetudinem illorum, sed Christianitatem in omnibus conservarent, & domno regi Karolo vel filiis ejus fidelitatem.

☞ AD PADERBORNENSE I. CONCILIUM

ANNO CAROLI MAGNI IX. CHRISTI DCCLXXVII.

ADDITIO.

Ex Supplem. Mansi Tom. I. pag. 726.

SAxones, gens ad ea usque tempora pagana, Vvitichindo duce non semel Caroli Magni regis Francorum jugum excusserunt, nec semel ab illo redire ad servitutem coacti sunt. Tandem, cum nec ita quiescerent, Rex ingenti exercitu coacto repentinus in eorum fines ingreditur; quod tantum metum rebellibus injecit, ut tandem victas omnes manus dederint, fideique suæ pignus exhibuerint, tum datis obsidibus, cum etiam Christianæ Religionis sacramentis susceptis. Illis in fide firmandis Synodus Paderbornensis convenit, quæ Labbeum quidem non fugit, sed latuit illum diploma, in quo de jure quodam in ecclesiam Saonæ in diœcesi Meldensi abbatiæ S. Dionysii Parisiensis concesso, atque in ea Synodo confirmato agitur. Ad res igitur hujus concilii augendas huc transferendum constitui ex Mabillonio De re diplomatica lib. 6. n. 52.

Carolus, gratia Dei Rex Francorum, & Longabardorum, atque patricius Romanorum.

OPortet serenitas nostra, ut ea quæ a Fidelibus nostris postulata fuerint, juste & rationabiliter pro servitio, & fidelitate, quæ circa Genitorem meum Pipinum Regem, & circa me habere videntur eis impertire debeamus. Notum sit omnibus Fidelibus nostris, tam & præsentibus quam & futuris, qualiter veniens Folradus, cappellanus Palatii nostri, & Abba S. Dionysii, nobis retulit privilegium a partibus S. Dionysii, quam Senodalis Consilius anno IX. ad Patris-Brunna ex promisso Angalramno Episcopo & Vvilhario Archiepiscopo constituerunt de res proprietatis suæ in loco, qui dicitur Salona, quæ est constructus in honore Sanctæ Dei Genitricis, & Beatorum Martyrum, & Confessorum, & Virginum, ubi Sanctus Privatus Martyr, & Sanctus Illarius Confessor requiescere videntur; & meo in privilegio insertum invenimus, ut neque Angalramnus Episcopus, neque successores sui, neque archidiaconus, neque missus Ecclesiæ suæ Mediomatricius ibi in ipso Cœnobio pontificium habere non debeant, nisi Abbas Sancti Dionysi expetierit ordinationis faciendi, chrismetandi, & tabulas benedicendi. Interrogavimus Angalramnum Episcopum si ipsum privilegium consentire debuisset. Et ipse nullatenus denegavit, nisi sicut & chenodale consilio constituerunt Coepiscopi sui, sic consentivit, sicut ipse privilegius clariter innotuit. Propterea talem præceptum, & confirmationem permanere præcipimus ad partibus Sancti Dionysii, ut post hunc diem nullus quislibet Episcoporum neque Angalramnus, nec successores sui ipso Cœnobio non contingat, nisi sit sub emunitate, & privilegio Sancti Dionisi regulariter, sicut cæteras Ecclesias, quas ad ipsa casa Sancti Dionysii aspicere videntur, & terrolas, quas Angalramnus, & Folradus infra ipso agro Salona & fine commutaverunt. ..... Simile modo ex nostrum permissum, & confirmationem, absque Episcoporum Mettensis Ecclesiæ impedimentum pars Sancti Dionysi una cum ipso Cœnubio Salona sub nostram tuitionem & defensionem, procerumque nostrorum partibus Sancti Dionysii debeant respicere, & quidquid per commutationem Regum, aut donationem, aut collata ibidem populi additum atque censatum, & Folradus de suas res ipso Cœnubio ditavit sub emmunitate, ad defensione Sancti Dionysii omnique tempore permanere debeant, ex nostra auctoritate confirmatum ut melius delectet ipsam congregationem Sancti Dionysii, & Sancti Privati, & Sancti Illarii pro nobis, & pro eis, uxoreque nostra Domini misericordiam attentius deprecare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur manu nostra propria subter eam firmavimus, & de annulo nostro sigillavimus.

Signum Caroli Glorioſissimi Regis. Nomen, & signum Cancellarii omissum.

DAtum quod ficit Decembris dies..... anno x. regnante Domno nostro Carolo Rege. Actum Aquis palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

CON-

ANNO CHRISTI 779.

[2] CONCILIUM IN VILLA DURIA

SUB HADRIANO PAPA I. ET CAROLO REGE

Celebratum, anno Domini DCCLXXIX. in causa Saxonum perfidorum.

Saxones bello subjugantur

[2] (*Concilium*) Seditio Saracenorum Regum A moverat Carolum, ut in Hispaniam cum exercitu proficisceretur, & contra iniquos ac infideles Hispaniæ detentores arma sumeret. Quare cum per hanc expeditionem Carolus longius abesset, Saxones & Vvestphali sæpius perjuri, suasu Vvitichindi principis a Carolo defectionem fecerunt, ad Rhenum usque obvia quæque cæde atque incendio vastarunt. Quare cum prædictam Saxonum rebellionem compescere firmiter constituisset, more suo optimo primum curans quæ Dei sunt quam bellica inchoaret, hanc synodum pro reformandis subditorum moribus, & sanctæ ecclesiæ ritibus, in villa Duria congregavit. Qua peracta adversus Saxones profectus, incruento bello Saxoniam & Vvestphaliam debellavit, receptisque ab iisdem obsidibus, rebusque singulis novo juramento iterum firmatis, in Franciam rediit. Hæc annales Francorum prolixius, Rhegino brevius.

☞JOANNIS DOMINICI MANSI

IN NOVAM CAPITULARIS PRÆCEDENTIS EDITIONEM

PRÆMONITIO.

CL. Muratorius rer. Italio tom. 1. part. 2. Caroli magni leges pro Italia conditas ex editione Goldasti ope MS. Estensis Codicis emendatas recudit. In ea vero primo omnium occurrunt Capitularis hujus Canones eadem fere serie, qua hic dantur a Labbeo deducti nisi unum, vel alterum excipias, qui ab his divulsi in ea tamen serie leguntur. Diu ambigens hæsi, num variantes tantummodo illorum excerperem ad usum præsentis editionis. Verum ne variantium silva lectoribus molestiam ferret, satius duxi ex integro omne reproducere, cum præsertim hic ex eodem Muratorio novo præemio aucti sese offerant, & multis additamentis locupletiores appareant; ita ut in multis fere novi videri possint; cum præsertim non omiserim Muratorii notas, in quas vir ille Cl. variantes ex editis, ex MS. Codicibus conjecit. Admonuisse tamen lectores juvat apud Muratorium leges omnes Caroli variis in conventibus, vel Synodis datas una continuata serie exhiberi; quare ad præsens meum institutum conferre minime duxi integram legum Caroli magni collectionem, qualis ab eodem viro Cl. data est, hic referre, iis tantummodo contentus, quæ Canonibus hic a Labbeis datis respondent.

☞CAROLI MAGNI LEGES

CAROLUS MAGNUS CUM PONTIFICE ROMANO,

& Synodali Concilio.

ANno feliciter undecimo regnante domino B noſtro (*a*) Carolo glorioſiſſimo, in menſe Martii factum eſt Capitulare, qualiter congregatum (*b*) Synodali Concilio Epiſcopis, Abbatibus, utriſque Illuſtribus, una cum piiſſimo Domino noſtro Carolo, ſecundum voluntatem Dei pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum.

Quæ gens multa petit Carolus ſua juſſa peregit. Rex bonus Orbis honor.

CAP. I.

De (*c*) Metropolitanis, ut eorum ſuffraganeis Epiſcopi ſecundum Canones ſubjecti ſint, & ea quæ erga illorum miniſteria emendanda cogno-

Notæ ad leges caroli Magni.

(*a*) Cod. Eſten. *Domno noſtro Karolo glorioſiſſimo Rege in menſe Martio.* Cod. Cath. Mutin. *Anno feliciter Decimo Regni Domini noſtri Caroli.*

(*b*) Cod. Cathedr. Mutin. & Baluzius Tom. 1. Capitular. pag. 125. habent: *Congregatis in unum &c. viriſque inluſtribus Comitibus &c.* Eſtenſis vero Codex *qualiter congregati in unum ſynodali Concilio Epiſcopi, Abbates, Virique illuſtres una cum &c.* Si huic codici acquieſcendum foret, Concilium hoc memoratum habitum fuiſſet Romæ, ibi enim hic titulus legitur: *Carolus Magnus cum Pontifice Romano, & Synodali Concilio.* Verum Carolus M. neque Anno XI. Regni Francici, neque XI. Regni Langobardici Romæ fuit menſe Martio; ac propterea credendum, habitum fuiſſe Concilium iſtud in Francia anno 779, hoc eſt anno XI. Regni Francici, ac deinde illius decreta Langobardicarum legum corpori addita ex ipſius Caroli præcepto. Eidem vero interfuiſſe Italicos quoque Epiſcopos & Proceres a vero non aborret. Labbeus putat habitum in *Villa Duria*; Sirmondus Heriſtalli ſuſpicatur.

(*c*) In Cod. Eſten. legitur: *De metropolitanis Epiſcopis, ut eorum ſuffraganei Epiſcopi eis ſecundum* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *Epiſcopi eis ſecundum Canones ſubplettendi ſunt.*

ANNO CHRISTI 779.

cognoscunt, libenti animo emendent, atque corrigant.

II.

De Episcopatibus ubi (*a*) præsentes Episcopi on sunt ordinati, sine tarditate ordinentur.

III.

De Monasteriis, quæ (*b*) regularia fuerint, ut secundum regulam vivant, nec non & Monasteria puellarum ordinem suum custodiant, & unaquæque Abbatissa in Monasterio suo sine intermissione resideat.

IV.

Ut Episcopi de Presbyteris (*c*) & clericis infra illiorum Parochiam, & de suo ministerio potestatem habeant secundum Canonem facere.

V.

Ut Episcopi de incestuosis hominibus emendandi licentiam habeant; seu (*d*) & de viduis infra suorum Parochiam potestatem habeant corrigendi. Et si de (*e*) ipsis incestuosis aliquis post judicium Episcopi in ipso incestu se iterum commiserit; si prædium, idest allodium, habuerit, ipsum in fiscum Regis recipiatur.

VI.

Ut nulli (*f*) Episcopo liceat alterius Clericum recipere aut ordinare in aliquo (*g*) gradu, sint dimissoria Episcopi sui, de cujus Parochia est.

VII.

De decimis (*h*), ut unusquisque homo suam decimam donet, atque per jussionem Episcopi sui dispensetur.

VIII.

Ut homicidæ, & rei cæteri, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam (*i*) Dei confugiunt, non excutiantur, neque eis ibidem victus detur.

ANNO CHRISTI 779.

IX.

Ut latrones illos de infra immunitatem Judices & evocati ad Comitum placita, quando eis annuntiatum fuerit, præsentent. (*k*) Et si dixerint, quod ipsos latrones præsentare non potuissent, jurare debent, quod illos præsentare non potuissent, postquam eis denunciatum fuerit, nec pro ulla justitia dilatanda illis latronibus fugere consenserint. nec pro causa dilationis de illorum potestate, vel de suorum Ministerio latrones jactassent. Et hoc jurent, ut per suorum voluntate, si potuerint, ipsos latrones præsentare habeant ad justitiam faciendam. Et qui hoc non fecerint, beneficium & honorem perdant. Similiter & si Bassi hoc non adimpleverint, beneficium, & honorem perdant, & qui beneficium nostrum non habuerit, bannum nostrum solvat.

X.

De eo, qui perjurium fecerit se sciente, nullam redemptionem habeat, nisi manum perdat. & (*l*) emendare studeat.

XI.

De truste (*m*) facienda, ut nemo præsumat ad nos venienti mansionem vetare; & quæ necessaria sunt, sicut vicino suo, ei vendat.

XII.

De (*n*) Cerariis, & Tabulariis, & Chartulariis, sicut a longo tempore fuit consuetudo, ita observetur.

XIII.

De sacramentis, per (*o*) quildioniam adinvicem

(*a*) In Estens Cod scriptum videtur *ubi præsentes*. Cod. Cathedr. Mutin. habet. *De Episcopatis, ubi ad præsens Episcopi*.

(*b*) Cod. Cathedr Mutin. *qui regulares fuerunt*: Alii quoque Codices, Baluzio latente, eam lectionem præferunt. Hoc est quæ Monasticæ Regulæ sese addixerant. Infra idem Codex: *nec non & Monasteria puellarum ordinem sanctum custodiant*.

(*c*) Cod. Esten. *de Presbyteris & Diaconibus infra* &c. Cod. Sangallensis a Baluzio laudatus ita legit, sed simul addit: *& Clericis*.

(*d*) Cod. Esten. *seu etiam de viduis infra suam Parochiam* (hoc est Diœcesim) *potestatem habeant ad corrigendum*. Ita etiam legitur in Cod. Cathedr. Mutin.

(*e*) Quæ usque ad finem capituli sequuntur miror cur exciderint, aut neglecta fuerint Clariss. Baluzio. At eadem leguntur in Codice quoque Estensi, ubi hæc diversa leguntur: *si iterum miserit, si prædium habuerit, ipsum Fisco Regis recipiatur*. Ita & in Ambros. Cod.

(*f*) Vox *Episcopo* non legitur in Cod. Esten. uti neque apud Baluz. pag. 195. tom. 1. Subintelligenda tamen videtur.

(*g*) Consonat Cod. Esten. At Cod. Cathedr. Mutin. hæc addit: *nisi de suis hominibus Clericum habuerit, nullatenus ad ordinandum ducere præsumat, nisi ad illum episcopum, de cujus Parochia est, aut in cujus Parochia in potestate habere debet*.

(*h*) Hæc ita leguntur in Cod. Esten. *ut unusquisque homo suam decimam donet*, hoc est det, quod nunc *donner* dicunt Franci. Cod. vero Cathedr. Mutin. *Unusquisque homo suam decimam ad Ecclesiam donet, & per jussionem, consilium Episcopi, in cujus Parochia fuerint, dispensentur*.

(*i*) Cod. Esten. *Si ad ecclesiam confugerint, non excutiantur. Non excutentur* habet Cod. Cathedr. Mutin. sed retinenda prior lectio.

(*k*) In Cod. Esten. hæc adduntur. *Si vero latrones, forte furtum committentes, fugerint infra emunitatem, futura judicentur sententia. Et si dixerint* &c. Infra idem Codex: *nec pro ulla justitia. dilatanda illos latrones fugere consensissent, nec pro causa dilationis de illorum potestate, vel de suo ministerio ipsum latronem* &c. Infra *præsentare debeant*. Infra: *Similiter si Vassi nostri sunt, si hoc non* &c. In fine *& qui beneficium non habuerit*.

(*l*) Hæc minime leguntur in Cod. Esten. uti neque in Ambros. Atque post verba *nisi manum perdat*, quæ postrema sunt in eod. Cod. Esten. Baluzius tom. 1. pag. 197. Capitular. nonnulla addit, quæ & in Cod. Cathedr. Mutin leguntur. Itaque audiatur Codex noster, cujus verba sunt: *nulla redemtio fiat, nisi manum perdat. Quod si accusatus contendere voluerit de ipso perjurio, fiant ad crucem. Et si jurator viceit, legem suam accusator emendat*. Tum adinstar diversæ legis hæc alia illic subduntur, quæ conjuncta Baluzius legit: *Hoc vero de minoribus causis observandum est. De majoribus vero rebus, aut de statu ingenuitatis, secundum legem custodiant*. Experimentum *crucis* in eo situm erat, ut contendentes ante crucem starent manibus elevatis. Prior ille, cujus brachia lassa cedebant, victus credebatur. Vide Ughellum in Ital. sacr. Tom. V. pag. 611. in Catalog. Episcopor Veronens.

(*m*) Nicolaus Boherius, ac alii, *servitium Regale interpretantur*. Du-Cangius *trustem facere* nihil aliud esse putat, quam Regi *fidem*, seu *hominium* præstare. Vide ejus Glossar. latinum. Cod. Esten. addit *ad nos venienti hiberno tempore*. Nempe tunc durum extra tecta ducere noctem.

(*n*) Non *de Notariis* heic agitur, ut censet Lindenbrogius: Sed quidem de *Servis*, aut potius *Liberis*, qui censum *Cera* Ecclesiæ alicui reddebant; & de iis, qui *per chartam ingenuitatis* & per publica *Tabulas* libertate fuerant donati, sed cum onere reddendi censum locis sacris. Propterea apud Baluzium huic legi titulus præponitur *de tributariis Ecclesiarum*. In Codice Estensi non legitur *consuetudo*. In Cod. vero Cathedr. Mutin. habetur: *sicut a longinquo tempore fui, sic observent*.

(*o*) Baluzius in Capitular. Tom. I. pag. 198. *pro gildonia*. Ita quoque in Cod. Esten. *pro gildonia ad invicem conjurantium*. Nihil aliud est *Geldonia* nisi adunatio, & societas illicita hominum. Hincmarus Remensis in Capitul. ad presbyteros cap. 16. *De Collectis, quas Geldonias, vel Confraterias vulgo vocant*. Ita Ambros. Cod. legitur *per Gildonem*; supra vero adnotatur *idest advocationem*. Ita pro *advocatione*. Infra uterque Codex Mutin. *de illorum eleemosinis, aut de incendio* &c. Idem significat atque aliorsum

ANNO CHRISTI 779.

vicem conjurandis, ut nemo facere præſumat. Alio vero modo de illorum alimoniis, aut de incendio, aut de naufragio quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare præſumat.

XIV.

De (*a*) iterantibus, qui ad Palatium, aut alicubi pergunt, ut eos cum collecta manu nemo auſus ſit aſſilire. Et nemo herbam alterius tempore defenſionis tollere præſumat, niſi vel in hoſtem pergendo, aut Miſſus noſter ſit. Qui aliter facere præſumſerit, emendet.

XV.

De (*b*) tolloneis, quæ jam ante forbannita fuere, ut nemo tollat, niſi ubi antiquo tempore conſuetudo fuerit.

XVI.

Ut nemo præſumat hominem aliquem vendere, aut comparare, niſi in præſentia Comitum aut Miſſorum (*c*) noſtrorum.

XVII.

De (*d*) Bruneis ut nullus extra Regnum noſtrum vendere præſumat.

XVIII.

Si Comes in ſuo miniſterio juſtitias non facerit, Miſſus noſter de hac (*e*) cauſa ſonniare faciat, uſque dum juſtitiæ ibidem factæ fuerint. Et ſi Vaſſus noſter juſtitiam non fecerit, tunc Comes, & Miſſus noſter in (*f*) ipſa cauſa ſedeant, & de ſuo vivant, quoſque juſtitiam faciant.

ANNO CHRISTI 779.

XIX.

De latronibus ita præcipimus obſervandum, ut (*g*) pro prima culpa non moriatur, ſed oculum perdat; de ſecunda naſus eis ſcapelletur; de tertia vero, ſi ſe non emendaverit, moriatur.

XX.

(*h*) De latronibus qui in cuſtodiam miſſi ſunt, ut nullus judex publicus pretium pendat, & ſi hoc fecerit honorem ſuum perdat; & qui eccleſiam infregerit moriatur.

DECRETALE PRECUM QUORUMDAM

Epiſcoporum huic anno, & loco competit; quod ſupra editum fuit ante epiſt. XV. Hadriani papæ collectionis Labbeanæ cum nota Sirmondi, qui illud collocaverat prius anno 790.

CONCILIUM LIPINENSE,

DE SEDIBUS EPISCOPALIBUS IN SAXONIA

Erigendis, tempore Hadriani papæ I. Caroli regis Francorum habitum anno Domini DCCLXXX.

Epiſcopales ſedes in Saxonia quæ.

[a] (*Concilium.*) Hoc anno Lippiæ habitam eſſe ſynodum teſtatur Crantzius in metropoli lib. 1. cap. 2. De ſedibus epiſcopalibus in Saxonia erigendis, hoc ſynodali conventu actum fuiſſe, ex eodem Crantzio colligitur. Cum enim ipſe fateatur loco ſupra allegato, hoc anno fundamenta Oſnaburgenſis eccleſiæ jacta fuiſſe; ipſe vero Carolus in diplomate teſtetur, Oſnaburgenſem eccleſiam in honorem ſancti Petri principis apoſtolorum, & ſanctorum martyrum Criſpini & Criſpiniani inter alias primam a ſe erectam & fundatam eſſe, veriſſimum eſſe videtur, quod in hac ſynodo de erigendis ſedibus epiſcopalibus actum fuerit. Poſt Oſnaburgenſem, eccleſiam Salingenſtadienſem in epiſcopatum erexit, eamque nomine ſancti Stephani protomartyris Deo optimo maximo conſecravit. Extant apud Surium acta ſancti Nemulphi diaconi, in quibus aſſeritur, anno 780. ab eodem Carolo Magno parvam eſſe conſtructam eccleſiam Paderbornæ, eique poſt annos 15. datum eſſe epiſcopum. Ita Saxones ſæpe evangelium profitentes ac deſerentes, tandem armis Caroli in Chriſtiana religione retenti ſunt, ſuumque idolum. *Krodo* nominatum, formaque ſenis ſuper piſcem ſtantis, atque rotam utraque manu tenentis (quem Saturnum eſſe dixere Latini) depictum, plane repudiarunt, & abdicarunt. Vide Crantzii hiſtoriam Saxonum lib. 2. cap. 7.

SYNO-

(*a*) Hoc eſt itinerantibus. Cod. Eſten. *aut aliquo pergunt, ut eos cum collecta nemo auſus ſit aſſallire.*

(*b*) Hoc eſt *de Teloneis*, ut habet editio Baluzii. Codices Mutin. præferunt *De toloneis, quæ jam antea forbannita fuerint*, hoc eſt publico decreto conſtituta. *Forbannita* habent alii. Infra in Cod. Eſten. *conſuetudo fuit.*

(*c*) Locupletionem legem exhibet Cod. Eſten. qui tamen conjunxiſſe videtur eum iſta legem infra poſitam LXXII. Ergo additur. *Aut Archidiaconi, vel Centenarii, aut Vicedomini, aut Judicis, aut ante bene notæ teſtimonia. Et foras Marchan* (hoc eſt extra fines provinciæ ſuæ, ac Regni noſtri) nemo mancipium vendat. Cod. Ambroſ. poſt *miſſorum noſtrorum* addit: *& ut nemo audeat in furtum mancipia emere* &c. quæ infra occurrent in Lege LXXIII. Leges LXXII. & LXXIII. ſunt iſtæ. De mancipiis quæ venduntur, ut in præſentia Epiſcopi, vel Comitis ſint vendita, aut Archidiaconi, & Centenarii, aut Vicedomini, aut Vicejudicis, vel Vicecomitis aut ante bene nota teſtimonia, ut foras Marcas nemo mancipia vendat. Et hoc qui fecerit, tantis vicibus bannum ſolvat, quanta mancipia vendiderit. Et ſi non habet pretium in guadia, pro ſervo ſemetipſum Comiti donet, uſque dum bannum perſolvat. Item ut nemo audeat in furto mancipia emere, & in aliam regionem occulte ducere; ubi vero repertum fuerit, legali ſententia ſubjaceat.

(*d*) Ideſt de *loricis*. In Cod. Cathedr. Mutin. legitur: *de Brunis* (ita quoque appellabantur) *ut nullus foras Regno noſtro* &c.

(*e*) Ita quoque legitur in Codicib. Mutinenſ. *Somniare*, ſive *ſoniare*, eſt, Du-Cangio erudite explicante, procurare aliquid, curam habere &c. unde Gallica lingua deducit *ſoin*, & *ſoigner*. Non recte, ut mihi videtur, ſcriptum eſt apud Baluzium pag. 198. tom. 1. *in ſua caſa ſoniare faciat*. Error fluxit ex ſubſequente *caſa*.

(*f*) Codex Cathed. Mutin. *ad ipſius caſam ſedeant*. Eadem leguntur in editione Baluziana. Codex vero Eſtenſ. habet *in ipſa caſa ſedeant*.

(*g*) Codex Eſtenſ. *ut qui; pro prima*. Infra *naſus ipſius capelletur*. Cod. Cathedr. Mutin. hæc ita exhibet; *ut per primam vicem non moriantur, ſed oculum perdant: per ſecundam naſus ipſius latronis abſcindatur.*

(*h*) Caput hoc in nullo capitulari examplarium, nec in editione Bavarica reperiſſe ſe teſtatur Baluzius in capitular. t. 1. pag. 200; neque ideo hic poſui, quod illud repererim in Muratorio, ſed ne quidquid erat in Labbeo, qui illud poſuit ad num. XI. deeſſet.

ANNO CHRISTI 780.

☞ SYNODUS ROMANA

Pro inveſtiganda veritate ſacrorum Lypſanum S. Candidi ab Adriano papa

Anno circiter 780. celebrata.

Ex Manſi Suppl. t. 1 pag. 727.

CIrca hos annos, antea ſcilicet quam Aragiſius Beneventanus dux in ordinem a Carolo rege reduceretur, quod anno 786. contigit, & Italia nondum Longobardis repurgata, Carolus rex Francorum directo ad Adrianum papam Addone diacono concedi ſibi ſacra aliqua Sanctorum lypſana rogavit. Cui regis petitioni annuens Adrianus, nec auſus lypſana illa, quæ cultum ſuum in eccleſia aliqua haberent, loco movere, neſcio qua cæleſti revelatione territus elargiendum illi cenſuit corpus Sancti Candidi Martyris, quod olim a Paulo Papa Aciulfo cuidam presbytero conceſſum, in eccleſia quadam depoſitum fuerat. Verum ut fraudis ſuſpicio omnis tolleretur, ſynodum prius indicendam cenſuit, in qua ejus A corporis veritas auditis teſtibus diſcuteretur, ne forte contigiſſet, ut alterum pro altero corpus ſubſtitutum eſſet. Synodi hujus meminit Adrianus papa in ſua ad Carolum regem epiſtola, quæ in codice Carolino editionis Gretſeri eſt ordine LXI. *Concedimus ſanctum corpus,* (S. Candidi) *quia per concilium & fide dignas perſonas teſtimonium reddentes ejus locum atque eccleſiam reperimus, unde jam a fato domino Paulo papa ipſum ſanctum corpus apud jam dictum Aciulfum presbyterum conceſſum eſt.* Concilium hoc plane diverſum eſt ab eo, quod Hadrianus anno 792. Romam indixit; ut enim ex eadem epiſtola explorare licet, præceſſit annum 786. quo Aragiſius dux Beneventanus ad fidem coactus rediit.

ANNO CHRISTI 781.

SYNODUS ANTIOCHENA

De sacris Imaginibus.

Hujus ſynodi nihil aliud exſtat, præter fragmentum unum & alterum, quod deſcribitur a Theodoro Studita: Prius quidem lib. 3. epiſt. 294. pag. 700. his verbis.

Τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου ἐπὶ Θεοδωρίτου Παξιάρχου. B

Synodi Antiochenæ ſub Theodorico Patriarcha.

Οὐχ ὡς ἕτερον τῇ μορφῇ, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ἕνα κύριον ἐν μιᾷ μορφῇ ὄντα· καθ' ὃν καὶ χαρακτὴρ εἷς πεφυκὼς τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, καὶ πρὸ σαρκὸς ἀσώματος εἷς τε ἦν, καὶ ἐν σαρκὶ εἷς ἐστι. καὶ ἐν εἰκόνι ὁ αὐτὸς εἷς ὑπάρχει. μὴ διαιρούμενος εἰς δύο χαρακτῆρας, μήτε δὲ σχιζόμενος εἰς δύο δόξας, ἀλλ' εἰς μίαν συναγόμενος. Καὶ μεθ' ἕτερα. ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς εἷς ἐστιν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, καὶ εἰς ἐστὶ σωζόμενος πρόσωπον· οὕτω καὶ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ μία τέτευκται, καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱὸς Χριστοῦ· καὶ οὐκ ἕτερον χαρακτῆρα C ἐρρύμμυν τὸν κατὰ σάρκα ἐπιφανέντα ἡμῖν, καὶ ἕτερον τὸν κατ' εἰκόνα σχηματιζόμενον χαρακτῆρα ἐν εἴδει μορφῆς αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἅπαν. ἐπεὶ μήτε καθὸ σῶμα ὁ χαρακτὴρ εἴρηται, ἀλλὰ καθὸ ἀσώματον. Καὶ τοῦτο μᾶλλον διὰ τοῦ θείου Χρυσοστόμου διευκρινηθήσεται, τὸν χαρακτῆρα οὐράνιον λέγοντος, ἐπείπερ καὶ ἐξ οὐρανοῦ, οὐ καθὸ σῶμα, ἀλλὰ καθὸ ἀσώματον, ὁ μονογενὴς Θεὸς κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐσαρκώθη, καὶ ἐπεφάνη σῶμα περιθέμενος τὸ ἡμέτερον. Καὶ μετ' ὀλίγα. Οὐκοῦν ἐπεὶ κατὰ ἀναφορὰν αὐτὸν δείκνυσι τὸν χαρακτῆρα, αὐτὸν Χριστὸν προσκυνοῦμεν, καὶ οὐ τὴν ὕλην τεχνικῶς σχηματιζομένην ἐν τῇ εἰκόνι.

NOn ut alterum forma, ſed ut ipſum unum Dominum in una forma exſiſtentem: quatenus & character unus Patris ſubſtantiæ natus, & ante carnem incorporeus unus erat, & in carne unus eſt: & in imagine idem unus eſt, non diviſus in duos characteres, nec in duas ſciſſus glorias: ſed in unam coaleſcens. *Et poſt alia.* Sed quemadmodum ipſe unus eſt ex duobus contrariis, & in unam coaleſcit perſonam: ſic etiam ipſius imago & una eſt & ejuſdem unius Chriſti: neque alterum characterem ſecundum carnem apparuiſſe nobis dicimus, & alterum in imagine efformatum characterem juxta ſpeciem formæ ipſius: ſed eumdem unum: quoniam neque character dictus eſt quatenus corpus, ſed quatenus incorporeus. Et hoc clarius per divinum Chryſoſtomum explicabitur, qui characterem cæleſtem dicit: quippe qui e cælo, non quatenus corpus, ſed quatenus incorporeus, unigenitus Deus deſcendens de cælis incarnatus eſt, & apparuit corpore noſtro indutus. *Et poſt pauca.* Ergo quia per relationem ipſum oſtendit characterem, ipſum Chriſtum adoramus, & non materiam arte figuratam in imagine.

Ex Harduini Concil. t. 3 p. 1059.

Alter locus eſt in Antirrhetico ſecundo, pag. 124. *ubi Theodorum appellat eum, quem ſuperius Theodoritum vocavit.*

Αλλὰ καὶ Θεόδωρος ὁ Αντιοχείας ἀρχιεπίσκοπος, ἐν τῷ κατ' αὐτὸν συνοδικῷ, τὰ αὐτὰ φθέγγεται. Πρὸς δὲ τοὺς αἱρετικῶς ἀντεξαγομένους, D

Quin etiam Theodorus Antiochiæ archiepiſcopus in ſynodico ſuo eadem affirmat: Adverſus eos qui hæretico more obluctantur, dicuntque San-

ANNO CHRISTI 781.

ctorum imagines, quæ manu factæ sint, adorari non debere, atque idola illas imperite aut impie potius appellant. Sciant isti, & Cherubinos, & propitiatorium, arcam, & virgam, & mensam, quæ Moyses divinus fabricatus est, manufacta fuisse, quæ nihilominus adorabantur: Reprehendi autem a divina scriptura eos dumtaxat, qui sculptilibus adorationem tribuunt.

A καὶ λέγοντας ὡς οὐ δεῖ προσκυνεῖν τῶν ἁγίων τὰς εἰκόνας χειροποιήτους οὔσας· εἴδωλά τε ἀνοήτως, μᾶλλον δὲ δυσσεβῶς, ἀποκαλοῦνται. ἴστωσαν οἱ τοιοῦτοι, ὡς τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὸ ἱλαστήριον, ἡ κιβωτός τε καὶ ἡ ῥάβδος, καὶ ἡ τράπεζα, ἃ Μωσῆς ὁ θεσπέσιος κατεσκεύασε, χειροποίητα ἦσαν, καὶ προσεκυνοῦντο. Κατηγορεῖ δὲ ἡ θεία γραφὴ τῶν προσκυνούντων τοῖς γλυπτοῖς.

ANNO CHRISTI 781.

CAROLI MAGNI ALTERA IN URBEM

Profectio, & quæ in ea gesta sint anno Christi DCCXXCI.

REm paucis complexi sunt auctor vitæ Caroroli Magni, & post eum Rhegino Abbas, hæc sunt verba, post rerum anno DCCXXC. *in Saxonia gestarum narrationem*. Inito autem, *inquit*, consilio ut Romam pergeret orationis causa, una cum conjuge Hildegarda, celebravit natalem Domini in Papia civitate. Anno Dominicæ incarnationis DCCXXCI. Carolus rex a Papia egressus celebravit pascha Domini

B Romæ: & ibi baptizatus est filius ejus Pippinus ab Hadriano papa, quem & ipse de sacro fonte suscepit. Et duo filii ejus a supradicto Pontifice uncti sunt in reges, Pippinus super Italiam, Ludovicus super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum, ubi baptizata est filia ejus Gissa ab archiepiscopo Thoma: quam ipse archiepiscopus de sacro fonte levavit. His ita peractis reversus est in Franciam.

ANNO CHRISTI 782.

a SYNODUS COLONIENSIS

TEMPORE CAROLI MAGNI ET HADRIANI PAPÆ I.

Habita anno Domini DCCLXXXII.

a *SYnodus.*) Reverendissimus & illustrissimus Cardinalis Baronius anno 782. auctoritate Eginhardi scribit a Carolo Magno Coloniæ habitam fuisse synodum, eique in propria persona interfuisse, ac legatos diversarum gentium excepisse: quid vero in illa gestum fuerit, non liquet.

Ex Supplem. la Lande Labbeus in Append. tom. VI.

Memoratur ad Lippiam fluvium synodus hoc anno habita, simulque placitum, tum apud auctorem vitæ Caroli magni, tum etiam apud Rheginonem his fere verbis. Anno Dominicæ Incarnationis 782. Carolus Coloniam veniens, Rhenum transiit, & synodum tenuit, ubi Lippia oritur: ibique omnes Saxones convenerunt,

C excepto rebelle Vvidichindo. Illuc etiam venerunt legati Godefridi regis Nortmannorum, nec non etiam legati Avarorum: peractoque ibi placito reversus est Rex in Franciam. *Quam synodum Baronius & sequaces male colligunt Coloniæ habitam ex annalibus Eginhardi, cujus verba sic habent*. Rex in Saxoniam eundum, & ibi, ut in Francia quotannis solebat, generalem conventum habendum censuit: trajectoque apud Coloniam Rheno cum omni Francorum exercitu, ad fontem Lippiæ venit: & castris ibi positis, per dies non paucos ibidem moratus est, ubi inter cętera negotia legatos regum audivit.

ANNO CHRISTI 783.

CONCILIUM HISPANUM

In quo reprimuntur Megentiani.

Ex P. Pagi ad an. Ch. 783.

SCripserat Hadrianus Papa ad universos Hispaniarum Episcopos epistolam, quæ est XCVII. Codicis Carolini, eosque monuerat, ut Migentii cujusdam, ejusque discipuli Ægilæ Episcopi Illiberitani errores caverent. Hinc E-

D lipandus Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, convocato Episcoporum provincialium cœtu, Migentianos circa diem Paschatis aberrantes, ut ipse in epistola ad fidelem Abbatem gloriatur, incunctanter repressit

CONCILIUM INCERTI LOCI IN GERMANIA,

In quo decreta translatio episcopalis sedis Ratisbonensis ex ecclesia S. Emmerammi extra urbem ad ecclesiam S. Stephani intra urbis mœnia, circ. an. 781.

Ex Mansi Suppl. t. 1. p. 725

QUamquam Cointius & Pagius ad annum 781. omnem fidem abjudicant bullæ Leonis III. papæ, in qua translatio sedis e-

E piscopalis ab ecclesia S. Emmerammi extra urbem Ratisbonam ad ecclesiam S. Stephani intra eamdem urbem sitam sancta & rata esse jubetur,

ANNO CHRISTI 781.

betur, quibus ſcriptoribus fidem meam addico; non ita tamen rejiciendam bullam illam cenſeo, ut nihil veri continere judicem. Reipſa enim translatio illa facta eſt, ut prodit Arnulfus monachus in miraculis S. Emmerammi apud Pagium ibidem. Verum pariter cenſeo concilium pro translatione illa decernenda a Carolo rege habitum fuiſſe, quod in eadem bulla legitur his verbis: *Adalvinus* (epiſcopus Ratiſbonenſis) *juxta decreta canonum & cum auctoritate noſtra in præſentia piiſſimi imperatoris Caroli recta ratione in ſynodali concilio cum judicio epiſcoporum, clericorum, nec non nobilium laicorum de eodem loco cathedram pontificalem mutavit, & canonica auctoritate in civitate ad ecclesiam S. Stephani Protomartyris ſtatuit.* Probabile eſt enim & moribus ætatis illius conſonum, translationem illam nonniſi in concilio decretam fuiſſe. Quamquam vero in eadem bulla id præſtitum anno 798. ſub Adalvino epiſcopo legitur; cum tamen Arnolfus id præſtitum a Sindberto Ratisbonenſi epiſcopo tradat, Sindbertuſque anno 791. obierit, ut Pagius ibidem probat; hinc fieri nunquam potuiſſe conſtat, ut concilium illud anno 798. ſub Leone III. haberetur. Quare non immerito Pagius circa annum 781. id præſtitum aſſignat. Bullam recitat Hundius in metropoli Salisburgenſi, & Pezius Anecdotorum tom. I. par. 3. pag. 4.

ANNO CHRISTI 781.

ANNO CHRISTI 785.

HADRIANI PAPÆ CAPITULA,

QUÆ EX GRÆCIS ET LATINIS CANONIBUS,

Et ſynodis Romanis, atque decretis præſulum ac principum Romanorum ſparſim collecta ſunt, & Ingilramno Mediomatricæ urbis epiſcopo Romæ a beato Hadriano papa tradita, ſub die XIII. Kalendas Octobres, Indictione IX. quando pro ſui negotii cauſa agebatur.

ANNO CHRISTI 785.

ADMONITIO JACOBI SIRMONDI S. J.

De ſequentibus capitulis.

QUI ſequuntur Hadriani Papæ canones, & decreta, ſeu ſententiæ, (nam & his quoque nominibus appellari ſolent) in poſtrema editione, quæ Antonii Auguſtini notis illuſtrata eſt, ita diſtinctæ atque diſtributæ ſunt ut LXXII. capitulis comprehendatur. Cæterum octoginta numero fuiſſe conſtat. Hoc enim & priores editiones titulo ſuo teſtantur, & Gratianus, aliique canonum collectores cum horum canonum teſtimonio utuntur, eumdem numerum agnoſcunt. Quare quoniam in exemplaribus quoque noſtris confuſi, & ſine numerorum notis erant, prictinum numerum, id eſt octogenarium, ex conjectura reddidimus. Singulis etiam canonibus ſingula regum noſtrorum capitula, quæ his Hadriani ſententiis reſpondent, apponenda curavimus.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Quod qui epiſcopum accuſat, Dei ordinationem accuſat.*

II. *Qui negotium habet cum epiſcopo, prius ad illum privatim recurrat.*

III. *De primatu ſedis apoſtolicæ, & de legitima epiſcopi vocatione.*

IV. *De diſcutienda accuſatoris perſona.*

V. *Qualiter epiſcopus ad ſynodum convocetur, & qualiter in ea de illo agatur.*

VI. *Ut ſi quis metropolitanum ſuſpectum habuerit, apud primatem audiatur.*

VII. *De canonicæ accuſationis ordine.*

VIII. *Ut accuſatio clericorum intra provinciam fiat, & ut pulſatis appellare liceat.*

IX. *Salvo ſedis apoſtolicæ primatu, res provinciæ cujuſque ſynodus provinciæ diſpenſet.*

X. *Omnis accuſatio intra provinciam audienda.*

XI. *Quæ ſæculi leges non admittunt, a clericorum cauſis repellenda.*

XII. *Cauſæ ubi ortæ ſunt finiendæ, ſalva appellatione.*

XIII. *Epiſcopi ejecti & ſpoliati ante accuſationem redintegrandi.*

XIV. *Ut metropolitanus epiſcopi cauſam ſine comprovincialibus, & epiſcopus presbyteri cauſam ſine clericis ſuis non audiat.*

XV. *Accuſantium perſonam ante omnia diſcutiendam.*

XVI. *Ut his quorum libertas neſcitur, nequaquam accuſent ſacerdotes.*

XVII. *Ut criminoſus accuſandi vocem non habeat*

XVIII. *Nullus epiſcopus alterius parochianum retineat, ordinet, vel judicet.*

XIX. *De peregrinis judiciis non recipiendis.*

XX. *Ut epiſcopus extra provinciam ad judicium non vocetur, eique provocare liceat, ſi judices ſuſpectos habeat.*

XXI. *Quales perſonæ ad accuſationem non admittantur.*

XXII. *Ut accuſatores præſentes adſint, & accuſatis ſpatium detur ad abluenda crimina.*

XXIII. *De epiſcopis qui ad Romanum appellant pontificem.*

XXIV. *Qui clericum accuſat, ſi probare non poteſt, infamiæ jacturam ſubeat.*

XXV. *De primatum & metropolitanorum differentia.*

XXVI. *Judici omnia patienter audienda quæ proponentur, priuſquam ſententiam ferat.*

XXVII. *De iis qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica damnant: & quod epiſcopi vel presbyteri non debeant ab aliis judicari, niſi & a quibus ordinari.*

XXVIII. *Ubi judicari debeant qui adverſus epiſcopum vel metropolitanum cauſam habent.*

XXIX. *Ut epiſcopus accuſatus ab omnibus comprovincialibus audiatur.*

XXX. *De epiſcopo qui alterius parochianum ordinat, vel judicat.*

XXXI. *Ut eorum in accuſatione vel teſtimonio vox obſtruatur, qui divinis vocibus mortui ſunt.*

XXXII. *De non neganda appellatione accuſato.*

XXXIII. *Quod reis, qui de ſe confeſſi ſunt, ſuper alios non ſit credendum.*

XXXIV. *Ut qui judices ſuſpectos habuerint, vocem appellationis exhibeant.*

XXXV. *Quod omnibus qui lite pulſati ſunt, non alibi quam in proprio foro jurgandum ſit.*

XXXVI. *Ut*

ANNO CHRISTI 783.

XXXVI. *Ut appellantes nulla arceantur detentione.*
XXXVII. *Quod etiam in causis criminalibus appellare liceat.*
XXXVIII. *In causis capitalibus absens accusare non potest, nec accusatus per alium defendi.*
XXXIX. *De constitutionibus contra canones & decreta, vel contra bonos mores conditis.*
XL. *Ut non constringat clericum sententia non a suo judice dicta.*
XLI. *De his qui falsa aliis inrogant.*
XLII. *De provinciali retractanda per vicarios urbis Romæ episcopi.*
XLIII. *De iis qui majores natu accusant.*
XLIV. *Quod in causa capitali, vel in causa status, non per advocatos, sed per ipsos agendum sit.*
XLV. *Ut liceat majores judices appellare, quoties necessitas ingruerit.*
XLVI. *Ut metropolitani episcoporum causas, nisi præsentes omnes fuerint episcopi comprovinciales, audire non præsumant.*
XLVII. *Quæ in laicis arguuntur, a clericis respuantur.*
XLVIII. *De contemptoribus canonum, laicis vel clericis.*
XLIX. *Delatores qui sint, & qua pœna multandi.*
L. *De iis qui in alterius famam scripturam, aut verba contumeliosa confinxerint.*
LI. *De eo qui iratus crimen objecit, & postea retractat.*
LII. *Qui crimen objicit, probare debet: & ut causa ibi agatur, ubi crimen admissum est.*
LIII. *Ne judices causam absentis personæ sua sententia præsumant.*
LIV. *De eo qui frequenter litigat, ut non suscipiatur absque examine.*
LV. *Quod episcopi inter se corrigere, si quid ortum fuerit, debent.*
LVI. *Summus præsul a nemine judicatur.*
LVII. *Ut judex non ante reum condemnet, quam ipse confiteatur, aut per testes revincatur.*
LVIII. *Injusta episcoporum damnatio a synodo retractanda.*
LIX. *Quod ecclesiam suam relinquere nullus debeat.*
LX. *Ante judicem non suum pulsatus taceat si velit: & ut appellanti induciæ dentur.*
LXI. *De eo qui contra suam subscriptionem venit.*
LXII. *Falsum crimen adversus episcopum, presbyterum, diaconem objicienti nec in fine danda communio.*
LXIII. *De libellis famosis.*
LXIV. *Ut diebus dominicis causæ ab episcopo non audiantur.*
LXV. *De potente, si quem expoliaverit, ut ab episcopo excommunicetur.*
LXVI. *Ut nullus clericus a suo recedat episcopo.*
LXVII. *Ut criminibus implicati ad accusationem aut testimonium non admittantur.*
LXVIII. *Criminosi accusatio periculosa est, & admitti non debet.*
LXIX. *Miserorum ruinis qui succurrit, Dei a se removet vindictam.*
LXX. *De periculo judicantium, & providentia eorum.*
LXXI. *De accusatione adversus doctorem subinovenda.*
LXXII. *De presbyteris, diaconibus, & reliquis clericis, ex decreto sancti Silvestri, & LXXXIV. episcoporum.*
LXXIII. *Laici testimonium adversus clericum suscipi non debet.*
LXXIV. *Clericus in publico examinandus non est, sed in ecclesia.*
LXXV. *De episcopis damnare volentibus eum a quo sunt consecrati.*
LXXVI. *Ut nullus contra religionem faciat.*
LXXVII. *De apostolicis & canonicis decretis minime violandis.*
LXXVIII. *De injusto judicio principis metu vel jussu terminato, cassando.*
LXXIX. *Quod hi qui contra patres armantur, Deo existant odiosi.*
LXXX. *Ut nullus regum hujus canonis censuram in aliquo violare præsumat.*

CAPITULA.

I.

[a] DEi ordinationem accusat, in qua constituuntur, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritalia quam terrena sectantur. Unde propheta ait: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Capitular. Lib. VI. c. 280. 6. quæst. 1. Sacerdotes 1. Paral. 16.

II.

[b] Placuit, ut quæcumque persona contra episcopum, vel actores ecclesiæ, se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio; ut familiari colloquio commonitus, ea sanare debeat, quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem si * differre voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis. Lib. VI. cap. 287. * deferre

III.

[c] Nullus episcopus, nisi canonice vocatus, & in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, (cui jussione Domini, & meritis beati Petri apostoli, singularis congregandorum conciliorum auctoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum patrum decretis multipliciter privata tradita est potestas) super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel impetatur. Si aliter præsumptum a quibuslibet fuerit, in vanum deducatur quod egerint. Nec inter ecclesiastica ullo modo reputabitur, nec ullas habebit vires quidquid * obviaverit. Quoniam eadem sedes testante veritatis voce primatum obtinuit; nec prima dicetur, si aliam super se haberet. Quæ etiam caput est omnium ecclesiarum, a qua omnes sumpsere originem. Primatum enim non synodalibus, aut aliquibus commentis meruit institutis; sed Domino largiente qui ait: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam;* & reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit, præceptionibus non exeat impunitus, sed gradus sui periculo subjacebit. Addit. IV. cap. 12. * ei Matth. 16.

IV.

[d] Placuit ut semper primo in accusatione clericorum fides & vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet præcedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, aut non rectæ conversationis vitam ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viventes & credentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo, & corrigenda. Addit. IV. c. 11.

V.

[e] Sancta synodus Romana dixit: Hæc sunt Addit. IV. c. 11.

quæ

ANNO CHRISTI 785

quæ deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam & ecclesiasticos indifferenter sæviunt viros, conservari firmissime volumus in sæcula. [f] Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa ejus canonice deferatur. [g] Qui congruo in loco, infra ipsam provinciam, tempore a canonibus præfixo Nicænis, concilium canonice convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ episcopis in * eo audiatur. In quo & ipse canonice convocatus, si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit: [h] quia ultra provinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. [i] Nam si suis fuerit rebus expoliatus, aut, quod absit, quod alienum ab omnibus debet esse fidelibus, a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus; tunc canonice, antequam in pristinum restituatur honorem, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, redintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen judicandus, advenire sponte elegerit. Nec omnino a quoquam respondere cogatur, antequam omnia integerrime, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & præsul prius statui pristino restituatur: & ipse dispositis ordinatisque libere ac secure suis, tunc canonice convocatus, ad tempus synodo in legitima & canonica veniat ad causam, & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hęc omnia fiant coactus respondeat: quia contentio semper vitanda est. [k] Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest. [l] Quod si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat: [m] nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicum die statuta literis evocatus minime occurrerit: hoc est, nisi alia præoccupaverit necessitas, infra duorum vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dictaverit. [n] Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quærendum est in judicio, cujus sint conversationis & fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conversationis & rectæ fidei viri, & ii qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. [o] Quod si accusatorum personæ in judicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias habuerint causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas. [p] Infamis enim persona nec procurator potest esse, nec cognitor. [q] Absente vero adversario non audiatur accusator; [r] nec sententia absente parte alia a judice dicta ullam obtinebit firmitatem. [s] Neque absens per alium accusare, aut accusari potest. [t] Nec affinis testis admittatur. [u] Neminem ergo exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet; nisi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum; id est [x] ut actor semper rei forum sequatur. [y] Si quis autem judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

ANNO CHRISTI 785

VI.

[z] Si quis autem putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem, agat judicium, & reliqua. Addit. iv. c. 23.

VII.

[a] Accusationis ordinem dudum canonicis institutum decretis servari jubemus. Ut si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit; non statim reus æstimetur qui accusari potuit, ne subjectam innocentiam faciamus. Sed * quisque ille est qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, [b] vinculum inscriptionis arripiat, * custodiæ similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione, * patiatur; nec sibi fore noverit licentiam mentiendi, [c] cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Lib. viii. c. 13 238. * quisquis * custodiat * potiatur

VIII.

[d] Si quis clericus super quibuslibet criminibus pulsatus fuerit in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones: nec æstimet eum accusator suus alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. [e] Illi vero qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare. 3. q. 6. Si qui clericus. Addit. iv. c. 9.

IX.

[f] Salvo Romanæ ecclesiæ in omnibus primatu, manifestum est, quod illa quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsis provinciæ synodus dispenset, sicut in Nicæno constat decretum esse concilio. Lib. vi. c. 787.

X.

[g] Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. [h] Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur. Ibid.

XI.

[i] Accusationes & accusatores, atque ea negotia quæ sæculares non adiscisunt leges, divina ac synodica funditus a clericis repelli auctoritate censemus: [k] quia indignum est superiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt. Lib. viii. c. 11.

XII.

[l] Prudentissime justissimeque Nicæna, sive Africana decreta definierunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda: maxime quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, [m] ad concilium suæ provinciæ, vel etiam universale provocare. Lib. vi. c. 787.

XIII.

[n] Placuit episcopos ejectos, atque suis rebus exspoliatos, ecclesias proprias primo recipere, & sua omnia eis reddi; & postea si quis eos accusare vellet, æquo periculo facere. Judices esse decernentes episcopos recta sapientes, in ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum qui oppressi videbantur. Ibid

XIV.

[o] Nullus metropolitanus episcopus, absque cæterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, imo etiam causam in synodo pro facto dabit. [p] Nec reliquorum aliquis episcoporum suorum sacerdotum causas audiat absque præsentia clericorum suorum: Addit. iv. c. 10.

quia

5. q. 3. Si ægrotus.

quia irrita erit sententia episcopi, nisi præsentia clericorum confirmetur.

ANNO CHRISTI 785.

XV.

Lib. v. c. 139. [q] Primo semper vita & persona accusantium diligenter inquiratur, & postea quæ objiciuntur, fideliter pertractentur: quia nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius vita discutiatur.

XVI.

Lib. vi c. 276. 278. [r] Ii qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum fides, & vitæ libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare: [f] nec viles personæ in accusationem eorum admittantur.

XVII.

Lib. viii. c. 65. [t] Ii qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspicioſi, vocem adversus majores natu non habeant accusandi, sed ii qui omni suspicione careant.

* XVI. capitulum secundum Antonium Augustinum.

* XVIII.

Lib. viii. c. 229. * dijudicatio. [u] Nullus episcopus alterius parochianum presumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare: quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & * judicatio: quoniam censemus [x] nullum alterius judicis, nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

* XVII. Ant. Aug. Ibid. c. 230.

* XIX.

[y] Peregrina judicia generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab externis judicetur, qui provinciales & a se electos debet habere judices.

* XVIII. Ant. Aug. Lib. viii. c. 234.

* XX.

[z] Nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur; sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur; qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus tam clericis, quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit? Nam si ipse metropolitanum, aut judices suspectos habuerit, aut infestos senserit, apud primatem diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontificem judicetur.

* XIX. 3. q. 1. Omnes vero infames. Lib. viii. c. 76.

* XXI.

[a] Placuit ut nullus servus, nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset. [b] Omnes vero infames esse dicimus, quos leges sæculi infames appellant, [c] & omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt: [d] quoniam sicut majores a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt.

* XX. Lib. viii. c. 130.

* XXII.

[e] Placuit ut nullus episcopus quemquam clericorum judicare, aut damnare præsumat, nisi accusatus legitimos accusatores presentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

* XXI. Ibid. c. 235.

* XXIII.

Placuit, [f] si episcopus accusatus appellaverit Romanum pontificem, id statuendum quod ipse censuerit.

* XXII. Ibid. c. 340

* XXIV.

[g] Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit ille, sive sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis; qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. [h] Si quis vero circa hujusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis intelligat se jacturam infamiæ propriæ sustinere; ut damno pudoris, existimationis dispendio, discat sibi alienæ verecundiæ impune insidiari saltem de cætero non licere, sed qualem fratri paraverat damnationem, talem in se suscipiat.

ANNO CHRIST 785.

* XXIII. Lib. viii c. 34

* XXV.

[i] Nullus archiepiscoporum, nisi qui primas sedes tenent, appelletur primas, [k] aut princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, vel aliquid hujusmodi: sed tantum ille qui in metropoli sedet, aut metropolitanus, aut archiepiscopus vocetur, & suum in canonibus præfixum non excedens teneat cum humilitate modum. Et ille qui primam sedem retinet, tantummodo primæ sedis appelletur episcopus: salva semper in omnibus auctoritate beati Petri apostoli.

* XXIV. Lib. v. c. 24

* XXVI.

[l] Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adjiciendique patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter, nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus jam nihil habuerint in quæstione quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quoutque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter ergo interrogari oportet, ne aliquid forte prætermissum remaneat, quod annecti conveniat.

* XXV. Lib. viii. c. 24

* XXVII.

[m] Sunt nonnulli, qui indiscussos potestate tyrannica non canonica auctoritate damnant; & sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, & levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non adprobant. Ideoque communi decreto censemus, ut [n] quandocumque aliquis episcoporum criminatur, congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis, causa ejus audiatur, ut non occulte judicetur vel condemnetur: * qui ab aliis prius judicari non potest, nisi ab iis a quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

* quia

* XXVI. Ibid. c. 241.

* XXVIII.

[o] Si clericus, vel laicus habuerit causam adversus episcopum proprium, vel adversus alterum, aut episcopus adversus quemquam, apud synodum provinciæ judicetur. [p] Quod si adversus ejusdem provinciæ metropolitanum episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat primatem diœceseos, ut apud ipsum judicetur, aut apud sedem apostolicam.

* XXVII. Ibid. c. 79.

* XXIX.

[q] Si quis episcopus super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur, vel judicetur, qui sunt in provincia, episcopis.

* XXVIII

* XXX.

[r] Si quis episcopus judicaverit vel ordinaverit alterius parochianum sine consilio & voluntate episcopi sui, oportet eum non sine increpatione in communi concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.

* XXIX. 2. q. 7. placet eorum. Lib. viii. c. 24

* XXXI.

[s] Placuit eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos, vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia vocem funestam potius * intercidi, quam audiri oportet.

* interdici

* XXXII.

ANNO CHRISTI 785.

XXXII.

[t] Placuit ut accusato, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare: quia non oportet * negare audientiam roganti.

* XXXIII.

[u] Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque confessio.

* XXXIV.

[x] Si quis judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat: ut cum ei concessum fuerit, integro negotio apud alium judicem amotis dilationibus possit audiri.

* XXXV.

[y] Clericus, sive laicus, si crimine aut lite pulsatus fuerit, non aliubi quam in foro suo provocatus audiatur.

* XXXVI.

[z] Appellantem non debet afflictio ulla, aut carceris, aut detentionis injuriare custodia; * si liceat appellatoris vitiatam causam appellationis remedio sublevare.

* XXXVII.

[a] Liceat etiam in causis criminalibus appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

XXXVIII.

In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defensare permittitur.

* XXXIX.

[b] Constitutiones contra canones & decreta præsulum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti.

* XL.

[c] In clericorum causa hujusmodi forma servetur, ut ne quemquam eorum sententia * non a suo judice dicta constringat.

* XLI.

[d] Omnis qui falsa aliis intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

* XLII.

[e] Ut provincialis synodus retractetur per vicarios * Romani pontificis, si ipse decreverit.

* XLIII.

[f] De iis qui in accusationem majoris natu veniunt: & ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

* XLIV.

[g] Si quando in causa capitali, vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum.

* XLV.

[h] Placuit ut a quibuscumque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi major est auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

* XLVI.

[i] Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam pertinet propriam solummodo parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, suarumque ecclesiarum & clericorum, atque sæcularium necessitatibus, agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordi omnium administratione, sicut Dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare*; & alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Similiter & ipse comprovinciales episcopi cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum: ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

ANNO CHRISTI 785. Matth. 20. Matth. 23.

* XLVII.

[k] Quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari.

XLVIII.

[l] Ut laici contemptores canonum excommunicentur; clerici vero honore priventur.

* XLIX.

[m] Delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui invidia produnt alios.

* L.

[n] Qui in alterius famam in publico scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probaverit, flagelletur: & qui ea prius invenerit, rumpat, si non vult auctori facti causam incurrere.

* LI.

[o] Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convicium non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi studio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur: aut si forte resipiscens post iracundiam, quæ dixit iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis * habeatur.

* teneatur.

* LII.

[p] Qui crimen objicit, scribat se probaturum revera: & ibi causa agatur, ubi crimen admittitur: ut qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit ipse patiatur.

* LIII.

[q] Caveant judices ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant: quia irrita erit, imo & causam in synodo pro facto dabunt.

* LIV.

[r] Ejus qui frequenter litigat, & ad accusandum est facilis, accusationem nemo absque grandi examine recipiat.

* LV.

[s] De accusationibus episcoporum Constantinus imperator inter cætera sic ait: Vestræ, * inquit, accusationes tempus habebunt proprium, id est, diem magni judicii: judicem vero illum, qui tunc futurus est omnibus judicare. Mihi ergo homini constituto de hujusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium simul & accusatorum. Quos minime convenit tales debere monstrari, qui judicentur ab aliis, cum ab ipso Domino magis sint ipsi judicandi; de quibus ait propheta: *Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem Deus discernit*. Neque possunt humano condemnari examine, quos Deus suo reservavit judicio. Et reliqua talia, & his similia.

* quidem

Psalm. 81.

* LVI.

Neque præsul summus a quoquam judicabitur, quia dicente Domino: *Non est discipulus super magistrum*.

Luc.

* LVII.

[u] Judex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

LVIII.

LII.

* XXX. Ibid. c. 243. * negari

* XXXI. 3.q.11. Non est credendum. Lib.VII.c.244.

* XXXII. Lib.VII.c.170.

* XXXIII. 11.q.2. clericus, sive. Lib.VII.c.251.

* XXXIV. Ibid. c. 252. * & liceat

* XXXV.

6.q.3. In criminalibus. Lib.VII c.271.

* XXXVI. Lib.VII.c.265.

* XXXVII. 11.q.3. In clericorum. Lib.VII.c.266. * a non suo

* XXXVIII. 5.q.6. Omnis qui falsa. Lib.VI.c.277.

* XXXIX. Lib.VII.c.267. * urbis Romæ

* XL.

* XLI. 2.q.6. Si quando. Lib.VII.c.274.

* XLII. Lib. V. c. 250.

* XLIII. Lib.VII.c.275.

* XLIV. Lib.VII.c.276.

* XLV. Lib.VII.c.277.

* XLVI. Ibid. c. 278

* XLVII. Ibid. c. 281.

* XLVIII. 3.q.6. Qui crimen. Ibid. c. 282. 2.q.3. Omnis igitur qui.

* XLIX. Lib.VI. c.279.

* L. Lib. V. c. 245

* LI. Lib.VI.c.301.

* LII.

* LIII. Lib. V. c. 256.

* LVIII.

ANNO CHRISTI 785. * LIV. 11. q. 3 Irritam esse.

x Irritam esse injustam episcoporum damnationem : idcirco a synodo retractandam.

* LIX.

* LV. Lib VII c. 366. in manuscr.

y Ut ne quis, dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.

* LX.

* LVI. Lib. VII. c. 283.

z Pulsatus ante suum judicem causam dicat; & non ante suum judicem pulsatus, si voluerit taceat : a & ut pulsat, quoties appellaverint, inducia dentur.

* LXI.

* LVII. Lib. VI. c. 232.

b Si quis contra suam professionem vel conscriptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur; si laicus, anathematizetur.

* LXII.

* LVIII.

c Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, * nec in fine dandam esse communionem.

* nisi in fine dandam ei non esse

* LXIII.

* LIX. Lib. VI. c. 243.

d Si qui inventi fuerint libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.

* LXIV.

* LX. 25. q. 4. Nullus episcopus. Lib. VI. c. 245.

e Ut nullus episcopus, vel infra positus, die dominico causas judicare præsumat.

* LXV.

* LXI. Ibid. c. 246.

f Ut si quis potentum quemlibet exspoliaverit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

* LXVI.

* LXII. Ibid c. 247.

g Ut nullus clericus ab episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.

* LXVII.

* LXIII. Lib. VI. c. 298.

h Homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

* LXVIII.

* LXIV. 6. q. 1 Qui crimen intendit.

i Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fuit criminosus : quia periculosa est, & admitti non debet, rei adversus quemcumque professio.

* LXIX.

* LXV. Lib. VI. c. 250.

k Occurrere quisque fidelium ruinis miserorum debet subsidio * quo valet, & ex relevatione alienæ vindictæ a se Dei removere vindictam. l Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa.

* quo valet & r. a. u. a se Dei r. v.

* LXX.

* LXVI. Lib. VII. c. 287.

m Majus periculum est judicantis, quam ejus qui judicatur : unde unicuique providendum est, ne aliquem injuste judicet, aut puniat.

* LXXI.

* LXVII. Ibid. c. 288.

n Accusationes adversus doctorem nemo suscipiat : quia non potest humano condemnari examine, quem Deus suo judicio reservavit.

* LXXII.

* LXVIII. Lib. I. c. 139.

o Presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, aut subdiaconus adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. p Et non damnabitur præsul, nisi in LXXII. testibus. q Neque præsul summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est : *Luc. 6.* *Non est discipulus super magistrum.* r Presbyter autem in cardine constitutus, nonnisi LXIV. testibus damnabitur. Diaconus cardinarius constitutus urbis Romæ, nisi in XXVI. non condemnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, nisi, sicut scriptum est, in VII. testibus non condemnabitur. s Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes.

ANNO CHRISTI 785. 6. q. 1. c. 6. Testes.

LXXIII.

t Testimonium laici adversus clericum nemo suscipiat.

LXXIV.

u Nemo enim clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in ecclesia; & reliqua.

* LXXV.

* LXIX. Lib. VII. c. 8.

x Episcopi pontifici, a quo consecrati probantur, præjudicium inferre nullum possunt. Quod si præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

* LXXVI.

* LXX. Lib. V. c. 241.

y Non licet imperatori, vel cuipiam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere.

LXXVII.

z Providendum est, ne in aliquo apostolica aut canonica decreta violentur. Lib. VII. c. 90.

LXXVIII.

a Injustum judicium, & definitio injusta, regio metu vel jussu a judicibus ordinata, non valeat. Lib. V. c. 25.

* LXXIX.

* LXXI. Lib. VII. c. 28.

b Sic odit Deus eos qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur.

* XC.

* LXXII. 25. q. 1. Generali decreto Lib. VI. cap. 249. * fiat

c Item generali decreto constituimus; ut execrandum anathema*, & velut prævaricator catholicæ fidei, apud Deum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocumque crediderit, vel permiserit violandam.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Hadriani papæ Capitula.*) Quanti hæc olim habita fuerint in Gallia, ex eo intelligi licet, quod omnia in libros Capitularium regum transfusa sint. Videntur etiam nonnunquam episcopi eadem sibi, & ecclesiis suis, pro lege observanda proposuisse; ut Hincmarus Laudunensis, cujus in codice sanctæ Mariæ Virdunensis, post hæc Hadriani capitula, istiusmodi exrat professio : *Hincmarus Deo miserante ecclesiæ Laudunensis episcopus, his sanctorum apostolicæ sedis patrum decretis obtemperandum subscripsi. Qui quoque mihi eodem auctore commissi sunt, & in his similiter sentiunt, soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, hac mecum pace potiantur. Si vero aliqui secus nolentes fieri socii hujus disciplinæ, nec habeantur participes communionis nostræ. Actum Lauduno* VIII. *Idus Julias.* At horum contra auctoritatem, tamquam a sacris canonibus discrepantium, elevare atque infringere conatur Hincmarus Rhemensis adversus nepotem scribens cap. 24. qui & hanc ejus subscriptionem vellicat capite 36.

NOTÆ ANTONII AUGUSTINI

Archiepiscopi Tarraconensis.

De Hadriani papæ decretis sumptis, ut ajunt, ex Græcis & Latinis canonibus & synodis Romanis, atque decretis præsulum ac principum Romanorum, & traditis Ingelramno Mediomatricis urbis episcopo 13. Kalendas Octobris indictione 9. anno Christi 785. ut suspicor.

a *Dei ordinationem accusat*, &c.) His verbis utitur Telesphorus epistola 1. unde est cap. 8. Can. 6. quæstio 1. apud Gratianum, & Ivo. parte 6. cap. 314. decreti; & Anselm. lib. 3. cap. 13. eisdem utitur Eusebius papa epist. 2. Neque dissimilia sunt verba Alexandri papæ epist. 1. & epist. 2. ex qua sumitur cap. 2. dist. 94. licet falso Antonius Democharis ediderit epist. 10. ut etiam Antonius Contius : nec recte Gratianus verba Alexan- Cap. 1.

ANNO CHRISTI 785

xandri de apostolicæ sedis legatis intellexerit, quæ de omnibus episcopis dicta sunt. Sic enim ait ad omnes episcopos scribens: *Qui vos persequitur, ipsum, cujus legatione fungimini, persequitur: quia sicut ipse filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos ejus vice in ecclesia estis constituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini.* His annexa sunt verba a Grat. relata: *Si quis autem legationem vestram impedit*, &c. Alexandri verba refert concil. Triburien. cap. 9. Hujus capitis verbis utitur capitulare lib. 6. cap. 280. & lib. 7. cap. 167. sed & lib. 5. cap. 170. sic ait: *Detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice legatione funguntur in ecclesia*, eadem verba invenies lib. 6. cap. 98. Vide etiam lib. 7. cap. 462.

Cap. 2.

b *Placuit, ut quocumque*, &c.) Similia verba concilii Nicæni fuisse cap. 27. testatur Julius papa cap. 7. in epist. ad oriental. & Athanasius & alii episcopi in Alexandrina synodo congregati, in epist. ad Felicem II. Sed multo ante idem ab apostolis traditum esse ait Anaclet. epist. 2. unde sumitur cap. 15 in fine 2. quæst. 3. Ivo. 4. 55. Panorm. & 5. 238. Decreti. Eadem Alexand. epist. 1. ait a tempore apostolorum observari. Ejus aliquot verba Grat. cap. 16. quæst. 7. Burchard. lib. 1. cap. 132. & cap. 144. quo loco ut Julii verba referuntur, non omnino falso; ut Alexand. verba Ivo. 4. 5. 6. Panorm. ut Julii parte 5. cap. 257. Decreti; ut Alexand. Anselm. lib. 3 cap. 81. De eadem re extat Stephani papæ ep. 2. ex qua sumitur 2. qu. 2. cap. 3. plenius propter relatum a Burch. lib. 1. cap. 142. Item Sixti 2. epist. 2. & post Nicænum conc. epist. Felicis II. ad Athanas. & Alexandrinam synodum cap. 2. nec non cap. 17. concilii Aurelianensis. Hujus cap. verba refert lib. 6. cap. 287. &c. 21. & lib. 7. cap. 135. in additis. Vide etiam lib. 7. cap. 350. capitul.

Cap. 3.

c *Nullus episcopus, nisi*, &c.) Hæc sumpta sunt ex Nicæna synodo, ut refert Julius papa epist. 1. ex qua sumitur 5. quæst. 4. cap. 1. & aliis verbis epist. 2. & Athanasius, ac reliqui in Alexandrina synodo ad Felicem II. Ex qua sunt 9. quæst. 3. cap. 11. & cap. 12. falso Anastasio patriarchæ ad Felicem papam inscripta, & apud Ivonem parte 5. cap. 15. Decreti itidem mendose relata. Idemque Felix ait in epist. ad eosdem Ægyptios episcopos cap. 18. Sed ante concilium Nicænum eadem sententia ab apostolis est accepta, ut testatur Eleutherius papa epist. ad Galliarum episcopos, unde sumitur 3. quæst. 6. cap. 7. Ivo 4. titul. 12. Panorm. & 6. 316. Decreti, & Victor papa epistola 1. & Sixtus secundus epistola 1. ex qua est 3. quæst. 6. cap. 5. sed ex Victoris epist. Burchard. lib. 1. cap. 176. & ex Julii cap. 144. ex Decret. Gregor. Sixti Victoris Ivo lib. 4. titul. 12. cap. 2. Panorm. Sed pro *Gregorii* scribo *Julii*, ut parte 5. cap. 257. Decreti. Testatur idem Victoris successor Zephyrinus, epist. 1, ex qua est 5. quæst. 4. cap. 2. Anselmus lib. 3. cap. 4 qui diminute referunt epistolæ verba. Sic enim est in libris conciliorum: *Nec antea finiatur, sicut ab apostolis & successoribus eorum olim statuium est, qua ejus auctoritate fulciatur*; neque hoc a Democharе & Contio omitti debuit. Sic etiam 2. quæst. 1. cap. 5. quod *Felicis* nomine inscribitur, & recte Democharеs notat eadem verba esse Zephyrini epist. 1. Felicis epist. ad Paternum, quæ etiam prima est; sed verba quæ apud Gratianum desiderantur, notata non sunt. Contius alium errorem addidit numerorum. Appellat enim caput quartum illud quintum, ut aliis capitibus falsos numeros addidit. Verba omissa sunt (*apostolica freti auctoritate*) ante illa (*aut reum se ipse confiteatur*) Burchardus 1. 154. ex Zephyrino, *Apostolica fultus auctoritate* ex cap. 157. ex Felice, *Apostolica fretus auctoritate*. Ivo Carn. 4. 12. 11. Panormitanus, *quę apostoli fulti fuerint auctoritate*. Ex Zepherino. Sic etiam Anselmus lib. 3. cap. 66. licet cap. 65. ex Felice, *quam apostolica auctoritate*. De eadem re extat Marcelli papæ epistola 1. unde est cap. 15. Can. 24. quæst. 1. Anselm. 1. 15. & 2. quæst. 6. cap. 6. quod plenius est apud Anselmum lib. 3. cap. 7. item ejusdem Marcelli epist. 2. unde sumitur cap. 1. distinct. 17. Sed latius patent Marcelli verba. Addamus Miltiadis epist. ad Hispaniæ episcopos: cujus pars refertur a Burch. lib. 1. cap 2. & Ivone parte 5. cap. 49. Decreti. Hæc anteriora sunt ex Nicæna synodo, ex posterioribus videatur epist. Stephani & Africanorum ad Damasum, & Damasi epist. 3. ad eosdem episcopos: unde est 3. quæst. 6. cap. 6. quod mendose editum est a Democharе & Contio. Nam pro illis verbis, *quoniam omnes appellare*; scribendum est, *quam omnes appellare*; & referuntur ad sedem apostolicam. Burchard. lib. 1. cap. 179. qua habet, & Ivo parte 5. cap. 295. Decreti. Sed ambo omittunt superiora verba oppido necessaria. Ivo Callisti esse ait, quæ Damasi sunt. Anselm. recte lib. 2. cap. 67. init. hujus capitis verba paucis exceptis refert capitul. lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 150. in ipsius additis plenius.

d *Placuit ut semper*, &c.) In vetere lib. Anselmi Lucensis lib. 3. c. 88. ab his verbis usque ad ultimum caput omnia dicuntur esse ex decretis Hadriani papæ. Sed ego nihil Hadrianum constituisse existimo, sed collecta tradidisse Mediomatricis episcopo. Hoc quidem certe caput olim fuit XLV. Nicæni concilii, ut apparet ex epist. Julii papæ ad Eusebium, Theogenium & alios orientales episcopos, cap. 11. sed ante id concilium multorum est pontificum Romanorum. Initium sumamus ab Evaristo epist. 2. unde est 2. quæst. 7. cap. 17. Ivo 7. 7. Panormiæ. Mox Sixtus epistola 1. in fine. Cujus sunt tum alia, tum illa verba hic quoque relata: *Dubius in fide infidelis est*, &c. quæ habet Gregorius IX. sub titul. de hæret. cap. 1. nomine Stephani omnibus episcopis, & ante eum Bernard. Papien. lib. 5. titul. 6. cap. 1. collect. 1. decretal. rectius Burchardus lib. 1. cap. 144. ex Julii epist. de qua supra. Sic etiam Ivo parte 5. cap. 257. nec hoc Anton. Cont. mutavit in editione juris pontificii omnium optima. Tertius accedat Pius papa epist. 1. ex qua est 3. quæst. 4. cap. 3 Quartus Callistus epist. 2. ex qua sumitur 2. quæst. 7. cap. 18. plenius Burchardus lib. 1. cap. 171. & Ivo 5. 289. Decreti. Quintus Fabianus epist. 1. cum filiis apostolicæ & universalis ecclesiæ, hoc est, in synodo Romana. Ex ea est 3. quæst. 4. cap. 7. plenius Anselmus lib. 3. cap. 17. Sextus Stephanus epist. 2. cujus illa verba sunt: *Apostoli & successores eorum & reliqui sancti patres noluerunt fieri factiem episcoporum accusationem*, &c. Postremus Marcellus sit epistola 2. qui etiam apostolos ait, & eorum successores sub divina contestatione constituisse, non debere fieri persecutiones, &c. quæ verba mendose refert Gratianus distinct. cap. ultimo & Anselm. 6. 187. Nunc addamus alterius œcumenici concilii caput a Nicolao pontifice relatum in epist. ad Michaelem imperatorem. Græce extat caput 6. Constantinop. synodi apud Gratianum 4. quæst. 1. cap. 2. Ivo. 4. 7. 10. Panorm. & 14. 70. Decreti nec dissimile est cap. 11. Chalced. synodi, unde est cap. 46. apud Gratianum 2. quæst. 7. Anselmum lib. 30. cap. 114. sive 115. adde cap. 96. Concil. Carthaginens. 4. & cap. 11. concilii Toletani sexti, unde est cap. 9. Gratiani 3. qu. 9. falso inscriptum *ex Toletano septimo*, quod Democharеs recte mutavit. Burchard. lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis paœ cap. 15. edidit. Est sane Felicis secundi epist. 1. cap. 11. mentio hujus Nicæni capitis. Partem denique verborum hujus capitis invenies in capitul. lib. 5. cap. 183. & 239. integrum caput lib. 7. cap. 147. in additis.

e *Sancta synodus Romana dixit: Hæc sunt*, &c.) Cap. 5. His verbis decipiuntur, qui putant Hadrianum hos canones in synodo Romana constituisse. Sunt autem verba ejus synodi quæ habita est sub Felice a 70. episcop. ut constat ex epist. 2. Felicis, qui multis sæculis fuit ante Hadrianum, sub Claudio & Aureliano imperatoribus, Damaso teste. Eadem verba sunt in capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.

f *Si quis Episcopus ab illis*, &c.) Hæc verba Felicis refert Greg. IX. sub tit. de accusatione cap. 2. sed non recte ait esse ejusdem Felicis, cujus est caput: Namque illud est ex epist. 1. cap. 17. Felicis secundi, hoc ex secunda Felicis primi. Bernard. Papien. lib. 5. tit. 1. c. 1. & 8. itidem refert ordine neglecto temporum. Contius utrumque caput ejusdem Felicis esse arbitratur. Burch. lib. 1. cap. 169. &c. 174. utrumque Felicem appellat, & Ivo parte 5. cap. 271. & 291. Decreti. Hujus thematis sententia refertur tum ab Athanasio, & Alexandrina synodo, tum ab eodem Felice minore, cap. 2. & 3. epist. 1. ad eumdem Athan qui testis est hoc etiam fuisse sumptum ex Nicæna synodo: sed ante eam synodum eadem fuit sententia tam primi Felicis quam Stephani epist. 2. Postea legendum est 6. caput Græcum Constantinop. synodi, & c. 7. Carthag. III. quod est Græcis c. 19. concilii Charthag. ex quo sumptum est c. unic. Grat. 4. q. 5. falso inscriptum ex concil. Carthag. IV. ut recte Democharеs notat. Burch. 1. 160. incertius ex Carthag. cap. 19. Sed Græcos secutus esse videtur Ivo 4. tit. 2. Panorm. cap. 12. mendose, part. 5. cap. 270. Decreti, cap. 8. *& in majus ex Concilio Carth. IV.* cap. 19. utrumque mendosum est. Ansel. lib. 3. cap. 33. ut Burch. vide hujus them. verba in additis cap. lib. 7. cap. 143.

g *Qui congruo in loco*, &c.) Felicis verba refert præter Anselm. 3. 88. Burch. 1. 174. Ivo 5. 292. Decreti: sed in Felicis epist. non est, *tempore a canonibus præfixo Nicæni*, fuit enim Felix multo antiquior: sed, *tempore congruo*. 1. autumnale, vel æstivo: quod confirmatur canone 37. apostolorum, & Nicæno 5. ex quo est caput 1. dist. 18. mendose tamen a duobus Antoniis editum, *mundum jejunium & solemne munus Deo possit offerri*. Est enim scribendum, *mundum & solemne munus Deo possit offerri*. Græce est τὸ δῶρον καθαρὸν προσενεχθῆναι τῷ θεῷ. Quamvis in his verbis illa verba *& solemne*, non agnoscamus, quæ in multis Latinis editionibus horum canonum non legimus, sint licet in veteri libro Maffei, non sunt in Carthag. VI. synodo, neque in Dionysii Exigui interpretatione. Cætera a Felice scripta confirmantur verbis concilii Nicæni relatis a Julio papa in epistola ad orientales c. 23. 24. 25. & 26. & fortasse Nicænæ synodi c. 63. 66. vel 67. Itaque in ea synodo actu testari videtur Athanas. & reliqui

ANNO CHRISTI 785.

Omnes illæ epistolæ suppositiæ 1. 1. & 2. vide suis locis.

ANNO CHRISTI 785.

Ægyptii in epist. ad Felicem II. & idem Felix ad eosdem Ægyptios c. 3. unde est 5. q. 2. c. ult. quod non recte scribitur, *Felix papa Anastasio*, &c. (Sed scribendum, *Felix secundus Athanasius*, &c.) In quo etiam Antonianæ editiones errarunt, quamvis est addi-tis a Demochare id mutari potuerit. Burch. lib. 1. cap. 221. ex Decretis Felicis papæ c. 4. & Ivo parte 5. c. 335. Decreti. Ante concil. Nicænum extat epist. 1. Zephyrini papæ, de qua diximus c. 3. habere quædam cum epist. 1. Felicis communia, & totidem verbis conscripta, & male a Grat. relata. Extat Fabiani papæ epist. 3. cujus etiam magna pars reperitur a Sixto III. in epist. ad orientales c. 3. ex ea Fabiani epist. sunt tria Gratiani capita 3. q. 6. duo Burch. lib. 1. c. 147. & 148. duo itidem Ivonis parte 5. c. 260. & 261. Decreti. Denique Steph. epist. 2. de eadem re statuit. Addamus cap. 6. Græcum Constant. synodi œcumenicæ. Hujus them. verba vide dist. cap. 143. in additis lib. 7. capitul.

h *Quia ultra provinciæ terminos*, &c.) Julius epist. 2. c. 32. testatus hoc esse in synodo Nicæna statutum; fuerat olim ab Stephano papa epist. 2. decretum, unde est 3. q 6. c. 4. Ivo 45. 4. Panorm. Anselm. 3. 74. præter Felicis epist. 1. & 2. de quibus supra: vide infra caput 10. videatur etiam. Valentiniani & aliorum constitutio 5. lib. 9. tit. 1. Codicis Theodos. in eadem verba magna ex parte referuntur. Est autem ea constit. 10. in integro lib. Adde dist. cap. 143. in additis capitul.

i *Nam si quis fuerit rebus spoliatus*, &c.) Hæc Felicis verba refert Gratianus 3. q. 2. c. 8. sed non recte eumdem putat fuisse cap. 7. & 8. scriptorem, cum illa sint Felicis secundi epist. 1. c. 8. hoc primi epist. 1. Burch. lib. 1. c. 174. partem horum verborum refert & Ivo 4. 6. 3. & 5. Panorm. & 5. 245. & 292. Decreti. Multi hoc ipsum pontifices decreverunt, quorum aliqui apostolorum esse institutionem asserunt, aliqui Nicæno concilio tribuunt. Primum laudemus Zephyrinum, epist. 2. cujus est c. ultimum 2. q. 2. in quo ante verbum *ejectos* addendum est *episcopos*, quod non desideratur apud Ivo lib. 4. tit. 6. c. 2. Panorm. Secundum Fabianum epist. 2. ex qua est caput 2. Grat. 3. q. 1. Tertius sit Stephanus epist. 1. cujus est 2. q. 2. caput 3. plenius apud Burch. lib. 1. c. 142. & Ivo parte 5. caput 255. Decreti. Quartus Cajus papa in epistola ad Felicem episcopum, cujus est caput 1. apud Grat. 3. q. 1. mendose a Demochare editum. Quintus Marcellus epist. 2. ad Maxentium *tyrannum*, non *episcopum*, ut appellat. Grat. 96. distinct. caput ult. Maxentium tantum Anselm. 6. 187. Sextus Marcelli successor Eusebius epistola 2. cujus sunt apud Grat. 2. quæst. 2. c. 4. & 3. qu. 2. c. 6. & 3. qu. 1. c. 3. & 4. & Ivo 4. 6. 4. & 7. Panorm. & 5. 249. Decreti, & Anselm. libro 3. c. 44. & 51. qui caput illud 3. & c. 4. Grat. 3. qu. 1. quorum initium est *redintegranda*, latius refert. Septimus Julius epistola 2. qui non solum verba refert Nicæni concil. cap. 28. quod est Julii 8. sed etiam cap. 35. sententiam ejusdem concilii latius persequitur. Hinc cap. 5. Grat. 2. quæst. 2 desumptum est. De eadem re Athanasius, & Alexandrina synodus ad Felicem II. & ipse Felix ad eosdem cap. 3. 4. & 8. ex cap. 3. est 5. qu. 2. cap. ult. de quo diximus them. 2. Item Africanæ provinciæ Stephanus, & alii episcopi ad Damasum, & Damasus ad eosdem epistola 3. refertur ab Isidoro in prologo conciliorum: Leonis epist. ad Chalced. synodum, aliaque permulta ex Eusebii histor. de qua Nicol. apud Grat. 33. quæst. 2. cap. 3. & ex synodo Larissæ sive Lampsaci habita, & ex aliis synodis atque Decretis. Nos Symmachi mentionem faciemus, qui in synodo Romana V. totidem verbis, quot Euseb. epist. 2. scripsit: eisdem quoque utitur Joan. Papa epist. 2. ex qua est 3. qu. 1. cap. 3. latius relatum ab Anselm. 3. 44. item 12. qu. 2. cap. 7. quod recte Eusebio adscribit Ivo parte 5. cap. 249. item 3. qu. 2. c. 1. Postremo Pelagius II. in epist. ad episcopos Italiæ; ex qua est cap. 2. Grat. 3. qu. 2. Latini ab Anselm. lib. 3. cap. 59. relatum. Adde ex additis capitul. d. lib. 7. cap. 143.

k *Adimit namque episcopo*; &c.) His Felicis verbis utitur concilium Africanum cap. 54. Græci vero 88. sive 87. ejus verba refert Greg. IX. sub tit. de judiciis cap. 1. cum aliqua varietate. Bern. Papiens. collect. 1. lib. 2. tit. 1. cap. 1. Burch. rectius lib. 1. cap. 181. & Ivo parte 5. cap. 297. & capit. d. lib. 7. cap. 143. in additis.

l *Quod si ægrotans*, &c.) Hæc Felicis in Romana synodo verba refert Grat. 5. quæst. 3. cap. 1. ut ex Romana synodo, tempore Hadriani Papæ. Burch. rectius 1. cap. 51. ex decretis Felicis papæ cap. 11. & Ivo 4. 2. 7. Panorm. & 5. 161. Decreti. Sed Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ de hac eadem re Felix II. epist. 1. cap. 6. Videndus & cap. d. cap. 143.

m *Nec a communione suspenditur*, &c.) Nihil antiquius extat hac de re can. 74. apostolorum, cujus formam servatam legimus in conciliis. Hæc quoque verba sunt concilii Carthag. III. cap. 7. quod est Græcis cap. 19. Carthag. concilii. Ex eo est cap. ult. 4. q. 3. de quo supra dictum est. Videnda quoque est Felicis II. epist. 1. c. 8. & Grat. & Anselm. paulo ante relati, & capit. d. cap. 143.

A n *Quod si ex utraque parte*,) Hæc Felicis verba refert Ivo tit. 7. cap. ult. Panormiæ, & parte 5. cap. 248. Decreti: vide quæ diximus cap. 4. & infra cap. 15. & capit. d. cap. 143.

ANNO CHRISTI 785.

o *Quod si accusatorum*, &c.) Refert hæc ut Felicis verba Grat. 3. q. 10. cap. ult. & 4. q. 6. cap. 3. sed cap. 4. ejusdem quæstionis ut Hadriani papæ, nec recte Demochares Felicis verbis addidit ex cap. 13. epist. decretali; suspicor voluisse Felicis II. epist. 1. cap. 13. offerre. Ivo quoque non recte parte 6. cap. 418. Decreti, ut Felicis III. Decret. 2. ad episcopos Galliæ verba refert, & in marg. addita sunt Democharis verba, & ex cap. 13. epist. decretal. sed parte 5. cap. 248. Felix decret. 2. ad episcopos Galliæ. Pulcherrimus est hac de re canon 6. Græcus Constantinop. concilii, cujus pauca extant verba in epist. Nicolai papæ ad Mich. imper. relata apud Grat. 3. q. 5. cap. ult. & 4. qu. 1. cap. 2. Ivo. 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. Est etiam de eadem re cap. 7. concil. Carthag. tertii, Græci 19. caput Carthag. synodi ex quo caput. 1. Grat. 4. q. 6. non ex B quarto Charthag. sumptum, ut est in Antonianis editionibus. Burch. 1. lib. c. 160. ut Græci ex concilio Carthagin. cap. 19. Ivo parte 5. cap. 270. Decreti ex concilio Carthagin. cap. 8. non recte, ut supra dictum est, illud non diximus in extremo cap. Grat. 4. q. 5. editum esse ab utroque Antonio, *si se ad diem statutum non noluisse, sed non potuisse occurrere probaverit*. Ivo in Panorm. *si se ad diem constitutum occurrere non voluisse, sed non potuisse probaverit*. Idem in Decret. *si se ad dictum constitutum occurrere non voluisse*, &c. Anselm. *si se ad diem occurrere non potuisse probaverit*. At in Latinis conciliis est, *si se ad diem occurrere voluisse, sed non potuisse probaverit*: in Græcis ἐὰν δυνηθῇ ἀποδεῖξαι, κατὰ τὴν προθεσμίαν δ' μὴ πεδεληκέναι, ἀλλὰ μὴ δεδυνῆσθαι ἀπαντῆσαι. In veteri Maffæi libro est, *sese ad diem occurrere noluisse, sed non potuisse probavit*: quod non minus mendosum est. Joan. Zonaræ verba sunt: ἐὰν φανῇ μὴ ἐξ οἰκείας θελήματος καθυφερνῆσαι, ὥστε μὴ ἐκπροθέσμως ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ μὴ δυνηθῆναι, δι' λόγου καὶ δικαίας μοίρας. C *Si ostenderet*, inquit, *non ex sua* (libera) *voluntate contempsisse ut non die constituta occurreret, sed non potuisse ex justa vel excusationem admittente causa*. Mihi verba conciliorum Latinorum apertiora videntur, sed in tanta varietate cum ea cum Græcis confero, quæ suspicor non fuisse Græce initio edita, sed magis e Latinis conversa, magis in eam partem inclino ut Burch. scripturam probem: nec mirum est si verba Latina Africani concilii duriora sint, cum vix ullus ex veteribus scriptoribus, Cypriano excepto (quem *Cyprianum* dictum fuisse, non libenter apud Cyprianum Lactantium legimus) disertioribus viris placere possit. Habeo Burchardi veterem librum, qui cum edito facit. Verba quoque libri Maffæi, quem scio esse vetustissimum, non multum a Burchardo dissentiunt. Addo extare apud Felicem II. epistola 1. capit. 8. similia verba. *Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit*. Apertius diceretur, *quod non quia noluerit, sed quia non potuerit venire, non venerit*. Sed hæc hactenus. Est & aliud Carthaginense concilium VII. cujus cap. 2. D non dissimilis sententia est. Græcis est cap. 130. a Gratiano dicitur Carthaginense VIII. capite 2. causa 4. q. 6. quod recte a Demochare animadversum est. Ivo etiam recte parte 16. cap. 64. Decreti, idem dicitur Africani concilii capite 96. Hujus them. verba paucis exceptis refert capitul. lib. 5. capite 241. & lib. 7. cap. 90. & 119. & addit. cap. 143.

p *Infamis enim persona*, &c.) Hæc Felicis in synodo Romana verba refert Grat. ut Romæ synodi verba 3. q. 7. cap. 1. Ivo lib. 4 tit. 7. cap. 24. Panorm. ut Stephanus episcopis Galliæ in 2. decretali, non recte: sed parte 5. cap. 248. & parte 6. cap. 331. Decreti optime ut Felicis episcopis Galliæ, & multa alia verba ex eadem epist. affert, quæ D. Grat. refert tria sunt, &c. non ex epist. Felicis sunt, sed Gratiani ex digestis, ut recte Contius notat. Sic etiam Anselm. l. b. 3. cap. 7. recte Felicis nomen, & aliquot alia verba refert. Sed male inscripsit *Felix universis episcopis*, nisi addas *Galliæ*. Videndus Paulus, & Pauli interpres Anianus lib. 1. tit. 2. E sent. & capit. lib. 7. cap. 143. in additis.

q *Absente vero adversario*, &c.) Hæc recte Felicis papæ adscripsit Grat. 3. qu. 9. cap. 11. & 18. Ivo 4. 7. 2. Panorm. & 5. 248. & 6. 331. Decreti. Anselm. 3. 7. idem in Nicæna synodo cap. 33. & 66. & statutum esse Julius ait epist. 2. cap. 9. 24. sed multo antiquior extat Telesphori epist. ex qua est cap. 1. Grat. 3. q. 9. Anselm. 3. 13. & Zephyrini epist. 1. unde est ejusdem Grat. cap. 13. cujus verba distingui debuerunt a Grat. verbis. Illa enim, *nisi fuerit absens*, &c. Gratiani sunt, superiora Zephyrini, quæ Burch. 16. lib. 13. c. refert latius: *In sacris libris hæc sunt*. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem prius, quam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act. c. 25. adde cap. d. cap. 143.

r *Nec sententia*, &c.) Præterea supra scripta est Eleutherii epist. ex qua est caput 2. Grat. 3. q. 9. Ivo parte 6. c. 319. Decreti. Anselm. lib. 3. c. 28. Hujus Feli-cis

ANNO CHRISTI 785.

cis epist. 1. ante eum Callisti epist. 2. ex qua est c. 3. Grat. c. 9. Burch. lib 1. c. 171. Ivo parte 5. c. 289. Decreti Ansel. 3. 34. Addatur Julii epist. 1. c. 3. & Damasi epist. 3. ex qua est caput 5. & caput 6. Grat. 3. q. 9. Ivo 6. q. 347. Decreti. Item concil. Carthagin. 4. 30. & quod postea inveni. Cornel. papa idem statuit epist. 3. ex qua est 3. q. 9. cap. 4. Anselm. 3. 37. & apostoli apud Clementem lib. 2. c. 53. & 55. constit. apost. Vide ex capitul. c. 204. Apud Ivonem parte 16. c. 316. Decreti, (& constitutio 15. Grat. Aug. & aliorum lib. 9. tit. 1. Cod. Theod. quæ apud Anianum est 9. constitutio, & in Cod. Justin. const. 14. lib. 9. tit. 2. sed nimis concise relata) vide dist. c. 143. capitul.

f *Neque absens per alium*, &c.) Sententia non dissimilis est c. 58. concil. Nicæni apud Julium epist. 2. cap. 20. totidem verbis olim Hyginus papa epist. 1. in fine, ex qua est 2. q. 7. c. 52. & Lucius papa in epistola ad Galliæ & Hispaniæ episcopos, aliis verbis Callistus epist. 7. cujus est 2. q. 8. c. 1. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo 5. 289. Decreti. Anselm. 3. 54. & Stephanus papa epistola 2. ex qua est c. ult. c. q. 8. Burch. 1. 177. Ivo 4. 7. 1. Panorm. & 5. 293. & 328. Decreti. Anselm. 3. 55. adde Dionysium papam epist. 2. Marcellum epist. 2. cujus est caput 5. Grat. 3. q. 9. Damasus epist. 3. ex qua est 4. q. 4. c. 2. Ivo 6. 337. Decreti & epist. 6. ex qua sumitur 5. q. 2. c. 3. & 11. q. 3. c. 76. Denique addatur ex Toletano concil. VI. c. 11. ex quo est 3. q. 9. cap. 9. licet mendose Grat. *ex Toletan. VII.* ut recte mutat Demochares. Burchar. lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ cap. 15. quod defendere nondum cogitavi: totidem verbis c. 47. concil. Vvormatien. extat. In Toletano concilio additur exceptio, nisi ubi *pro cap. regiæ majestatis versatur causa*: quod Burch. & Gratian. omiserunt. Postremo utroque præsente judicandum etiam ex apostolorum constitutionibus est Clemente auctore lib. 2. cap. 53. & 55. vide infra cap. 35. & ex capitularibus cap. 204. apud Ivonem parte 16. cap. 316. Decreti. Est in capitul. 7. cap. 354. & in additis cap. 103. & 143. Videnda constitutio 15. (ut 52.) Adde Pauli lib. 5. sentent. tit. 5. & tit. 17.

t *Nec affinis testis admittatur*, &c.) Hæc Felicis verba refert Grat. 3. q. 9. cap. 12. Ivo parte 6. cap. 351. Decreti: & Anselm. lib. 3. cap. 7. idem de consanguineis ait Callist. epist. 2. cujus est cap. 1. & 12. Grat. 3. qu. 5. Burch. lib. 3. c. 171. Ivo 4. 8. 3. Panorm. & 5. 289. Decreti Anselm. lib. 3. cap. 54. Esse hoc ex Nicæna synodo testatur Julius papa epist. 2. cap. 32. unde sumptum est cap. 10. Grat. 3. quæst. 5. Anselm. lib. 3. cap. 21. unde capitul. dist. cap. 143. in ipsis additis.

u *Neminem ergo exhiberi*, &c.) *Exire* pro *exhiberi* habet Grat. 3. q. 6. cap. 16. ex synodo Romana, sed ut Felicis epist. 2. est apud Ivo 5. 248. & 6. 331. Decreti. Sed Ansel. 3. 88. ut ex Hadriani decretis, vide capitul. d. cap. 143.

x *Ut actor semper rei forum sequatur.*) Alexand. III. & Lucius III. videndi apud Greg. IX. sub tit. de foro compet. cap. 5. & 8. quæ sumpta sunt ex prima collect. lib. 2. tit. 1. cap. 7. & ex secunda collectione libri 2. tit. 1. cap. 2. & post Concil. Lateranen. parte 8. cap. 7. pluribus verbis invenies non utrumque, sed caput quintum tantum. Antiquius est Pelagii ad Sergium cancellarium rescriptum, quod non reperi, sed refertur a Grat. 11. qu. 17. adde novellam Valentiniani & Marciani, *Neminem exhiberi*, &c. Ejusque interpretem Anianum, & constitut. Valentiniani & Valentis 4. lib. 2. tit. 1. Cod. Theod. & capitul. lib. 7. cap. 143. additis.

y *Si quis autem judicem*, &c.) Hæc etiam ut Felicis verba refert Ivo parte 5. cap. 248. & 6. cap. 331. Decreti, ut Hadriani Anselm. lib. 3. c. 88. ante Felicem eisdem verbis utitur Fabianus papa epist. 3. ex qua est c. 22. Grat. 2. q. 6. aliis verbis Burch. lib. 1. cap. 148. Ivo 4. 12. 1. Panorm. & 5. 261. Decreti. Eisdem postea Sixtus III. in epist. ad orientales episcopos cap. 3. Anselm. 3. 73. vide infra c. 32. & capitul. dist. cap. 143. adde Cornelii epist. 2.

z *Si quis autem putaverit*, &c.) Hæc non jam ex Felice in synodo Romana, sed ex Chalcedonensi synodo generali cap. 9. sumpta sunt; & mihi non fit verisimile hæc ita scripsisse Hadrianum ut edita sunt, sed adjectis inscriptionibus, unde essent sumpta. Nam cur Hadrianus diceret Constantinopoli causas appellationis esse tractandas, non in catholica ecclesia Romana? memini legisse in beati Greg. Registro lib. 11. cap. 54. epist. 52. ex qua est 11. qu. 1. c. 39. & 2. qu. 1. cap. 7. quod ex duabus epist. Greg. sumptum est 48. 57. Joanni cuidam defensori eunti in Hispaniam dedisse indicem quarumdam constitutionum, quorum verba inferuntur, ut iis uti posset, cum in provinciam veniret. Non dissimilis est hæc nostra collectio quam pleniorem suspicor datam; scio missam etiam Mediomatricum antistiti, sed ad nos sine inscriptione singulorum capitum perveniisse. Extat hoc caput plenius apud Gratianum 11. q. 1. cap. 47. & Ivo parte 6. cap. 360. Decreti: minus plene apud Gregorium IX. tit. de foro compet. cap. 1. & in prima collectione lib. 2. tit. 2. cap. 1. Burch. lib. 2. cap. 183. Ivo parte 6. cap. 228. Decreti. At Julius papa testatur xxi. caput Nicæni concilii scriptum esse, ut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ judicetur Jul. epist. 2. cap. 4. eisdem verbis Victor usus fuerat, epist. 1. ex qua est 3. qu. 6 cap. 7. & Sixtus XI. epist. 1. ex qua est cap. 15. ejusdem, quæ est quod Sixto inscribitur, Victori Ivo 4. 12. 2. Panorm. & ejusdem Anselmi lib. 2. cap. 9. Sixto libro eodem cap. 11. Hadriano libro 3. cap. 88. Scio etiam in Chalced. synodo, contradicentibus legatis Leonis papæ, fuisse secundum locum datum Constantinopolitano episcopo, sed id nunquam Leo probavit: sed Gelasius atque Nicolaus testantur, qui negant eum patriarcham esse, sed Heracleæ eum archiepiscopo subditum esse debere. Præstat igitur ut credamus nos Hadrianum Nicænæ potius synodi verba, quam Chalced. conscripsisse, cujus etiam Chalced. extat cap. 17. & 18. quibus is honor defertur Constantinopolitano episcopo, & cum antiquiori Constantinopolitano concilio œcumenico prius concessum asserunt. Ex 17. cap. esse quæst. 2. cap. 1. Burch. 2. 148. Anselm. 5. 26. Ivo 2. tit. 1. Panorm. Plenius idem Ivo refert parte 3. cap. 106. Decreti, cap. 9. Chalcedon. synodi verba refert Nicol. in epist. ad Michaelem imperatorem: multus est in ejus interpretatione, ex cujus verbis apud Gratian. Decreti cap. 47. scribendum est *primatem* non *primatus*: & Græce est, τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, dura vero est interpretatio, ut id ad solum Romanum pontificem pertineat. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. cap. 151. in additis.

a *Accusationis ordinem*, &c.) Hæc verba Eutychiani papæ sunt in alia synodo Roman. epist. 2. Ex ea est 2. qu. 8. cap. 3. Ivo non recte 4. 7. 22. Panorm. Sixto adscribit: recte parte 8. cap. 332. Decreti Eutychiano Anselm. Lucen. 3. 88. ut solet ex decretis Hadriani papæ. Ego suspicor ex constit. ult. Honorii & Theodosii lib. 9. tit. 2. codicis Justiniani, si tempora patiantur, sumpta hæc esse omnia, aut eam constitutionem Eutychiani verbis conscriptam fuisse. Eadem constit. extat in eod. Theodos. lib. 9. tit. 1. constitut. ult. Hujus capitis verba sunt in capitul. l. 7. cap. 152. in additis, & in aliis lib. 7. cap. 436. Cap.

b *Vinculum inscriptionis arripiat*, &c.) Eutychiani & imperatorum verba sunt, de hac inscriptione ante Eutychianum Fabianus epist. 3. ex qua est 2. qu. 3. cap. 5. plenius Ivo 4. 7. 21. Panor. & parte 6. cap. 324. Decreti, & Ansel. 3. 79. omnes ut ex Fabiani verbis, sed Gratianus de pœnit. dist. 1. cap. 22. sic ait: *Hinc etiam in canonibus: Si quis iratus*, &c.) quod Ant. Demochares recte animadvertit. Post Eutychianum Damasus epist. 3. ex qua est 4. qu. 4. cap. 2. male Contius Grat. nomen addidit illis verbis: *Inscriptio semper fiat ut talionem*, &c. usque ad verbum *retineant*; esseque illa verba Damasi docet Gratianus 1. qu. 3. cap. 2. Burch. lib. 16. cap. 38. Ivo. 4. 7. 23. Panorm. & 6. 348. Decreti. Aliis verbis de eadem re idem Damasus epist. 6. ex qua est 3. quæst. 9. cap. 8. Ivo 6. 348. Decreti. Sixtus III. in epistola ad orientis episcopos, verba Fabiani repetit cap. 3. & 4. ex qua est 2. qu. 8. cap. 4. Etenim Gratianus Sixti nomen adscripsit, at Burch. lib. 16. c. 3. ex Conc. Arausio cap. 4. Ivo 4. 7. 21. Panor. Fabiani nomen retinet, ut antea dictum est. Hujus etiam inscriptionis mentio fit in concilio Constantinop. cap. 6. Græco. Postremo ab Innocentio III. in concilio generali Lateran. cap. 8. apud Greg. IX. tit. de accusat. c. 24. vide cap. 48. hujus collectionis & d. cap. 151. capitul.

c *Cum calumniantes*, &c.) Hæc etiam sunt Fabiani Eutychiani, Damasi, & Sixti tertii verba: adde Clementem lib. 2. cap. 46. de constitutionibus apost. Vide infra cap. 48.

d *Si quis clericus super quibuslibet*, &c.) His verbis principio Eleutherius papa est usus in epistola ad ecclesias Galliæ, mox Felix in epistola 1. eadem verba Nicæni concilii esse refert Julius epist. 2. cap. 22. Grat. 3. qu. 6. cap. 17. Sixti esse dicit Ivo parte 6. cap. 318. Decreti, Eleutherii, & cap. 329. Felicis Ansel. 3. lib. 28. cap. Eleutherii cap. 88. Hadriani. Vide infra cap. 33. Videndus & Cyprianus in epist. ad Cornelium papam, cujus initium, *Legi literas tuas frater charissime*, pag. 4. Cap. 8.

Videntur autem esse hæc verba sumpta, si tempora * paterentur, ex verbis Aniani interpretis novellæ Valentiniani & Marciani: *Neminem exhiberi*, &c. extant etiam in c. lib. 7. cap. 144. in additis. * Et certe patiuntur.

e *Illi vero qui pulsatus est*, &c.) Præter suprascriptos idem Cornelius ait epist. 2. hoc in Nicæno concilio decretum esse, præter Julium testatur Athanasius & Alexandrina synodus in epist. ad Felicem II. ipse Felix ad eosdem c. 19. cujus verba Grat. refert, inscriptione omissa etiam in Antonianis editionibus 2. q. 5. c. 16. Ansel. lib. 1. cap. 59. Felici papæ recte adscribit. Sed addendus erat num. 2. vide infra cap. 30. Hæc quoque * Aniani sunt, de quo supra item cap. dist. cap. 144. * Recte

f *Salvo Romanæ ecclesiæ*, &c.) Hæc verba paucis exceptis ter Grat. refert 5. q. 6. c. 16. ex synodo Rom. 5. q. 4. c. 2. them. 2. ex Hadriano & 9. q. 2. c. 9. ex Cap. 9.

ANNO CHRISTI 785.

synodo Constant. sunt autem ex eadem secunda generali synodo c. 2. Græcis, Latinis exceptis illis verbis, *salvo Romanæ ecclesiæ in omnibus primatu*, quæ fortasse Hadriani verba sunt. Ansel. lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani, Isidorus in prologo concil. collectionis, verba Constantinop. refert capitis, ut ostendat plura fuisse quam decem capita Nicæni concilii, illa tum verba, *salvo Romanæ*, &c. non refert. Suspicor CL. patres ex verbis capit. V. concilii Nicæni hoc deduxisse ex eo est apud Gratianum 11. q. 3. c. 73. & d. 18. c. 3. Sed & ab eodem Isidoro referuntur Innocentii papæ verba in epistola ad Victricium Rothomagensem episcopum, quibus hoc ipsum videtur significare, Nicæno concilio statutum fuisse, ut causæ & contentiones omnes in synodo provinciæ terminarentur. Refert Innocentii verba præter Isidorum Grat. q. 1. cap. 17. his tantum verbis adscriptis, *Innocentius papa:* ideo Democharis non addidit certum locum. Sic etiam Anselmus lib. 2. cap. 53. sed extat volum. 1. concil. epist. 2. cap. 3. Contius recte attulit Isidori locum, sed appellat cap. 25. quod nos 27. Varietas oritur post cap. 9. nam c. 10. Contio est Gelas. Christianis, &c. mihi 13. Ego addidi numeros novellæ & canonis Carthag. is omisit. Age vero, referamus antiquius decretum utroque concilio Nicæno, & Constantinopolitano, aut ea Hadriani verba, aut ea quæ suspicabamur addita, tueamur. Legantur Pii pontificis verba in calce epistolæ 2. *de cætero, salva in omnibus apostolicæ auctoritate*, &c. Ante Pium Anacletus, a beato Petro presbyter consecratus, in extrema epistola 1. ex qua est 2. q. 6. cap. 3. verba tum illa, *coram patricio*, mendose esse suspicor, & pro eis, *coram præsidæ*, substituenda esse facile credo. Multis enim sæculis post Anacletum *patriciorum* nomen pro magistratibus usurpatum fuit. Postremo hujus capitis verba, illis exceptis initio hujus capitis notatis refert capitul. lib. 6. c. 287.

Cap. 10. g *Ultra provinciæ terminos*, &c.) De iis verbis dictum est cap. 5. them. 2. referuntur a Gratia. post verba superioris capitis 3. q. 6. cap. 16. ex synodo Romana: nec diffitemur esse ex synodo Romana Felicis episcoporum LXX. Sed verba c. 9. quæ junguntur, non sunt ex eadem sumpta, quamvis initium cap. 16. & finis ejus synodi sint. Hujus capitis verba referuntur dicto lib. 6. cap. 293. capitul.

h *Omnis accusatio*, &c.) Capitul. & Gratia. hæc verba referunt post superiora 3. q. 6. cap. 16. & in fine pro illis verbis, *nisi prælatus sit, qui accusator*, Democharis recte substituit, *nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum:* quæ verba habet Stephanus papa epist. 2. & Grat. 3. q. 6. c. 4. nisi tantum, &c. & Ivo 4. 5. 4. Panor. & Ansel. 3. 74. eamdem exceptionem omissis verbis hujus thematis addidit concilium Nicænum, & testatur Julius papa epist. 2. cap. 31. Post illa verba, *ultra provinciæ terminos*, &c. verbum tantum tollendum est.

Cap. 11. i *Accusationes & accusatores*, &c.) Hæc verba sunt concilii Nicæni paucis exceptis, cap. 23. ut refert Julius papa epist. 2. c. 5. Ansel. 3. 20. Idem Julius epist. 1 sed antiquiores pontifices eis usi sunt, Telesphorus in epist. ad episcopos. Stephanus papa epist. 2. ex qua est 3. qu. 5. c. 8. Ivo parte 6. c. 315. ex Telesphoro, & cap. 317. Decreti ex Stephano. Anselmus lib. 3. cap. 13. ex Telesphoro cap. 18. ex Stephano cap. 88. ex Decretis Hadriani, ut Grat. 3. q. 5. cap. 7. ex synodo Romana habita sub Hadriano papa. Democharis addidit & Damasi epist. 3. ad Stephanum non male, sed ante eum & Nicænum concilium. Eusebius papa ep. 1. refert a tempore apostolorum hoc esse servatum. Ex ea sumptum est 3. qu. 5. cap. 5. Plenius apud Anselm. lib. 3. cap. 16. Eadem sententia est Clementis Petri discipuli & successoris epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. cap. 5. plenius apud Anselm. lib. 3. cap. 1. & Callistus papa epist. 2. cujus rationem addere visum est: *Quis enim dubitat leges humanas rationi & honestati non repugnantes esse amplectendas? præsertim ubi vel publicæ consuluns utilitati, vel ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur?* Addamus Eutychianum in synodo Romana epist. 2. Post concilium Nicænum præter Julium & Damasum videndus Damaso antiquior Felix II. in ep. ad Athan. & Alexandrin. synodum cap. 7. & 9. & 14. ex quo 14. cap. est 3. q. 3. cap. 11. Ansel. 3. 62. & totidem pene verbis cap. 2. est concil. Carthag. VII. Africani cap. 96. Latinis, Græcis Carthag. cap. 130. sive 129. ex quo pars refertur a Gratiano 4. qu. 1. cap. 1. & 4. qu. 6. cap. 2. & Ivo 4. 7. 19. Panor. & 14. 69. & 16. 64. Decreti, & Ansel. 3. lib. cap ult. Solus Rabanus in l. pœniten. c. 1. c. 96. concilii Africani rectius cæteris attulit. Ad extremum afferamus Symmachum papam in synodo Romana IV. & pro eodem Symmacho Ennodii libellum, qui hoc Carthagin. concilii caput recitat.

Ennodius

Hæc denique verba refert Isidorus in præfatione collectionis conciliorum: sed ut verum fatear, non eisdem verbis quisquam, quod meminerim, quibus Hadrianus utitur. Postea reperi eadem l. 7. capitul. c. 307. & initium tantum canonis 108. & in additis ipsis cap. 148.

k *Quia indignum est superiores pati*, &c.) Hæc etiam verba refert Grat. 3. qu. 5. cap. 7. ex synodo Romana sub Hadriano. Anselmus lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani: eorum sententia Nicæni conc. esse dicitur c. 66. ut refert Julius epist. 2. c. 28. & c. 36. sed a Petro dimanasse hoc Clemens testatur epist. 1. ex qua est 6. qu. 1. c. 5. plenius relatum ab Anselm. 3. 1. Idem decretum est Zephyrini epist. 1. ex qua est 2. qu. 7 cap. 11. licet pro *majorum* in conciliis sit *summorum*, ut etiam habet Anselm. 3 58. adde Sixtum II. epist. 2. Felicem epist. 1. & Julium supra scriptum epist. 1. sed fatebor id quoque quod ante paulo dixi; Hadriani verba me non reperisse ab aliis prius conscripta, sed sententiam eamdem. Vide infra cap. 19. in fin. Vide infra cap. d. c. 307.

ANNO CHRISTI 785.

l *Prudentissime, justissimeque Nicæna sive Africana decreta*, &c.) Ne hæc quidem verba aliquem usurpasse ante Hadrianum legi, sententia multis in locis expressa, & ex Nicæna synodo multa retulimus, quibus confirmatur in provincia esse a synodo causas retractandas & peragendas: ex Africanis decretis cap. 5. eadem confirmantur. Post hæc scripta, incidi in epist. Africani concilii ad Cælestinum papam, in qua hæc verba sunt, paucis immutatis; eadem Græce extat c. 138. concil. Carthag. Eadem sunt in capitul. lib. 6. cap. 287. Cap. 12.

m *Ad concilium suæ provinciæ vel etiam universale provocare*, &c.) Hæc verba sunt epist. Africani concil. ad Cælestinum: eadem sententia est Milevitani conc. c. 22. Africani 92. Latinis 126. vel 128. Græcis, ex quo est apud Grat. 2. q. 6. c. 33. & 11. qu. 3. c. 34. in quibus illa verba (*& interea quidquid definiant adhibiti ab eis ex consensu suorum episcoporum*) *finiant*; pro definiant, est in libris conciliorum, &, pro *ex consensu episcopi eos*. Sed Græce est, Καὶ τὰ μεταξὺ πάντων περατώσωσιν τῶν παρ' αὐτῶν κατὰ συναίνεσιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων προσλαμβανόμενοι. In veteri libro est, καὶ μεταξύ, omisso articulo τὰ sed ego eum retineo, Latina cum Græcis conjungens: ut verbum *finiant* ex Græco περατώσωσιν magis placet, *ex consensu*, & *cum consensu* placet. Sed *ex* quoque retineo, *episcopi eos* deleo, verbum *exhibiti* non est par Græco verbo, quod magis *acceptos* & *electos* significat. Sic autem intelligo *electos ex vicinis episcopis judicare*, cum consensu autem partis utriusque eligi, sive ex consensu episcopi, a quo provocatur, eligi a reo, qui provocavit aliquos, qui judicarent. Neque enim omnes judicabant, sed erat certus numerus eorum constitutus, ut c. 11. Carth. 1. ex quo est 15. q. 7. c. 3. falso ex concilio Agathensi primo, etiam in Antonianis editionibus inscripto, & cap. 10. Carth. 2. ex quo est c. 4. apud Gratianum ejusdem quæstionis, & 3. q. 8. c. ult. falso inscriptum ex Concil. Carthag. III. quod recte Democharis edidit Burch. 1. 149. ex Concil. Carthag. c. 12. & Ivo 5. 262. Decreti, & Anselmus 3. 42. adde c. 4. Concilii Carthag. III. ex quo est 15. q 7. c. 5. falso inscriptum ex Carthagin. IV. Burch. 2 205. ex Concil. Carthagin. c. 20. & Ivo 6. 280. Decreti, licet in margine scriptum sit, *Ex Carthag. 2. c. 8.* credo voluisse c. 10. de quo supra, referre. Græci ut Burch. Ivo & Anselm. Carthag. c. 12. 14. & 20. Sic etiam Triburien. Concil. c. 10. & Crescon. c. 242. quæ de ultramarina appellatione dicebantur. Grat. exceptione addita temperavit 2. q. 6. c. 34. nisi forte Romanam sedem appellaverint. ea exceptio in Africanis conciliis non est: improbatam fuisse ab Innocentio significare videtur c. 61. Africani, sed additur *non facile*, hoc est, *non crebro*, sed ex magna causa. Tamen hæc quæ sub Aurelio Carthaginensi scripta sunt, improbata esse videntur tempore Bonifacii II. Videnda * ejus epist. ad Eulalium Alexandrinum episcopum. Crescon. c. 282. & non appellentur nisi Africana concilia ex Concilio Carthag. tit. 93. de appellatione ad majus Concilium. Extat c. 12. Antiocheni Concilii, ex quo est 22. q. 5. c. 1. & a Martino Bracar. aliis verbis editum c. 35. non ex Concilio Martini Papæ, ut edidit Gratianus c. 5. ejusdem quæstionis, qui perpetuus error Gratiani ab aliis notatus est, videndus est etiam c. 6. Græcus textus Constantinopolitani Concilii. * Falsa est

Gratiani error.

n *Placuit episcopos ejectos*, &c.) Hac de re dictum est c. 5. them. 3. verba ipsa sumpta esse videntur ex epist. 2. Zephirini, ex qua est 2. q. 2. c. ult. Ivo latius lib. 4 tit. 6. cap. 1. & 2. Panorm. & ex epist. 3. Damasi, ex qua sumit quædam Burch. lib. 1. c. 153. & Ivo parte 5. cap. 265. Decreti. Vox *placuit* omittitur: cætera sunt libri 6. c. 287. capitul. & lib. 7. c. 129. in additis. Cap. 13.

o *Nullus metropolitanus*, &c.) Origo hujus decreti ex apostolorum cap. 34. Græcis, Latinis 35. sumitur. Nicæno Concilio idem statutum fuisse cap. 51. & 61. testatur Julius Papa epist. 2. c. 14. & c. 23. idem dici videtur cap. 9. Concilii Antiocheni, ex quo est 9. q. 3. c. 7. & apud Martinum Bracar. c. 4 ex quo est cap. 1. ejusdem quæst. Pontifices quoque veteres eadem constituisse dicuntur. Hyginius epist. 1. ex qua est 9. q. 3. c. 4. Burchar. 1. 65. Ivo 5. 174. & 14. 72. Decreti, qui ex epist. Callisti Papæ. Est autem epist. 2. Cap. 14.

ad

ANNO CHRISTI 785.

ad episcopos Galliæ, ex qua est 9. q. 3. c. 7. Burchar. 1. 66. Ivo 4. 4. 2. Panorm. & 5. 100. & 101. Decreti. Ante Callistum Anicetus in epistola ad Galliæ etiam episcopos, ex qua est 9. q. 3. c. 5. & 6. Burchar. 1. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Post hos verba Callisti repetit Lucius Papa ad episcopos Galliæ & Hispaniæ, & hujus capitis verba fere eadem conscribit. Vide infra cap. 43. Extat hoc etiam caput in cap. lib. 7. cap. 146. in additis pars etiam hæc extat lib. 7. cap. 106.

p *Nec reliquorum aliquis episcoporum*, &c.) Confirmatur hæc sententia verbis Concilii Carthaginensis IV. c. 23. ex quo est 15. q. 7. c. 6. Burch. lib. 1. c. 114. Ivo parte 5. c. 214. Decreti. Item sententia est non dissimilis Concil. Hispalen. II. c. 6. ex quo sunt c. 1. & c. ult. 15. q. 7. non recte a Demochare edita, & a Contio itidem connivente. Adde ex Nicolai epist. ad Mich. Imper. c. 8. d. 21. in quo *præstolandum* pro *postulandum* mutari potest, aut ut varia lectio scribi. Vide capitul. d. c. 146.

Cap. 15.

q *Primo semper vita*, &c.) Hac de re dictum est c. 4. Hæc verba esse videntur Stephani Papæ epist. 2. & Felicis II. epist. 1. c. 13. videndus Clemens lib. 2. c. 41. constit. apostolorum.

r *Hi qui non sunt bonæ conversationis*, &c.) Multorum pontificum est iis de rebus decretum. Primus Anacletus laudandus est epist. 1. qui etiam Clementis testimonio utitur cum collegis suis, quamvis Clementis verba, ubi sint, ignoremus. Extat apud Grat. 3. q. 4. c. 2. & Ivo 4. 7. 8. Panor. Secundus Pius ep. 1. ex qua est 6. q. 1. c. 9. Ivo 4. 5. 7. Panor. & 5. 243. Decreti, & 3. q. 4. c. 3. Tertius Callistus, cujus verba hæc esse videntur ab Hadriano relata epist. 2. ad episcopos Galliæ, ex qua est 2. q. 7. c. 18. Burchar. lib. 1. c. 171. Ivo 4. 7. 5. ex Felicis epist. 2. de qua supra c. 5. them. 5. idem Ivo parte 5. c. 289. Decreti. Ex hac epistola Callisti, cujus etiam verba sunt c. 96. Concil. Carthag. IV. repetita, non omnia tamen ea quæ apud Grat. extant. Quartus Pontianus ep. 2. cujus est 3. q. 5. c. 4. mendose editum, rectius Ansel. lib. 3. c. 16. refert. Quintus Fabianus ep. 1. quam in synodo Romana edidisse videtur, ex qua est 3. q. 4. c. 7. multo latius scriptum ab Anselm. Lucen. lib. 3. c. 7. idem Fabianus epist. 2. & latius epist. 3. cujus verba hæc ipsa sunt ab Hadriano relata, paucis exceptis. Eademque verba repetit Sixtus III. in epist. ad orientales c. 2. cujus verba refert Anselm. lib. 3. cap. 73. Ante Sixtum Stephanus epist. 2. multa ex iis repetit. Mox Felix II. epist. 1. c. 11. qui testatur esse hoc ex Nicæno Concilio. Postremus Pelagius II. epist. 3. cujus est 3. q. 5. c. 6. Anselm. lib. 3. c. 59. sed & generalis synodus extat Constantinopolitana c. 6. Græce, cujus pars refertur a Nicolao Papa III. epist. ad Mich. Imperat. ex qua est 4. q. 1. c. ult. Ivo 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70 Decreti. Item Synodus Chalcedon. c. 21. ex quo est 2. q. 7. c. 49. Anselm. lib. 3. cap. 114. sive 115. Postremo videatur Clemens lib. 7. c. 46. 47. & 53. constitut. apost.

s *Nec viles personæ*, &c.) Hac de re Anaclet. ep. 2. unde est 2. q. 7. c. 15. Ivo 4. 7. 6. Panor. & 5. 238. Decreti. Ansel. 3. 31. Deusdedit cap. 4. nonnulla refert. E aristus quoque ep. 2. ex qua est 2. q. 7. c. 1. Ivo 4. 5. 8. Panorm. & plenius parte 5. cap. 240. Decreti, & Anselm. lib. 3. c. 12. Callistus, Fabianus & Sixtus III. ubi supra. Ansel. 3. 73.

t *Aliqui in aliquibus criminibus*, &c.) Hæc Fabiani Papæ sunt epist. 3. & Sixti III. in epist. ad orientales episcopos cap. 2. Anselm. 3. 73. de eadem re alii permulti conscripserunt. Principio Clemens ep. 1. qui Petri magistri verba refert, ex qua est 6. q. 1. c. 1. Anselm. 3. c. 1. Clementi proximus Anacletus epist. 2. ex qua est 2. q. 7. cap. 15. & 6. q. 1. cap. 1. Tertius Callistus epist. 1. ex qua est 2. q. 7. cap. 18. Quartus Pontianus epist. 1. & 2. Quintus Fabianus epist. 1. ex qua est 6. q. 1. cap. 4. & epist. 2. ex qua est caput 3. ejusdem quæstionis. Sextus Eutychianus epist. 2. in synodo Romana, ex qua Ivo parte 6. cap. 332. & 333. Decreti plura sumpsit, quam Gratianus 2. q. 8. c. 3. & 3. q. 4. cap. 11. Add. Ivo 4. 8. 8. Panorm. Anselmus 3. 25. Septimus Eusebius epist. 3. cum synodo, ex qua est 3. q. 5. c. 9. sed Burchar. lib. 19. c. 4. ex concilio apud Theodonis villam c. 3. at Ansel. 3. 19. ex Eusebio. Octavus Julius ex epist. 2. c. 33. ex qua est c. 10. ejusdem qu. Anselm. 3. 21. est autem id ex Nicæno Concilio sumptum, ut Julius affirmat. Nonus Felix II. in epistola ad Athanasium & Alexandrinam synodum c. 14. ex qua est 3. q. 5. c. 11. Ansel. 3. 62. idem Felix c. 15. ejusdem epist. Postremus Pelagius 2. epist. 3. cujus verba plenius in conciliorum libris sunt, quam apud Gratianum 3. q. 5. c. 6. sed Ansel. 3. 59. latius retulit. De eadem re extat c. 6. Concilii Carthaginensis 2. vide infra c. 63.

u *Nullus episcopus alterius parochianum*, &c.) Hæc verba sunt Nicæni, (hæc eadem verba sunt cap. 14. Magunt. Concilii sub Arnulfo, & lib. 7. cap. 308. capitul. & in additis cap. 149.) Concilii cap. 26. attestatur Julius Papa epist. 2. cap. 6. sed desiderantur hæc verba post verbum *judicare*, *salva tum in omnibus apostolica auctoritate*. Extat quoque de eadem re caput 16. Nicæni Concilii Græce & Latine, ex quo est distinct. 71. cap. 3. Burchar. lib. 1. cap. 109. Ivo parte 5. cap. 211. Decreti: nec dissimile est cap. 35. Græcis Latinis 36. apostolorum. Callistus Papæ epist. 2. latius, ex qua sunt tria Gratiani capita 9. q. 2. Burchar. lib. 2. cap. 39. & Ivo parte 6. cap. 140. Decreti, ex decretis Hadriani Papæ cap. 15. Ivo parte 5. cap. 100. & 101. & parte 14. cap. 72. Decreti, ex Callisti epist. Anselm. 6. cap. 118. ex epist. Sixti omnibus episcopis cap. 119. & cap. 120. ex Cælestino. Gregorius IX. sub titulo de parochiis cap. 3. Hadriano Papæ adscripsit, ut Bernard. Papien. 1. collect. decretal. lib. 3. tit. 25. cap. 3. Quod autem Anselm. Lucensis attulit ex Sixto, nos invenimus in epist. Sixti minoris 2. ad episcopos Hispaniarum, cujus magna pars totidem verbis repetita est nomine Felicis IV. ad omnes episcopos. Addamus Siricium Papam in epist. 4. cap. 6. & similem Innocentii epist. 2. cap. 7. qui refert hanc fuisse Nicæni Concilii sententiam. Ex hoc cap. sumpsit Gratianus cap. 2. distinct. 71. Ivo 3. 5. 73. Panorm. idem multis conciliis proditum est, Antiocheno c. 13. & 21. ex quibus sunt 9. q. 2. c. 6. & 7. Burch. lib. 1. 71. & 108. Ivo parte 5. cap. 176. & 210. ex alia versione. Sardicensi cap. 15. Græcis, Latinis 18. & 19. apud Gratianum d. 71. c. 1. Hujus Sardicensis canonis mentio fit c. 5. Concil. Carthag. I. & Concilii Triburiensis c. 28. Aquisgranensis c. 55. Constantinop. Oecumenico c. 2. Græcis 2. & 3. Latinis. Ex quibus est 9. q. 2. c. 8. & 9. Chalcedonensi etiam generali c. 20. ex quo est distinct. 71. c. 4. & ex Anselmi alia editione lib. 7. c. 97. apud quem non male quod Grat. ait, *Alterius civitatis ecclesiis ordinari*, legimus, *in alterius civitatis ecclesia statutos fieri*, quod etiam est in Triburiensi Concilio c. 28. Μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως πήττεσθαι ἐκκλησίαν, hoc *constitui* appellatur 21. q. 2. c. 1. quod non ex 7. synodo est, sed Constantinopolitana 6. c. 17. apud Græcos, apud quos plura verba ejusdem canonis extant, & pro constituti est, ὡ ἑτέρᾳ πήττεσθαι ἐκκλησίᾳ. Hactenus Græci. Hispanas synodos de eadem re laudamus. Valentini Concilii c. 6. non solum alienum clericum ordinari vetat, sed ut localem futurum se promittat, jubet. Sic enim *residentem* appellat. Bracaren. 1. c. 26. idem de ordinibus statuit. Addamus ex aliis provinciis Ecleusis c. 6. Arvernensis c. 10. Cabilon. c. 13. Aquisgran. c. 45. quo referuntur verba Nicæni Concilii c. 16. Arausicani 1. cap. 8. & 9. Veneti c. 10. Aurelianensis 3. cap. 15. Adde hujus collectionis cap. 28. & quod hujus capitis esse pars videatur. Post hæc scripta invenimus concilii Chalcedonensis cap. 3. actionis sextæ: ex quo emanavit cap. 20. ejusdem concilii. *Clericos*, inquit, *in ecclesia constitutos non licere alterius civitatis ecclesiæ deputari, sed manere illic, in qua ministrare deputati sunt*: Κληρικοὺς εἰς ἐκκλησίας συντελωμένας μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως πήττεσθαι ἐκκλησίαν, ἀλλὰ χέργειν, ὧ ἦ λειτουργῶν ἐξ ἀρχῆς ἠξιώθησαν. Quæ verba sunt cap. 20. Græci, in quo additur tantum, καθὼς ἤδη ὡρίσαμεν, propter dictum tertium caput.

x *Nullum alterius judicis, nisi sui sententia tenet*, &c.) Præter Nicæni capitis 26. verba, refert Julius ex eadem synodo cap. 34. ejusdem epist. 2. Item Callistus dicta epist. 2. Sixtus II. dict. epist. 2. Ante Callistum Zephyrinus epist. 1. Post Callistum Fabianus epist. 3. ex qua est qu. 6. cap. 3. totidem verbis Sixtus III. cap. 3. epist. ad orientis episcopos; & ante Sixtum Eusebius epist. 3. ab apostolis & eorum successoribus id esse constitutum ait, cujus verba refert Burch. lib. 1. cap. 165. & Ivo parte 5. cap. 275. Decreti. Eorum pontificum verba nescio quomodo in constitut. Gratiani, & aliorum imperatorum leguntur lib. 7. tit. 48. cap. ult. Codic. Justin. quo Zephyrinus est multis sæculis antiquior (fuit enim Severi imperatoris tempore) legibus sæculi ait fuisse * constitutum. Eamdem refert totam aperte Greg. lib. 11. c. 54. epist. 52. registri. Aniani verbis videntur nostri delectati, aut Anianus nostrorum pontificum verbis 35. lib. 4. tit. 14. Cod. Theodos. hujus them. verbis utitur. Eadem verba sunt cap. 14. Magunt. sub Arnulfo, & lib. 7. cap. 308. capitul.

* notanda hæc verba

y *Peregrina judicia*, &c.) Hæc etiam verba Nicæni concilii sunt cap. 53. ut refert Julius dicta epist. 2. cap. 16. sed extant aliorum pontificum Romanorum de eadem re constitutiones, ut Hygini epist. 1. Fabiani epist. 3. & totidem verbis Sixti tertii epist. singularis cap. 3. ex qua est 3. quæst. 6. cap. 12. quamvis Sixti papæ solum nomen habeat. Burch. lib. 1. cap. 147. ex Fabiani epist. & Ivo parte 5. cap. 260. Decreti, sed parte 5. cap. 248. & 6. cap. 331. ex epist. Felicis I. ad episcopos Galliæ, quæ secunda est synodo Romana conscripta, de qua diximus cap. 5. Anselm. 3. 73. ex Sixti epist. omnibus orientalibus. Hoc idem repetitur decretum ab Eusebio papa, epist. 3. quasi ab apostolis & successoribus constitutum, Burch. 1. 165. Ivo 5. 275. Decreti. Videnda Valentiniani & aliorum constitutio 5. sive 19.

Cap. 17.

ANNO CHRISTI 785.

ve 10. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodosiani. Extant eadem verba lib. 7. cap. 309. capitul. & in additis cap. 145.

Cap. 18. z *Nullus episcopus extra suam provinciam*, &c.) Hæc sunt concilii Nicæni verba cap. 54. ut refert Julius epist. 2. cap. 17. initio tamen sunt hæc verba: *Salva apostolicæ ecclesiæ auctoritate, sine his* Burch. verbis lib. 1. cap. 170. Ivo parte 5. c. 280. Decreti ex Julii epist. & Anselm. lib. 3. cap. 88. ex Hadriani decretis. Hac de re multa a nobis supra scripta sunt. Hujus capitis verba sunt in capit. lib. 314.

Cap. 19. a *Placuit ut nullus servus*, &c.) Initium hujus capitis multis pontificum decretis probatur. Sed ex Felice minore ad Athanasium cap. 14. videtur sumptum, qui ex Nicæno concilio manasse testatur. Ex Felice Grat. 3. q. 5. c. 11. & Anselm. lib. 3. cap. 62. Eadem est sententia concilii Carthag. VII. cap. 2. cujus pars refertur a Grat. 4. q. 1. cap. 1. Græcis est cap. 130. sive 129. Latinis Africani concilii c. 96. Ivo 16. parte, cap. 64. Decreti. Plenius Rabanus cap. 1. pœnitentium. Cætera quæ Grat. refert, sunt ex cap. 1. ejusdem Carthag. concilii 7. sive Africani 93. Latinis, Græcis c. 179. sive 178. Ivo 4. 7. 19. Panorm. & 14. 69. Decreti. De libertis tantum prohibendis, Toletani IV. c. 67. & 75. statutum est. De infamibus Clemens papa epist 1. ex qua est 6. q. 1. c. 5. Anselm. 3. cap. 1. Item Pontianus papa epist. 1. de servis, sive non ingenuis. Fabian. epist. 2. ex apostolorum sive successorum constitutionibus, & epist. 3. & totidem verbis Sixtus III. epist. fin. cap. 2. *De servis, libertis, & infamibus*. Stephanus papa epist. 2. ex qua est 3. q. 5. c. 8. Anselm. lib 3. cap. 18. idemque epist. 1. latius de infamibus, & cæteris breviter, ex qua sumpsit Grat. 6. q. 1. cap. 17. Burch. lib. 1. c. 173. Ivo 4. 7. 14. Panorm. & 5. 291. Decreti. Anselm. 3. 5. De infamibus Felix cum 70. episcopis epist. 2. & Eutychianus in synodo epist. 2. ex qua est 3. q. 4. cap. 11. Ivo 4. 88. Panorm. Anselm. 3. 25. Addo Eusebium epist. 1. & epist. 3. ex qua sumptum est 3. qu. 5. cap. 9. Anselm. lib. 3. cap. 19. Silvestrum in synodo Romana, ex qua est 2. q. 4. cap. 2. Ivo. 4. 8. 7. Panorm. & 6. 334. Decreti. Julius quoque papa idem de infamibus & aliis in Nicæna synodo statutum esse ait epist. 2. cap. 33. ex quo est 3. qu. 5. c. 10. Ansel. 3. c. 21. De eisdem Damasus epist. 3. ex qua sumpsit Grat. 2. q. 7. cap. 39. & 5. plenius Burch. 1. 172. Ivo 4. 8. 4. Panorm. & 5. 290. Decreti. Pelagius II. epist. 3. ex qua est 3. q. 5. c. 6. plenius Anselm. l. 3. c. 59. vide in capitul. lib. 7. c. 437.

b *Omnes vero infames*, &c.) Hadrianus papa apud Grat. 6. q. 1. cap. 1. Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ. Multa hac de re Callistus epist. 1. Fabianus epist. 1. & 2. ex quibus sunt 6. qu. 1. cap. 2. & 3. Eusebius epist. 1. & 2. & alii supra relati.

c *Et omnes qui culpis exigentibus*, &c.) Hoc Fabianus ait epist. 2. unde Grat. 2. qu. 7. cap. 38. plenius multo Anselm. lib. 3. cap. 15. item Damasus epist. 3. ex qua sunt 2. qu. 7. cap. 39. & 51. de quibus supra.

d *Quosnam sicut majores*, &c.) Hac de re dictum est supra cap. 11.

Cap. 20. e *Placuit ut nullus episcopus*, &c.) Hac etiam de re multa scripta sunt cap. 5. item 7. videndus Marcellus epist. 2. ex qua est 3. qu. 9. cap. 5. & Damasus ep. 3. ex qua sunt 3. qu. 9. cap. 6. & 7. cujus verba sunt ex conciliis mutanda; mendosum enim est etiam in Antonianis editionibus, *nec extra patriam fiat provincia*, &c.) Sed scribendum est, *nec extra propriam fiat provinciam*. Ivo recte parte 6. cap. 347. Decreti idem Damasus epist. 6. ex cua est cap. 8. Gratianus qu. Ivo 6. 348. Decreti. Verba ipsa Hadriani adhuc alibi non inveni, præter Ansel. 3. 88. sed & Julius epist. 2. c. 31. hoc ipsum recitavit, fortasse ex Nicæna synodo.

Cap. 22. f *Si episcopus accusatus appellaverit*, &c.) Fabiani sunt hæc epist. 3. Sixti III. epist. unic. cap. 5. idem videtur Nicæna synodus decrevisse, cap. 51. ut refert Julius papa epist. 2. cap. 10. est in capit. lib. 7. cap. 153. in additis, & in prioribus lib. 7. cap. 315.

Cap. 23. g *Si quis episcopus, presbyter*, &c.) Hæc Calli papæ sunt epist. 1. ex qua est pars quædam 2. quæst. 7. cap. 75. plene refertur ab Ansel. Lucens. lib. 3. cap. 45. Imperfecte ab Ivone Carnot. lib. 4. tit. 7. cap. 11. Panorm. sunt eadem verba a Sixto III. repetita cap. 3. d. epist. apud Grat. ex synodo Romana 2. quæst. 7. cap. 50. Mendose autem editum id est, licet recte Demochares addidit Sixti III. mentiorem, sed non recte omissum est verbum *presbyter*, post verbum *episcopus*. Contius Democharem est secutus, ut solet. Hæc postea verba invenimus in constit. 41. Honorii & Theodosii lib. 16. tit. 2. Cod. Theodos. quomodo hæc in pontificias constitutiones inserta sint, * ignoramus. Sunt etiam hæc verba in capitul. lib. 7. cap. 438.

* & hæc notanda.

h *Si quis vero hujusmodi*, &c.) Adde præter supra scripta, Stephani papæ epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. cap. 17. de quo dictum est cap. 19. vide concilii Eliberitani cap. 75. Arelat. 1. capit. 14. Arelat. 2. cap. 24. in quo refertur *magna synodi* decretum, hoc est. Nicæni concilii, ex quo est 3. quæst. 10. cap. 2. vide Bracar. 2. cap. 8 ex quo est 2. q. 4. cap. 1. Burch. 2. 202. Ivo 4. 8. 13. Panorm. & 6. 276. Decreti. de pœna talionis dictum est supra c. 7. vide cap. 38.

ANNO CHRISTI 785.

i *Nullus archiepiscoporum, nisi qui primas*, &c.) Hæc sententia est concilii Nicæni cap. 47. ut refert Julius Cap. 23 papa epist. 2. cap. 12. sed & primates fuisse in eodem concilio distinctos & enumeratos testatur Athanasius & Alexandrina synodus in epist. ad Felicem II. idemque Felix ad eosdem cap. 12. Refert etiam Burch. lib. 1. cap. 163. & Ivo parte 5. c. 273. Decreti. Extant hodie cap. 6. & 7. concil. Nicæni, quibus patriarchis videtur honos habitus, *Romano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano*. Ex iis apud Grat. dist. 65. cap. 6. & 7. Anselm. lib. 4. cap. 4. videtur cap. 6. interprepatio in Chalced. synodi actione 16. sed antiquior mentio extat in Clementis & Anacleti epistolis, quibus mira quædam referuntur mihi * valde ignota, fuisse aliquando apud * nota ethnicos *archiflamines*, sive primos flamines, & primos quosdam legis doctores. Sic enim est in epist. 1. Clementis ad Jacobum fratrem Domini, & in eisdem urbibus, a Petro apostolo accepisse, ut *primates* vel *patriarchæ* constituerentur episcoporum. At in quibus aliis minores archiflamines essent, illic archiepiscopos constitui: in singulis aliis urbibus singulos episcopos. Hæc Grat. dist. 80. cap. 2. Burchard. lib. 1. cap. 155. & Anselm. libro 6. cap. 105. nec minor nascitur admiratio ex verbis Anacleti epist. 2. *Provinciæ multo ante Christi adventum a tempore divisæ maxima ex parte*, &c. in cap. sunt provinciarum, ubi dudum *primates* legis sæculi erant, &c. qui ad aulam imperatoris vel regum confugere non poterant, &c. Patriarchas vel primates esse jusserunt. Reliquæ metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, licet majores comitibus sive comitatibus essent, haberent metropolitanos suos, &c. Patriarchas vel primates esse jusserunt. Hæc etiam refert Grat. dist. 99. cap. 1. Anselmus lib. 6. cap. 106. Ivo 4. 3. 1. Panorm. & 5. 53. Decreti. Idem Anacletus epist. 3. tomum se ait hac de re conscripsisse, in quo enumerat primas civitates quæ a sanctis apostolis & a beato Clemente, sive ab ipso primates prædicatores acceperant. Mox in communi nomine gentium & Christianorum in his rebus refert. Mox de tribus primis sedibus, sive ecclesiis, Romana, Alexandrina, & Antiochena notiora conscripsit

* In his omnibus, quæ aut subdititia sunt, aut ita ob- * Nota scura, ut nullam utilitatem afferant, in ea sententia sum, ut cupiam ex Gratiani Decreto tolli, ut alia pleraque, quæ magis lectores perturbant quam docent. Multorum enim capitum lectione in eo lib. non relevamur, sed oneramur, quibus facile carere potuimus. Sed nos cætera persequamur. Ex hac tertia Anacleti epist. Grat. tum alia, tum c. 2. sumpsit dist. 22. Latius, qua de re agimus, Burch. lib. 1. cap. 159. & 178. & Ivo parte 5. cap. 269. Decreti. Tertius hac de re constituit Anicetus in epist. ad ecclesias Galliæ, ex qua est 99. dist. cap. 2. Ivo 4. 4. 1. Panor. & 5. 54. Decreti. Quartus Stephanus epist. 2. hic *Lucinus* nescio quomodo appellatur a Grat. dist. 80. cap. 1. Democharem recte errorem notavit. Anselm. lib. 6. cap. 109. *Lucium* appellat. Vide etiam in capitul. lib. 7. cap. 439.

k *Aut princeps sacerdotum, aut summus sacerdos*, &c.) Hæc sunt ex concil. Carthag. III. c. 26 Africani c. 6. Latinis Græcis cap. 39. ex quo est apud Grat. dist. 99. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 3. Ivo parte 3. cap. 57. Decreti. Cresconius cap. 253. refert ex Carthag. tit. 6.

Cap. 24. l *Judicantem oportet cuncta timari*, &c.) Hæc verba sunt Eleutherii in epist. ad ecclesias Galliæ: ex qua est 30. q. 5. cap. ult. Burch. lib. 16. cap. 30. Ivo 4. 9. 3. & 4. 11. 12. & 13. Panorm. idem plenius parte 6. cap. 316. & 317. Decreti. Totidem verbis Julius epist. 2. cap. 31. Vide pulchram admonitionem Clementis lib. 2. cap. 41. constit. apost. & Evaristum epist 2. ex qua est 2. q. 1. cap. 20. Burch. lib. 11. cap. 9. Ivo 4. Panor. Postea inveni hæc esse * Constantini verba in con- * Nota stit. 1. lib. 2. tit. 18. Cod. Theodos. ex qua est c. 9. lib. 3. titul. 1. Cod. Justin. eadem extant in cap. lib. 5. cap. 246.

Cap. 252 m *Sunt nonnulli, qui indiscussos*, &c.) Extant hæc l. 7. cap. 330. capitul. & in concil. Hispalensi II. c. 6. ex quo est 15. q. 7. cap. 1. & ult.

n *Quandocumque aliquis episcoporum criminatur*, &c.) Hac de re sæpius dictum est atque dicitur, licet non eisdem verbis: vide cap. 74. apostolorum, Constantin. 6. Antiochenum 15. ex quo est 6. q. 4. cap. 5. Martin. Bracaren. c. 13. Eleutherium in epist. ad ecclesias Galliæ. Fabianum epist. 3. ex qua est 3. q. 6. cap. 1. 2. 3. & ult. & totidem verbis. Sixtum III. epist. unic. cap. 3. ex quo Ansel. lib. 3. cap. 83. Stephanum epist. 2. Marcellum epist. 1. Felicem II. epist. 1. Innocentium epist. 2. cap. 3. ex quo est. 11. qu. 1. cap. 27. de quo alibi diximus cap. 9. Hæc verba extant in capitul. dist. cap. 330.

Cap. 26. o *Si clericus vel laicus habuerit causam*, &c.) Vide c. 9. concil. Chalced. ex quo est 11. qu. 1. c. 47. Ivo parte 6. c. 360. Decreti latius quam c. 228. & Burch. lib. 2. cap. 183. & Greg. IX. tit. de foro competenti cap. 1. vide Damasum ep. 3. Innocentium epist. 2. c. 3. ex

ANNO CHRISTI 785.

ex quo sunt 11. qu. 1. cap. 27. a Demochare non repertum; & 3. qu. 6. cap. 14. Anselm. l. 2. cap. 531. Isidorus in prologo conciliorum: eadem extant in cap. lib. 7. cap. 321.

p *Quod si adversus ejusdem provincia metrop.* &c.) Hæc de re dictum est cap. 6. addo Clementem ep. 1. ex qua est dist. 80. cap. 2. Burch. 1. 155. Anselm. 6. 105. & Aniretum in ep. ad Galliæ ecclesias, ex qua sunt 99. cap. 2. & 9. q. 3. cap. 5. & 6. Burch. plenius lib. 1. c. 63. & Ivo 4. 4. 1. Panor. & 5. 54. Decreti. Verbis eisdem utitur cap. lib. 7. 321.

Cap. 27. q *Si quis episcopus super certis*, &c.) Hoc sæpius repetitur. Vide supra cap. 25. Hæc verba extant in cap. lib. 7. cap. 104.

Cap. 28. r *Si quis episcopus judicaverit*, &c.) Hæc eadem verba nondum inveni. Sed vide caput 16. cui hoc caput jungi debuit. Postea reperi eadem verba cap. 51. concil. Maguntini II. sub Arnulfo imperatore.

Cap. 29. s *Placuit eorum accusandi*, &c.) Ab iis verbis in quodam Ansel. lib. & in alio diversorum pontificum Veronensi Hadriani decreta sunt. Sed falsum est. Hadriano adscribit Grat. hoc c. 2. q. 7. c. 53. in quo malo *intercidi* scribi quam *interdici*. Demochares notat Stephanum papam ep. 2. id decreviſſe, sed certe non eadem verba sunt, licet pars eorum in epist. sit. *Mortuos* autem magis *criminosos* quam *monachos*, ut Grat. putat, intelligo. *Intercidi* quoque habet Anselm. lib. 3. cap. 88. Veronen. liber. Apud Eusebium epist. 3. *vocem funestam criminosorum intercidi* scriptum est, ex ea est 3. q. 5. cap. 9. Burch. 3. 89. cur autem *mortui* dicantur *criminosi*, explicat Meltiades papa in epist. ad Hispaniæ episcopos. At Pelagius II. utrosque *mortuos* appellat, & criminum reos, & monachos epist. 3. ex qua sunt 3. q. 5. cap. 2. & 2. qu. 7. cap. 54. Anselm. plenius lib. 3. cap. 59. *De servis & familiaribus* in Arcadii & Honorii 20. constitut. lib. 6. tit. 1. Codicis Justiniani, *vocem funestam amputari potius, quam audiri oportere*: cujus etiam verba refert Grat. 3. qu. 11. cap. ult. Sed pro *amputari*, *intercidi* scribit. *Intercidi funestam vocem* scriptum etiam est in epist. 1. Silverii papæ. Apud Ivonem parte 16. cap. 332. Decreti ex capitularibus cap. 440. *vocem funestam potius intercidi quam audiri oportet*: eadem verba sunt lib. 9. tit. 6. constit. 3. Codicis Theodos. in Aniani libro. Est constitutio 2. tit. 3. & Anian. interpretatur *extingui*. Sed ut beatus Greg. lib. 11. epist. 52. regiſtri refert eamdem constitutionem, & verbo *interditi* utitur. Sed ego mendosos arbitror eorum libros, qui ita scribunt. In capitul. lib. 7. cap. 322. & intercidi, & cap. 440.

Cap. 30. t *Placuit ut accusatus*, &c.) Hæc de re scriptum fuerat cap. 8. extat in capitul. lib. 7. cap. 313. & in additis cap. 317.

Cap. 31. u *Non est credendum contra alios*, &c.) Hæc verba refert Grat. ex decreto Hadriani 3. q. 11. cap. 3. eadem sententia fuit concilii Nicæni cap. 55. ut refert B. Julius papa ep. 2. cap. 18. ex quo est 15. qu. 3. cap. ult. ubi Grat. miscuit exceptionem, præterquam de crimine læsæ majestatis. Eam non habet Ivo 4. 7. 17. Panorm. nec parte 5. cap. 288. Decreti, ubi Dionysii verba referuntur Severo coepiscopo, hoc est epist. 2. pro *coepiscopo* fortasse *Corduba episcopo* scribendum est, ut ex ea appareat: sed hujus capitis verba latius posuit Stephanus papa epist. 2. ex qua est 8. q. 11. cap. 1. Burch. 1. 164. Ivo 4. 7. 15. Panorm. & 5. 274. Decreti. Anselm. 3. 71. Videntur autem esse verba mutata, *si tempora paterentur*, ex const. 10. Valentiniani, & aliorum imper. lib. 9. tit. 1. Cod. Justin. quem refert. Grat. eadem qu. cap. 2. nomina imperatorum recte Contius, male Demochares edidit. Aniani autem eadem verba sunt lib. 9. tit. 1. const. 7. Codic. Theodos. 4. a quo integro lib. est constit. 12. Videatur etiam Eusebii epist. 1. mendose relata a Grat. 5. qu. 5. cap. 4. nam pro *vigorosus tortor*, *religiosus* est: & pro *corpora solvuntur*, *corpora subjiciuntur*. Anselm. 3. 26. plenius eam ep. refert, & *religiosus terror*, *ac corpora solvuntur* habet, sed hi ut conciliorum scriptura placet, ita in verbis Eusebii nescio quid mendi latere videtur. Vide infra cap. 64. Hujus cap. verba extant in c. lib. 7. c. 324.

Et certe patiuntur.

Cap. 32. x *Si quis judicum adversum*, &c.) Prior hujus capitis pars constat Fabiani verbis ep. 3. ex qua est 2. qu. 6. cap. 21. Burch. 148. Anselm. 2. 10. paucis immutatis Ivo 4. 12. 1. Panor. & part. 9. cap. 261. Decreti, totidem verbis, quot Fabianus, Sixtus III. ut solet ep. fing. cap. 3. Anselm. 3. 73. Antiquior Sixto Felix cum. LXX. episcopis epist. 2. ut diximus, cap. 5. them. ult.

Cap. 33. y *Clericus sive laicus*, &c.) Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 11. cap. 49. Anselm. 3. 88. & liber Veronen. Non dissimilia sunt verbis concilii Nicæni, quæ refert Julius ep. 2. 2. cap. 29. & quæ cap. 8. scripsimus. Adde Fabian. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. cap. 2. Sixtum III. totidem verbis cap. 3. epist. fing. Anselm. 3. 73. Videndus etiam Dam. s. epist. 3. ex qua est 3. qu. 9. cap. 7. de quo antea diximus. Hoc est caput 4. Hadriani in lib. Populeti: extat hoc etiam c. in capitul. lib. 7. cap. 332.

A .2 *Appellantem non debes*, &c.) De carcere Damasus ep. 3. sed Fabian. epist. 3. & Sixtus III. epist. unic. cap. 3. cetera scribunt. Ex Fabiani epist. Grat. 2 q. 6. cap. 1. & 7. & 20. & 21. sed *carceris* verbum Damasi est & Hadriani, non cæterorum. Id non habet Burch. 1. 148. neque Ivo 4. 12. 1. Panor. & 5. 261. Decreti. Neque Ansel. 2. 16. qui omnes ex Fabiani ep. idem ex Sixto lib. 3. cap. 73. & c. 88. ex decretis Hadriani, in quo solo *carceris* mentio fit. Quod in fine dicitur *de appellatione ejus, qui ad supplicium ducitur*, non videtur pontificii juris esse, sed ex jure * civili arreptum, & in suprascriptis epist. insertum. Postea incidi in Aniani interpretationem constitutionum Cod. Theodos. & in eis hæc fere omnia inveni lib. 11. tit. 8. constit. 1. 2. & 3. Constantini imperatoris, sive 30. titul. constit. 2. & 25. Constantini, & 20. Constantii in integro libro, videnda constit. 12. sub titul. de appel. lib. 7. Cod. Justin. Hujus capitis verba leguntur in capit. lib. 7. cap. 353. & in aliis verbis eadem sententia lib. 2. cap. 251. & in additis cap. 106. Cap. 34. * Nota.

B a *In criminalibus*, &c.) Grat. Hadriano papæ adscribit 5. q. 3. cap. 2. Ivo Hadrieni cap. 1. lib. 4. tit. 7. c. 4. Panor. Ansel. 3. 88. ex decretis Hadriani ut dictum est supra hac de re in calce capitis 5. Hoc est cap 2. Hadriani in libro Populeti. Cap. 35.

b *Constitutiones contra canones*, &c.) Hæc verba Grat. Felicis papæ esse ait, dist. 20. cap. 4. at Burch. concil. Triburien. cap. 10. & Ivo parte 5. cap. 38. Decreti ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilrammo Mediomatricis urbis episcopo cap. 38. sed parte 16. cap. 10. ut Burch. licet in marg. sit ex capitulis Hadriani papæ. Deusdedit parte 2. *Hadrianus Agilramo*: Et alibi *ad Gilramnum episcopum*, & parte 3. *Hadrianus Agilramno episcopo*. In verbis idem etiam differt a cæteris. Sic enim utrobique est: *Constitutiones contra sancta decreta Romanarum præsulum nullius sint momenti*. Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani, & lib. Veronen. videnda epist. 1. Calliſti, ex qua est 11. q. 3. c. 89. apud Grat. & Ans. 3. 86. ambo verba omittunt a nobis referenda: Nulli imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, licet aliquid contra mandata divina præsumere. Addit Marcellinus ep. 2 *nec quicquam quod evangelicis, propheticisque & apostolicis regulis deviet, agere. Injunctum enim judicium*, &c.) ut Callistus. His omnibus verbis utitur Symmachus in synodo Romana sexta: ex qua est dist. 20. cap. 2. Plenius Burch. lib. 15. cap. 8. ex decretis Hadriani papæ cap. 16. sed scribo cap. 36. Ivo 2. 12. 4. Panorm. ex 8. synodo Symmachi & parte 4. cap. 231. Detreti ex sexta synodo Symmachi, sed parte 16. cap. 9. ex concil. Hadriani papæ cap. 16. vel, ut suspicor, c. 36. Deusdedit d. parte 2. Sancti Dei martyres & Romani pontifices Callistus & Marcellinus, nec non Symmachus & Hadrianus uno ore sanxerunt idem dictæ parte tertia. Verba horum pontificum in calce hujus collectionis, licet non omnia, referuntur. Vide c. 70. Adde constit. Valentiniani & Marciani 12. sub titul. de sacros. eccles. lib. 2. Cod. Justin. & epistolam Damasi ad Aurelium Carthagin. postam initio conciliorum, quæ plerisque suspecta est, ut aliæ nonnullæ * antiquiorum Damaso pontificum. In lib. Populeti, hoc est cap. 2. Hadriani his verbis: *Constitutiones contra decreta sacrosancta Romanorum præsulum nullius sint momenti*. Et alibi post verba cap. 70. *Nec quidquam quod contra evangelicam, & propheticam, aut apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, omnimode quassabitur* (vel *cassabitur*.) Hujus capitis verba extant in capit. lib. 7. c. 346. Hadriani Angilramno episcopo: *Constitutiones contra sancta decreta Rom. præsulum nullius sint momenti*. Cap. 36. * Notanda hæc Ant. Aug. verba

c *In clericorum*, &c.) Hæc verba Hadriani papæ esse, refert Grat. 11. qu. 1. cap. 50. Deusdedit part. 3. Hadriani in regiſtro. Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani, & liber Veronen. duobus locis. Hæc etiam videntur esse sumpta ex Nicæno concilio, ut testatur Julius epist. 2. cap. 6. & 34. ut dictum est. 16. Verba autem Zephyrini videntur prius fuisse epist. 1. & Eusebii epist. 3. mox Julii dicto cap. 34. Extant in capitul. lib. 7. cap. 347. Cap. 37.

E d *Omnis qui falsa*, &c.) Hæc etiam ut Hadriani verba refert Grat. 5. qu. 6. cap. 1. Anselm. 3. 88. & liber Veronen. vide cap. 22 them. 1. Adde Fabian. epist. 2. ex qua est 3. qu. 1. cap. 6. & 11. qu. 1. cap. 32. Anselm. 7. cap. 159. Deusdedit cap. 4. videndum autem quid illud sit, *curiæ tradatur*, *cui omnibus diebus vitæ suæ serviat*. Quid enim Fabiani tempore (qui Maximini & Gordiani tempore vixit) *curia* ad pontifices * pertinet? Auget suspicionem alterius esse verba, quod Augustini verba in ea referuntur ex Enchiridio cap. 79. sed potuit August. verbis Fabiani uti, tacito ejus nomine. *Curiæ* mentio fit in epist. 2. Stephani; ex qua est 3 qu. 4. c. 8. Deusdedit cap. 4. (Adde scripta cap. 58.) & in epist. 2. Pii papæ, ex qua est 11. qu. 1. cap. 19. Anselm. 8. 17. Hoc est caput 3. Hadriani in lib. Populeti, verba hujus cap. invenies in capitul. lib. 6. cap. 277. & libro 7. cap 348. & 197. Cap. 38. * Nota.

e *Ut provinciales synodus retractetur*, &c.) Hoc caput Nicæ- Cap. 39.

ANNO CHRISTI 785.

Nicæni concilii fuisse dicitur cap. 58. ut refert Julius in ea, quam sæpe commemoramus, epist. ad orientis episcopos cap. 21. sic etiam cap. 19. ejusdem concilii apud eumdem Julium cap. 2. cujus verba ut Sixti papæ refert Grat. 3. quæst. 6. cap. 5. sunt autem ex epist. 1. Sixti II. Burch. lib. 1. cap. 144. ex decretis Julii cap. 18. Idem cap. 176. ex decretis Victoris papæ cap. 1. cujus extant eadem verba epist. 1. Ivo 4. 12. 2. 2. Panor. ex dictis Sixti papæ idem part. 5. cap. 257. Decreti, ut Burch. 144. eadem sententia colligitur ex verbis Marcelli papæ epist. 1. ex qua est breve cap. 6. Grat. 2. qu. 6. Præclarum Anselm. Lucen. 2. cap. 7. Nec dissimile est, quod affert Ennodius pro Symmacho papa in synodo Romana, non longe ab iis verbis quæ affert Grat. dist. 17. cap. 6. cui capiti Symmachi nomen inscripsit. Antiquius est Sardicense concilium, ex quo sunt Græcis canones 3. 4. 5. & 6. ex quibus sumpsit Grat. 6. qu. 3. cap. ult. & 2. qu. 6. cap. 3. quo loco Democharis adscribit falsum numerum cap. 7. Hos canones Sardicen. concil. Zosimus papa Nicæni concilii fuisse testatur in epist. ad Faustinum & alios legatos in concil. Carthag. in quo interfuit B. Aurel. Augustinus, eadem verba refert Aurelius, & alii Afri in epist. ad Bonifacium papam. Extat utraque epist. Græce & Latine: negabant Afri in suis libris inveniri canon. eos Nicænos; sed neque in Atici Constantin. neque in Cyrilli Alexandrini lib. extare: quod quamvis verum esset, nihilominus tamen fuisse: olim potuerunt ab hæreticis deleri, ut Julius & Felix II. & Athanas. cum Alexandrinis testati sunt. Hujus cap. etiam verba extant in cap. lib. 7. cap. 349. & in additis cap. 138.

Canones Nicæni concilii.

Cap. 40. f *De iis qui in accusationem*, &c.) Hac de re diximus cap. 15. in fine: ea de re verba sunt in additis capitul. lib. 7. cap. 139.

Cap. 41. g *Si quando in causa capitali*, &c.) Grat. Hadrianum papam his verbis inscripsit 2. qu. 6. cap. 39. scribendum autem est *per procuratores*, non *exploratores*, ut in Antonianis edit. est. Sic enim habet *exploratores* Ansel. lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani. Verba ipsa non * videntur juris pontificii esse. Dictum est etiam supra de accusatoribus præsentibus non semel. Addantur quædam ex concil. Chalcedon. actione 1. Postea inveni Anianum hæc scripsisse, cum interpretationem addit ad Pan. lib. 5. sentent. tit. 37. sive 39. de reddendis causis appellationum: eadem extant in capitul. lib. 7. cap. 357. & in additis cap. 140.

* Nota

Cap. 42. h *Placuit, ut a quibuscumque*, &c.) Hæc sunt Nicæni concil. verba cap. 60. ut testatur Julius cap. 22. d. epist. ad orientales: refert Grat. 2. q. 6. cap. 9. eadem fere verba sunt concilii Carthag. III. cap. 10. Græcis capite 15. concil. Carthag. refert Ivo 4. 12. 9. Panorm. 6. 363. Decreti. Anselm. ut solet 3. 88. ex decretis Hadriani. Non dissimilis sententia extat apud Cornelium papam epist. 2. non longe a verbis relatis a Grat. 3. qu. 9. cap. 4. Anselm. 3. 57. sed Lucii papæ eadem hæc verba sunt epist. sing. ad Galliæ & Hispaniæ episcopos. Videndus Nicolaus papa epist. ad Michaelem imp. ex qua plura capita sunt apud Grat. dist. 21. cap. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. sed verba ad hanc rem apta sunt cap. 8. licet non plene relata. Verba hujus capitis paucis exceptis refert capit. lib. 5. cap. 250. & lib. 7. cap. 121. & in additis cap. 14.

Cap. 43. i *Si quis metropolitanus episcopus*, &c.) Hæc etiam sunt Nicæni concilii cap. 6. ut testatur Julius ubi supra capit. 23. Antiquum hac de re extat caput 34. Græcis, 35. Latinis apostolorum, quod renovari videtur cap. 9. concilii Antiocheni ex quo est 9 qu. 3. cap. 2. cujus etiam verba Martinus Bracaren. posuit cap. 4. & apud Grat. e qu. 3. cap. 1. ex concilio Martini papæ. Adde Hyginii papæ epist. 1. ex qua est cap. 4. e q. Burchard. lib. 1. c. 65. Ivo 5. 174. Decreti, ex Callisto episcopis Galliæ. Anicetus quidem episcopis Galliæ de eadem re apertius scribit. Ejus verba refert Gratianus e. quæst. cap. 5. & 6. Burch. lib. 1. cap. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Latius Callistus epist. 2. ex qua est 9. qu. 3. cap. 7. plenius Burch. lib. 1. cap. 66. Ivo 4. 42. Panorm. & parte 5. cap. 100. & 101. Decreti. Totidem verbis pleraque Lucius papa ad episcopos Hispaniæ & Galliæ. Vide supra cap. 14. nos enim eadem utrobique dicimus, ut ipsi pontifices sæpius. Hujus capitis verba extant lib. 7. cap. 358. & in additis cap. 142.

Cap. 44. k *Quod in laicis*, &c.) Hæc verba sunt concilii Carth. 1. cap. 13. & lib. 7. cap. 16. & 359. capitul. Hadrianus papa Ingelramno episcopo.

Cap. 45. l *Ut laici contemptores canonum*, &c.) Hæc verba sunt tit. cap. 14. concil. Carthag. I. His verbis constat cap. 5. Hadriani in libro Populeti. Non male hoc esse potest cap. 45. Hadriani.

m *Delatori aut lingua caputetur*, &c.) Gratianus 5. qu. 6. cap. 5. ex decreto Hadriani. Sic etiam Anselm. lib. 3. cap. 88. sed non erat Hadriani hoc decernere, sed referre * quod in codice Theodosiano scriptum fuerat, vel potius in epitome constitutionum Constantini imperatoris lib. 10. tit. 1. constit. 1. quæ in libro integro est constit. 2. tit. 10. Hoc est cap. 6. Hadriani in libro Populeti, & in capitul. lib. 7. cap. 360. extat.

* Nota

n *Qui in alterius famam*, &c.) Hadriani papæ nomen Gratianus adscripsit 5. qu. 1. cap. 1. & Anselm. 3. 88. mihi hoc etiam non esse ex pontificio jure videtur (vide infra capit. 59.) Postea inveni apud Ivonem parte 16. cap. 235. Decreti mixtam hanc sententiam cum aliis ex capitularibus sumptis in eo libro, quo scribuntur constitutiones sive leges regum Francorum, ut Pippini, Caroli, Ludovici, & aliorum: postea in titulos & libros distinctæ sunt, ut in collectione legum Longobardorum, namque in capitularibus ordo tantum temporum servabatur, in posterioribus materia distinguebatur. Hoc est cap. 7. Hadriani in lib. Populeti: sed apud Ivonem parte 4. cap. 49. est cap. 49. Hadriani ad Ingelram. extat in capitularibus Benedicti Levitæ, & Ansegisi libro 7.

ANNO CHRISTI 785.

Cap. 46.

o *Si quis tratus crimen*, &c.) Hæc sunt Fabiani ver- Cap. 47.
ba epist. 3. ex qua est 2. qu. 3. cap. 5. & de pœnit. dist. 1. cap. 22. ex canonibus Ivo 4. 7. 21. Panorm. & 6. 324. Decreti, Anselm. 3. 79. Totidem verbis Sixtus III. ut solet, cap. 3. sing. epist. Eadem verba invenio, ut interpretationem constit. 3. imp. Constantini lib. 9. titul. 1. Cod. Theodos. in editione sive collectione * Aniani, cujus hæc verba sunt: sub Alarico rege Gothorum prius fuerat constitutio 5. fuit autem Fabianus Constantino multo antiquior, utpote qui sub Maximino & Gordiano Africano vixit. Sixtus III. tempore Valeptiani imperatoris. Extant hæc eadem verba in capitul. lib. 7. cap. 364.

* Nota

p *Qui crimen obiicit, scribat*, &c.) Hæc verba men- Cap. 48.
dose refert Gratianus 3. qu. 6. cap. ult. ex decreto Hadriani papæ: nam pro (*sciat*,) scribatur oportet, (*scribat*). Sunt autem Fabiani verba d. epist. 3. ex qua est 2. qu. 9. cap. 4. & 3. qu. 6. cap. 1. & 2. qu. 3. cap. 3. sed hoc cap. 3. dicitur esse ex decreto Hadriani, illud cap. 1 Fabiani, cap. 4. Sixti papæ & verum est etiam verba Sixti III. cap. 4. dist. epist. sing. Burch. lib. 16. cap. 3. ex concilio Arausicano cap. 4. Ivo 4. 7. 21. Panorm. ex Fabiano (vide cap. 7.) Addamus Hincmari in synodo responsum, quod in synodo apud S. Medardum conscriptum est: ex quo Greg. IX. cap. 1. de libelli oblatione, & Grat. 2. qu. 1. cap. 9. utrobique non recte *Hincmari* nomen est, & Grat. ait cap. 8. ejus concilii esse Burch. 2. 197. cap. 9. Ivo 6. 269. Decreti cap. 8. Bernard. Papien. lib. 2. tit. 3. cap. 1. collect. 1. Decreti, numerum non addit. Hujus capitis verba sunt in capitul. lib. 7. cap. 365.

q *Caveant judices ecclesiæ*, &c.) Hæc esse verba con- Cap. 49.
cilii Nicæni refert Julius epist. 2. cap. 24. Fuerunt olim. Eleuterii papæ in epist. ecclesiis Galliarum missa: ex qua est 3. qu. 9. cap. 2. Burch. lib. 16. cap. 14. ex decretis Hadriani papæ cap. 4. Ivo parte 6. cap. 319. Decretis ex Eleutherio. Item Ansel. lib. 3. cap. 28. licet cap. 88. ex decretis Hadriani totidem verbis usus est Felix papa epist. 1. post Nicænum concilium: extant eadem verba cap. 50. concil. Carthag. IV. & in capitul. lib. 6. cap. 279. & lib. 7. cap. 219.

r *Ejus qui frequenter litigat*, &c.) Felix II. in epist. Cap. 50.
ad Athanas. & Alexandrinos cap. 14. ex quo est apud Grat. 3. q. 5. cap. 11. Ansel. lib. 3. cap. 62. ambo Felici papæ hæ adscribunt, sed Ansel. c. 88. Hadriano. Adde concil. Carthag. IV. cap. 58. & Clementem lib. 2. unde est 3. qu. 5. cap. 4. Ansel. 4. 16. Julium papam epist. 2. cap. 33. qui id esse ex Nicæna synodo testatur. Ex ea epist. est 3. qu. 5. cap. 10. Anselm. 3. 21. Hoc est c. 8. Hadriani in lib. Populeti.

s *De accusationibus episcoporum Constantinus*, &c.) Cap. 51.
Hæc partim ex tripartita historia sunt, partim ex Rufini verbis lib. 10. cap. 2. historiæ ecclesiasticæ. Epiphanius scolasticus lib. 2. cap. 2. historiæ tripartitæ sumpsit ex Sozomeno lib. 1. cap. 16. Hæc eadem fere verba refert ex historia ecclesiastica Deusdedit cap. 3. Grat. breviter 11. q. 1. cap. 5. in fine. Item B. Gregorius lib. 4. cap. 75. registri, ex quo est. 11. qu. 1. cap. 42. Adde Parisien. concil. lib. 3. cap. 8. & capitul. lib. 5. cap. 163. & lib. 7. cap. 441.

t *Neque præsul summus*, &c.) Antiqua synodus ex- Cap. 52.
tat adversus Marcellinum papam, postea martyrem gloriosum. In ea a ccc. episcopis dictum est: *Nemo unquam judicabit pontificem, nec præsul sacerdotem suum: quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam*. Hoc ipsum narrat Nicolaus papa epist. 8. ad Mich. imp. ex qua est distinct. 21. cap. 7. Ivo 4. 1. 6. Panor. & 5. 8. Decreti. Mox altera synodus tempore Silvestri papæ cap. ult. *Nemo judicabit* (sive *adjudicet*) *primam sedem*, &c. Ex eo est 9. qu. 3. cap. 13. Innocentii nomine, & mendose editum utriusque pontificis nomine. Ivo 4. 1. 5. Panor. *Silvestri* Anselm. 1. 19. rectius 4. 39. Deusdedit cap. 3. recte hæc Hadriani verba Silvestri esse ait in concil. 277. episcoporum, & ex eodem illius capitis 3. verba minus mendosa refert. Sunt autem Silvestri in Romana synodo. Tertia synodus tempore Sixti tertii, Maximus exconsul dixit: *Non licet adversus pontificem dare sententiam*. Alio die Sixtus episcopus dixit: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum*. Hujus etiam rei mentionem facit idem Nicolaus ubi sup. De eadem re extat epistola Sixti, in qua dicit se purgasse in synodo, non quia cogeretur:

Pontificis auctoritas

retur: *& criminationes adversus doctorem nemo recipiat.* Ex hac epist. est 2. qu. 4. cap. 10. Quarta, de Symmacho papa, quæ est Romana quarta synodus, sive actio: ex ea quædam refert Gratianus distinct. 17. cap. 6. item. 1. Ennodii quoque, defensoris Symmachi in Romana synodo recitata. Extant ejusdem sententiæ etiam apud Grat. 9. quæst. 3. cap. 14. Symmachi nomine. Ivo 4. 1. 7. Panorm. in synodo V. Symmachi & parte 5. cap. 10. Decreti. Antiquior Symmacho Gelasius fuit; acerrimus sedis apostolicæ defensor, neque indisertus, ut illa tempora patiebantur. Is in epistola ad Faustum eamdem sententiam tuetur, cujus verba refert Grat. 3. qu. 3. cap. 16. idem cap. 10. e qu. refert Nicolai ad Mich. epist. verba, quibus eadem Gelasii verba laudantur. In hoc 10. cap. pro *Innocentius*, *Bonifacius* scribendus est ex conciliorum libris, & ex Ivone 4. 1. 10. Panorm. & 5. 19. Decreti. Gelasii verba Anselm. lib. 1. cap. 47. & 48. & ut ex diversis epistola idem lib. 2. cap. 16. cap. 24. & plenius lib. 12. cap. 69. Vide infra cap. 67. 68.

ANNO CHRISTI 785.

Cap. 53.

u *Judex criminosum discutiens*, &c.) Hæc sententia est Nicæni concilii, ut testatur Julius in epistola sæpius relata cap. 26. Fuerant prius Zephyrini verba epist. 1. & Felicis papæ epist. 1. ex qua est 2. qu. 1. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 154. ex Zephyrino & Anselmo lib. 3. cap. 65. ex Felice cap. 66. ex Zephyrino, & cap. 88. ex decretis Hadriani, idem elicitur ex epistola Stephani & Africanæ synodi ad Damasum papam. Adde Sixti secundi epist. cap. 4. Sunt etiam hæc Aniani verba lib. 9. tit. 30. constit 1. Codicis Theodosiani, sive titul. 40. in integro libro. Mirum autem * est verba Aniani & constitutionis Constantini imperat. usurpari ab antiquioribus pontificibus. Est autem constit. 16. l. 9. tit. 47. eidem Justin. Hæc ut Constant. verba refert Grat. 2. quæst. 1. cap. 2. Burch. 16. 6. ex decretis Hadriani papæ cap. 2. (forte 52.) Ivo 4. 11. 4. Panorm. ex Constantino, Anselm. 3. 77. August. episcopo. Hoc est caput 9. Hadriani in libro Populeti, extat in capitul. lib. 7. cap. 170. & lib. 5. cap. 156.

* Notanda Anton. Aug. verba.

Cap 54.

x *Irritam esse injustam*, &c.) Hæc etiam verba sunt Nicænæ synodi teste Julio cap. 27. & Carthag. IV. cap. 28. Ex quo est 11. qu. 3. cap. 25. est etiam totidem verbis in epist. 1. Felicis, cujus est 3. qu. 6. cap. 11.

Cap. 55.

y *Ut ne quis dum in ea*, &c.) Nondum hæc ipsa verba legi, sed Gregoriana epistola extat ad Bonifacium episcopum, qua, si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, quos nec dum tetigit, a loco fugere non debere scriptum est. Ejus magna pars ut Gregorii primi ad Augustinum refertur in conciliis, in eisdem ut Gregorii tertii ad Bonifacium. Extat etiam Evaristi epist. 2. qua dicitur sine inevitabili necessitate ecclesiam non esse dimittendam. Ex ea est 7. qu. 1. cap. 11. plenius Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo parte 5. cap. 182. & 201. Decreti. Anselm. lib. 6. cap. 102. Pulcherrima est adversus episcopos, qui mercenariis committunt oves suas, ut meretrices nutricibus

Vagi clerici pestis in ecclesia.

alienis filios suos, epistola Damasi 4. & adversus *vagos clericos* Valentini concilii cap. 3. & Maguntini concilii cap. 22. ex Isidoro, ni fallor, sumptum, qui eos *hippocentauros* appellat lib. 2. cap. 3. officior. quod mendose scriptum est in libris conciliorum. Isidori mentionem facit etiam concil. Triburiense cap. 27. Ad extremum addamus synodi Nicænæ cap. 16. ex quo est 7. qu. 1. cap. 23. quod ex Carthag. V. esse ait Gratianus. Burch. recte lib. 2. cap. 98. & Ivo parte 6. cap. 175. Decreti, & Anselm. 7. 95. Nicæni capitis verba refert concil. Aquisgr. cap. 45. id Martin. Bracaren. cap. 34. aliis verbis edidit. Adde Tarracon. 1. cap. 11. Hispalen. II. cap. 3. Vernen. cap. 12. & 13 Nicæn. II. c. 10. (vide infra cap. 62.) apud Crescionium cap. 16. hæc verba legimus, ut clerici proprias ecclesias non relinquant, in canon. apost. tit. 15. & 16. concilii Chalced. tit. 2. Antiochen. tit. 3. ex decretis papæ Leonis tit. 38. Gelasii tit. 23. concilii Charthag. tit. 21. & 22. Postea inveni hujus capitis verba in capitul. lib. 7. cap. 366.

Cap. 56.

z *Pulsatus ante suum judicem*, &c.) Hæc sunt Fabiani papæ verba epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 3. Burch. 16. 10. ex decretis Eusebii cap. 20. Ivo 4. 12. 1. in fine ex Fabiano, & 6. 323. Decreti. Totidem verbis Sixtus III. cap. 3. epist. ad orientales episcopos, Anselm. lib. 3. c. 73. Hac de re sæpius dictum fuerat. Extant hæc verba in capitul. lib. 7. cap. 367.

a *Et ut pulsatis*, &c.) De induciis præter Fabianum & Sixtum Eleutherius epist. 1. ex qua est 3. qu. 3. c. 3. Ivo 4. 9. 3. Panorm. & 6. 326. Decreti, Cujus papa in epist. ad Felicem episcopum, cujus magna pars extat in Leonis epist. ad Leonem Augustum; prope ea verba, quæ refert Grat. 3. qu. 1. cap. 1. Item Marcellus papa epist. 2. Felix secundus epist. 1. c. 8. & c. 20. ex quibus sunt 3. q. 2. c. 7. & qu. c. 1. & 2. Burch. lib. 1. cap. 180. Ivo 4. 8. 14. & 4. 9. 2. Panor. & 5. 296. Decreti. Denique Damasus epist. 3. videndus, ex qua sunt 3. q. 1. cap. 4. & 3. qu. 9. cap. 6. 7. Ivo 4. 6. 2. Panor. & 5. 287. & 6. 347. Decreti.

b *Si quis contra suam professionem*, &c.) Hæc verba esse videntur ex concilio Carthagin. II. cap. ult. in quo de laicis nullam video mentionem, nec in Græcis quidem verbis Carthagin. cap. 13. sed neque in veteri Maffæi Latino lib. cap. 12. Anselm. lib. 4. cap. 88. Huic sententiæ addidit ex concil. Carthag. cum priores & posteriores essent cum hac inscriptione, *ex decretis Hadriani papæ*. Ex hoc cap. 16. Hadriani in libro Populeti. Vide capitul. lib. 7. cap. 158.

ANNO CHRISTI 785.

Cap. 57.

c *Si quis episcoporum*, &c.) Hæc verba sunt concilii Elibertini cap. 75. Vide etiam Arelaten. I. cap. 14. & Arelat. II. cap. 24. ex quo est 3. qu. 10. cap. 2. id falso a Gratiano Arelaten. III. dicitur. In eo mentio fit magnæ synodi hoc decretum esse, quod de Nicæno intelligimus. Adde Bracaren. II. cap. 8. ex quo est 2. qu. 4. c. 2. Burch. lib. 2. cap. 202. & Sixti tertii epist. singulari cap. 1. quo narrat damnatum esse Bassum Sixti accusatorem, viatico non denegato morienti ex benignitate. Vide etiam supra cap. 38. legendus Clemens lib. 2. cap. 46. & 47. constitut. apost. hoc est cap. 10. Hadriani in lib. Populeti.

Cap. 58.

Cap. 59.

d *Si qui inventi fuerint*, &c.) Aliis verbis: sed non multum dissimilibus Elibertini concil. cap. 52. ex quo est 5. qu. 1. cap. ult. Ivo parte 4. cap. 154. Decreti, ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilramno cap. 62. *Si qui inventi fuerint libros famosos legere, excommunicentur.* Ansel. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani papæ, verba eadem refert, quæ edita sunt in conciliis. Veronensis liber post alia quædam Hadriani: *Si quis inventi fuerint libros famosos & ignotos in ecclesia legere, vel cantare, excommunicentur.* Vide supra cap. 46. hoc est cap. 11. Hadriani in libro Populeti: hujus capitis verba referuntur in capitul. lib. 7. c. 3. 68.

Cap. 60.

e *Ut nullus episcopus vel infra*, &c.) Hæc verba refert Grat. 15 qu. 4. cap. ult. ut Hadriani papæ. Sententia eadem multis conciliis provincialibus statuta est. Verba ipsa sunt tituli concilii Tarac. I. cap. 4. ex quo est cap. 1. e. q. 4. addit Gratianus aliud cap. *ex concilio apud Ephesum præsente rege Henrico*: sed mendosum verbum est *Ephesum*: sic enim Burch. lib. 13. c. 21. ex concilio Esphesfurt, cui interfuit Henricus rex cap. 2. Ivo parte 4. cap. 53. Decreti, ex concilio apud Esphort habito, jussu Henrici regis cap. 1. sic alibi Burch. lib. 13. cap. 27. & 28. eodem nomine utitur Ersphesfurt, & lib. 11. cap. 77. & idem Ivo parte 14. cap. 125. licet parte 4. cap. 59. *Erphot* scribat nomen ipsum barbarum, ut a Burch. scriptum est, scribamus. Ejus oppidi mentio fit in epist. 6. Zachariæ papæ. Eadem sententia est Matisconensis secundi cap. 1. in cujus concilii calce extat de eadem re edictum Guntramni regis: item Arelat. IV. sub Carolo cap. 16. Turonen. III. sub eodem cap. 40. Maguntini sive Moguntiaci sub eodem cap. 37. Rhemen. sub eodem cap. 35. Denique post concilium sextum œcumenicum in collectione incerti concilii cap. 8. ex libro Gandavensi, quod mihi provinciale videtur non multo supra relatis vetustius. Hoc est cap. 12. Hadriani in libro Populeti his verbis: *Nullus episcopus, vel abbas, vel infra præpositus, die dominico causas sæculares agere præsumat.*

Cap. 61.

f *Ut si quis potentum quemlibet*, &c.) Sumptum ex tit. cap. 11. concilii Toletani primi: ex quo est 24. qu. 3. cap. 1. verba ait. & capitul. refert Ansel. lib. 7. cap. 16. non dissimile est caput 14. concilii Matiscon. II. Hoc est cap. 13. Hadriani in libro Populeti.

Cap. 62.

g *Ut nullus clericus ab episcopo*, &c.) Hæc verba sumpta ex titulo concilii Toletani I. cap. 42. de eadem re apostol. cap. 15. extat, & simile est Antiochenum cap. 3. ex quo est 7. qu. 1. c. 24. Anselm. lib. 7. c. 195. canonum apostolorum auctor Clemens epist. 1. cujus verba quædam refert Burch. lib. 2. c. 94. & Ivo parte 6. cap. 131. Decreti, idem Clemens epist. 3. in principio, ex qua est 11. qu. 3. c. 11. plura verba refert Triburien. concil. c. 9. & postea ex eadem epist. sumitur 16. qu. 1. cap. 41. Burch. 2. 93. Ivo 2. 123. Decreti. Triburiens. concil. cap. 32. Adde Pium papam epist. 2. in fine, ex qua est 11. qu. 1. cap. 19. Ansel. 8. 17. Anterus quoque videndus in epist. ad episcopos Bæticæ & Toletanæ provinciæ, quamvis suspectum * nomen est *Toletanæ provinciæ*, cum illis temporibus *Toletum oppidum* fuerit minus nobile. Sumitur ex ea epist. 11. qu. 3. cap. 14. Denique videatur Agathensis synodi c. 2. ex quo est distinct. 50. cap. 21. Ivo 6. 366. Adde Anglicani concilii apud Herutfrod. caput 5. (vide caput 55) Hoc est caput 14. Hadriani in libro Populeti.

* nota

Cap. 63.

h. *Homicidæ, malefici, fures*, &c.) Eusebii papæ verba sunt epist. 3. ex qua est 3. qu. 5. cap. 9. Burch. lib. 16. c. 4. ex concilio apud Theodonis villam cap. 3 sed Anselm. 3. 19. ex Eusebio. Eadem scribit Eutychianus papa epist. 2. ex qua est 2. qu. 8. c. 3. plenius Ivo parte 6. cap. 332. & 333. Decreti. Eadem verba refert Felix II. epist. 1. cap. 15. & partem eorum Pelagius secundus epist. 3. antiquior Clementis epist. 1. ad Jacobum Hierosolymitanum, non metropolitanum, ut Grat. ait 6. qu. 1. c. 5. Videndus Anselm. lib. 3. cap. 1. Quod vero de ea epistola controversia est apud quosdam, incertum relinquimus: antiquam esse nobis constat, & multa ex ea ab aliis relata; & interim, dum

ANNO CHRISTI 785.

Clementis dubia epist. Clementis recognitionum libri, aliique in dubium vocati.

non reprobatur a Romana sede, a nobis non rejicitur. Sunt tamen quædam loca in epistola Clementis, quæ videntur ab aliis esse adjecta ex libris *Recognitionum* ipsius Clementis, quos libros ab antiquis patribus non invenimus relatos atque receptos, quin potius, ut canones apostolorum, & Clementis itinerarium a Gelasio & Romana synodo notantur, atque apud Gratianum dist. 15. cap. 3. Sed quod ad hoc caput attinet, videantur quæ supra dicta sunt sæpius, præsertim cap. 15. in fine. Postea incidimus in cap. 37. partis 10. decreti Ivonis, qui hæc esse ait ex epistola Hadriani tradita Ingilramno Mediomatricæ (scribo *Mediomatricum*) urbis episcopo c. 66. Quod si canonis 63. scripturam legissem, magis fuissem delectatus; sed quasi ita scriptum sit, accipiamus: est enim veluti quinque pedum præscriptio. Hoc est c. 15 Hadriani in lib. Populeti: extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. cap. 369.

Cap. 64. i *Qui crimen intendit*, &c.) Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 6. qu. 1. cap. 6. eisque conjungit quædam Silvestri papæ verba, de quibus diximus cap. 68. de hac sententia videndus cap. 6. Græcus concilii Constantinopolitani textus, & vide supra cap. 31.

Cap. 65. k *Occurrere quisque fidelium*, &c.) Hæc verba sumpsit Ansel. lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani, ut solet: sed Sixti III. sunt in epistola ad episcopos orientis cap. 5. ante eum Fabiani epist. 3 & Toletani concilii V. cap. 2. & capit. lib. 6. cap. 250. & lib. 7. capite 221.

l *Libat enim Domino*, &c.) Gratianus dist. 86. cap. 3 hanc cum aliis sententiis Joannis octavi esse ait, & Ivo parte 6. cap. 185. decreti Joannis octavi ad Ludovicum imp. & addidit verba quædam a Gratiano relata, dist. 10. cap. 10. ex epist. Joan. 7. ad eumdem Ludovicum. Sed idem Ivo parte 4. cap. 230. ut cap. 115. (Ab eisdem Gratiano & Joan. reservantur alia verba, *negligere cum possit*, &c.) quæ Innocentii esse refert Gratianus dist. 83. cap. 3. & Deusdedit cap. 2. sed alibi Anastasii & Damasi esse ait Gratianus 23. qu. 3. cap. 8. Damasi quidem extat epist. 3. in cujus calce sunt verba a Grat. relata. Item hæc ipsa, *libat Domino*, &c. Anselmus lib. 13. cap. 19. ut Grat. distinct. cap. 8. sed & illa verba: *negligere cum possit*, &c. Eleutherii papæ sunt in calce epistolæ ad Gallix ecclesias. Eadem fere repetit Innocentius III. concilio generali Lateran. cap. ult. ad hæc ipsa verba: *Libat enim Domino*, &c.) esse dicti Toletani concilii octavi cap. 2. & capitul. dictis cap. 250. & 221.

Cap. 66. m *Majus periculum est*, &c. Hæc ubi sint ignoramus, præter Ansel. 3. 88. & in libris conciliorum: tandem reperi in libro 7. cap. 272.

Cap. 67. n *Accusationes adversus doctorem*, &c.) Felix II. in epist. ad Athanasium & Alexandrinam synodum in principio Nicænæ synodi verba refert, quæ Grat. affert 6. qu. 1. c. 12. eamdem repetit idem Felix c. 20. ejusdem epist. Burch. lib. 1. c. 180. Ivo parte 5. c. 296. Decreti. Multis verbis eadem de re Anacletus epist. 1. 2. & ex qua 2. est 2. qu. 7. c. 15. & dist. 79. c. ult. Ivo 4. 7. 6. Panorm. & parte 5. c. 238. Decreti, Ansel. 3. 32. Deusdedit c. 4. idem Anacletus epist. 3. ex qua est 6. q. 1. c. 15. & 2. q. 7. c. 12. Ansel. 3. 11. & 3. Deusdedit c. 3. Pius epist. 1. ex qua est 6. q. 1. c. 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243. Decreti. Addamus verba Sixti III. epist. unica c. 1. *criminationes adversus doctorem nemo recipiat* (vide supra c. 52.) quæ verba Callisti sunt epist. 1. Burch. 1. 135. Ivo 5. 234. Decreti: extat hoc etiam lib. 7. c. 67. capitul.

Cap. 68. o *Presbyter non adversus episcopum*, &c.) Hæc sunt verba Silvestri papæ in concilio Romano multorum episcoporum cap. 3. ex quo est 2. qu. 7. cap. 10. Burchard. lib. 1. 151. Ivo parte 5. cap. 264. Decreti, & 4. 8. 7. Panor. Eadem refert Nicolaus papa in epist. longa ad Michaelem imp. & c. 12. concilii Maguntini II. sub Arnulfo. Eisdem utitur paucis additis capitul. lib. 1. cap. 139.

p *Et non damnabitur præsul, nisi in testibus*, &c.) Refert hæc Gratianus 2. qu. 4. c. 2. Burch. 1. 151. Ivo 4. 8. 7 Panor. & 5. 264. & 6. 334. Decreti. Deusdedit cap. 3. Hoc de omnibus episcopis Zephyrinus prius constituerat epistola 1. ex qua est caput 154. libro 1. Burch. adversus Marcellinum papam in concilio Sinuessæ habito servatum est, eum numerum testium *libram* appellabant, forræsse, quod tot nummis aureis, qui tunc sextulæ pondere signarentur, constaret libra: *sextula* autem est sexta unciæ pars. Eadem verba postea reperi cap. 12. concilii Maguntini sub Arnulfo in capitul. d. cap. 139.

q *Neque præsul summus*, &c.) De iis verbis diximus cap. 52. & cap. 67. Hæc etiam refert Nicolaus in epist. ad Michael. imperat. Eadem sunt dist. cap. 12. Maguntini sub Arnulfo; & in capitul. d. capite. 139.

r *Presbyter aut in cardine*, &c.) Magna varietas est in numero testium: nonnulla etiam in aliis verbis. Quid enim hic *in cardine constitutum*, alii *cardinales*, alii utrumque omittunt: item pro *diaconus cardinarius*, alii *cardinales* scribunt, alii omittunt: appellabantur autem eo nomine principes sive præcipui totius urbis, vel presbyteri, vel diaconi etiam extra urbem Romam. Videndus Gratianus dist. cap. 2. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 6. 334. Decreti. Adde concilii Meldensis cap. 34. & vide Leonis IX. epist. ad Michael. Constantinop. 312. quo causa addita est, cur ita Romani appellentur. Hæc etiam verba sunt d. cap. 12. concilii Magunt. sub Arnulfo, & in capitulari.

ANNO CHRISTI 985.

s *Testes autem sine aliqua*, &c.) Non video, cur omiserit, *& accusatores*, quamvis aliqui ea verba non habeant. Gratianus ea refert dist. cap. 2. ut Silvestri in synodo, & 6. quæst. 1. cap. 6. ut Hadriani papæ post verba capitis 64. Ivo, ubi supra, ut Silvestri: De eadem re vide Felicis II. epist. ad Athanasium, & alios cap. 5. Hæc eadem verba sunt dist. cap. 12. Magunt. & paucis immutatis, in capitulari.

t *Testimonium laici*, &c.) Conjungi etiam potuit accusatio, cum idem Silvester in eadem synodo constituisset; *Nullus laicus crimen clerico audeat inferre*: quod Gratianus refert 2. q. 7. c. 7. & Ludovicus imp. lib. 2. tit. 51. de testibus c. 12. Longobard. aliis verbis; Burchar. lib. 1. c. 151. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 5. 264. Decreti. Anselm. 3. 25. conjunxit accusationem cum testimonio Damasus in vita Silvestri, ut Gratian. Idem Grat. 11. q. 1. c. 9. hæc verba refert ordine perturbato: *Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat*. Ivo 4. 8. 6. Panorm. & verba Gratiani de accusation. & hæc ipsa perturbata refert, ut Anselm. in Concilio Romano c. 14. in tribus editionibus, in epilogo sive epitome notatur ea varietas. Mihi Grat. scriptura mendosa videtur. Neque enim in ea synodo ulla cura est de laicis reis, sed tota versatur in judicio de reis clericis. Bernardus Papien. lib. 2. titul. 13. de testibus & attestationibus c. 1. collect. 1. decretalium, ut in conciliis: *Testimonium laici adversus clericum nemo suscipiat*, ex Concil. Triburien. Legatur de eadem re epistola unica Telesphori omnibus episcopis: ex qua est 6. q. 1. cap. 8. Ivo 6. 314. Decreti, Ansel. plenius lib. 3. cap. 13. Fabiani epist. 2. utrumque continetur, laicos solere ab accusatione repellere clericos, &c. ex ea est 2. q. 7. c. 6. Ivo 4. 7. 9. Panor. & 6 320. decr. de eadem re Stephanus Papa epist. 2. ex qua est apud Gregor. IX. c. 7. de accusat. quo omissa sunt illa verba, *& omnes laici*, quæ omiserat Bernard. Papien. lib. 5. tit. 1. cap. 7. collect. 1. addebat rationem Stephanus: *Nec illi sunt in vestra recipiendi accusatione, qui vos in sua nolunt recipere*. Adde Marcellini epist. 2. ex qua est 2. q. 7. c. 3. mendose Marcello inscriptum: tamen Marcelli epist. 2. aliis verbis idem statuitur. Postremo Eusebius Marcelli successor præclare de eadem re statuit epist. 1. in principio: ex qua est c. 5. Grat. c. quæst. & plenius Anselm. lib. 3. c. 26. Hujus esse arbitror verba relata a Grat. in Anacleti c. 14. c. quæst. licet Demochares aliud adscripserit in margine ejus capitis. Adversari videtur iis omnibus c. 24. Conc. Epaunen. nisi recte intelligatur: *Laicis contra cujuslibet gradus clericum*, &c. *proponendi permittimus potestatem*. Et quamvis de accusatione multi, de testimonio pauci ex suprascriptis meminerint, regula est, ut ad testimonium non admittatur, qui ab accusando repellitur, ut c. 4. Concil. Carthag. VII. quod idem est Afric. c. 98. Latinis, Græcis 132. sive 131. ex quo est cap. 1. Grat. 4. q. 2. & 3. Burch. lib. 16. cap. 20. ex Conc. Triburien. c. 5. Ivo 4. 8. 1. ex Conc. Carthag. Nicolaus Papa, sed parte 6. c. 364. Decreti recte.

u *Nemo enim clericum*, &c.) Ex eadem synodo Silvestri cap. 15. Grat. dist. cap. 9. 11. q. 1. Ivo 4. 8. 6. Panor. Ansel. 5. 23. Damasus in Silvestri, & idem in Julii vita; utrique enim hoc decretum paucis immutatis adscribit. Sed multo antiquior extat Alexand. Papæ epist. 1. ex qua est 11. q. 1. c. 15.

x *Episcopi pontifici*, *a quo*, &c.) Hæc verba sunt Marcellini Papæ in epist. 2. Videnda synodus adversus Polychronium Hierosolymit. tempore Silvestri Papæ, quod etiam narratur a Nicolao Papa in epistola longa ad Mich. imper. Cap. 69.

y *Non licet imperatori*, &c.) Hæc verba sunt Callisti Papæ epist. 1. in fine, & Marcellini Papæ epist. 2. in fine, & Symmachi Papæ in synodo Romana actione 6. ex qua est dist. 10. c. 2. Burch. lib. 15. c. 8. ex decretis Hadriani Papæ c. 16. Ivo 2. 12. 4. Panorm. ex VIII. synodo Symmachi, & parte 4. c. 231. Decreti ex VI. synodo Symmachi, sed parte 16. c. 9. ex Concil. Hadriani Papæ c. 16. Est autem varietas in Hadriani verbis relatis a Burch. & Ivone, & his, de quibus agimus, quæ in conciliis leguntur. Anselm. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani Papæ, eadem verba refert, quæ in conciliis sunt. Deusdedit c. 1. & 3. refert Callisti, Marcellini, Symmachi & Hadriani verba, quæ Burch. & Ivo. Vide c. 35. ex lib. Populeti. Hadrianus Papa. *Non licet*, &c. contra mandata divinitatis præsumere, vel obviando agere. Hujus cap. verba extant in capitul. lib. 5. c. 218. Cap. 70.

z *Providendum est ne in aliquo*, &c.) Hæc tantum leguntur in conciliis & apud Anselm. lib. 3. c. 88. non sunt in libro Populeti.

a *Injustum judicium & definitio*, &c.) Hæc omnes referunt, Callistus, Marcellinus, Symmachus, & Burchar. & Ivo parte 16. cap. 9. Decreti. Gratianus 11. q. 3.

ANNO CHRISTI 785. Cap. 71.

q 3. c. 89. ex Calliſto: Deuſdedit c. 1. & 3. Anſelmus lib. 3. c. 86. ex Calliſto: & c. 88. ex Hadriano: hæc ſunt in lib. Populeti ut Hadriani Papæ: extant etiam in capit. d. lib. 5. c. 251.

b *Sic edit Deus eos, qui adverſus patres armantur*, &c.) Hæc verba ſunt Alexandri Papæ epiſt. 1. & Stephani Papæ epiſt. 2. prope finem, & Euſebii epiſt. 1. non longe a principio. Sententia eadem eſt Nicæni Concilii c. 41. ut refert Julius Papa epiſt. 2. c. 10. Adde Teleſphorum Papam in epiſtola ad omnes epiſcopos: ex qua eſt 6. q. 1. cap. 8. Ivo 6. 314. & 315. Decreti. Anſelm. 3. 13. Fabianus de eadem re epiſt. 2. (Solus Deuſdedit c. 3. hæc ut Hadriani verba refert, & Anſelm. 3. 88.) Stephanus quoque de quo ſupra, epiſt. 1. ex qua eſt 7. q. 6. c. 17. Burch. 1. 173. Ivo 4. 7. 14. Panor. & 5. 291. Decreti. Anſel. 3. 5. Denique Pelagius II. epiſt. 1. in fine eiſdem fere verbis utitur c. 17. Qui judicis obtinet præconem ſicut accuſator quidquam non debet proſequi. Extant hæc verba in capit. lib. 7. cap. 374.

Cap. 72.

c *Item generali decreto conſtituimus*, &c.) Grat. 75. q. 1. cap. 11. Hadriani Papæ eſſe ait, & de ſuo addit poſt verbum *Regum & epiſcoporum*: ea non habet Anſelm. lib. 3. c. 88. nec lib. 4. c. 40, ubi ait eſſe hoc caput 48. ex decretis Hadriani Papæ: idem tamen lib. 17. de excommunicatione, quia aliis eſt liber undecimus, c. 2. ea verba (*& epiſcoporum*) habet, non habet Deuſdedit c. 1. ex Hadriani ad Gilram epiſcopum c. 48. (forte 68.) nec cap. 3. & 4. ex Hadriano Agilrammo epiſcopo, neque in lib. Veron. in quo eſt *Hadriano Geltano epiſcopo*. Hoc eſt cap. 18. Hadriani in lib. Populeti. His verbis, Generali, &c. *Quicumque regum ſeu epiſcoporum, vel potentium deinceps Romanor. pontificum decretorum cenſuram in quocumque crediderit vel permiſeris violandam*. At in capitul. lib. 6. c. 249. hujus conſtitutionis forma ſervetur ut execrandum, &c. Item Hadr. Papa: Generali, &c. *Regum ſeu epiſcoporum*, &c.

Hæc finis eſt collectionis Hadriani nomine editæ, in quo ordo aliquis, & methodus deſideratur: res ipſæ fere omnes præclaræ ſunt, & ab antiquis patribus conſtitutæ, ut aliquis eſſet litium & accuſationum modus ac finis.

Observatio P. Antonii Pagi
ad an. Ch. 786. n. 3. & 4.

In Editione Veneta Conciliorum LXXX. Canones Hadriani Papæ cum hoc titulo repræſentantur: *E Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis, atque Decretis Præſulum ac Principum Romanorum, hæc Capitula ſparſim collecta ſunt, & Ingilramno Mediomatrica Urbis Epiſcopo, Romæ a Beato Papa Hadriano tradita ſub die XIII. Kalend. Octobr. Indict. XI.*, *quando pro ſui negotii cauſa agebatur*. Idem habetur in poſterioribus editionibus Conc. niſi quod loco *Indict. XI.*, legitur *Indict. IX.*, quam retinuit Baronius, qui ideo perperam de iis currenti anno egit; cum menſe Septembri decima Indictio initium ſumſerit. Capitula iſta Hadriano Papæ ævo Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi jam tribuebantur, ut liquet ex opuſculo adverſus Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum c. 24. Quia tamen vetuſti aliqui Codices MSS. prædicta Capitula non ab Hadriano Papa, ſed ab ipſomet *Ingilramno* vel *Angelramno* Metenſi Epiſcopo collecta, & Hadriano Papæ oblata tradunt, hinc hodie aliqui ea Hadriano, aliqui Angelramno adſcribunt. Sed quemcumque Auctorem nacta ſit hæc capitulorum Collectio, Marca lib. 7. de Concordia cap. 20. veruſtiorem illam cenſet Iſidoro, quem iiſdem Capitulis uſum dicit *in adornanda Collectione Epiſtolarum apocryphorum*. Is Auctor Hiſpanum ſe prodit hac periodo: *In principio voluminis hujus, qualiter Concilium apud nos celebretur, poſuimus, ut qui noſtrum ordinem ſequi voluerint, ſciant qualiter hoc agere debeant*. Celebrandi enim Concilii totum ordinem a quarto Concilio Toletano deſumit, ut patet ex ipſius ordinis titulo, qui primo Conciliorum Tom. ſic exhibetur: *Ordo celebrandi Concilii, deſcriptus ab Iſidoro Mercatore ex quarto Concilio Toletano c. 4. & Garziæ Loayſæ Hiſpanicorum Conciliorum editoris diligentia emendatus*. Iſidori Mercatoris librum ex Hiſpania in Gallias allatum primus Gallorum accepit, ac publicavit *Riculfus*, qui Lullo in Archiepiſcopatum Moguntiacenſem anno ſequenti poſtea ſucceſſit. Hincmaro enim Laudunenſi Epiſcopo Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus opuſc. 33. cap. 24. ita reſcribit: *Forte putaſti neminem alium eaſdem ſententias* (Hadriani vel Ingelramni) *vel ipſas Epiſtolas* (ab Iſidoro collectas) *præter te habere, idcirco talia libere te exiſtimaſti poſſe colligere; res mira eſt, cum de ipſis ſententiis plena ſit iſta terra, ſicut & de libro collectarum Epiſtolarum ab Iſidoro, quem in Hiſpania allatum Riculfus Moguntinus Epiſcopus in hujuſmodi, ſicut & in Capitulis Regiis, ſtudioſius obtinuit, & iſtas Regiones ex illo repleri fecit*.

Collectio illa deſcripta eſt ex epiſtolis Anacleti, Evariſti & aliorum antiquorum Pontificum Romanorum, ſi fides hac in re adhibenda ſit Antonio Auguſtino Dialogo XV. de emendatione Gratiani, ubi hæc capitula Hadriano Primo abjudicat, vel, ut exiſtimat Marca laudatus, excerpta eſt ex antiquis Canonibus & genuinis Pontificum Romanorum Epiſtolis, tum etiam ex legibus Codice Theodoſiano comprehenſis, vel potius ex illa um legum Breviario. In his autem capitulis interdum nonnihil additur antiquis Canonibus, interdum vero verba aliqua detrahuntur, tantaque horum Capitulorum dignitas fuit, ut etiam frequenter deſcripta fuerint in Regum Francorum Capitularibus, ut tam Antonius Auguſtinus, quam Marca communi conſenſu ſcribunt. Cæterum priorum Pontificum Romanorum Epiſtolas ſuppoſititias eſſe non tantum Marca & Antonius Auguſtinus; ſed etiam Baronius anno DCCCLXV. paſſimque alii Viri docti fatentur. Vide quæ de iis Epiſtolis diximus anno Chriſti C. n. 4. & ſeqq.

ANNO CHRISTI 785.

a CONCILIUM PADERBORNENSE II.

ANNO CHRISTI 786.

sub Hadriano Papa I. et Carolo Francorum rege celebratum anno Domini DCCLXXXVI.

ANNO CHRISTI 786.

a *Concilium*.) In hac ſynodo ſtatus eccleſiæ Saxonicæ diſpoſitus eſt. Nam cum Vvidichindus, qui cum Albione Saxoniæ principe rebellarè conſueverat, baptiſma ſuſcepiſſet, res Saxonum quodammodo in tuto collocatæ erant, adeoque in rebus ſtatum eccleſiæ concernentibus hunc ſynodalem conſeſſum receperant. Eodem ſynodali conſeſſu jacta creduntur fundamenta Mindenſis eccleſiæ, cui primus præfectus eſt epiſcopus Herimbertus. Quomodo autem hæc ſe habuerint, in hiſtoria Saxonum refert Crantzius lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 23. ubi hoc memoratu digniſſimum ſcribit, quod Vvidichindus rerum Chriſtianarum adhuc rudis, a rege quæſitus, cur mendici habitu inter mendicos ſediſſet, quidve aſpectu jucundum vidiſſet, reſponderit.

Status eccleſiæ Saxonicæ diſpoſitus.

Vidi, inquit, *quod mirabar ante biduum te demiſſo vultu triſtem, incertus quid contigiſſet, quod tantum regem contriſtaret* (*commemoratio fuit dominicæ paſſionis, qua die paraſceves regium vultum obſcuraſſet*,) *rurſum*, inquit, *vidi hodierna te die primum ſolicitum & ad rem attentiſſimum, poſtquam vero menſam adieras in templo mediam, ita hilari mihi conſpectus es vultu, ut repentinæ in te mutationis me caperet miraculum*.

Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati ſacerdotis ſingulis pulcellum puerum in os ſuſciperent, quem quibuſdam ludibundum arridere, ultro properare, aliis vero abhorrentem avertiſſe vultum, & tamen in ore demiſſum; nec redeuntem aſpexi. Hoc quid ſit, nec dum accipio. Tum rex: Bene, inquit, *profeciſti: plus tibi aliquid quam cunctis ſacerdotibus & omnibus nobis eſſe oſtenſum. Inde mutata veſte, manu ſecum abſtratum docuit grande pietatis myſterium in altaris ſacramento. Qua re cognita, exhilaratum ducem oraſſe, ut proprium illi ſacerdotem permitteret, qui divinæ rei curam haberet, crebriuſque in conſpectu perageret altaris ſacratum myſterium. Rex etiam pontificem illi daturum promittit, modo illi habitationem epiſcopi dignam provideret. Ducem vero arcem ſuam ad Vviſeram utriuſque capacem oſtendiſſe: deditque in ejuſdem arcis non exiguo circo locum ædificandæ eccleſiæ. Ferunt*

ANNO CHRISTI 786.

proinde nomen ecclesiæ proveniſſe, quod meum & tuum quaſi communis duorum poſſeſſio, ſonat in lingua Saxonum vernacula Min. din.

Erat vir præcipua religione Herimbertus, qui cum Carolum latere non poſſet, dignus eſt habitus, quem primum præficeret eidem eccleſiæ Mindenſi epiſcopum: adjecit illi miniſteriales non paucos, nec parvos, ut haberet eccleſia defenſores ſuos. Illi vero quia ex imo gradu in nobilitatem excreverant, ut partim comites, partim duces fierent, ſprevisſe matrem videntur.

*Ornata eſt autem eccleſia tam tum ab initio multis ſanctorum reliquiis Feliciani Fulginatis epiſcopi & martyris, Theodori epiſcopi, Carpophori & * Abundæ martyrum*, &c. Hæc Krantzius in metropoli Saxonum.

* *Abundii*

* *Ex Suppl. Lande Labbeus Append. tom. VI.*

* *Synodi hujus menſem & locum deſignat Rhegino ad annum* 785. Rex *inquit*, multis vicibus Icaras per Saxones miſit, & eorum caſtra depræda tus eſt, & in Majo ſynodum ad Paderbrunam habuit: & inde iter peragens, nullo contradicente Saxoniam circuivit. *Idem narrat auctor vitæ Caroli Magni, additque baptizatos eſſe poſtea Vvidochindum & Abbionem Saxonum principes, unam cum ſociis eorum, & tunc tota Saxonia ſubjugata eſt. Cujus regionis eccleſiarum ſtatus in hac ſynodo diſpoſitus eſt, ut habent illarum annales, idque colligitur ex his verbis vitæ S. Sturmi primi abbatis Fuldenſis.* Circa hæc tempora rex Carolus totam Saxonum provinciam in parochias epiſcopales diviſit, & ſacerdotibus, abbatibus, & presbyteris ſervis Domini, ad docendum & baptizandum poteſtatem dedit.

ANNO CHRISTI 786.

CONCILIUM WORMATIENSE IV.

In quo Brittonum principes Carolo regi ſupplices oblati ſunt, anno Chriſti DCCXXCVI.

Ex P. Sirmondo.

HOc anno, ut Rhegino abbas ſcribit, Carolus rex miſit exercitum in partes Britanniæ, cui perfecit Audulfum virum illuſtrem Seneſcalcum. Qui victis Brittonibus totam illam regionem Francorum ditioni ſubegerunt, principeſque Brittonum ſecum adducentes, apud Vvarmatiam regis obtutibus præſentarunt. Vitæ Caroli auctor eos in ſynodo Carolo repræſentatos teſtatur: Quid vero in hac ſynodo præterea geſtum ſit, ignoramus.

* *Ex Suppl. Lande Labbeus Append. Tom. VI.*

* *Aliquid amplius addidit chronicon vetus Moiſſiacenſis cœnobii, ſcilicet quorumdam conjurationem comitum atque nonnullorum nobilium in partibus Auſtriæ contra ipſummet Carolum: menſemque ſynodi hujus indicat his verbis ad hunece annum* 786. Rebellare conati ſunt quidam comites, nonnulli etiam nobilium in partibus Auſtriæ, ac conjurantes coegerunt quos poterant, ut contra regem inſurgerent. Quo comperto, rex juſſit eos ad ſe venire. Procedente tempore, menſe Aprili in Vvormatia ſynodum epiſcoporum ac conventum magnificum coire fecit, ubi decrevit quod hi, qui potiſſimum in hac conjuratione devicti ſunt, honore ſimul ac luminibus privarentur: eos autem, qui innoxii in hac conjuratione ſeducti ſunt, clementer abſolvit.

ANNO CHRISTI 787.

CONCILIUM CALCHUTHENSE

A GREGORIO OSTIENSI ET THEOPHYLACTO

ANNO CHRISTI 787.

Tudertino epiſcopis & legatis Hadriani papæ I. anno gratiæ DCCLXXXVII. Caroli regis Franciæ XIX. Calchuthæ celebratum. In quo decernitur de fide primitus ſuſcepta retinenda, aliiſque ad eccleſiæ regimen pertinentibus: & de conferenda parte archiepiſcopatus Cantuariæ ad eccleſiam Licheſeldenſem jam in archiepiſcopatum promovendam.

TITULI CAPITULORUM

I. *Ut fides Nicæna teneatur, & de ea presbyteri annuo examinentur; omnes etiam teneant ſex univerſales ſynodos.*

II. *Baptizandum juxta canones: quid ſuſceptoris ſit officium.*

III. *Ut epiſcopus bis in anno ſynodum cogat, & parochiam ſuam ſemel circumeat, peccata corripiens, & cohibens.*

IV. *Ut vita & habitus canonicorum, &c. ſint de more orientalium, & juxta canones & decreta pontificum Romanorum.*

V. *Ut præfecti monaſteriorum eligantur vitæ probatæ.*

VI. *De presbyterorum & diaconorum ordinatione.*

VII. *Ut curſus fiat in horis canonicis.*

VIII. *Ut privilegia a pontifice Romano conceſſa obſerventur.*

IX. *Ut Eccleſiaſticus cibum in ſecreto non ſumat.*

X. *Ut in miſſa crura nuda, cruſta panis, cornu bovis non admittatur: nec in ſynodis ſæcularia. Orandum pro eccleſia.*

XI. *De officio regum, & excellentia ſacerdotum.*

XII. *De ordinatione & honore regum.*

XIII. *De judiciis juſte ferendis.*

XIV. *De cohibendis fraude, rapina, & tributis eccleſiæ injuſte impoſitis.*

XV. *De iniquis & inceſtuoſis conjugiis prohibendis.*

XVI. *Ut ſpurii & proles illegitima non ſuccedant in hereditatem.*

XVII. *Ut decimæ juſtæ ſolvantur. Uſura, iniqua pondera & menſuræ, prohibentur.*

XVIII. *Ut vota fideliter reddantur.*

XIX. *Ut reliquias paganorum rituum quiſque abjiciat.*

XX. *De converſione, pœnitentia & confeſſione.*

Reſcriptio ad Hadrianum papam.

PRÆFATIO.

Legati tuto applicant.

NOs faventibus ſanctis orationibus veſtris, hilari vultu veſtris juſſionibus obtemperantes perreximus: ſed impedivit nos is, qui tentat vento contrario; ille vero qui mirificat fluctus, exaudita veſtra deprecatione, mirificavit cærulea freta, & tranſvexit nos ad portum ſalutis: ac licet multis periculis afflictos, tamen illæſos Anglorum appulit oris. Igitur ſuſcepti primum ab archiepiſcopo Jaenbarcho ſanctæ Dorovernenſis eccleſiæ, quæ alio vocabulo Cantia vocitatur, ubi ſanctus Auguſtinus in corpore requieſcit: inibi reſidentes admonuimus ea quæ neceſſaria erant. Inde peragrantes pervenimus ad aulam Offæ regis Merciorum. At ille cum ingenti gaudio, ob reverentiam beati Petri, & veſtri apoſtolatus, honore ſuſcepit tam nos quam ſacros apices a ſumma ſede delatos.

Tunc convenerunt in unum conſilium Offa rex Merciorum, Cuniulphus Vveſt-Saxonum: cui

---

1 *Chalchmh*, alii ponunt in Northumbria, alii in regno Merciorum. *Harduinus.*

ANNO CHRISTI 787.

cui etiam tradidimus vestra syngrammata sancta; ac illi continuo promiserunt, se de his vitiis corrigendos. Tunc inito consilio cum prædictis regibus, pontificibus & senioribus terræ, perpendentes quod angulus ille longe lateque protenditur: permisimus Theophylactum venerabilem episcopum, regem Merciorum & Britanniæ partes adire. Ego autem assumpto mecum adjutore, quem filius vester excellentissimus rex Carolus ob reverentiam vestri apostolatus nobiscum misit, virum probatæ fidei Vvighodum abbatem presbyterum, perrexi in regionem Northanymbrorum ad * Osvvaldum regem, & archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Eboracæ civitatis Eambaldum. Sed quia præfatus rex longe in Borealibus commorabatur, misit jam dictus archiepiscopus missos suos ad regem, qui continuo omni gaudio statuit diem concilii, ad quem convenerunt omnes principes regionis, tam ecclesiastici, quam sæculares. Sed audientibus nobis relatum est, quod reliqua vitia non minima ibi necessaria erant ad corrigendum. Quia, ut scitis, a tempore sancti Augustini pontificis, sacerdos Romanus nullus illuc missus est, nisi nos.

* Ælfvvoldum

Nullus sacerdos Romanus antehac Britanniam missus præter Augustinum.

Scripsimus namque capitulare de singulis rebus, per ordinem cuncta differentes, auribus illorum pertulimus: qui cum omni humilitatis subjectione, & clara voluntate, tam admonitionem vestram quam parvitatem nostram amplexantes, spoponderunt se in omnibus obedire. Tunc nos epistolas vestras ei tradidimus perlegendas, contestantes eos, tam in se quam in subditis sacrata decreta custodire. Hæc namque sunt capitula, quæ illis pertulimus conservanda esse.

CAPITULA.

I.

Primo omnium admonentes, ut sancta & inviolata fides Nicæni concilii ab omnibus qui sacro cultui mancipantur, fideliter & firmiter teneatur, & omni anno in synodalibus conventibus, ab episcopis singularum ecclesiarum presbyteri, qui populum erudire debent, de ipsa fide diligentissime examinentur, ita ut apostolicam fidem & universalem sex synodorum per Spiritum sanctum probatam, sicut tradita est nobis a sancta Romana ecclesia, per omnia confiteantur, teneant & prædicent: & si opportunum venerit, pro ea mori non permitescant: & quoscumque sancta universalia concilia susceperunt, suscipiant; & quos illi damnaverunt, eos & corde rejiciant, & condemnent.

II.

Secundo capitulo docuimus, ut baptismus secundum canonica statuta exerceatur, & non alio tempore, nisi pro magna necessitate: & ut omnes generaliter symbolum & orationem dominicam sciant; & illi qui parvulos de sacro fonte suscipiunt, & pro non loquentibus respondent, ob renunciationem satanæ, & operum & pomparum ejus, seu fidei credulitatem, sciant se fidejussores ipsorum esse ad Dominum pro ipsa sponsione: ut dum ad perfectionem ætatis pervenerint, doceant eos prædictam orationem dominicam & symbolum: quia nisi fecerint, districte ab eis exigetur, quod pro non loquentibus Deo promittitur. Ideo generaliter omni vulgo præcipimus, hoc memoriæ mandari.

ANNO CHRISTI 787

III.

Tertio sermone perstrinximus, omni anno secundum canonicas institutiones, duo concilia: ut, sicut boni agricultores, surculos, nascentes spinas de cordibus delinquentium radicitus amputare valeant; & unusquisque episcopus parochiam suam omni anno semel circumeat, diligenter conventicula per loca congrua constituendo, quo cuncti convenire possint ad audiendum verbum Dei: ne aliquis per incuriam pastoris per devia cujuslibet ignorantiæ errans, rugientis leonis morsibus invadatur: & vigilanti cura gregem sibi commissum prædicet, confirmet, incestuosos separet: augures, aruspices, & incantatores, divinos, veneficos, sacrilegos coerceat, & cuncta vitia demat. Et ne quis turpis lucri gratia, sed spe mercedis æternæ gregem sibi commissum pascere quærat: & quod gratis accepit, omnibus gratis præstare studeat, ut apostolus protestatur, dicens: *Testificor coram Domino & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos & mortuos, & per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina*, sicut propheta dicit: *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion*: scilicet ut ita præmineat merito, sicut & gradu. Et ne forte debeat a docendi timore restringi, audiat: *Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere*. Jeremias quoque dicit: *Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos; ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum*. Heu proh dolor, & nimis flenda tepiditas, quod multi æstimantes dicunt, quid vel amore rerum sæcularium implicemini, vel aliquo facinore territi verbum veritatis aperiri confundemini. Si præsules ecclesiarum silent propter timorem, aut amicitiam sæcularem, & peccantes non arguunt, ut pravi pastores non habentes curam de ovibus, & videntes lupum, fugiunt: cur magis non pertimescunt principem principum, regem regum, dominum dominantium, qui per prophetam pastores increpat, dicens: *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum, ut staretis in prælio in die Domini*. Denique sicut pervigil pastor contra bestiam oves custodire solet, ita Dei sacerdos super gregem Christi solicitus esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor infestet, ne potentioris cujusque cupiditas vitam pauperum

Officium episcopi.

2. Tim. 4.

Isa. 40.

Ibidem.

Jerem. 1

Ezech. 13.

rum inquietet, dicente propheta: *Si non annunciaveris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem ejus de manu tua requiram: ſi autem annunciaveris, & non egerit pœnitentiam, tuam animam liberaſti, ipſe in peccato ſuo morietur. Paſtor namque bonus animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* Hæc namque recolentes, patres mei & fratres, operam date, ne de vobis dicatur, ut paſtoribus Iſrael, *qui paſcunt ſemetipſos*, &c. ſed audire mereamini: *Euge bone ſerve & fidelis, intra in gaudium Domini.*

ANNO CHRISTI 787. *Ezech. 3.* *Matth. 25.*

IV.

Quartus ſermo: Ut epiſcopi diligenti cura provideant, quo omnes canonici ſui canonice vivant, & monachi ſeu monachæ regulariter converſentur tam in cibis quam in veſtibus, ut diſcretio ſit inter canonicum & monachum vel ſæcularem: & illo habitu vivant, quo orientales monachi degunt: & canonici exemplo orientalium, & non tinctis Indiæ coloribus, aut veſte pretioſa: ſed epiſcopi, abbates & abbatiſſæ, ſubjectis ſibi in omnibus exemplum bonum præbeant, ut Petrus ait: *Eſtote forma facti gregis, ſecundum Dominum*, &c. Qua de re ſuademus, ut ſynodalia edicta univerſalium ſex conciliorum cum decretis pontificum Romanorum ſæpius lectitentur, obſerventur, & juxta eorum exemplar eccleſiæ ſtatus corrigatur, ut ne quid novi ab aliquibus introduci permittatur, ne ſit ſchiſma in eccleſia Dei.

1. Petr. 3. VI. Concilia univerſalia.

V.

Quintum caput admonet: Ut ſi (quod ſæpe evenire ſolet) abbas aut abbatiſſa de hac luce migraverint, tunc cum conſilio epiſcopi, cujus in parochia ipſum monaſterium ſitum eſt, probatæ vitæ, & religioſi ſecundum Dominum, ex ipſis eligantur paſtores, qui ſolicite animarum ſibi commiſſarum curam gerant ſin autem in cœnobio illo talis vir minime reperitur, de alio eis cœnobio talis mittatur, qui eos ſecundum Dominum gubernare queat: ut votum quod Deo voverunt, in omni humilitate & obedientia die noctuque implere ſatagant; *parati ſemper præcinctis lumbis, ardentibuſque lucernis patremfamilias expectantes, ut dum vigilantes invenerit, faciat eos æterni convivii eſſe participes.*

VI.

Sextum decretum: Ut nullus epiſcoporum presbyterum aut diaconum ordinare præſumat, niſi probatæ vitæ fuerint, & officium ſuum recte implere poſſint: & in illo titulo perſeverent ad quem conſecrati ſunt, ita ut nullus de alterius titulo presbyterum aut diaconum ſuſcipere præſumat, abſque cauſa rationabili & literis commendatitiis.

VII.

Septimo capitulo: Ut omnes eccleſiæ publicæ canonicis horis curſum ſuum cum reverentia habeant.

VIII.

Octavo ſtatuto: Ut privilegia antiqua a ſancta Romana ſede delata eccleſiis omnibus conſerventur. Si qua autem propter aſſenſum pravorum hominum contra canonica inſtituta conſcripta ſunt, avellantur.

IX.

Nono capite: Ut nullus ex eccleſiaſticis cibum in ſecreto ſumere audeat, niſi præ nimia infirmitate, quia hypocriſis * & Sarracenorum eſt. Ideo * hortatur, *ut non ſimus forinſecus ſepulchra dealbata, intus autem pleni cadaveribus mortuorum*; maxime cum Salvator dicit: *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cælis eſt.* Unde intueri libet, ſi bona opera in abſconditis fieri jubentur, ut pro cujus nomine hæc facimus, ab ipſo remuneremur: quid pertinet ad rem, ut coram hominibus jejunantes aut abſtinentes ſimulemur, in ſecretis vero noſtris bovem aut equum glutiamus?

* ſ. hæc *Matth. 6.* * Forte, *hortamur*. Harduinus. *Matth. 23.*

X.

Decimo capitulo: Ut ne quislibet ex miniſtris altaris, nudis cruribus ad miſſam celebrandam accedere audeat, ne turpitudo ejus appareat, & offendatur Deus: ſcientes, quod ſi hoc in lege prohibitum eſt, nunc in ſacramento Chriſti diligentius obſervari debet. Oblationes quoque fidelium tales fiant, ut panis ſit, non cruſta. Vetuimus etiam ne de cornu bovis calix aut patena fieret, ad * ſacrificandum quod de ſanguine ſunt. Vidimus etiam ibi epiſcopos in conciliis ſuis ſæcularia judicare, prohibuimuſque eos voce apoſtolica: *Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus, ut ei militet cui ſe probavit.* Obſecravimus etiam ut aſſidue preces fierent pro eccleſia Dei, ut Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus exaltet, corroboret, protegat, defendat & conſervet immaculatam ad laudem & gloriam nominis ſui in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

* al. ad ſacrificandum Deo ſanguinem. *2. Tim. 2.*

XI.

Undecimus ſermo fuit ad reges & principes: Ut regimen ſuum cum magna cautela & diſciplina peragant, & cum juſtitia judicent, ut ſcriptum eſt: *Appre-* *Pſalm. 2.* *hendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis*, &c. Denique ſicut ſuperius epiſcopis intimavimus, auctoritate divina fiducialiter & veraciter abſque ullo timore vel adulatione loqui verbum Dei regibus, principibus, omnibuſque dignitatibus, nunquam veritatem ſubterfugere, nulli parcere, neminem injuſte damnare, neminem ſine cauſa excommunicare, omnibus viam ſalutis tam verbis

bis quam exemplis demonſtrare. Ita quo- A
ANNO CHRISTI 787. que reges & principes admonuimus, ut obediant ex corde cum magna humilitate ſuis epiſcopis: quia illis claves cæli datæ ſunt, & habent poteſtatem ligandi atque ſolvendi, ut ſcriptum eſt:
Deut. 32. 7. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: presbyteros tuos, & dicent tibi.* Et alibi apo-
Hebr. 13. 17. ſtolus: *Obedite præpoſitis veſtris tamquam Domino: ipſi enim vigilant pro vobis, quaſi pro animabus veſtris rationem reddituri.* Dominus ipſe doctoribus ait: *Qui vos audit*
Luc. 10. *me audit: qui autem vos ſpernit, non ſpernit vos, ſed eum qui miſit vos.* Item per B
Malach. 2. prophetam: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia*
Sacerdotes angeli Domini. *angelus Domini exercituum eſt.* Igitur ſi angeli ſacerdotes appellantur, a ſæcularibus judicari non poſſunt, ut apoſtolus
1. Cor. 4. ait: *Mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die: qui autem me judicat, Dominus eſt.* Item per pſalmiſtam: *Et corripuit pro eis reges*, ita di-
Pſalm. 143. cens: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Item apo-
1. Cor. 6. ſtolus: *Neſcitis quoniam angelos judicabimus? quanto magis ſæcularia?* quia ſicut C reges omnibus dignitatibus præſunt, ita & epiſcopi in his quæ ad Deum attinent.

Ideo omni niſu hortamur: Ut eccleſiam Dei, quæ eſt ſponſa Chriſti, omnes honorent in facto, nec injuſtum ſervitutis jugum ei imponant, nec ſuperbiant in ſæculari potentia, nec alios vi
Pſalm. 95. opprimant, ut ſcriptum eſt: *Et honor regis judicium diligit.* Perpendat unuſquiſque, qualiter a ſuis ſubjectis ſponſam ſuam honorari vellet: & in hoc terreno exemplo conſideret, quantum cæleſtis regis ſponſam oporteat venerari, D
Oſe. 8. ne, quod abſit, de eis dicatur: *Ipſi regnaverunt, ſed non ex me: principes extiterunt, & non cognovi.* Sed audire mereantur: *Inveni virum ſecundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas. Ideo poſui adjutorium ſuper potentem, & odientes eos in fugam convertam, ut longævitatem felicitatemque regni ſibi ſuiſque nepotibus diſtribuat*, & æternam futuri regni gloriam concedat; habeantque reges conſiliarios prudentes, Dominum timentes, moribus honeſtos, ut populus bonis exemplis regum & principum eruditus & con- E
formatus, proficiat in laudem & gloriam omnipotentis Dei.

XII.

Duodecimo ſermone ſanximus: Ut in ordinatione regum nullus permittat pravorum prævalere aſſenſum: ſed legitime reges a ſacerdotibus & ſenioribus populi eligantur, & non de adulterio vel inceſtu procreati: quia ſicut noſtris temporibus ad ſacerdotium ſecundum canones adulter pervenire non poteſt, ſic nec

Chriſtus Domini eſſe valet & rex totius
ANNO CHRISTI 787. regni, & heres patriæ, qui ex legitimo non fuerit connubio generatus, dicente Propheta: *Scitote quia Dominus dominator eſt in regno hominum, & ipſius eſt regnum, & cuicumque voluerit, dabit illud.* Ideo omnes generaliter admonuimus, ut conſona voce & corde Dominum rogent, ut qui eum eligit in regnum, ipſe ei tribuat regimen diſciplinæ ſanctæ ſuæ, ad regendam plebem ſuam. Honor quoque eis ab omnibus impendatur, dicente Apoſtolo: *Regem honorificate:* & alibi: *Sive re-*
1. Pet. 2. *gi quaſi præcellenti, ſive ducibus tamquam ab*
Ibidem. *eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Item Apoſtolus: *Omnis ani-*
Rom. 13. *ma ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, quia non eſt poteſtas data, niſi a Deo. Quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt. Igitur qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Nullus regi detrahat, dicente Salomo-
Eccleſ. 10. ne: *In ore tuo ne detraxeris regi, & in corde tuo ne maledixeris principi: quia aves cæli portant illud, & qui habet pennas, annunciabit verbum.* In necem regis nemo com-
Paulo aliter. municare audeat, quia Chriſtus Domini eſt, & ſi quis tali ſceleri adhæſerit, ſi epiſcopus eſt, aut ullus ex ſacerdotali gradu, ex ipſo detrudatur, & a ſancta hereditate dejiciatur, ſicut Judas ab apoſtolico gradu ejectus eſt, & omnis quiſquis tali ſacrilegio aſſenſerit, æterno anathematis vinculo interibit, & Judæ traditori ſociatus, ſempiternis cremabitur incendiis, ut ſcriptum eſt: *Non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, judicium Dei non effugiunt.* Duo namque eunuchi Aſſuerum regem interficere cupientes, in patibulum ſuſpenſi ſunt. Animadvertite quid fecerit David præfecto, cum ei Dominus dixerit: *Ego*
1. Reg. 24. *tradam Saul in manus tuas*; dum invenit dormientem, & hortatus a milite ut occideret eum, dixit: *Abſit a me hoc pecca-*
Aliter. Ibid. *tum, ut extendam manum meam in Chriſtum Domini.* Illum autem militem qui poſt mortem ejus venit ad eum, proteſtans quod ipſe occiderat Saul, capite truncavit; & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & ſemini ejus poſt eum. Exemplis namque apud vos ſæpe probatum eſt, quod quicumque internecionis dominorum fuere *, in ſpatio vitam finierunt, & utro- * Deeſt auctoque jure caruerunt. res, vel aliquid ſimile.

XIII.

Decima tertia admonitio fuit. Ut potentes & divites juſta judicia ſtatuant, nec perſonam divitis accipiant, nec pauperes contemnant, neque a rectitudine judiciorum devient, nec munera ſuper innocentes accipiant, * ſed in veritate & * Forte, ſed judicent. H.
Pſalm. 57. juſtitia, dicente Propheta; *Juſte judicate, filii hominum.* Item alibi: *Non facies quod*
Levit. 19. *ini-*

ANNO CHRISTI 787.

iniquum est, nec injuste judicabis: non sta- A
bis contra sanguinem proximi tui. Item ut
Isaias: *Quærite judicium, subvenite oppres-*
so, judicate pupillo, defendite viduam, & ve-
nite & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint
peccata vestra ut cocinnum, quasi nix dealba-
buntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus,
ut lana alba erunt. Item alibi: *Solve om-*
nem nodum iniquitatis, solve fasciculos depri-
mentes: dimitte eos qui confracti sunt, li-
beros, & omne onus disrumpe. Tunc erum-
pet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua
citius orietur, dicente Domino in evan-
gelio: *In quo enim judicio judicaveritis, ju-* B
dicabimini: mensura qua mensi fueritis, me-
tietur vobis. Nec vi alicui rapietis, quod
suum est: *Non concupisces rem proximi tui,*
nec desiderabis uxorem ejus, non villam, non
bovem, non ovem, non agrum, nec omnia
quæ illius sunt. Propheta namque com-
minatur dicens: *Væ qui conjungitis domum*
ad domum, & agrum ad agrum copulatis, us-
que ad terminum loci: numquid solvi vos habi-
tabitis in medio terræ? in auribus meis sunt hæc,
dicit Dominus exercituum. Rursum clamat
Propheta, dicens: *Eripite pauperem, & ege-*
num de manu peccatoris liberate. Mementote C
quid mereatur, qui scandalizaverit unum
de pusillis; qui autem susceperit unum de
his, Christum suscipit, a quo in judicio me-
reamini audire; *Venite benedicti, possidete*
paratum vobis regnum ab origine mundi.

Isai. 1.
Isa. 58.
Matth. 27.
Exod. 20.
Isa. 5.
Psal. 88.
Matth. 25.

XIV.

Decimum quartum caput. Fraus, violen-
tia & rapina *vereatur, & ne injusta vel
majora tributa ecclesiis Dei imponantur,
quam lex Romana, & antiqua consuetudo
priorum Imperatorum, regum & princi-
pum, habeat; omninoque qui sanctæ Ro-
manæ ecclesiæ, & beato Petro principi apo- D
stolorum communicare cupit, ab hoc vitio
violentiæ immunem se servare studeat. Sit
concordia ubique, & unanimitas inter reges
& episcopos, ecclesiasticos & laicos, omnem-
que populum Christianum; ut sit unitas ubi-
que ecclesiarum Dei, & pax in una ecclesia,
in una fide, spe, & charitate permanens, u-
num caput habens, quod est Christus, cujus
membra se invicem adjuvare, mutuaque cha-
ritate diligere debeant, sicut ipse dixit; *In*
hoc cognoscentes omnes quia mei discipuli estis,
si dilectionem habueritis ad invicem.

* Forte, vetatur.
Joan. 13.

XV.

Decimum quintum caput. Interdicun-
tur omnibus injusta connubia & incestuo-
sa, tam cum ancillis Dei, vel aliis il-
licitis personis, quam cum propinquis &
consanguineis, vel alienigenis uxoribus;
& omnino anathematis mucrone perfo-
ditur, qui talia agit, nisi correctus resi-
piscat a tam nefanda præsumptione, &
suo episcopo obtemperans, seipsum ad
æquitatis normam corrigat & revo-
cet.

XVI.

Decimum sextum caput. Decreto ab- ANNO CHRIST. 787.
dicitur filiis meretricum legitima here-
ditas. Adulterinos namque filios, ac san-
ctimonialium, auctoritate apostolica spu-
rios, & adulteros judicamus. Virginem
namque quæ se Deo voverit, & ad in-
star sanctæ Mariæ vestem induerit, spon-
sam Christi vocitare non dubitamus.
Ideo manifestum est, sive in cælestibus
rebus, sive terrestribus, * quia non poten- * f. quia qui p
tentioris se
tiorem se sponsam tulerit, & suo sibi
eam matrimonio copulaverit, nunquam
impunitus evadet. Unde & Apostolus
ait: *Si quis templum Dei violaverit, disper-* 1. Cor. 3.
det illum Dominus. Templum enim Dei san- Ephes. 5.
ctum est, &c. Et idem Apostolus; *Hoc*
namque scitote, intelligentes, quod omnis for-
nicator, aut immundus, aut adulter, aut ava-
rus, non habet hereditatem in regno Christi
& Dei. Perpendite namque, si ab Apo-
stolo hereditas sæculi secluditur, dicen-
te scriptura: *Non enim heres erit filius an-* Gen. 21.
cillæ cum filio liberæ. Sed dicet aliquis a-
dulterinus: Meretrix mea non est serva,
sed libera. His auctoritate apostolica res- Rom. 6.
pondemus: *Nescitis quia cui vos servos ex-*
hibuistis ad obediendum, servi ejus estis cui
obedistis, sive peccati ad mortem, sive justi- 1. Cor. 7.
tiæ ad sanctificationem? Idcirco imperavi-
mus apostolicis verbis, ut *propter forni-*
cationem fugiendam, unusquisque laicus *suam*
uxorem legitimam habeat, & unaquæque suum
virum habeat, ut secundum Dominum in-
de heredes legitimos habeat, fiantque
heredes Dei, coheredes autem Christi.
Cæterum sicut in canone, vel in evan-
gelica doctrina, & decretis apostolico-
rum dogmatum, de legitimis matrimo-
niis, vel statuto tempore nubendi vel
abstinendi, scriptum est, his decretis ni-
hil addere præsumimus, aut demere: *Si* 1. Cor. 11.
quis videtur contentiosus esse, nos talem con-
suetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.

XVII.

Decimum septimum caput. De decimis dandis, sicut in lege scriptum est: Forte, sive
Decimam partem ex omnibus frugibus tuis * Hard.
si primitias deferas in domum Domini Dei Malac. 3.
tui. Rursum per prophetam: *Adferte*, in-
quit, *omnem decimam in horreum, ut sit ci-*
bus in domo mea: & probate me super hoc,
si non aperuero vobis cataractas cæli, & effu-
dero benedictionem usque ad abundantiam: &
increpabo pro vobis devorantem, qui comedit
& corrumpit fructum terræ vestræ: & non
erit ultra vinea sterilis in agro, dicit Domi-
nus. Sicut sapiens ait: *Nemo justam elee-*
mosynam de his quæ possidet facere valet, ni-
si prius separaverit Domino, quod a primor-
dio ipse sibi reddere delegavit. Ac per hoc
plerumque contingit, ut qui decimam non
tribuit, ad decimam revertatur. Unde
etiam cum obtestatione præcipimus, ut
omnes

omnes ſtudeant de omnibus quæ poſſi- ANNO CHRISTI 787.
dent decimas dare, quia ſpeciale Domi-
ni eſt Dei: & de novem partibus ſibi vi-
vat, & eleemoſynas tribuat: & magis
eas in abſconditis facere ſuaſimus, quia
ſcriptum eſt: *Cum facis eleemoſynam, noli* Matth. 6.
tuba canere ante te.

Uſuras quoque prohibuimus, dicente
Domino ad David: *dignum fore habitato-* Pſalm. 14.
rem tabernaculi ſui, qui pecuniam ſuam non
dederit ad uſuram. Auguſtinus quoque ait:
qui habet injuſtum lucrum ſine juſto damno.
Ubi lucrum, ibi damnum: lucrum in
arca, damnum in conſcientia.

Statuimus etiam, ut menſuras æquas
& pondera æqualia ſtatuant omnibus, Prov. 20.
dicente Salomone: *Pondus & pondus, men-*
ſuram, & menſuram odit Deus: id eſt, ne
alio quis vendat pondere, vel menſura
alia emat: quia *ubique Deus juſtitiam dili-*
git, & æquitatem videt vultus ejus.

XVIII.

Decimum octavum caput. De voto
Chriſtianorum, ut impleant illud. An-
tiqui namque patriarchæ & prophetæ
per hoc placuerunt Domino. Abel nam-
que juſtus votum fideli animo obtulit de
adipibus ſuis: & grata magis erat Do-
mino, quam illius parricidæ. Idcirco di-
vino igne Deus abſumpſit holocauſta ac-
cepta, non bono autem animo oblata
contempſit. Et idcirco cum maledictio-
ne damnatus, iram meruit: junior au-
tem felici martyrio coronatus eſt. Re-
cordamini Enoch, qui votum vovit &
reddidit, & vivens in corpore transla-
tus eſt. Noe namque juſtus votum vo-
vit & reddidit, & ſolus omnium homi-
num, cum ſeptem ſibi conjunctis, de di-
luvio mundi liberatus eſt. Quid loquar
de Abraham, qui cætera vota vovit &
reddidit, & decimas ſacerdoti Melchiſe-
dec dedit? de hoſtibus namque triumphavit: ideo meruit Dominum in Tri-
nitate non ſolum adorare, verum etiam
in hoſpitium ſuſcipere, & promiſſionis
filium de nonagenaria habere: & quem
promiſſionis filium ſuſcipere meruit (ma-
xime dicente Domino: *In Iſaac vocabitur* Gen. 21.
tibi ſemen: &, *in ſemine tuo benedicentur*
omnes gentes terræ) ipſum promiſſionis fi-
lium mactare non renuit, quem proculdu-
bio tamen victurum non diffidebat. Ideo
fides cooperabatur operibus illius, & re-
putatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei
appellatus eſt. Jacob namque votum vovit,
& reddidit. Recordamini Manoe de filia
ſua, & memoria illius in ſempiternum erit.
David propheta implens votum, nobis præ-
cipit, dicens: *Vovete & reddite Domino Deo* Pſalm. 75.
veſtro, omnes qui in circuitu ejus ſunt: offerte
munera terribili, & ei qui aufert ſpiritum prin- ANNO CHRISTI 787.
cipum, terribili apud omnes reges terræ. Salo-
mon quoque ait: *Cum feceris votum, feſtina* Eccl. 5.
reddere illud, ne forte Dominus iraſcatur tibi.
Item ſcriptura: *Melius eſt non vovere, quam*
votum non reddere. Unde obſecramus, ut
unuſquiſque ad mentem ſuam revocet quid-
quid in proſperitate & anguſtia Deo vo-
vet, ne tardet reddere illud, ne forte ite-
rum in anguſtiis implicati audire mereа-
mini: *Quod dudum pollicitus eſt mihi, menti-* Rom. 2
tus eſt: ad ſervandam duritiem tuam & cor im-
pœnitens, theſaurizaſti tibi iram in die iræ, &
revelationis juſti judicii Dei. Ideo in interitu
veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis
quod timebatis advenerit. Nihil namque
damus nec promittimus, niſi quod prius
nobis dedit. Unde Propheta compunctus
ait: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ* Pſal. 115.
retribuit mihi? Si quis autem voverit, &
reddere diſtulerit, veremur ne unquam il-
læſus evadat, ut dictum eſt: *Horrendum eſt* Hebr. 10.
incidere in manus Domini viventis, &c.

XIX.

Decimum nonum caput. Annexuimus,
ut unuſquiſque fidelis Chriſtianus a ca-
tholicis viris exemplum accipiat, & ſi
quid ex ritu paganorum remanſit, avella-
tur, contemnatur, abjiciatur. Deus enim
formavit hominem pulchrum in decore &
ſpecie: pagani vero diabolico inſtinctu ci-
catrices teterrimas ſuperinduxerunt, di-
cente Prudentio: [1]

Tinxit & innocuam maculis ſordentibus humum.

Domino enim videtur facere injuriam,
qui creaturam fœdat & deturpat.

Certe ſi pro Deo aliquis hanc tinctura
injuriam ſuſtineret, magnam inde remune-
rationem acciperet. Sed quiſquis ex ſuper-
ſtitione gentilium id agit, non ei proficit
ad ſalutem, ſicut nec Judæis circumciſio
corporis ſine credulitate cordis.

Veſtimenta etiam veſtra, more gentil-
lium, quos, Deo opitulante, patres veſtri
de orbe armis expulerunt, induitis. Mi-
randa res, & nimis ſtupenda; ut quorum
vitam ſemper odiſtis, exempla imitemini.

Equos etiam veſtros turpi conſuetudine
detruncatis, nares finditis, aures copulatis,
verum etiam & ſurdas redditis; caudas am-
putatis: & quia illos illæſos habere pote-
ſtis, hoc nolentes cunctis odibiles redditis.

Audivimus etiam, quod dum inter vos
litigium verſatur, ſortes more gentilium
mittitis: quod omnino ſacrilegium iſtis
temporibus reputatur.

Equos etiam plerique in vobis come-
dunt, quod nullus Chriſtianorum in O-
rientalibus facit: quod etiam evitate.

Con-

1 Apud Prudentium in Enchiridio, verſu 3. legitur: *Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.* Hard.

——— Contendite ut omnia vestra honesta & se- A
ANNO CHRISTI 787. cundum Dominum fiant.

XX.

Vigesimum caput. Omnibus generaliter intimavimus, ut juxta propheticam vocem
Joel. 2. agere decertent, quæ ait: *Nolite tardare converti ad Dominum, nec differatis de die in diem.* Et alibi: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu.* Item:
Mal. 3. Jacob. 5. Paulo aliter *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Et juxta Apostolum: *Confitemini alter alteri peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini, ne ullum* (quod absit) *subitanea mors imparatum inveniat.* Et juxta judicium sacer- B
dotum, & modum culpæ, eucharistiam sumite, & fructus dignos pœnitentiæ facite: fructuosa namque pœnitentia est, admissa deflere, fleta in postmodum non admittere.

Si quis autem, quod absit, sine pœnitentia aut confessione de hac luce discessit, pro eo minime orandum est. Nullus enim nostrum absque peccato est, nec infans unius
1. Joan. 2. diei, dicente Apostolo: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Pœnitemini igitur & convertimini, quia mors non tardat, C
ut deleantur vestra peccata, & illa vita sine fine mansura cum angelis sanctis perfrui mereamini, per eum qui vivit & regnat in sæcula sæculorum.

Hæc decreta, beatissime papa Hadriane, in concilio publico coram rege Ælfuvalo, & archiepiscopo Eanbaldo, & omnibus episcopis & abbatibus regionis, seu senatoribus, & ducibus, & populo terræ, proposuimus; & illi, ut superius fati sumus, cum omni devotione mentis juxta possibilitatem virium suarum, adjuvante superna clementia, se in omnibus custodire devoverunt, & signo sanctæ crucis in vice vestra, in manu nostra confirmaverunt, D
ut postea stylo diligenti in charta hujus paginæ exaraverunt, signum sanctæ crucis infigentes.

SUBSCRIPTIONES.

* *al.* Alivuoldus. Ego * Ælfuvaldus Transhumbranæ gentis rex, consentiens signo sanctæ crucis subscripsi.

* *al.* Tilberus. Ego * Dilberchus Augustadensis ecclesiæ præsul, gaudens signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Eanbaldus gratia Dei archiepiscopus Eboracensis ecclesiæ, hujus chartulæ piæ & catholicæ taxationi, signo sanctæ crucis subscripsi.

* *al.* Higbaldus. Ego * Hyguvaldus Lindisfarensis ecclesiæ episcopus obediens, signo sanctæ crucis subscripsi. E

* *al.* Æthelbertus. Ego * Ædilberchus Candensis casæ episcopus supplex, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Adulphus Myiensis ecclesiæ episcopus, devota voluntate subscripsi.

Ego Æthiluvinus episcopus per legatos subscripsi.

Gosigha patricius, signo sanctæ crucis placido animo subscripsi.

His quoque saluberrimis admonitionibus, presbyteri, diaconi ecclesiarum, & abbates monasteriorum, judices, optimates, & nobiles, unopere, uno ore consentimus & subscripsimus.

Ego Alrich dux, signo sanctæ crucis subscr.
Ego Sigulphus dux, signo sanctæ crucis subs. ANNO CHRISTI 787.
Ego Aldberich abbas, signo sanctæ crucis subsc.
Ego Erhart abbas, signo sanctæ crucis subsc.

His peractis, & data benedictione, perreximus, assumptis nobiscum viris illustribus, legatis regis & archiepiscopi, Maluinum videlicet & Pyttel lectores: qui una nobiscum pergentes, & ipsa decreta secum deferentes in concilium Merciorum, ubi glorioſus rex Offa cum senatoribus terræ, una cum archiepiscopo Jaenberchto sanctæ ecclesiæ Dorovernienſis, & cæteris episcopis regionum, convenerat. Et in conspectu concilii clara voce singula capitula perlecta sunt: & tam Latine quam Teutonice, quo omnes intelligere possent, dilucide referata sunt. Qui omnes consona voce, alacri animo gratias referentes, apostolatus vestri admonitionibus promiserunt, se Divino adminiculante favore, juxta qualitatem virium, promptissima voluntate, in omnibus hæc statuta custodire. Quin etiam, ut supra taxavimus, tam rex, quam principes sui, archiepiscopus cum sociis suis, in manu nostra, in vice dominii vestri, signum sanctæ crucis firmaverunt, & rursum præsentem chartulam sacrato signo roboraverunt.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Jaenberchtus * archiepiscopus sanctæ Do- * *al.* Jambe rovernensis ecclesiæ, supplex signo sanctæ cru- tus, Lambe cis subscripsi. tus, & Lan brithus.

Ego Offa rex Merciorum, consentiens his statutis, prompta voluntate signo crucis subscr.

Hugilberchtus * episcopus Lichtenfelsæ ec- * Higebert clesiæ, signo sanctæ crucis subscripsi. episcopus L chefeldæ.

Edeulfus * Lindensis, Faronensis episcopus * Eadulphu subscripsi. episcopus Lindisfarne sis.

Ununona * Legorensis episcopus subs. * Unvvora L gercstrensi

Alchardus episcopus subs.
Fadberchus episcopus subs.
Chumberchus episcopus subs.
Harchelus episcopus subs.
Æine episcopus subs.
Tora episcopus subs.
Vvaremundus episcopus subs.
Adalmundus episcopus subs.
Adoredus episcopus subs.

Edrabodus abbas, Alemundus abbas, Boduvinus abbas, Uttel abbas.

Brorda dux, signo sanctæ crucis subs.
Facuvaldus dux subs.
Bercoaldus dux subs.
Othbaldus comes subs.

Observatio P. Antonii Pagi
ad An. Ch. 787. n. 18.

Habitum hoc anno in Anglia Concilium a Legatis Apostolicis Georgio Ostiensi, & in Thephylacto Episcopis, illuc ab Hadriano Papa missis, in quo Canones XX. pro disciplina Ecclesiastica restituenda conditi sunt. Legitur illud apud Spelmannum, Alfordum, & Labbeum. Alfordus tamen duas synodos habitas esse existimat, alteram in Septentrionali parte Insulæ a Georgio, alteramque in Austro vel in Occidente a Theophylacto. Certe Historici Anglici de loco ubi Synodus habita inter se non conveniunt, quia scilicet in uno & altero loco synodi celebratæ. Annalista Mailrosensis hoc anno scribit: *Synodus congregata est in Pincanhale*, qui locus in Dunelmensi Episcopatu situs est, & modo *Finchenhalan*, modo *Wincenhale* ab Historicis Anglicis vocatur, quo ideo Georgius perrexit, velut Northumbriæ regni meditullium. Altera synodus in Regno Merciorum celebrata, quam Spelmannus *Calchutensem* appellavit, qui tamen ubi locus sit, determinare non definivit. De utraque synodo legendus Alfordus ad hunc annum.

HEN

ANNO CHRISTI 787.

Η ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ

ANNO CHRISTI 787.

ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ,
ΕΒΔΟΜΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

SANCTA SYNODUS
NICÆNA SECUNDA,
GENERALIS SEPTIMA.

HISTORIA CONCILII NICÆNI II.

IN Arabia fuit, imperante Leone Iſaurico, Judæus quidam Sarantapechys * veneficus ac præſtigiator inſignis. Is ut odium jamdiu conceptum adverſus Chriſtianos exſaturaret aliquando, Ezidum Arabum regem, cujus leviſſimum eſſe norat ingenium, adit: vaticinandi illi artem oſtentat, diuturnum ſpondet imperium, ſi ex Chriſtianorum templis, totiuſque regni ſui finibus ſacroſanctas imagines detrahat. Homo vaniſſimus vaniſſimum vaticinium haud ſurdis accepit auribus. Imagines omnes, ſive in templis, ſive in foro eſſent, revelli ac perfringi jubet. Cumque imperata facere nollent Chriſtiani, ſatellites Hebræi atque Arabes alacriter perfecere. Cæterum fallax vaticinium nulli magis, quam vel vaticinanti, vel obſequenti fuit exitio. Nam & rex ipſe poſt ſeſquinannum interiit, & Ulidus ejus filius atque heres Hebræum vatem, ut patris interfectorem, de medio ſuſtulit. Everſarum imaginum atque inauditæ impietatis fama Chriſtiani nominis provincias brevi pervagata eſt, omnibus tantum facinus execrantibus. Quamquam in quorumdam animis male alio-

* Sept. Syn. act. 5. Auct. hiſt. miſc. lib. 21. Zonar. & Cedren. in Leon.

A quin affectis facile facti hujus exemplum & crimen inſedit, * imperatoris potiſſimum, & * Conſtantini, qui Nicoliæ erat epiſcopus: ſed & utrique non leve calcar acceſſit ex conſuetudine cujuſdam * Beſeris, qui ex Chriſtianis ortus parentibus, cum captivus in Syriam eſſet abductus, ex Arabum conſortio Mahometanis ſuperſtitionibus imbutus eſt. Tum libertate donatus, cum ad Romanorum ditionem rediiſſet, primo familiariter egit cum Conſtantino, deinde ſe in gratiam imperatoris penitus inſinuavit. Beſeris & Conſtantini ſuaſionibus incitatus Leo, ac multo magis adactus jurejurando, quo id ſponderat Hebræis * quibuſdam qui ei prædixerant imperium, deteſtabile bellum ſacris B indicit imaginibus: neque eas ex templis tantum & privatis ædibus dejicit & abradit, ſed etiam pervetuſtæ magnæque religionis ſtatuam Salvatoris, quæ ad æneam urbis portam in excelſo illuſtrique loco diutiſſime ſteterat, vi ferroque deturbat. Stomachantur qui aderant, percellitur tam acerbo nuncio civitas: ad * arma concurritur: regii diſcerpuntur apparitores & adminiſtri. Fremit imperator accepta injuria, & natura ferox ac truculentus ferinam exardeſcit in rabiem: publico edicto omnem imaginum cultum abrogat, cultoribus interdicit aqua & igni: alios ſpoliatione bonorum multat, alios in exilium ejicit, aliis abſcindit manus, alios crudeliter jugulat, totam denique C rempublicam velut immaniſſimus vere leo lacerat

* Auct. hiſt. miſcel. loc. cit. * Germani ad Joannem epiſtol. in ſyn. 7. act. 4. * Auct. miſc. ubi ſup.

* Cedren. Zonar.

* Hiſt. miſc. & Cedren.

rat & cruentat. Aggreditur dein sapientissimum * doctorem, cui & præstans omnium disciplinarum scientia, & spectata morum integritas, & duodecim contubernalium modestia, quos ecclesiasticorum divinorumque institutorum collegas & socios habebat, venerationem apud omnes justissimam conciliaverat: ut eos non modo permulti doctrinæ ac sapientiæ causa convenire solerent, sed ipsi etiam imperatores in rebus gerendis consulerent. Hos igitur Leo disputationibus primo & privatis collocutionibus in suorum errorum sentinam pertrahere studet. Verum eorum deinde invicta constantia repulsus, inclusos in ædes eis ad habitandum attributas, una cum instructa bibliotheca, noctu imperat concremari. Sanctorum præterea deprecationes irridere, loculos perfodere, reliquias fœdare, neque homines, neque Deum vereri. Nec erat qui efferato Leoni sese auderet objicere, præter unum Germanum Constantinopolitanum episcopum, cujus eximiam sanctitatem, venerandam canitiem, & singularem in conservandis ovibus vigilantiam colebant universi. Lugebat is calamitatem ecclesiæ, & quacumque ratione poterat imperatoris impetum retardabat. Scripsit etiam ad Constantinum * episcopum tot scelerum & conscium & auctorem: hortatur ut ab incepto desistat, suæ suorumque saluti prospiciat, redeat ad majorum traditionem. Subdole simulat ille esse se, qui non erat: versuteque rescribit, daturum se operam deinceps, ut dicto factove offendat neminem. Missis etiam ad alios episcopos * literis, Germanus vehementer eos rogat, ut fidem a majoribus traditam retineant. Has ob causas Germanum imperator graviter oderat, erumpentem tamen iram premebat, veritus ejus insignem virtutem, magnamque de eo orthodoxæ plebis existimationem. Ergo * accersitum blande compellat, ac, velut aliud agens, accusat superiorum temporum imperitiam, & sacerdotes, qui fatue populos imaginibus colendis adduxerant. Sapienter Germanus furentem demulcere studet: explicat ejus rei utilitatem, & ecclesiæ consuetudinem ab apostolis usque deductam. Hic vero excanduit imperator, atque antistitem minis & contumeliis oneratum regia expulit. Nec pepercit * Joanni Damasceno humanarum divinarumque rerum eruditione florentissimo. Etenim ei, quod de religioso imaginum cultu non minus pie quam docte scripsisset, dextera ejusdem Leonis opera & fraude a Saraceno principe præcisa est; quam tamen divinitus restituit clementissima Dei mater, ad cujus ille imaginem, velut ad sacram anchoram, piis fletibus & supplici fide confugerat.

Gregorius secundus Romanus pontifex cum ea, quæ Constantinopoli gerebantur, acerbissime ferret, coacta Romæ * synodo, eo studio quod pastorem ac patrem decet, per literas imperatorem commonefacit, desinat aliquando ecclesiam persequi: non esse imperatoris partes de divinis sacrisque rebus judicare, multo minus apostolicas traditiones, quas omnis vetustas pie semper est ac sancte, venerata, convellere. His aliisque salutaribus monitis restitit Leo: aspidem surdam potius quam hominem diceres. Germanum quoque imperator Constantinopolitano dejicit throno, Anastatium sufficit hominem sceleratissimum. Quocirca illum tandem Gregorius pontifex & apostolici anathematis mucrone vulnerat, & Italiæ spoliat imperio, abactis interceptisque Italorum annuis vectigalibus, quæ ad id tempus principibus Constantinopolitanis pendebantur. Leo vero ingentem classem, qua & Gregorium, & Italiam divexaret, instruxit; cui suppeditari sumptum jussit ex censu per capita Siculis & Calabris impositio: ecclesiæ vero Romanæ patrimonium, quod in his erat provinciis, in suum retulit ærarium. Sed ultor tot facinorum Deus immanis tyranni classem magnis jactatam procellis, ad litus Adriatici maris obtrivit.

Gregorio secundo tertius succedit: qui ut laboranti ecclesiæ afferret opem quam posset, ad Leonem mittit Gregorium * ecclesiæ Romanæ presbyterum cum mandatis apostolico munere vigilantiaque dignissimis: quæ tamen is imperatori non reddidit, quippe ejus primum minis deterritus, deinde fraudibus elusus, denique annuo damnatus exilio. Cujus rei indignitate commotus pontifex, evocatis in urbem episcopis quam plurimus, ante beati Petri confessionem, tota approbante synodo, oppugnatores imaginum ab ecclesiæ communione, ut pestem ac perniciem Christiani orbis, exsecuit. Postea iterum conatur Leonis animum delinire, missis per Constantinum defensorem epistolis. Verum is tabellarius in vincula conjectus, & diuturno fœtore ac fame cruciatus, vix tandem imperatoris manus effugit. Multis tum calamitatibus tamquam telis e cælo missis Leonis res acciæ sunt. Nam * civitatum defectionibus & armis turbata fides erga imperatorem; ex pestilentia & belli cladibus miserabilis vastitas consecuta: sed nihil horribilius terræmotu, qui duodecim * menses regiam concussit urbem, prostratis non modo privatis ædibus, monasteriis, templis, sed etiam publicis mœnibus. Quorum cum nihil Leonis amentiæ mederi potuisset, tandem diris afflictatus torminibus, inter angores & ejulatus impiam animam exhalavit. Leoni successit filius Constantinus, quem Copronymum propterea cognominarunt, quod * cum baptismo infans expiaretur, sacrum lavacrum inquinarit. Eo portento territus Germanus patriarcha prædixit, rempublicam & ecclesiam hujus aliquando flagitiis polluendam. Prædictionem comprobavit eventus. Nam si flagellis Leo, scorpionibus Copronymus cecidit ecclesiam, homo natus ad evertendam omnem, quod in ipso fuit, religionem; sacrarum rerum & cæremoniarum, quarum pius cultus in Dei cultum redundat, contemptor impudentissimus; ludis circensibus, victimis exsecandis, evocandis malis geniis ac manibus, aliisque id genus veneficiis apprime deditus. Qui ut sui principatus initia bonis videlicet auspiciis consecraret, generali statim vetuit edicto, ne quis aut eos, qui religiosissimo Dei famulatu excelluerunt, sanctos cognominaret, aut eorum reliquias veneraretur, aut tamquam patronos ac deprecatores imploraret, quod eos nihil posse diceret, ne Deiparam quidem virginem, quam ne illo quidem cognomine voluit appellari. Quin etiam sumptis in manibus aliquando loculis auro plenis, ex iis, qui aderant, scisitatus est, quanti eos æstimarent. Cum respondissent, magni; vacuos eosdem deinde ostendit, percontatus, quanti eos licerentur. Cum responsum esset, nihili. * Ita (inquit) Maria quoque, dum Christum gestavit utero, in honore fuit; postquam eum peperit, nihilo cæteris mulieribus præstitit. Eam igitur impietatem cives graviter ferentes, Artabasdum Curopalatem,

ANNO CHRISTI 787.

* Zonar. Cedr. & histor. misc. ubi sup.

* Histor. misc. Cedr.

* German. in epist. ad Jo. & Thomam in VII. synod. act. 4.

* Auctor. misc. & Cedren. in Leon.

* Suidas tom. 3. in vit. S. Jo. Damasceni.

* Hadrianus papa primus in ep. ad Carolum, & ad imper. Greg. secundus in epist. 1. & 2. ad Leon. Auct. hist. misc. Cedren. & Zonar. ubi sup.

ANNO CHRISTI 787.

* Anast. in Greg. tertio.

* Cedr. & Zonar. in Leon.

* Auct. hist. miscel. in fin. lib. 22.

* Cedr. in Leon. & auct. misc. lib. 22.

* Zonar. in Constantin. & auct. hist. misc. lib. 22. in fin. Cedren. ubi sup.

ANNO CHRISTI 787.

tem, Copronymi affinem * e fororis conjugio, qui contra ipſum Copronymum arma ſumſerat, imperatorem deſignant; Beſerem tot malorum auctorem atque incitamentum trucidant, ſacras imagines ſuis reſtituunt locis, Copronymum anathemate conviciiſque proſciſſum exuunt imperio, ejuſque loco Curopalatem Auguſtum conſalutant. Verum uſura gratulationis hujus breviſſima fuit. Collectis enim mox viribus Copronymus urbem terra marique obſedit, eaque in deditionem compulſa, Curopalatem etiam in ſuam redigit poteſtatem, eique oculos effodit; filios autem gravibus jactatos ærumnis, capite damnat, ne quis ex tam illuſtri familia veræ religionis vindex relinquatur. Crudeliter etiam deſæviit in perduelles cæteros: aliorum fortunas prædam militibus expoſuit, alios patriis expulit ſedibus, alios, præciſis prius manibus, interemit. At vero, ne qua re rabidis feris eſſet abſimilis, in familiares etiam ſuæque hæreſeos ſectatores deſæviit, & in his præcipue Anaſtaſium pſeudopatriarcham, quem aſello præpoſtere impoſitum, & virgis cæſum, & per urbis plateas ludibrio habitum, rurſus in priſtinum thronum collocavit. Sed paulo poſt hic ipſe epiſcopus, qui inter concionandum ſanctorum gloriam conviciis proſcindere conſueverat, morti proximus per os egerere ſua ipſius excrementa coactus eſt. Inſtitere tres deinceps * Romani pontifices, Zacharias, Stephanus & Paulus, totidem ſynodis Romæ habitis, literis, cohortationibus, precibus, aliiſque remediis perditi hominis curare dementiam. Copronymus vero nec ullum ſanctiſſimis paſtoribus honorem habere, nec divinum numen vereri, nec ignominiis ullis adverſus ſanctos parcere: imo vero, ut ſuæ ſectæ nomen ac dignitatem amplificaret, * ſynodi cujuſpiam auctoritate CCCXXXVIII. epiſcopos, quorum anteſignani erant Theodoſius Epheſi, & Pallas Pergæ, homines audaces & impii, Conſtantinopolim evocavit: per quos, quæcumque ei libuiſſet, ſine ullo metu ſtatueret. Nihil ea de re actum eſt cum apoſtolica ſede: nullus epiſcopus ex catholicis ac primariis ſedibus, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, eſt accerſitus: nihil ordine ſuſceptum, factumque; nihil in tanto cœtu aliud reſonat, quam adverſus imagines impudens ac veſana conclamatio: præficitur eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Conſtantinus monachus, homo nefarius: decurritur in forum: adeſt imperator, adſunt & epiſcopi cum patriarcha Conſtantino: omnis interdicitur imaginum honor ac veneratio: indigno feriuntur anathemate Germanus, Georgius Cypri epiſcopus, Joannes Damaſcenus, acerrimi propugnatores imaginum. Sed cum Conſtantinopolitanam hanc ſynodum Stephanus pontifex abrogaſſet Romana * ſynodo, Copronymus ad ſuæ ſynodi * ſubſcriptionem epiſcopos ac monachos univerſos adigere conatus eſt. Verum reſtitit eorum optimus quiſque, nec hominis tyrannidem timuere jam jam piorum cervicibus imminentem, ſed lubentibus animis excepere oblatam ſibi facultatem bibendi calicem Domini, & lavandi ſtolas ſuas in ſanguine agni. Atque inter hos in primis claruere Andreas Calybites * eximiæ pietatis monachus, cui flagrorum vi dirupta cutis eſt; dum traheretur per urbem pede amputato, martyrium conſummavit: præterea Petrus vir graviſſimus, qui vinctis per plateas pedibus tractus, & in mare demerſus eſt: Stephanus eremitarum dux & magiſter *, qui complures annos clauſtro incluſus traduxerat. Is exemplo prioris Stephani, fuſtibus & lapidibus toto corpore dilaceratus, & in altiſſimam foveam inter reos damnatoſque projectus: monachi * vero compulſi, pallio & cucullo depoſito, inire conjugia, & vitam ſordidis artibus tolerare. Tradita militibus monaſteria, ut ſacri monachatus memoria deleretur. Sanctorum patrum libri, ſacra ſupellex & reliquiæ in rogos ac flammas injecta. Aliquot ſenatores, clariſſimi viri, quod imagines adoraſſent, duriſſimis nervis in foro verberati. Adacti denique omnes jurejurando, diraque execratione, nullum ſe poſthac honorem imaginibus habituros. Quod cum pro ſuggeſtu Conſtantinus pſeudopatriarcha publice feciſſet, vindicem Dei juſtitiam non effugit. Nam paulo poſt, cum Copronymus de abneganda Chriſti Domini divinitate cogitaſſet, remque patriarchæ credidiſſet, quod is habere clauſa non potuerit principis conſilia, juſſus eſt publice virgis cædi, conſpui, per urbem raptari, & in ſordidiſſimis urbis locis jugulari.

Tandem Copronymus, tamquam cædibus ſacrilegiiſque defeſſus, cum expeditionem ſuſcepiſſet in Bulgaros, ardentiſſima febri correptus eſt Arcadiopoli: utque vitæ exitus anteactæ vitæ eſſet ultio, pedes illi ardentibus ulceribus, quos carbunculos ab exurendi vi nominant, intumuere. Dumque hoc vehementi jactatur æſtu, clamat infelix, vivum ſe inextinguibili igni traditum, ob violatum deiparæ Mariæ nomen & cultum: cumque eam fero juſſiſſet honorifice coli, acerbiſſimo interitu, ad quæ migraret ſupplicia, non obſcure monſtravit. Succeſſit filius Leo quartus, qui ex Irene * conjuge Conſtantinum ſuſcepit. Nec is diu imperavit, minus quidem quam a pietate alienus: imagines tamen peroſus, earumque cultores inſectatus eſt: ſed perbrevi defunctus imperio, infeliciter obiit.

Fauſtis tunc auſpiciis Irene * cum filio Conſtantino imperare cœpit, catholica religione ac pietate florentiſſima mulier. Itaque nihil ei fuit antiquius, quam ut religionem, quæ dilapſa jacebat, excitaret, regiamque urbem multiplici ictam anathemate, & a cæteris ſejunctam eccleſiæ partibus, ad reliqui corporis concordiam revocaret. Cum vero Paulus * abdicato Conſtantinopolitano patriarchatu in Flori ſeceſſiſſet monaſterium, ſeipſum voluntariis diſcruciaturus pœnis, hujus rei cauſam ſciſcitantibus imperatoribus reſpondit: quia Copronymi ſynodo, in qua ſacras imagines ab eccleſia auferendas inique decretum fuerat, ſuam adjecerat ſubſcriptionem; & niſi pœnitentiam ageret, æternis ſe fuiſſe cruciatibus puniendum. Quo reſponſo permoti imperatores, primum de patriarcha optimo deligendo ſoliciti, habita, quam par erat, deliberatione, viſus eſt nemo, cui merito Taraſius poſthaberetur. Is vero graviſſimum detrectabat onus, nec prius urgentibus ceſſit Auguſtis, quam fore pollicerentur, ut omni ope atque opera ſynodum indicendam curarent.

Ergo ad Hadrianum primum conſilii animique magnitudine clariſſimum, * ſynodicam Taraſius, in qua de imaginum cultu docte ac pie diſſerebat, ſcribit epiſtolam. Scribunt & imperatores, communicatiſque conſiliis rogant, ut ſynodus ipſius auctoritate cogeretur, ad eamque de more legatos apoſtolicos mitteret. Lætior pontifici nuncius nullus afferri potuit. Itaque Pe-

* Auct. hiſt. miſcel. lib. 22. Zonar. & Cedren. in Copron.

* Anaſtaſ. in vit. horum pontificum, & Hadrian. in ep. ad Conſtan. & Iren.

* Auct. hiſt. miſcel. Zonar. & Cedren. ubi ſup.

* Hadr. in ep. ad Carolum.

* Zonar. Cedren. & auct. hiſtor. miſc. ubi ſup.

* Ex actis martyr. apud Surium 27. Octobr.

ANNO CHRISTI 787.

* Ex actis martyr. Stephan & ſociorum.

* Auct. hiſt. miſcel. Zonar. & Cedren. ubi ſup.

* Auct. hiſt. miſcel. lib. 23. Zonar. & Cedren. in Leon.

* Auct. hiſt. miſcel. lib. 23. Zonar. & Cedren. in Conſtantino.

* Epiſt. Conſtantini ad ſynod. in ſynod. act. 1.

* Auct. hiſt. miſcel. lib. 23. Cedr. & Zonar. ubi ſup.

ANNO CHRISTI 787.

Petrum * archipresbyterum ecclesiæ sancti Petri, & Petrum abbatem sancti Sabæ mittit, qui suo nomine concilio præsint. Verum Iconomachi, qui diu fuerant in urbe regia dominati, incredibiles imperitæ multitudinis * concursus ac tumultus adversus episcopos concitarunt: quam seditionem armatæ plebis cum ne imperatores quidem sedare potuissent, dilata res est. Cogitatum deinde de * Nicæa Bithyniæ metropoli, quæ ob primi concilii majestatem, & Arianæ pestis eversionem, in maximo honore habebatur, tamquam ad hostes ecclesiæ debellandos divinitus constituta. Summo igitur consensu Nicæam synodus translata est, * imperatoribus Irene & Constantino, octavo ejus anno, factumque disputandi initium octavo Kalendas Octobris in ecclesia sanctæ Sophiæ. Interfuerunt cum Tarasio Constantinopolitano religiosissimi duo monachi Joannes ac Thomas, qui sedium orientalium locum tenebant; & episcopi CCCL. * eximii vitæ eruditionisque præstantia, & archimandritæ multi cum monachis quamplurimis, qui patrum confessum sanctitatis & doctrinæ splendore magnifice decorabant; clarissimi itidem senatores aliquot ab imperatoribus missi: universo autem concilio paulo ante memorati apostolicæ sedis legati præsidebant. * Perlectis initio imperatorum literis, statim tres episcopi, Basilius Ancyranus, Theodorus Miron, & Theodorus Amori, supplices obtulere libellos ad veniam deprecandam, quod Copronymi synodo subscripsissent. Agitata res est in utramque partem, an esset huic hominum generi parcendum. Clementior demum, & ad ignoscendum propensior sententia placuit. Quocirca & episcopi alii, qui in eodem hærebant luto, Hypatius Nicææ, Leo Rhodi, Nicolaus Hierapoleos, Gregorius Pessinuntis, Gregorius Antiochiæ Pisidiæ, Leo Carpathi, in primis vero Gregorius Neocæsarienſis, qui in pseudosynodo fuit antesignanus ac præses, eam sibi noxam & crimen condonari postularunt. Condonatum est omnibus, tum qui ab hæresi resipiscebant, tum qui ab hæreticis sacerdotio fuerant initiati, permissumque ut (nisi flagitium aliud obesset) suum quisque gradum ac dignitatem retineret.

Tum recitatæ * sunt Hadriani primum ad imperatores & ad Tarasium literæ, quibus orthodoxorum dogma de colendis imaginibus explicantur: deinde * synodicæ tum Tarasii ad patriarchas orientis, tum orientalium ecclesiarum ad Tarasium epistolæ, quibus recte de fide differebatur. Horum omnium epistolis ab universa synodo honorifice acclamatum est. Ea vero fides quo fieret illustrior, placuit e sanctissimorum patrum * libris depromi, & in medium proferri apertissimas gravissimasque sententias, quibus imaginum venerationem magnopere commendant: quippe rem ab apostolis traditam, vetustissimo ecclesiarum omnium probatam usu, & compluribus miraculis illustrem ac testatam: quæ sententiæ in synodo ex optimis auctoribus recitatæ sunt. Quapropter constantissimis omnium patrum suffragiis sancitum * est, ut in basilicis, aliisque honestioribus locis Christi Domini & sanctorum imagines collocentur, ad memoriam & imitationem virtutum excitandam; atque ut debitis colantur honoribus: cum is cultus ad prototypum referatur, ut sanctorum reliquiis ea, quam par est, veneratio deferatur. Ut qui contra senserint, anathematis pœnam luant: episcopi vero & clerici deponantur. Quibus sanctissime constitutis, placuit in medium deferri sacram * Salvatoris imaginem, & suppliciter procumbentibus universis, ut suorum ipsi decretorum fructum perciperent, adorari. Visum est etiam de Copronymi flagitiosissima * synodo cognoscere: ne quid, unde periclitari posset piorum simplicitas, resideret. Perlecta igitur est in publico conventu, ejusque vanissimæ rationes verissimis aliis eversæ; &, quantum satis erat, explicatum, divinarum scripturarum testimonia, quibus idola gentium redarguuntur, adversus sanctorum imagines ab hæreticis stultissime detorqueri. Proinde justissimum sacrosancta synodus anathema constituit in nequissimi illius conciliabuli auctores: nec solum in * Anastasium, sed etiam in Constantinum ac Nicetam pseudopatriarchas: qui non ascenderunt ex adverso, neque oppositerunt murum pro domo Israel, sed silendo etiam obsequendoque, stimulos & ignes Leonis & Copronymi furiis admovere. Postremo canones XXII. adjecerunt.

His rite peractis, Tarasius patriarcha, datis ad Hadrianum * Romanum pontificem literis, rerum omnium quæ gestæ fuerant, rationem reddidit. Hadrianus * autem eam synodum non modo apostolicæ sedis inviolabili judicio comprobavit, sed conscripta etiam ad Carolum magnum imperatorem epistola, a quorumdam criminationibus defendit. Hujus etiam sacrosanctæ synodi decreta confirmata postmodum sunt ab octavo œcumenico * concilio, a Nicolao primo in epistola * ad Michaelem imperatorem, & a Leone nono ad Petrum Antiochenum episcopum, & aliis.

* Hadrianus in ep. ad Constant. In 7. synod. act. 2. & ep. imperator. in act. 2.
* Auct. hist. misc. ubi sup.
* Sept syn. act. 1.
* Cedr. & Psel. de 7. synod.
* Nicolaus epistol. ad Michaelem incip. Proposueramus.
* In 7. synod. act. 1.
* Act. 2.
* Act. 3.
* Act. 4. & 5.
* Act. 7.
* Act. 5. fin.
* Act. 6.
* Act. 7. in fi
* Act. 7.
* Epist. Hadrian. ad Carol.
* Act. 10. quæ incip Proposuerunt

ANNO CHRISTI 787.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ

Πρὸς Λέοντα βασιλέα τὸν Ἰσαυρον.

Πρώτη ἐπιστολή.

[1]ΤΑ γράμματα τῆς ὑμετέρας Θεοφρυρήτυ βασιλείας καὶ ἀδελφότητος ἐδεξάμεθα διὰ αὐγουσταλίου τοῦ Σπαθαροκανδιδάτου, βασιλεύσαντός σου εἰς τὴν πεντεσκαιδεκάτην ἐπινέμησιν, αὐτῆς τε τῆς ιδ'. καὶ ιέ. καὶ ά. καὶ β. καὶ γ'. καὶ δ. καὶ έ. καὶ ς'. καὶ ζ'. καὶ ή. καὶ θ'. τῶν ἐπινεμήσεων δεξάμενοι τὰς ἐπιστολάς σου, ἀσφαλῶς διακατέχομεν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀποκειμένας εἰς τὸ προσπόδιον τῆς κοιμήσεως τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου καὶ κορυφαίου τοῦ ἀποστόλου Πέτρου· ὅπου εἰσὶ καὶ αἱ τῶν πρὸ σοῦ βασιλευσάντων εὐσεβῶς φιλοχείσων. καὶ εἰς τὰς δέκα συλλαβὰς καλῶς καὶ εὐσεβῶς, καὶ ὡς πρέπει βασιλεῖ Χριστιανῶν, ὅπως ὡμολόγησας τηρεῖν καὶ φυλάττειν ἀνελλιπῶς πάσας τὰς παραινέσεις τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν καὶ διδασκάλων. καὶ τέως πρῶτον καὶ ὑξαίρετον, ὅτι σὰ τὰ γράμματα, καὶ οὐκ ἀλλότρια, τοῖς βασιλικοῖς σφραγῖσιν ἐσφραγισμένα ἀσφαλῶς, καὶ ἔσωθεν ἀσφαλεῖς ὑπογραφαὶ διὰ κινναβάρεως ἰδιόχειροί σου, ὡς εἴθισαι τοῖς βασιλεῦσιν ὑπογράφειν. καὶ ὡμολόγησας πάνυ καλῶς καὶ εὐσεβῶς περὶ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξου πίστεως· ἀλλὰ καὶ ἔγραψας· ὁ λύων καὶ καταλύων τὰ ὅρια τῶν πατέρων, ἐπικατάρατος. καὶ τοῦτο δεξάμενοι εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀνεπέμπομεν πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι πάντως καὶ τὸ βασίλειον ἐκ Θεοῦ σοι δεδώρηται. καὶ καλῶς σε ἔχοντος, τίς διεκωδώνισέ σου τὰ ὦτα, καὶ τὴν καρδίαν διέστρεψεν ὡς τόξον στρεβλὸν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω ἀπέβλεψας; τὰς δέκα συναυτὰς χάριτι Θεοῦ καλῶς πεπαίδευσαι, καὶ εἰς μνείαν τὰς ἁγίας εἰκόνας οὐκ ἤγαγες. νῦν δὲ λέγεις, ὅτι εἰδώλων τόπον ἀναπληροῦσι, καὶ ὅτι οἱ προσκυνοῦντες αὐτὰς, εἰδωλολάτραι; καὶ * ἐπέστρεψας ἀφανίσαι αὐτὰς, καὶ τελείως ἀφάντους γενέσθαι. καὶ οὐκ ἐφοβήθης τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ, τὰ σκάνδαλα ἐλθεῖν εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οὐ μόνον πιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπίστων. παραγγέλλει δέ σοι ὁ Χριστὸς, μὴ σκανδαλίζειν ἕνα τῶν μικρῶν, καὶ διὰ τοῦ μικροῦ σκανδάλου εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον ἀπέρχεσθαι· καὶ σὺ ὅλον τὸν κόσμον ἐσκανδάλισας, ὡς μὴ βουλομένου θάνατον ὑποστῆναι, καὶ καλὴν ἀπολογίαν δοῦναι; καὶ ἔγραψας, ὅτι οὐ δεῖ προσκυνεῖν χειροποίητα, καὶ πᾶν εἴδωλον καθ' ὁμοίωμα, καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς, μήτε ἐν οὐρανῷ, μήτε ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὅτι πληροφόρησόν με, τίς ἡμῖν παρέδωκε σέβεσθαι καὶ προσκυνεῖν χειροποίητα· κἀγὼ ὁμολογῶ, ὅτι Θεοῦ νομοθεσία ἐστί. καὶ διὰ τί, ὡς βασιλεὺς καὶ κεφαλὴ τῶν Χριστιανῶν,

CAPUT I.

EPISTOLA GREG. PP. SCRIPTA AN. DCCXXVI.

Hic fuit hujus nominis secundus licet a quibusdam non recte Dialogus appelletur. Annos designare videtur 717. 718. 719. &c. qua de re alias.

[2]SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII PAPÆ ROMANI

DE SACRIS IMAGINIBUS

ad Leonem Isaurum imperatorem

Epistola prima.

LIteras vestræ a Deo custoditæ majestatis ac fraternitatis per augustalem Spatharocandidatum missas accepimus, imperante te indictione quartadecima; ipsius etiam 14. & 15. & 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. indictionum acceptas epistolas tuas, in sancta ecclesia repositas in limine confessionis sancti & glorioſi ac principis apostolorum Petri diligenter servamus, ubi & Christi amantium prædecessorum tuorum, qui pie imperarunt, sunt literæ. Et in decem syllabis recte ac pie, utque imperatorem Christianorum decet observaturum te ac custoditurum integre omnes sanctorum patrum nostrorum & doctorum admonitiones promisisti. Illud autem in primis præcipuum est, quod literæ tuæ, & non alienæ, sigillis imperatoris obsignatæ diligenter sunt, & accuratæ intus subscriptiones per cinnabarin propria manu tua, ut mos est imperatoribus subscribere: rectèque admodum ac religioſe confessionem inculpatæ & orthodoxæ fidei nostræ edidisti, sed & scripsisti, eum qui * solvit ac dissolvit terminos patrum, execrandum esse. Cumque isthæc accepissemus, gratiarum actionis hymnos Deo offerebamus, quod a Deo tibi plane donatum esset imperium. Et cum recte curreres, quis auribus tuis insonuit, & cor pervertit velut arcum pravum, & in ea quæ a tergo sunt respexisti? Decem annos Dei benignitate recte ambulasti, neque sacrarum imaginum mentionem fecisti: nunc autem eas dicis idolorum locum implere, atque illos qui eas venerantur, idololatras esse; teque ad eas evertendas penitusque delendas convertisti: neque judicium Dei reformidasti, cum scandala in hominum corda, non fidelium modo, sed & infidelium, ingruerent. Atqui denunciat tibi Christus, ut ne unum de pusillis scandalizes, & ob exiguum scandalum in ignem æternum immissum iri: at tu mundum totum scandalizasti, ut qui mortem nolis subire, atque infelicem rationem reddere? Scripsisti autem non esse manufacta veneranda, nec ullam effigiem ad similitudinem effictam, sicut dixit Deus, neque in cælo, neque in terra: & demonstra mihi quis tradiderit veneranda & adoranda esse manufacta, tum ego Dei esse mandatum fatebor. Quare vero, tamquam imperator & caput Christianorum, sapientes non percontatus es, qui experientia pollent & ab ipsis edoceri potuis-

* rescindit & destruit

Psalm 57.

Luc. 17.

Exod. 20.

---

1 In lucem edidit P. Fronto Ducæus Soc. J. ex ms. Cardinalis a Lotharingia Remensis Archiep. Et multa hic esse non satis cohærentia præmonuit. Eamdem edidit cum notis P. Frontonis Ducæi Card. Baronius ad an. 726. n. 28. *Harduinus.*

2 Has duas Gregorii II. PP. Epistolas scriptas anno Ch. 730. pluribus contendit Pagius ad An. Ch. 726. n. 7 & seqq. Esse vero Gregorii III. censet Labbeus in lib. de Script. Ecclesiast.

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

potuisses, propter quæ manufacta Deus hæc dixerit; priusquam confunderes & commiseceres humiles populos atque conturbares? Verumtamen tu sanctos patres nostros ac doctores rejecisti ac repudiasti, & foras amandasti, quibus manu propria scriptisque tuis te pariturum, eosque secuturum promisisti. Scriptura nostra, lux & salus nostra, sancti ac Deo pleni patres & doctores nostri sunt; & hoc sex in Christo synodi nobis tradiderunt, & tu eorum testimonia non accipis. Necesse habemus crassa tibi & indocta scribere, ut indoctus es & crassus, sed revera tamen virtutem ac veritatem Dei in se continent. Per Deum te obtestamur, ut arrogantiam deponas & superbiam, qua circumfluis, multaque cum humilitate sincere nobis aures accomodes. Flectat animum tuum Deus ad veritatem sermonum suorum efficacitate. Propter idololatras enim, qui terram promissionis occupabant, verba faciebat, qui animalia aurea, & argentea ligneaque, & omnem creaturam adorabant, & volantes aves omnes; ac dicebant: Isti sunt dii nostri, & alius Deus non est. Propter hæc manufacta diaboli noxia & exercenda dicebat Deus, ne ea adoraremus. Nam quia sunt manufacta quædam ad ministerium & gloriam Dei, cum peculiarem populum suum Hebræorum sanctificatum introducere vellet, prout ante Deus Abraham, Isaac, & Jacob promiserat se terram illis promissionis daturum, & possessores ac heredes possessionum idololatrarum * illos redditurum, ac gentes illas concisurum, penitusque deleturum, quia terram & aerem iniquitate sua, quam perpetraverant, contaminarant, prædicebat Deus, ac præmuniebat populum suum, ne in eorum adorationes prolaberentur. In populo Israelitico viros duos selegit Deus, ac benedixit eos & sanctificavit, ut opera manufacta fabricarentur, verum ad gloriam & ministerium Dei, in monumentum generationum ipsorum; Bezeleel inquam & * Eliab ex prima tribu Dan. Dixit Moysi Deus: *Præcide tabulas duas lapideas*, & affer mihi: cumque præcidisset, advexit: & digito suo decem & vivifica & immortalia verba scripsit Deus. Deinde, fac cherubim & seraphim, inquit Deus, & fac mensam, ac deaurato intus & foris: & arcam fac de lignis imputribilibus, & impone testimonia tua in arcam in memoriale generationum vestrarum; hoc est, tabulas, urnam, virgam, manna. Suntne hæc figuræ ac simulacra manufacta, an non? verumtamen ad gloriam & ministerium Dei. Moyses ille magnus timore correptus cum figuram vellet & simulacrum intueri, ne forte erraret, orabat Deum dicens: Ostende mihi teipsum manifesto, ut videam te; & respondit Deus: Si videris me, morietis; sed ascende per foramen petræ, & videbis posteriora mea. Ostendit ei Deus in visione mysterium a sæculis absconditum & a generationibus. Verum nostrarum generationum ætate in novissimis temporibus manifestum seipsum, & posteriora simul & anteriora perfecte nobis ostendit. Cum vero genus hominum in perpetuum perire vidisset Deus, figmenti sui misertus, fi-

* Israelitas

Exod. 31. * Ooliab. *Exod.* 34.

Exod. 25.

Exod. 33.

ἐκ πρώτησας γνωσικὸς ἔχοντις πεῖραν· καὶ παρ' αὐτῷ πληροφορηθῆναι εἶχες, δι' ἃ ἔλεγμι ὁ Θεὸς χειροποίητα. πρὶν ἢ συμφῦραι, καὶ συγχύσαι, καὶ σωτηράξαι τὰς τεπεινὰς λαός; ὅμως σὺ ἀπώσω, καὶ ἠρνήσω, καὶ ἐξέβαλες ἔξω τὰς ἁγίας ἡμῶν πατέρας καὶ διδασκάλους, οἷς ἰδιοχείρως καὶ ἐγγράφως ὡμολόγησας πείθεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν. ἡ Γραφὴ ἡμῶν, ἡ τὸ φῶς, καὶ ἡ σωτηρία ἡμῶν, οἱ ἅγιοι καὶ θεοφόροι πατέρες καὶ διδάσκαλοι ἡμῶν τυγχάνουσι, καὶ αἱ ἐν Χριστῷ ἐξ συνόδοι παρέδωκαν ἡμῖν, καὶ ἃ παραδέχῃ αὐτῶν τὰς μαρτυρίας. ἀνάγκην ἔχομεν γράψαι σοι παχέα καὶ ἀπαίδευτα, ὥσπερ εἶ ἀπαίδευτος καὶ παχύς. ἀλλ' ὄντως δυάμεθα ἡ ἀλήθειαν Θεοῦ ἔχομεν. παρακαλοῦμέν σε ὀφλῆ τὸν Θεὸν, ἀπορρίψασθαι τινὰ ὑψηλοφροσύνην καὶ ὑπερηφάνειαν τινὰ περικεμβάλλουσαι, ἡ μὴ πολλῆς ταπεινώσεως χαρίσασθαι ἡμῖν γνησίως τινὰ ἀκρόασίν σου. καὶ πείθοιτο ὁ Θεὸς εἰς τινὰ ἀλήθειαν, δι' ὧν ἐλάλησε. διὰ γὰρ τὰς εἰδωλολάτρας διελέγετο, τὰς ἐγκαθεζομένας εἰς τινὰ γῆν τῆς ἐπαγγελίας· οἳ περ προσεκύνουν ζῶα χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ξύλινα, καὶ πᾶσαν τινὰ κτίσιν προσεκύνουν, καὶ πάντα τὰ πετόμενα ὄρνεα· καὶ ἔλεγον. ἔστί εἰσιν οἱ θεοὶ ἡμῶν, καὶ ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστι. διὰ τοῦτο τὰ χειροποίητα τοῦ διαβόλου, τὰ ἐπιβλαβῆ καὶ ἐπικατάρατα, ἔλεγμι ὁ Θεὸς μὴ προσκυνεῖσθαι. ἐπειδὴ γάρ εἰσι χειροποίητα εἰς ὑπηρεσίαν καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ, ὡς βουλόμενος τὸν οἰκιακὸν αὐτοῦ λαὸν τὸν ἡγιασμένον τῆς Ἑβραίων εἰσαγαγεῖν, καθὼς προεπηγγείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, δοῦναι αὐτοῖς τινὰ γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ποιῆσαι τοὺς Ἰσραηλίτας κτήτορας καὶ κληρονόμους τῶν κτημάτων τῶν εἰδωλολατρῶν. καὶ σωτελῶσαι, καὶ τελείως ἐξαλεῖψαι τὰς γῆς ἐκείνας, ὅτι ἐμίαναν τινὰ γῆν καὶ τὸν ἀέρα ἐκ τῆς παρανομίας ὧν ἔφρατταν· προέλεγμι ὁ Θεὸς, καὶ προησφαλίζετο τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐμπέσωσιν εἰς τὰ προσκυνήματα αὐτῶν. εἰς τὸν Ἰσραηλίτιν λαὸν δύο ἄνδρας ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐλόγησεν αὐτοὺς καὶ ἡγίασεν, ἵνα ἔργα χειροποίητα ἐργάζωνται, ἀλλ' εἰς δόξαν καὶ ὑπηρεσίαν Θεοῦ, εἰς μνημόσυνον τῆς γενεῶν αὐτῶν. τὸν Βεζελεὴλ λέγω, καὶ τὸν Ἐλιάβ τῆς πρώτης φυλῆς τοῦ Δάν. λέγει ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ. λάξευσον πλάκας δύο λιθίνας, καὶ φέρε μοι. καὶ λαξεύσας ἤγαγε· καὶ ἔγραψεν ὁ Θεὸς τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ τοὺς δέκα καὶ ζωοποιοὺς καὶ ἀθανάτους λόγους. εἶτα λέγει ὁ Θεός· ποίησον χερουβὶμ καὶ σεραφὶμ, καὶ ποίησον θάπεζαν, καὶ περιχρύσωσον ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν· καὶ ποίησον κιβωτὸν ἀπὸ ξύλων ἀσήπτων, καὶ ἔμβαλλε τὰ μαρτύριά σου εἰς τινὰ κιβωτὸν, εἰς μνημόσυνον τῆς γενεῶν ὑμῶν. τυπεῖσι, τοὺς πλάκας, τινὰ σάμνον, τινὰ ῥάβδον, τὸ μάννα. ἀράεισι τοῦτο καὶ εἶδη καὶ ὁμοίωματι χειροποίητα, ἢ οὐχί; ἀλλὰ εἰς δόξαν καὶ ὑπηρεσίαν Θεοῦ. ὁ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ μέγας φόβῳ συνεχόμενος, θέλων ἰδεῖν εἶδος καὶ ὁμοίωμα, μήπως πλανηθῇ, παρεκάλει τὸν Θεὸν, λέγων· κύριε, δεῖξόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ὡς ἴδω σε. καὶ ὁ Θεὸς ἀπεκρίνατο· ἐὰν ἴδῃς με, ἀποθνήσκεις. ἀλλὰ διάβηθι διὰ τῆς ὀπῆς τῆς πέτρας, καὶ ὄψει τὰ ὀπίσθιά μου. ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐν ὁράματι τὸ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενεῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς

ANNO CHRIST 87.

ANNO CHRISTI 787.

ρος ἔδειξεν ἡμῖν ἑαυτὸν φανερὸν, καὶ τὰ ὀπίσθια καὶ τὰ ἔμπροσθεν, ὁλοτελῶς. ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἰς τέλος ἀπολλύμενον σπλαγχνισθεὶς εἰς τὸ ἴδιον πλάσμα, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρὸ αἰώνων γεγεννημένον. καὶ κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, εἰσῆλθεν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ἐκλάμψας τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐν τῇ μήτρᾳ αὐτῆς, καὶ τὸ φῶς ἀντὶ σπόρου σαρξ ἐγένετο. καὶ ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ιορδάνην ποταμὸν, καὶ ἐβάπτισε καὶ ἡμᾶς. ἤρξατο δοῦναι ἡμῖν ἐνέχυρα γνωρισμάτων, ἵνα μὴ πλανώμεθα. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ Ιεροσόλυμα, εἰς τὸ ὑπερῷον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Σιὼν, εἰς τὸν μυστικὸν δεῖπνον παρέλαβεν ἡμῖν τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα. ἐκεῖ καὶ τοὺς πόδας ἡμῶν ἔνιψε, καὶ σωσεπίομεν καὶ σωσεφάγομεν αὐτῷ, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν αὐτὸν, καὶ γνώριμος ἐγένετο· καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ πλάνη καὶ ἡ ἀχλὺς ἡ περικειμένη ἡμῖν ἐξέφυγε καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτοῦ. ἤρξαντο ἀπὸ ὅλου τοῦ κόσμου οἱ ἄνθρωποι πετόμενοι ὡς ἀετοὶ εἰς τὰ Ιεροσόλυμα παραγίνεσθαι, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις. ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί· ὁ Χριστὸς δὲ τὸ πτῶμα, ἀετοὶ ὑψηλοπετεῖς, οἱ θεοσεβεῖς καὶ φιλόχριστοι ἄνθρωποι. ἰδόντες τὸν κύριον, καθὼς εἶδον, ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν. ἰδόντες Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, καθὼς εἶδον, αὐτὸν ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν. ἰδόντες τὸν πρωτομάρτυρα Στέφανον, καθὼς εἶδον, αὐτὸν ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν. καὶ καθ' ἕπος, ἰδόντες τὰ πρόσωπα τῶν μαρτύρων τῶν ἐκχυσάντων τὸ αἷμα ὑπὲρ Χριστοῦ, ἐζωγράφησαν. καὶ θεωρήσαντες λοιπὸν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ οἱ ἄνθρωποι, ἀφέντες τὰς προσκυνήσεις τοῦ ὁμοίου, ταύτας προσεκύνησαν ὑ λαβρικῶς, ἀλλὰ σχετικῶς. ποῖόν σοι φαίνεται, βασιλεῦ, δίκαιον, ταύτας τὰς εἰκόνας προσκυνεῖσθαι, ἢ πῖς τῆς πλάνης τοῦ ὁμοίου; ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ Ιεροσόλυμα, Αὔγαρος ὁ τότε κρατῶν καὶ βασιλεὺς εἰς τὴν πόλιν τῶν Εδεσηνῶν, ἀκούων τὰς θαυματουργίας τοῦ Χριστοῦ, ἔγραψε τῷ Χριστῷ ἐπιστολὴν· καὶ ὁ Χριστὸς ἀπέστειλεν ἰδιοχείρως ἀντίγραφον, καὶ τὸ ἅγιον καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ πρόσωπον. καὶ εἰς ἐκείνην τὴν ἀχειροποίητον πέμψον, καὶ ἴδε. πλῆθη λαῶν τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖ συναθροίζονται, καὶ προσεύχονται. καὶ ἄλλα πολλὰ χειροποίητα τοιαῦτά εἰσιν, ἅπερ διακατέχουσι τὰ φιλόχριστα ἐκτραπώματα τῶν * θεαμάτων, ἅπερ καθ' ἡμέραν * προσκυνεῖς, καὶ παραφρονεῖς; διὰ τί τὸν πατέρα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐχ ἱστορῦμεν καὶ ζωγραφοῦμεν; ἐφικτὸν ἐκ οἴδαμεν, τίς ἐστιν, ἢ Θεοῦ φύσιν ἀδιάπτωτον ἱστορῆσαι καὶ ζωγραφῆσαι. καὶ εἰ ἐθεασάμεθα καὶ ἐγνωρίσαμεν, καθὼς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἂν εἴχομεν ἱστορῆσαι καὶ ζωγραφῆσαι, καὶ ἵνα κἀκεῖνο τὸν χαρακτῆρα εἴδωλον ἀποκαλῇς. μαρτυρόμεθά σοι ὡς ἀδελφοὶ ἐν Χριστῷ, εἰσέλθε πάλιν εἰς τὴν ἀλήθειαν, ὅθεν ἐξῆλθες. ἀπόῤῥιψον τὴν ὑψηλοφροσύνην, καὶ τὸ πεῖσμά σου κατάργησον, καὶ γράψον παντὶ καὶ παντοχοῦ, καὶ διανάστησον ἓς ἐσκανδάλισας καὶ ἀπετύφλωσας· κἂν εἰς ὀδὸν αὐλὸ ἔχῃς, διὰ τὴν πολλήν σου ἀναισθησίαν. οἶδεν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, ὅτε εἰσέλθωμεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου κορυφαίου Πέτρου, καὶ θεωρή-

lium ſuum ante ſæcula genitum miſit, & de cælis deſcendens, in ventrem virginis Mariæ ingreſſus eſt, cum in ejus utero verum lumen eluxiſſet; & ſeminis loco lumen factum eſt caro; & Jordane fluvio baptizatus eſt, & nos quoque baptizavit. Indiciorum nobis pignora dare cœpit, ne fallamur; & Hieroſolymam ingreſſus, in cœnaculo ſanctæ & glorioſæ Sion in myſtica cœna ſacrum nobis corpus ſuum appoſuit, & pretioſo nos ſanguine ſuo potavit. Illic & pedes noſtros lavit, & cum ipſo bibimus & comedimus, & ipſum manus noſtræ contrectaverunt, & familiaris noſter eſt factus, & manifeſtata nobis eſt veritas, & error & caligo qua circumfuſi eramus, aufugit, & e medio ſublata eſt; atque in omnem terram exivit ſonus ejus, & in fines orbis terræ verba ejus. Cœperunt ab univerſo terrarum orbe homines velut aquilæ advolantes Hieroſolymam venire, prout in evangeliis dixit Dominus: *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*. Chriſtus autem cadaver, aquilæ in ſublime volantes, religioſi ſunt homines & Chriſti amantes. Qui Dominum cum vidiſſent, prout viderant, ſpectandum ipſum proponentes depinxerunt: cum Jacobum fratrem Domini vidiſſent, prout viderant, ſpectandum ipſum proponentes depinxerunt: cum Stephanum protomartyrem vidiſſent, prout viderant, ſpectandum ipſum proponentes depinxerunt: & ut uno verbo dicam, cum facies martyrum, qui ſanguinem pro Chriſto fuderant, vidiſſent, depinxerunt: & his conſpectis deinceps in toto terrarum orbe homines, diaboli adorationibus derelictis, has exhibuerunt non latria, ſed habitudine. Num tibi juſtum videtur, imperator, has imagines venerari, an erroris diabolici? Cum Hieroſolymis ageret Chriſtus, Augarus, qui tum temporis dominabatur & rex erat urbis Edeſſenorum, cum Chriſti miracula inaudiiſſet, epiſtolam ſcripſit ad Chriſtum; qui manu ſua reſponſum, & ſacram glorioſamque faciem ſuam ad eum miſit. Itaque ad illam non manufactam imaginem mitte, ac vide: congregantur illic orientis turbæ populorum, & orant: & aliæ multæ ſunt tales manufactæ, quas Chriſti amantes peregrinantium cœtus conſervant, qui ad ſpectacula ejuſmodi confluunt, quæ quotidie * veneraris & circumſpicis. Cur tandem patrem Domini Jeſu Chriſti non oculis ſubjicimus ac pingimus? quoniam quis ſit non novimus, Deique natura ſpectanda proponi non poteſt ac pingi. Quod ſi eum intuiti eſſemus ac noviſſemus prout filium ejus, illum quoque ſpectandum proponere potuiſſemus ac pingere, ut & illius imaginem idolum appellares. Obteſtamur te tamquam fratres in Chriſto ingredere rurſum ad veritatem, unde exiviſti; excute ſpiritus elatos, & pertinaciam tolle, atque ad omnes ſcribe quoquoverſum, eoſque quibus offendiculo fuiſti, erige, quouſque excœcaſti: tametſi præ nimia tua ſtupiditate illud pro nihilo habes. Novit charitas Chriſti: quando templum ſancti principis apoſtolorum Petri ingredimur, & ſancti pictam imaginem contemplamur, compunctione percellimur, & inſtar imbris pluente cælo lacrymæ noſtræ funduntur. Chri-

CAPUT I. ep. GRÆC. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

Matth. 24.

* f. venerabaris, & contemnis? ex Gr.

* Ἴσ. θεμάτων

* Ἴσ. προσεκυνεῖς,

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

ANNO CHRISTI 787.

ſtus viſum cæcis reſtituit ; tu eos qui recte videbant , excæcaſti , & obſtaculo illis fuiſti , tametſi pro nihilo iſtud habes ; & imperitos reddidiſti , rectumque hominum curſum interrupiſti , ac precibus ipſos privaſti , & vigiliarum loco atque aſſiduitatis & ſtudii erga Deum , in ſomnum & dormitationem . & incuriam humiles populos devolviſti * ac præcipites egiſti . Et dicis nos lapides & parietes ac tabellas adorare . Non ita eſt , ut dicis , imperator , ſed ut memoria noſtra excitetur , & ut ſtolida & imperita craſſaque mens noſtra erigatur , & in altum provehatur per eos , quorum hæc nomina , & quorum appellationes , & quorum hæ ſunt imagines ; & non tamquam deos , ut tu inquis ; abſit : non enim ſpem in illis habemus. 4 Ac ſi quidem imago ſit Domini , dicimus : Domine Jeſu Chriſte fili Dei ſuccurre & ſalva nos : ſin autem ſanctæ matris ejus , dicimus : Sancta Dei genitrix Domini mater intercede apud filium tuum verum Deum noſtrum , ut ſalvas faciat animas noſtras : ſin vero martyris : Sancte Stephane , qui pro Chriſto ſanguinem tuum fudiſti , qui ut protomartyr loquendi confidentiam habes , intercede pro nobis . Et de quovis martyre , qui paſſus eſt martyrium , ita dicimus , tales per illos preces offerimus ; nec ita eſt uti dicis imperator , quaſi deos martyres appellemus . Averte cogitationes tuas malas , te obteſtor ; & libera animam tuam a ſcandalis & execrationibus , quibus a universo mundo inceſſeris , quandoquidem vel a puerulis parvis illuderis . Obito ſcholas eorum qui elementis imbuuntur , & dic : Ego ſum everſor & perſecutor imaginum : & confeſtim tabellas ſuas in caput tuum projicient , quodque a ſapientibus minime doceri potuiſti , ab inſipientibus edocebere . Sic ad nos ſcripſiſti : Ozias rex Judæorum poſt annos octingentos ſerpentem æneum e templo ejecit ; ego vero poſt annos octingentos idola ex eccleſiis ejeci . Vere & Ozias frater erat tuus , & eadem erat qua tu pertinacia præditus , illiuſque temporis ſacerdotibus vim afferebat , ut tu facis . Illum ſiquidem ſerpentem ſanctificatus David una cum arca ſancta in templum invexit . Quod enim illud erat , niſi conſecratum a Deo æramentum , propter eos qui tum ægri erant & a ſerpentibus læſi ? ut populis demonſtraretur is , qui primo figmento a Deo formato Adamo & Evæ peccatum ſuggeſſerat , ipſum in medelam peccatorum conſtituit . At tu , prout gloriaris , poſt annos demum octingentos benedictionem ex eccleſiis ejeciſti , ac martyrum ſanctificationem ; & ſicuti recte initio confeſſus es , data opera , non ex aliqua neceſſitate : poſtremo autem manu propria ſubſcribens , in caput tuum ipſorum execrationem detorſiſti . Voluimus & nos , utpote qui facultatem & poteſtatem atque auctoritatem a ſancto Petro principe apoſtolorum habemus , tibi pœnam irrogare : ſed quoniam in teipſum execrationem ingeſſiſti , tibi habeto illam cum conſiliariis tuis , quos complecteris . Qualem , quæſo , ædificationem & curſum eorum qui recte currebant , interrupiſti ? Novit charitas Chriſti . Noſipſi cum eccleſiam ingredimur , & miraculorum Domini Jeſu

* & capite truncaſti.

4. *Reg.* 18. Hic videtur error ex lapſu memoriæ.

2. Paralip. 26. 16. 17. 18.

σωμεν τῳ ζωγραφίᾳ τῶ ἁγίῳ , εἰς κατάνυξιν ἐρχόμεθα , ⁊ ὥσπερ ὑετὸς ἐκ τῆς ἀέρος βροχῆς , ὅπω τὰ δάκρυα ἡμῶν κατιχέονται. ὁ Χριστὸς τοὺς τυφλοὺς ἀνέβλεψε· σὺ τοὺς καλῶς βλέποντας ἀπετύφλωσας , ⁊ ἐπεπόδισας , κἂν εἰς ὕδωρ αὐτὸ ἔχῃς. ⁊ ἀπαιδάυτους ἐποίησας , ⁊ τὸν καλὸν δρόμον τῆς ἀνθρώπων ἐνέκοψας , ⁊ τῆς ἐκχῶν αὐτοὺς ἀπεστέρησας , ⁊ ἀντὶ ἀγρυπνιῶν ⁊ προσευχείας ⁊ σπουδῆς τῆς πρὸς Θεόν , εἰς ὕπνους ⁊ νυσταγμοὺς ⁊ ἀμελείας τοὺς τιμίους λαοὺς κατέρραξας ⁊ ἀπεκεφάλισας. ⁊ λέγεις , ὅτι πέζας καὶ τοίχους ⁊ σανίδια προσκυνοῦμεν. ἐχ ὡς λέγεις , ἐστί , βασιλεῦ. ἀλλ' εἰς ὑπόμνησιν ἡμῶν , ⁊ εἰς διέγερσιν , ⁊ τὸν νεὼν ἡμῶν τὸν σημαῖον ⁊ ἀπαίδαυτον ⁊ παχὺ ἄνω ἀναφέροντα , δι' ὧν τὰ ὀνόματα , ⁊ δι' ὧν ἡ ἐπίκλησις , ⁊ δι' ὧν οἱ χαρακτῆρες. ⁊ ἐχ ὡς Θεοὺς , ὡς λέγεις σύ· μὴ γένοιτο· εὐ γὰρ ἔχομεν τὰς ἐλπίδας εἰς αὐτά. ⁊ ἐ μέν ἐσιν εἰκὼν τοῦ κυρίου , λέγομεν. κύριε Ιησοῦ Χριστὲ , υἱὲ τοῦ Θεοῦ βοήθησον ⁊ σῶσον ἡμᾶς. ἐ δὲ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς , λέγομεν. ἁγία Θεοτόκε μῆτερ τοῦ κυρίου , πρέσβευσον εἰς τὸν υἱόν σου τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν , εἰς τὸ σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν . εἰς δὲ μάρτυρας . ἅγιε Στέφανε , ὁ ἐκχύσας τὸ αἷμά σου ὑπὲρ Χριστοῦ , ἔχων παῤῥησίαν ὡς πρωτομάρτυς , πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν. ⁊ ἐπὶ παντὸς μάρτυρος μαρτυρήσαντος οὕτω λέγομεν. τοιαύτας διχὰς ἀποπέμπομεν δι' αὐτῆς. οὐκ ἔστιν , ὡς λέγεις , βασιλεῦ , θεοὺς τοὺς μάρτυρας ἐνομάζοντες. ἀπόστρεψον τὰς ἐννοίας σου τὰς κακάς. μαρτύρομαί σοι. ⁊ ῥῦσαι τοὺς ψυχούς σου ἀπὸ τῆς σκανδάλων ⁊ ἀπὸ κατηρῶν , ὧν λαμβάνεις ἀπὸ ὅλου τοῦ κόσμου· ὅτι ⁊ τὰ μικρὰ παιδία καταπαίζουσί σου. γύρωσον εἰς τὰς διατριβὰς τῶν στοιχείων , ⁊ εἰπέ· ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ καταλύτης ⁊ διώκτης τῶν εἰκόνων· ⁊ δῶτε τὰς πινακίδας αὐτῶν εἰς τοὺς κεφαλοὺς σου ῥίψωσι , ⁊ ὅπερ ἐχ ἐπαιδάυθης ὑπὸ τῶν φρονίμων , παιδαυθήσῃ ὑπὸ τῶν ἀφρόνων. ἔγραψας , ὅτι Οζίας ὁ βασιλεὺς τῶν Ιουδαίων μ̄ ὀκτακοσίους ἐνιαυτοὺς ἐξήγαγε τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐκ τοῦ ναοῦ , κἀγὼ μ̄ ὀκτακοσίους ἐνιαυτοὺς ἐξήγαγον τὰ εἴδωλα ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν. ἀληθῶς ⁊ Οζίας ἀδελφός σου ἦν , ⁊ τὸ σὸν πεῖσμα εἶχε , ⁊ τοὺς τότε ἱερεῖς ἐτυράννησεν ὥσπερ σύ· ἐκεῖνον γὰρ τὸν ὄφιν ὁ ἡγιασμένος Δαβὶδ εἰσήγαγεν εἰς τὸν ναὸν μ̄ τῆς ἁγίας κιβωτοῦ. τί γὰρ ἦν ἐκεῖνο , εἰ μὴ χάλκωμα ἡγιασμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τοὺς τότε ἀῤῥωστοῦντας ⁊ δακνομένους ὑπὸ τῶν ὄφεων ; ἵνα δειχθῇ τοῖς λαοῖς ὁ ὑποβαλὼν τῳ ἁμαρτίαν εἰς τὸ πρῶτον πλάσμα τὸ πλασθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ , τὸν Αδὰμ ⁊ Εὔαν , αὐτὸ τῆς ἁμαρτωλῶν εἰς ἴασιν κατέσησε. σὺ δὲ , καθὼς ἐγκαυχᾶ , εἰς τοὺς ὀκτακοσίους χρόνους ἐξέβαλες ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν τὴν βλασφημίαν ⁊ τὸν ἁγιασμὸν τῶν μαρτύρων , ⁊ ὡσεὶ καλῶς ὡμολόγησας τὸ πρῶτον , προθέσει , ⁊ οὐκ ἔκλινος ἀνάγκης , ὕστερον δὲ ἰδιοχείρως ὑπογράψας , ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου τὴν κατάραν αὐτῶν. ἠθελήσαμεν ⁊ ἡμεῖς ὡς ἔχοντες τὸ κῦρος ⁊ τὴν ἐξουσίαν ⁊ τὴν αὐθεντίαν ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου δῶναί σοι ἐπιτιμία· ἀλλ' οἶδα ἑαυτῷ τὴν κατάραν δέδωκας , μᾶλλον ἔχων αὐτὴν μ̄ τῆς συμβουλευόντων σοι , ὃς περιπλέκῃ. ἆρα ποίαν οἰκοδομὴν ⁊ δρόμον τῆς καλῶς δραμόντων ἐνέκοψας ; οἶδεν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ·

ἡμεῖς

ANNO CHRISTI 787.

ἡμεῖς αὐτοὶ εἰσερχόμενοι εἰς τὸν ἐκκλησίαν, καὶ θεωροῦντες τὰς ἱστορίας τῆς θαυματουργικῆς τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς ἐχούσης εἰς τὰς ἀγκάλας τὸν κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν γαλουχοῦντα, καὶ τοὺς ἀγγέλους κύκλῳ ἱσταμένους καὶ βοῶντας τὸν τρισάγιον ὕμνον, ὁ χωρὶς κατανύξεως ἐξερχόμεθα. καὶ τίς γὰρ ὁ κατανύσσεται, καὶ κλαίει ὁμοίως, ἐν τοῖς βαπτισήραις, καὶ τοὺς ἱερεῖς κύκλῳ περιεστῶτας, καὶ τὸν μυστικὸν δεῖπνον, καὶ τῶν τυφλῶν τὴν ἀνάβλεψιν, καὶ Λαζάρου τὴν ἔγερσιν, ἐν τῷ λεπρῷ ἐν παραλυτικῷ τὴν ἴασιν, ἐπὶ τῷ χόρτῳ τὰς ἀνακλίσεις, τοὺς κοφίνους, καὶ τὰς σπυρίδας, ἐν τῷ περιστάλματι, τῷ Θαβωρίῳ ὄρει τὴν μεταμόρφωσιν, τὴν σαύρωσιν τοῦ κυρίου, τὴν ταφὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἁγίαν ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος κάθοδον; τίς ὁρῶν τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἀβραὰμ, ἐπιχειμένην τὴν μάχαιραν εἰς τὸν βάχηλον τοῦ παιδίου, ὁ κατανύσσεται καὶ δακρύει; καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ παθήματα τοῦ κυρίου; σωφέρεσοι, βασιλεῦ, τῶν δύο προκειμένων, αἱρετικόν σε ὀνομάζεσθαι, ἢ διώκτην καὶ καταλύτην τῆς ἱστορικῆς καὶ ζωγραφικῆς τῶν εἰκόνων καὶ παθημάτων τοῦ κυρίου. ἀλλὰ κακὸν, καὶ ὁ προσφορὸν τὸ αἱρετικόν σε ὀνομάζεσθαι. ἀλλ' ἐγώσοι λέγω, διὰ τί. ὁ αἱρετικὸς γνωστὸς λέγεται, ἐπειδὴ ὀλίγοις ἐστὶ γνωστὸς, καὶ οὐ πολλοῖς. καὶ τὰ σκάνδαλα δύσκολα, καὶ ἐμπεπλεγμένα τὰ νοήματα καὶ δυσδιάκριτα. καὶ οἱ δογματίζοντες, καὶ μὴ ἔχοντες τὰ πεπόνωσιν, ἐκ τῆς ἀγνωσίας καὶ ἐκ τῆς σκοτώσεως αὐτῆς, διὸ καὶ πίπτουσι. καὶ ὁ τοσοῦτον ἡ κατάκρισις αὐτῶν, ὥσπερ τὸ σόν. σὺ τὰ θεωρούμενα καὶ βλεπόμενα ὡς φῶς, φανερῶς ἐδίωξας, καὶ ἐγύμνωσας τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ· ἅσπερ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐνέδυσαν καὶ ἐκόσμησαν, σὺ ἐξέδυσας καὶ ἀπεγύμνωσας. καί τοι γε τοιοῦτον ἔχων ἀρχιερέα, τὸν κύριον Γερμανὸν λέγω τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργόν. τούτῳ ὤφειλες ὡς παῖδι καὶ διδασκάλῳ συμβουλεύεσθαι, καὶ ὡς παλαιῷ καὶ ἔχοντι πεῖραν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων. ἄγει γὰρ ὁ ἀνὴρ σήμερον ἐνενήκοντα πέντε ἐνιαυτοὺς, ὑπηρετῶν ἑκάστῳ πατριάρχῃ καὶ βασιλεῖ. ἀδιάδοχος δὲ ἐγένετο διὰ τὴν χρησιμότητα τῶν ἀμφοτέρων πραγμάτων. ἐάσας αὐτὸν ἔχειν εἰς πλάτος, ἐκεῖνο ἤκουσας τοῦ παρανόμου μώρου * Ἐφέσου τοῦ υἱοῦ Ἀψιμάρου, καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ. ὁ γὰρ κύριος Γερμανὸς, καὶ ὁ τότε πατριάρχης κύριος Γεώργιος, πληροφορήσαντες καὶ πείσαντες Κωνσταντῖνον υἱὸν Κώνσαντος, πατέρα Ἰουστινιανοῦ γράψαι πρὸς ἡμᾶς ἐν Ῥώμῃ, ἔγραψεν ἡμῖν ἐνωμότως, καὶ λόγον ἡμῖν ἔδωκεν ἀποστεῖλαι ἡμᾶς χρησίμους ἀνθρώπους, ἵνα γένηται οἰκουμενικὴ συνόδος. καὶ ὅτι οὐ μὴ συλλαθεῖν αὐτῆς ὡς βασιλεύς, καὶ ἐξουσιαστικῶς λαλήσω, ἀλλ' ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν· καὶ καθὼς συμβιβάζονται οἱ ἀρχιερεῖς, ἐκβιβάσω, καὶ τοὺς καλῶς λέγοντας δεξόμεθα, καὶ τοὺς κακῶς λέγοντας ἐκδιώξομεν, καὶ ἐξοστίας παραπέμψομεν. ἐὰν ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς διέστρεψέ τι τῆς ἀμωμήτου πίστεως καὶ καθαρᾶς, ἐγὼ πρῶτος αὐτὸν ἀναθεματίζω. καὶ Θεῷ χάριτι ἀποστείλαμεν· καὶ μετ' εἰρήνης ἐγένετο ἡ ἕκτη συνόδος. οἶδας, βασιλεῦ, ὅτι τὰ δόγματα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας οὐχὶ βασιλέων εἰσὶν, ἀλλὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ ἀσφαλῶς θέλουσι δογματίζεσθαι. διὰ τοῦτο οἱ ἀρχιερεῖς προετέθησαν εἰς τὰς

A Christi picturas contemplamur, & sanctæ matris ejus Dominum Deumque nostrum lactentem in ulnis habentis, angelosque circumstantes ac ter sanctum hymnum canentes, non sine compunctione regredimur. Ecquis enim non compungitur & luget similiter (intuens) & vasa lavacri, & sacerdotes in orbem circumstantes, & mysticam cœnam, & cæcorum illuminationem, & Lazari exsuscitationem, & leprosi ac paralytici curationem, recubitus in herba, cophinos, sportas, & reliquias, montis Thabor transfigurationem, crucifixionem Christi, sepulturam ejus & resurrectionem, sanctam ascensionem, & Spiritus sancti descensum? B Quis picturam Abrahæ cernens, & gladium pueri cervicibus imminentem, non compungitur & collacrymatur? & in universum omnes Domini passiones? Expediret tibi, imperator, duobus propositis, ut hæreticus potius, quam persecutor & eversor historiarum & picturarum, imaginum & passionum Domini appellareris. Atqui malum est minimeque commodum, te hæreticum appellari: verum tibi ego referam quam ob causam. Hæreticus notus dicitur, quando paucis est notus, & non multis: & difficilia sunt offendicula, sententiæque intricatæ, neque dijudicari facile possunt: itemque qui doctrinam spargunt, C & qui humilitate prædíti non sunt, ob imperitiam atque cæcitatem ipsorum statim labuntur: neque tanti criminis illi sunt, quanti tu, damnandi. Tu ea quæ cognita sunt & spectata ut lumen, aperte insectatus es, & ecclesias Dei denudasti: quas sancti patres convestierant & ornarant, tu spoliasti atque denudasti; tametsi talem habebas pontificem, dominum inquam Germanum fratrem nostrum & comministrum. Hujus debebas tamquam patris ac doctoris & tamquam senioris, multaque rerum cum ecclesiasticarum, tum civilium experientia pollentis, consiliis obtemperare. Annum etenim agit hodie vir D ille nonagesimum quintum, singulis patriarchis & imperatoribus inserviens: perpetuoque fuit occupatus, quod utrisque rebus gerendis mirifice utilis & aptus esset. Illum igitur omittens lateri tuo improbum illum Ephesium Apsimari filium, ejusque similes audisti. Cum enim dominus Germanus, quique tum temporis patriarcha erat dominus Georgius, suggessissent persuasissentque Constantino Constantis filio, Justiniani patri, ut Romam ad nos scriberet, sic interposito jurejurando scripsit ad nos, & nobiscum egit, ut ad universalem synodum congregandam viros utiles mitteremus: neque cum illis, inquit, tam- E quam imperator sedebo, aut imperiose loquar, sed tamquam unus ex illis; & prout statuerint pontifices, ego exequar; & eos qui recte loquuntur, admittemus; eosque qui male loquuntur, expellemus, & exiliis relegabimus. Si pater meus quidpiam ex intemerata puraque fide perverterit, ego primus illum anathematizabo: tum nos Deo bene volente misimus; & cum pace sexta synodus celebrata est. Scis imperator esse, sanctæ ecclesiæ dogmata non imperatorum esse, sed pontificum, quæ tuto debent dogmatizari. Idcirco ecclesiis præ-

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

ANNO CHRISTI 787

positi sunt pontifices a reipublicæ negotiis abstinentes : & imperatores ergo similiter ab ecclesiasticis abstineant, & quæ sibi commissa sunt, capessant. Consilium autem Christi amantium imperatorum & piorum pontificum virtus est una, quando cum pace atque charitate res administrantur. Scripsisti ut concilium universale cogeretur : & nobis inutilis ea res visa est. Tu persecutor es imaginum, & hostis contumeliosus & eversor : cessa, nobis hoc largire ut taceas : tum mundus pace perfruetur, & scandala cessabunt. Finge nos te audisse, & ex universo terrarum orbe pontifices congregatos esse, senatumque ac consilium sedisse : ubi est Christi amator ac pius imperator, qui de more in senatu sedere debet, & eos qui recte loquuntur, munerari ; eosque qui aliena a veritate blaterant, amandare ; cum tu imperator vacilles ac barbaros imiteris ? Non animadvertis hunc tuum conatum, quo adversus imagines insurrexisti, facinus esse turbulentum & insolens & superbum ? Cum ecclesiæ Dei alta pace fruerentur, tu pugnas & odia & scandala suscitasti. Cessa & quiesce, tum synodo minime opus erit. Scribe ad omnes, & in quascumque regiones orbis terrarum, quibus offendiculo fuisti, Germanum patriarcham Constantinopolitanum, & Gregorium papam Romanum circa imagines peccasse ; & nos ab hac cura quietum te præstabimus, ne peccatum aut lapsus ullus sit tuus, utpote qui a Deo potestatem & cælestia & terrena solvendi acceperimus. Testis est Deus, quascumque misisti ad nos epistolas, auribus cordibusque regum occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam conciliantes, teque laudantes ac mirifice efferentes, prout te antea conversantem intuebamur. [6] Idcirco etiam laurata tua receperunt, ut reges a regibus honore affici convenit ; idque cum nondum incœptum hoc conatumque tuum, quo adversus imagines insurrexisti, audivissent. Cum vero didicerunt, certioresque sunt facti ; [7] te Jovinum spatharocandidatum ad Chalcopratia misisse ad evertendum & confringendum Salvatorem, qui appellatur Antiphonetæ, ubi & miracula multa fiunt, inventæ sunt illic mulieres zelo succensæ, & illarum æmulæ quæ unguenta ferebant, quæ spatharocandidatum orarunt : Ne, obsecramus, ne hoc facias, ajebant. Ille vero preces earum non admittens, erecta scala conscendit : cumque ter securi faciem imaginis Salvatoris percussisset, hoc videntes mulieres, & iniquum illud facinus non ferentes, attracta scala fustibus concisum illic necarunt. Tum tu mali æmulator missis satellitibus mulieres nescio quot illic occidisti, astantibus utilibus viris Romanis, & ex Francia, ex Vandalis, ex Mauritania, ex Gotthia, & ut generatim dicam, ex toto interiori occidente. Cum autem advenissent, & in suis regionibus singuli juvenilia tua pueriliaque facta narrassent. tunc projecta laurata tua conculcarunt, & faciem tuam conciderunt, ac delectu habito Longobardi & Sarmatæ, ceterique qui ad septemtrionem habitant, miseram Decapolim incursionibus infesta-

ἐκκλησίας, ἀπέχοντες τῆς δημοσίων πραγμάτων. καὶ οἱ βασιλεῖς ὁμοίως ἀπέχεσθαι τῆς ἐκκλησιαστικῶν, καὶ ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισμένων αὐτοῖς. ἡ συμβουλία δὲ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων καὶ τῶν θεοσεβῶν ἀρχιερέων μία δυναμίς ἐστιν, ὅταν μετ' εἰρήνης καὶ ἀγάπης τὰ πράγματα διοικῶνται. ἔγραψας. ἵνα οἰκουμενικὴ συνοδος γένηται. καὶ ἡμῖν ἀπρόσφορον ἐφάνη περὶ τούτου. σὺ εἶ ὁ διώκτης τῶν εἰκόνων καὶ ὑβριστὴς καὶ καταλυτής. οἶδα, καὶ τοῦ σιωπῆσαι χάριν ἡμῖν· καὶ ὁ κόσμος εἰρηνεύσει, καὶ τὰ σκάνδαλα παύσονται. σιώπα ὅτι ἐπηκόσαμεν, καὶ συνηθροίσθησαν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ἡ σύγκλητος καὶ ἡ βουλὴ ἐκάθισε. πῶς ὁ βασιλεὺς ὁ φιλόχριστος καὶ θεοσεβὴς, ὁ πρὸς συνήθειαν ὀφείλων καθίσαι εἰς τοῦ βουλεύ, καὶ τοὺς καλῶς λέγοντας φιλοτιμήσασθαι, καὶ τοὺς ἔξω τῆς ἀληθείας ἀποδιῶξαι, σὺ τῷ βασιλέως ἀσατῆντος καὶ βαρβαρίζοντος; οὐκ οἶδας, ὅτι τὸ ἐγχείρημα, ὅπερ εἰργάσω τῶν ἁγίων εἰκόνων, ἀκαταστασίας καὶ ἀλαζονείας καὶ ὑπερηφανίας ἐστί; τῶν ἐκκλησιῶν τὸ θεῖον βαθεῖαν εἰρήνην ἔχουσῶν, σὺ τὰς μάχας καὶ τοὺς ἔχθρας καὶ τὰ σκάνδαλα σωρεύθηκας. παῦσον καὶ ἡσύχασον, καὶ συνόδου χρεία οὐκ ἔστι. γράψον πατρὶ καὶ παντιχῶ εἰς τοῦ οἰκουμένου, ὃς ἐσκανδάλισας, ὅτι Γερμανὸς ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἥμαρτεν εἰς τὰς εἰκόνας, καὶ Γρηγόριος ὁ πάπας Ῥώμης· καὶ ἡμεῖς ἀμέριμνόν σε ποιήσομεν περὶ τῆς ἁμαρτίας τοῦ σφάλματός σου, ὡς λαβόντες τοῦ ἐξουσίαν ἀπὸ Θεοῦ λύειν τὰ ῥάνια καὶ τὰ ἐπίγεια. μάρτυς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὅσας ἔγραψας ἡμῖν ἐπιστολὰς εἰς τὸ ὦτα καὶ εἰς τὰς καρδίας τῶν βασιλευόντων τῆς δύσεως σωεθήκαμεν, εἰρηνεύοντες αὐτοὺς πρὸς τοῦ ψυχικοῦ σου, καὶ ἐπαινοῦντες καὶ μεγαλύνοντές σε, καθὼς ἐθεωροῦμέν σου πολιτευόμενον τὸ πρώτερον. διὰ τοῦτο καὶ τὰ λαυράτα σου κατεδέξαντο, καθὼς πρέπει βασιλεῦσι τιμᾶν, καὶ τοῦτο ὅπου τοῦ κακοῦ ἐγχείρησιν τῶν εἰκόνων, οὗ ἐποίησας, ἀκηκοότες. ὅτε δὲ ἔμαθον καὶ ἐπληροφορήθησαν, ὅτι ἀπέστειλας τὸν Ἰοβῖνον τὸν σπαθαροκανδιδάτον εἰς τὰ Χαλκοπρατεῖα εἰς τὸν σωτῆρα καταλῦσαι καὶ κατακλάσαι τὸν λεγόμενον τὸ Ἀντιφωνητὸ, ὅπου καὶ πολλὰ θαύματα γεγόνασιν, διέθησαν ἐκεῖ γυναῖκες ζηλώτριαι καὶ μυροφόροι, παρακαλέσαι τὸν σπαθαροκανδιδάτον· μή καὶ μή, λέγουσαι, ποίησον τοῦτο. καὶ μὴ δεξάμενος τοῦ παράκλησιν αὐτῶν, σπάσας τοῦ κλίμακα ἀνῆλθε, καὶ ξὶς τύψας μιᾷ τῆς ἀξίνης εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ χαρακτῆρος τοῦ σωτῆρος, ἰδοῦσαι αἱ γυναῖκες, καὶ μὴ φέρουσαι τοῦ παρανομίαν, σύρασαι τοῦ κλίμακα, καὶ ἀποτυμπανίσασαι αὐτὸν, ἐκεῖ τὸν τάφον αὐτοῦ ἐποίησαντο. σὺ δὲ ὁ ζηλωτὴς τοῦ κακοῦ, πέμψας, οὐκ οἶδα πόσας γυναῖκας ἐφόνευσας ἐκεῖσε, παρισαμένων ἀνθρώπων χρησίμων ἀπὸ Ῥώμης, ἀπὸ Φραγγίας, ἀπὸ Οὐανδαλῶν, ἀπὸ Μαυριτανίας, ἀπὸ Γοθθίας, καὶ περιεκτικῶς εἰπεῖν, ἀπὸ πάσης τῆς ἑσωτέρας δύσεως. ὅταν δὲ ἦλθον καὶ ἐξηγήσαντο ἕκας πρὸς τοῦ ἰδίαν χώραν τὰ νεωτερικά σου παιδικὰ ἔργα, τότε ῥίψαντες τὰ λαυράτα σου κατεπάτησαν, καὶ ἀνασκαφοῦ τὸ πρόσωπόν σου ἐποίησαντο. στρατολογήσαντες οἱ Λογγιβάρδοι, καὶ οἱ Σαρμάται, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἐκεῖσε, οἱ κατὰ τὸν Βορρᾶν, κατέδραμον τοῦ ἐλεεινοῦ Δεκάπολιν, καὶ αὐτοῦ τοῦ μητρόπολιν Ραβέννης παρέλαβον, καὶ

τὰς

ANNO CHRISTI 787.

τὲς ἄρχοντάσ σε ἐδίωξαν, καὶ ἰδίας ἄρχοντας κατέ-
σησαν. καὶ βέλοντάι σε τὰ προσπαρακείμενα ἡμῖν
βασίλεια, καὶ τῷ Ῥώμῃ ὕπο ποιῆσαι, σοῦ μὴ
δυναμένου ἡμᾶς ἐκδικῆσαι· καὶ ταῦτα ἀπὸ ἀνεικα-
σίας καὶ ἀφροσύνης ὑπέρη· ἐκφοβεῖς δὲ ἡμᾶς, καὶ
λέγεις· ὅτι ἀποστελῶ ἐν Ῥώμῃ, καὶ τὸ ἁγίε Πέ-
τρε τῷ εἰκόνα κατακλάσω. ἀλλὰ καὶ Γρηγόριον
τὸν ἐκεῖσε ἀρχιερέα δεδεμένον ἀνακομίσω, καθὼς
Κωνσαντῖνον Μαρτῖνον ἐποίησε. καὶ ὀφείλεις γνῶ
ναι καὶ πληροφορηθῆναι, ὅτι οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ κατὰ
καιρὸν ἐν Ῥώμῃ διὰ τῷ εἰρήνῃ καθέζονται, τῆς
ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως μεσότοιχον καὶ μεσόφραγ-
μα τυγχάνοντες, τῷ εἰρήνῃ βραβεύσι. καὶ οἱ
πρὸ σε βασιλεῖς τὸν ἔχον τὸν ἀγῶνα τῆς εἰρήνης.
ἐὰν γὰρ σεβαρθῇ, καθὼς λέγεις, καὶ ἀπειλᾷς ἡμῖν
ἐπιβάλλῃς, ἐκ ἔχομεν ἀνάγκην μετὰ σε παλαίειν.
εἰκοσιτέσσαρα σάδια ὑποχωρήσει ὁ ἀρχιερεὺς Ρώ-
μης εἰς τὴν χώραν Καμπανίας· καὶ ὕπαγε, δίω-
ξον τὸς ἀνέμους. ὁ πρὸ ἡμῶν ἀρχιερεὺς Μαρτῖνος
διὰ τὴν εἰρήνην ἐκαθέζετο παρακαλῶν. διὰ τοῦτο
ὁ κακόφρων ἐκεῖνος Κωνσαντῖνος ὁ βεβλαμμένος
εἰ τὰ δόγματα τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ συμπαρελ-
θὼν τοῖς τότε αἱρετικοῖς ἀρχιερεῦσι τοῖς προγε-
γραμμένοις, Σεργίῳ καὶ Παύλῳ καὶ Πύῤῥῳ, πέμψας
καὶ ἁρπάσας, τυραννῶν ἀνῆγεν αὐτὸν εἰς τὸ Βυ-
ζάντιον, καὶ πολλοῖς περιοχίσας αὐτὸν κακοῖς ἐξώ-
εισεν, ἀλλὰ καὶ εἰς Μάξιμον τὸν μοναζοντα, καὶ
τὸν τότε μαθητὴν Ἀνασάσιον πολλὰ κακὰ ἐνεδείξατο, καὶ εἰς ἐξορίας ἔπεμψεν ἐν Λαζικῇ· καὶ
Κωνσαντῖνος ὁ ἐξορίσας αὐτὸς ἐνεκρώθη, καὶ ἐν
τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπέθανε. Νεζήξιος γὰρ ὁ
τότε κόμης τῆς πομπῆς αὐτοῦ, πληροφορηθεὶς ἐκ
τῶν Σικελίας ἐπισκόπων, ὅτι αἱρετικός ἐσιν, ἔ-
σω εἰς τὸ ἱερὸν τὸν τάφον αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἐν
τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἐτελειώθη. τὸν δὲ μακάριον
Μαρτῖνον μαρτυρεῖ ἡ πόλις, ἐν ᾗ ἐξορίσθη,
Χερσῶνος καὶ Βοσπόρε, καὶ ὅλος ὁ Βορῤᾶς, καὶ οἱ
οἰκήτορες τοῦ Βορῤᾶ, εἰς τὸ μνῆμα αὐτοῦ κατα-
βέχοντες, καὶ τὰς ἰάσεις λαμβάνοντες. ἀξιοῖ δὲ ἡ-
μᾶς κύριος τῷ ὁδὸν Μαρτίνε πορευθῆναι. ἀλ-
λὰ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν θελομεν ζῆ-
σαι καὶ ἐπιζῆσαι, ὅτι πᾶσα ἡ δύσις εἰς τὴν ἡμετέραν
ἀποβλέπει ταπείνωσιν, εἰ οὐχ ἡμεῖς τοιοῦτοι, ἀλλ'
ἐκεῖνοι μεγάλην πίσιν ἔχουσιν εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς
ὃν ἐπαγγελλῃ καταλῦσαι καὶ ἀφανίσαι τὸν χαρακτῆ-
ρα τοῦ ἁγίε Πέτρε, ὃν αἱ πᾶσαι βασιλεῖαι τῆς
δύσεως [1] Θεὸν ἐπίγειον ἔχουσι. καὶ εἰ τοῦτο πολμήσεις
δοκιμάσαι, ὄντως ἐκδικῆσαι ἔχουσιν οἱ τῆς δύσεως
καὶ τὰς ἀνατολικὰς οὓς ἠδίκησας. ἀλλὰ παρακα-
λοῦμέν σε διὰ τὸν κύριον, ἐπίστρεψον ἐκ τῶν νεωτε-
ρικῶν σε καὶ παιδικῶν ἔργων. οἶδας ὅτι τὴν Ρώμην
τὸ βασιλεύειν σε ἀμύνασθαι οὐ δύνασαι, εἰ μὴ μό-
νον τὴν πόλιν, διὰ τὴν προσπαρακειμένην αὐτῇ
θάλασσαν καὶ τὰ πλοῖα. ὡς προεῖπομεν γὰρ, εἰ
εἰκοσιτέσσαρα σάδια ἐξέλθῃ ὁ πάπας ἀπὸ Ρώμης,
οὐδὲν προτιμᾷ σε· ἐν θλιβόμεθα, ὅτι οἱ ἄγριοι
καὶ βάρβαροι, ἥμεροι ἐγένοντο· καὶ σὺ ὁ ἥμερος, ἄγριος
καὶ ἀνήμερος. πᾶσα ἡ δύσις καρποφορίας πίσει προσ-
φέρει τῷ ἁγίῳ κορυφαίῳ. καὶ εἰ πέμψῃς τινὰς ἐπὶ
καταλύσει τῆς εἰκόνος τοῦ ἁγίε Πέτρε, βλέπε,

runt, ipſamque metropolim Ravennam occuparunt, & ejectis magiſtratibus tuis, proprios conſtituere magiſtratus; & vicinas nobis ſedes regias, ipſamque Romam ſic tractare ſtatuerunt, cum tu nos defendere minime poſſis. Et hæc ob imprudentiam ac ſtultitiam ſuſtinuiſti. At enim eos perterrefacis, aiſque: Romam mittam, & imaginem ſancti Petri confringam; ſed & Gregorium illinc pontificem vinctum adduci curabo, [2] ſicut Martinum * Conſtantinus adduci juſſit. Scire autem debes ac pro certo habere, pontifices qui pro tempore Romæ extiterint, conciliandæ pacis cauſa ſedere tamquam parietem intergerinum, ſeptumque medianum orientis & occidentis, ac pacis arbitros & moderatores eſſe: quique ante fuerunt imperatores in hoc componendæ pacis certamine deſudarunt. Quod ſi nobis inſolenter inſultes, & minas intentes; non eſt nobis neceſſe tecum in certamen deſcendere: ad quatuor & viginti ſtadia ſecedet in regionem Campaniæ Romanus pontifex: tum tu vade, [3] ventos perſequere. Prædeceſſor noſter Martinus pontifex ad pacem cohortans ſedebat: idcirco malignus ille * Conſtantinus de fide ſanctæ Trinitatis male ſentiens, & hæreticis pontificibus proſcriptis adſtipulans, Sergio & Paulo & Pyrrho, miſſis ſatellitibus rapuit illum, & Byzantium tyrannica violentia abduxit, multiſque malis obſeſſum in exilium amandavit. Quin etiam Maximo monacho & hujus diſcipulo Anaſtaſio mala multa exhibuit, & Lazicam in exilium miſit. At * Conſtantinus qui eos relegarat, interfectus, & in peccato ſuo mortuus eſt. [4] Nezeuxius enim qui tum comes obſequii ejus erat, ab epiſcopis Siciliæ certior factus hæreticum eum eſſe, ipſum intus in templo trucidavit, & in peccato ſuo interiit. Beatum vero eſſe Martinum teſtatur civitas Cherſonis, in quam relegatus eſt, & Boſphori, totuſque ſeptemtrio & incolæ ſeptemtrionis, qui ad monumentum ejus accurrunt, & curationes accipiunt. Atque utinam Dei munere nobis contingat, ut per Martini viam incedamus: tametſi ob plebis utilitatem vivere volumus & ſupervivere; quandoquidem occidens univerſus ad humilitatem noſtram convertit oculos: ac licet tales non ſimus nos, illi tamen magnopere nobis confidunt, & in eum, cujus denuncias te imaginem everſurum atque deleturum, ſancti ſcilicet Petri, quem omnia occidentis regna velut deum terreſtrem habent. Quod ſi hoc velis experiri, plane parati ſunt occidentales ulciſci etiam orientales, quos injuriis affeciſti. Verumtamen per Dominum te obſecramus, a juvenilibus ac puerilibus factis avertere. Scis Romam ulciſci imperium tuum non poſſe, niſi forte ſolam urbem propter adjacens illi mare ac navigia: Ut enim ante diximus, ſi ad quatuor & viginti ſtadia Roma fuerit egreſſus papa, nihil tuas minas extimeſcit. Unum eſt quod nos male habet, quod agreſtes & barbari manſueti fiant, & tu manſuetus contra agreſtis

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

* Conſtantius immo Conſtans

* Conſtantius Conſtans

* Conſtantius

1 Forte legendum ex Latino, ὡς Θεόν. *Harduinus.*
2 Zonaræ & Cedreno Μιζίζος. Conſtantino Manaſſæ, Μιξίζιος.

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

ANNO CHRISTI 787.

stis & ferus. Totus occidens sancto principi apostolorum fide fructus offert. Quod si quospiam ad evertendam imaginem miseris sancti Petri, vide, protestamur tibi, innocentes sumus a sanguine quem fusuri sunt; verum in cervices tuas & in caput tuum ista recident. Nuper siquidem ab interiori occidente preces illius, quem Septetum appellant, accepimus, qui vultum expetit nostrum Dei gratia, ut ad impartiendum ei sanctum baptisma illuc proficiscamur: ac ne socordiæ negligentiæque nostræ ratio nobis reddenda sit, ad iter nos accingimus. Deus autem timorem suum in cor tuum immittat, & te ad veritatem convertat ab iis quæ in mundum perperam invexisti: tuasque literas quamprimum accipiam, quæ nobis tuam annuncient conversionem. At is qui de cælis descendit Deus, & in uterum sacræ virginis Dei genitricis propter nostram salutem intravit, inhabitet in corde tuo, citoque abigat eos qui te inhabitant, & scandala invehunt; pacemque cunctorum Christianorum ecclesiis largiatur in sæcula sæculorum. Amen.

προμαρτυρόμεθά σοι, ἀθῷοι ἡμεῖς πῶν αἱμάτων ἐσμὲν, ὧν μέλλουσιν ἐκχεῖν. εἰς δὲ τὸν τράχηλόν σου, καὶ εἰς τὴν κεφαλήν σου τοῦτο. ἀρτίως γὰρ ἐδεξάμεθα καὶ παράκλησιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας δύσεως τοῦ λεγομένου Σεπτέτου, ποθοῦντος τὸ πρόσωπον ἡμῶν χάριτι Θεοῦ, ἐπὶ τῷ δοῦναι τὸ ἅγιον βάπτισμα, τὸ ἐκεῖ πορευθῆναι. καὶ ἵνα μὴ τῆς ἀμελείας καὶ τῆς ῥᾳθυμίας ἡμῶν λόγον μέλλωμεν ἀπαιτεῖσθαι, ἐπὶ τὴν ὁδὸν παρασκευαζόμεθα. ὁ δὲ Θεὸς βάλῃ εἰς τὴν καρδίαν σου τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψῃ σε εἰς τὴν ἀληθειαν ἐξ ὧν περ κακῶς ἐπλεύσατε εἰς τὸν κόσμον. καὶ δέξωμαί σου τὰ γράμματα παραυτὰ τὴν τῆς ἐπιστροφῆς σου ἡμῖν ὑπογράφοντα δήλωσιν. ὁ δὲ Θεὸς ὁ κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς ἁγίας παρθένου τῆς Θεοτόκου δι' ἡμᾶς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, οἰκήσῃ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἀποδιώξῃ ἐν τάχει τὸς οἰκοῦντάς σοι, καὶ τὰ σκάνδαλα ἐνθέντας· καὶ τὴν εἰρήνην δωρήσηται τῇ πάντων Χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. ἀμήν.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI S. J.

In præcedentem epistolam.

1 *Gregorii.*) Hadrianus pontifex in epistola ad Constantinum Irene filium testatur, Gregorium II. & ejus successorem Gregorium III. ad Leonem Isauricum de imaginibus scripsisse. Reperitur hæc epistola act. 2. synodi II. Nicænæ, cujus inter alia hæc verba sunt: Qua de causa in magnam tribulationem uterque Gregorius Romani pontifices per ea tempora sanctissimi conjecti sunt; sæpius etiam proavum vestræ serenitatis admonuerunt, ne sineret venerandas imagines de statu suo dejici. (Sed hanc secundi potius quam tertii esse epistolam ut credamus suadent quæ suo tempore gesta narrat pontifex, ut inter cetera illud de Ravenna a Longobardis occupata, & quod dialogus hic auctor cognominetur, nam & hoc secundo Gregorio cognomen tribuit Cedrenus ad annum X. Leonis. Romæ autem Gregorius apostolicus vir, & Petri apostolorum coryphæi assessor, qui ob suas lucubrationes dialogi cognomen adeptus est, a Leone ob ejus impietatem defecit, & pacto cum Francis inito, tributa Leoni denegavit, Anastasium ac socios anathemate ferit, imperatoremque multis epistolis, & a multis lectis, manifesto redarguit.) & Theophanes, qui falso inscribitur Paulus diaconus, lib. 22. Anno 9. imperii sui cœpit impius imperator Leo contra sanctas & venerandas imagines facere verbum. Quod cum didicisset Gregorius papa Romanus, tributa Romanæ urbis prohibuit, & Italiæ, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam, non oportere imperatorem de fide facere verbum, & novitate violare antiqua dogmata ecclesiæ catholicæ, quæ a sanctis patribus sunt prædicata. Idem legimus in libro pontificali, unde Trithemius in libro de scr. eccl. hunc Gregorium virum doctum ac sanctissimum tradit plena eruditionis scripsisse quædam opuscula.

Ad interrogata Justiniani responsionum lib. 1.
Contra Leonem August. lib. 1.
Ad Joannem episcopum Constantinopolitanum lib. 1.
Epistolarum ad diversos lib. 1.

Moritur anno Dom. 731. Indict. 14. 3. Idus Febr.

Minus ergo mirum si Græcus sive interpres sive librarius, qui hanc exscripsit epistolam, Gregorio cognomen dialogi addidit, cum Cedrenus ipse memoria lapsus id egerit. Nam Gregorii illius magni hoc esse cognomen apud Græcos, ex quo Zacharias pontifex ejus dialogos in Græcum sermonem convertit, constat ex Græcis, Damascenos in orat. de fidelibus defunctis, Euthymio & Enchologio Græcorum c. 96. & Latino Sigeberto ad an. Chr. 605. ut nimirum a Thaumaturgo, Nazianzeno, Nyssenoque distinguatur. Certe ejusdem interpretis imperitiæ tribuendum censeo, quod multa hic ἀνακόλουθα, nec satis cohærentia reperiantur. Qualecumque tamen opusculum studio conservandæ antiquitatis vulgamus ex illustrissimi cardinalis Caroli a Lotharingia Rhemensis arch. biblioth. exscript. an. M. DXC. quæ in monasterio S. Remigii Rhemis servatur.

2 *Ex prima tribu Dan.*) Hic error subest, ita forte tollendus, τῆς φυλῆς καὶ τῆς τοῦ Δάν, ex prima tribu & Dan. Legimus enim Exodi 31. Beseleel fuisse de tribu Juda, quæ propter imperium ei delatum prima hic dici potest videri; & Ooliab, qui Eliab septuaginta Græcis, de tribu Dan. Loci etiam scripturæ qui sequuntur, non tam ad verbum quam ad sensum citantur.

3 *Non latria, sed habitudine.*) Sic locum Nicephor. Constantinopolit. ex ejus orthodoxo citatum vertit Turrianus noster lib. 1. pro canonibus apost. cap. 25. Cum Christus initio prædicatus est, cum ea prædicatione conjuncta erat σχετικῶς, id est, habitudine, prædicatio ejus imaginis: & ut non adoratur imago propter se, sed propter prototypum; sic non est dicendum adorari eam absolute, sed σχετικῶς, id est, relate: & ut purpura & imperator ea indutus unum faciunt, habitu sic imago & prototypum ejus unum faciunt σχέσει, id est, habitudine. In sententiis etiam patrum de imaginibus, quas Lutetiæ edidit G. Morelius, 1562. pag. 10. ἐπὶ τῷ Χριστῷ λατρευτικὴ προσκύνησις, καὶ φυσική. ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ σχετικὴ καὶ προσκύνησις, καὶ ὁμωνυμική. Quæ sic redduntur ab interprete Euthymii Panopliæ tit. 19. *In ipso Christo est adoratio latriæ & naturalis: in imagine vero Christi est relativa & æquivoca.* Vid. Franc. Suarez in 3. part. S. Thomæ disput. 44. sect. 4.

4 *At si quidem imago.*) Horum similia sunt illa in eisdem sententiis de imaginibus pag. 16. καὶ ἐὰν μέν ἐστιν εἰκὼν τοῦ κυρίου, λέγομεν, Ἰησοῦ Χριστέ, &c. Porro quæ sequuntur verba Leonis, cum inani arrogantia conjunctum habent insigne μνημοσυνὸν ἀμάρτημα. Non enim Oziis rex serpentem æneum confregit, sed ejus nepos Ezechias, ut est 4. Reg. 18. v. 4. nisi forte aliunde didicerat Oziam e templo eduxisse serpentem æneum, Ezechiam confregisse: quale & illud est quod subjicit de Davide, in templum sive tabernaculum illum introducente, Gregorius: quod, opinor, ex sacris literis non constat. Præterea nondum elapsi erant anni octingenti ab exordio legis evangelicæ: nam ut notat Cedrenus Græcus historicus, Leonis filius Constantinus imperare cœpit anno mundi 6236. * ab Incarna- * imo an. Chr. tione Domini 739. 741.

5 *Improbum illum Ephesium,*) In ms. erat τὸν παρὰ νόμῳ μόνῳ Ἐφέσιον, ac si quidem μόνῳ legissem, improbum stultumque vertissem: sed verisimilius est nomen hic desiderari τοῦ Θεοδοσίου τοῦ Ἐφέσου, *Theodosii episcopi*, qui a consiliis erat Constantino Copronymo, & ut hinc constat, Leoni patri. Cedrenus anno 13. Copronymi, κατὰ τῆς ἁγίων εἰκόνων παράνομον συνέδριον τελέ. ἐπισκοπῶν συνέλεξεν, ὧν ἐξῆρχε Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Ἀφυμάρ ὁ Ἐφέσ, καὶ Παχυλᾶς ὁ Πέργης. Quæ apud Theophanem, quem dicunt Paulum diaconum, ex interpretatione Anastasii bibliothecarii sic Latine efferuntur: *Contra sanctas imagines concilium iniquum triginta octo episcoporum* (Cedreno cccxxxviii.) *congregavit, quorum primi erant Ephesinus filius Absimari, & Pastillas Pergensis.* Sed addendum est, *Theodosius Ephesinus*; nam & in VII. Synodo act. 1. in confessione Basilii Ancyrani dicitur falsum conciliabulum congregatum, cui præfuit Theodosius Ephesi episcopus, Sisinnius item Pergæ cognomine Pastillas. Idem testatur & Zonaras.

6 *Id-*

ANNO CHRISTI 787.

6 *Idcirco etiam laurata.*) Vocem Græcam retinuimus cum interprete veteri synodi septimæ, ut quidem citatur a Franc. Balduino in lib. 3. Optati sub finem: Lauratis & iconibus, quæ mittuntur ad civitates vel regiones, obvii adeunt populi cum cereis & incensis, non cera perfusam tabulam, sed imperatorem honorantes. Quę verba citata esse arbitror ab Hadriano papa in epistola ad Constantinum actione 2. synodi VII. ex sermone in quintam diem paschę. Nam cum regię figurę & imagines in civitates inferuntur, & rursus act. 4. ex orat. in pelvim, sic apud Gregorium lib. XI. registri epist. 1. Cum venisset icon Focæ & Leontiæ, acclamatum est eis, & iconem Gregorius jussit in oratorio S. Cæsarii reponi. Extat lex Theodosii l. 15. tit. 5. cod. Theod. de imaginibus imperatoriis.

7 *Jovinum spatharocandidatum.*) Narratur hoc ipsum a Paulo diacono. lib. 21. Miscellæ (ita Theophanes verus auctor inscribitur) ubi quosdam regios homines occisos ait, Dei deponentes icona, quæ super magnam portam æneam posita cernebatur, & in vita sancti Stephani junioris nuper a doctissimo Billio edita una cum operibus Damasceni. Ceterum spathiarium Cedrenus esse Romanis corporis custodem docet p. 139. σπαθάριος ὁ σωματοφύλαξ, & apud eumdem πρωτασπαθάριος. Spathariorum principes Sergius anno 1. Leonis appellatur, & a Curopalate inter magistratus imperatoriæ aulæ numeratur, qui & imperatoris τὸ σπάθαν, id est, ensem gestasse principem genere proximum scribit. Meminit & Paulus diaconus pro Theophane inscriptus, lib. 22. inter nomina magistratuum quorumdam Theophylacti candidati an. 25. Constantini Copronymi. Luitprandus Ticinensis lib. 6. c. 5. Turba post hos immensa vocatur protospatharorum, spathariorum, candidatorum, & id genus clientum. Ex utroque genere magistratus hoc spatharocandidati forte coaluit.

8 *Sicut Martinum Constantinus.*) Paulus diaconus Constantem scribit lib. 18. nepotem Heraclii Indict. 8. anno imperii sui nono sanctum Martinum & Maximum apud Chersonam & alia climata relegasse, quod Monothelitarum erroribus non faverent. Idem Cedrenus anno ejus 16. accidisse vult. Sed Constantinum hic appellat Gregorius quemadmodum & Ado Viennensis in chronico an. 641. & catalogus imperatorum orientis Græcus, quem alii Constantem dicunt. Variant etiam auctores in nomine exprimendo percussoris ejus, quem Zonaras & Cedrenus Μιζίζιον Ἀρμένιον, *Mizizium Armenium*, translator Theophanis, qui asseritur Paulus diaconus, Mitium; Constantinus Manasses in historia sua policitis versibus scripta Mixizium, καὶ τυραννεῖ Μιξίζιος ἀνὴρ ἐκ Σικελίας. Gregorius hic Nezeuxium dicit. Librariorum culpa fortasse nomen barbarum immutatum est, vel interpretis Græci, qui & hic forte pro balneo τὸ ἱερὸν scripsit: nam alii omnes in balneo non in templo Constantem necatum asserunt, aut aliter fando auditum Romæ fuit.

9 *Ventos persequere.*) Alludit ad illud Ecclesiastici 34. 2. ὡς ἐρεσχαπόμενος σκίας, καὶ διώκων ἀνέμους. *Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventos; sic qui intendit insomnits.* Simile illud ex profanis. Ἀνέμους γεωργεῖς, *Ventos colis*, in eos qui e suis laboribus nihil fructus reportant, & ex Clementis I. Stromate profertur, quod est Prov. 16. 4. *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem sequitur aves volantes*,

CAPUT I. EP. GREG. PP. SCRIPTA ANNO DCCXXVI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

SANCTI PATRIS NOSTRI

CAPUT II. GREG. PP. EPIST. II.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ

GREGORII PAPÆ ROMANI

ΠΕΡΙ ΤΩΜ ΑΓΙΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ

DE SACRIS IMAGINIB. AD LEONEM ISAURUM IMPERATOREM

Επισολὴ δϐτέρα.

Epistola secunda.

Τὰ γράμματι τῆς ὑμετέρας θεοφρυήτυ βασιλείας καὶ ὑν Χριστῷ ἀδελφότητος ἐδεξάμεθα διὰ Ρυφίνυ τῦ ἀποστόλυ ἡμῶν, καὶ πάνυ ἀπέγνων τῆς ἐμῆς ζωῆς, ὅτι ὑ μετέγνως, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς κακοῖς ἐπιμένεις, μὴ φρονῶν τὰ τῦ Χριστῦ, ἀκόλυθον καὶ μιμητὴν γένεσθαί σε τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων θαυματυργῶν ἡμῶν πατέρων καὶ διδασκάλων. ἁπλῶς μὴ προφέρω ξένυς διδασκάλυς, εἰ μὴ τὺς τῆς πόλεώς συ, καὶ τῆς χώρας συ. ἆρα φρονιμώτεροί εἰσι Γρηγορίυ τῦ θαυματυργῦ, καὶ Γρηγορίυ Νυσσαέως, καὶ Γρηγορίυ τῦ θεολόγυ, καὶ Βασιλείυ Καππαδοκείας, καὶ Ἰωάννυ τῦ Χρυσοστόμυ; ἵνα μὴ γράφω τῶν μυρίων μυριάδων τῶν ὁμοίων ἐκείνοις ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν καὶ διδασκάλων. ἀλλ' ὑξηκολύθησας τῷ πείσματι καὶ τοῖς ἐνοίκοις συ πάθεσι, καὶ ἔγραψας· ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεύς εἰμι. καὶ τῦτο οἱ πρὸ σῦ βασιλεῖς ἔδειξαν ἔργῳ καὶ λόγῳ, οἱ κτισάμενοι, καὶ φρυτήσαντες τῶν ἐκκλησιῶν, ἅμα τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκζητήσαντες πόθῳ καὶ ζήλῳ τῆς ὀρθοδοξίας τὴν ἀλήθειαν, Κωνσαντῖνος ὁ μέγας, καὶ Θεοδόσιος ὁ μέγας, καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας, καὶ Κωνσαντῖνος ὁ Ἰυστινιανῦ πατήρ, ὁ τῆς ἕκτης συνόδυ. ὅπερ οἱ βασιλεῖς θεοσεβῶς ἐβασίλευσαν, μετὰ τῶν ἀρχιερέων μιᾷ βυλῇ καὶ γνώμῃ τὰς συνόδυς συναθροίσαντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν δογμάτων ἐκζητήσαντες, τὰς ἁγίας ἐκκλησίας συνεστήσαντο καὶ κατεκόσμησαν. ὅπερ εἰσὶν ἱερεῖς καὶ βασιλεῖς, οἵτινες καὶ τῷ ἔργῳ ἐπεδείξαντο. σὺ δὲ ἀφ' ὗ ἐπελάβυ τὸ βασίλειον, ὐκ ἐφύλαξας εἰς τέλος τὰς

Accepimus vestri a Deo conservati imperii atque in Christo fraternitatis literas per Rufinum legatum vestrum delatas; meque prorsus vitæ meæ tæduit, quod sententiam non mutaris, sed in eisdem malis perseveres, nec ea quæ Christi sunt sapias, ut sanctos ac celebres miraculorum effectores patres nostros ac doctores secteris & imiteris. Neque vero simpliciter doctores peregrinos profero, sed eos tantum qui ex urbe ac regione tua prodierunt. Num sapientiores sunt Gregorio miraculorum effectore, Gregorio Nysseno, Gregorio theologo, Basilio Cappadociæ, & Joanne Chrysostomo? ne infinita millia sanctorum illis similium ac Deo plenorum patrum doctorumque nostrorum commemorem. Sed obsecutus es pervicaci animo tuo ac domesticis perturbationibus, & scripsisti: Imperator sum & sacerdos. Enimvero qui ante te fuerunt imperatores hoc opere ac sermone demonstrarunt, qui condiderunt, & curam gesserunt ecclesiarum una cum pontificibus cupiditate zeloque incensi, rectæque fidei veritatem pervestigantes, Constantinus magnus, Theodosius magnus, Valentinianus magnus, & Constantinus Justiniani pater, qui sextæ synodo interfuit: imperatores isti religiose imperarunt, & cum pontificibus uno consilio ac sententia synodos congregantes, atque veritatem dogmatum perquirentes, sanctas ecclesias constituerunt & ornarunt. Hi sunt sacerdotes & imperatores, qui id opere demonstrarunt: tu vero ex quo imperium occupasti,

1 Ex eodem ms. in lucem edita a P. Frontone Ducæo, & a Card. Baronio ad an. 326. *Hard.*

CAPUT II. GREG. PP. EPIST. II.

ANNO CHRISTI 787.

ſti, definitiones patrum perpetuo non cuſtodiſti; ſed cum ſanctas eccleſias fimbriatis aureis veſtibus conveſtitas & variegatas inveniſſes, eas ornatu privaſti atque vaſtaſti. Quid enim noſtræ ſunt eccleſiæ? nonne res manufactæ, lapides, ligna, paleæ, lutum & calx? verum picturis, hiſtoriiſque miraculorum a ſanctis editorum, & Chriſti paſſionum, ac ſanctæ glorioſæ matris ipſius, ſanctorumque apoſtolorum exornatæ ſunt: & in hiſtorias ac picturas homines facultates ſuas inſumunt; & viri ac mulieres pueros parvulos nuper baptizatos in ulnis ſuis tenentes, itemque florentes ætate juvenes & ex gentibus diverſis profectos, indicatis digito hiſtoriis eos ædificant, eorumque mentes & corda ſurſum ad Deum erigunt. At tu ab his abſtinere juſſos humiles populos in otioſis ſermonibus, nugis, citharis, crepitaculis, tibiis & tricis occupaſti, & pro gratiarum actione ac celebratione ad fabulas illos traduxiſti: hereditatem cum illis habeto, & cum iis qui inutilia fabulantur, & inſcitias blaterant. Audi humilitatem noſtram, imperator; ceſſa, & ſanctam eccleſiam ſequere, prout inveniſti atque accepiſti: non ſunt imperatorum dogmata, ſed pontificum; quoniam Chriſti ſenſum nos habemus. Alia eſt eccleſiaſticarum conſtitutionum inſtitutio, & alius ſenſus ſæcularium: in adminiſtrationibus ſæculi militarem ac ineptum quem habes ſenſum & craſſum, in ſpiritualibus dogmatum adminiſtrationibus habere non potes. Et ecce tibi palatii & eccleſiarum ſcribo diſcrimen, imperatorum & pontificum: agnoſce illud, & ſalvare, nec contentioſus eſto. Si quis a te regia indumenta, purpuram, diadema capitis, trabeam abſtulerit, & obſequii ordines, futurum eſt ut ab hominibus turpis, deformis & abjectus habearis: quem in ſtatum eccleſias redegiſti: quod enim ipſe non habes, ſanctas eccleſias ornatus privaſti, deformeſque reddidiſti. Nam quemadmodum pontifex introſpiciendi in palatium poteſtatem non habet, ac dignitates regias deferendi, ſic neque imperator in eccleſias introſpiciendi, & electiones in clero peragendi, neque conſecrandi, vel ſymbola ſanctorum * ſacramentorum adminiſtrandi, ſed neque participandi abſque opera ſacerdotis: Sed unuſquiſque noſtrum in qua vocatione vocatus eſt a Deo, in ea maneat. Vides, imperator, pontificum & imperatorum diſcrimen? Si quiſpiam te offenderit, domum ejus publicas & ſpolias ſolam illi vitam relinquens, tandemque illum etiam vel ſuſpendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longe a liberis & ab omnibus cognatis & amicis ſuis amandas. Pontifices non ita; ſed ubi peccarit quis, & confeſſus fuerit, ſuſpendii vel amputationis capitis loco evangelium & crucem ejus cervicibus circumponunt, eumque tamquam in carcerem in ſecretaria, ſacrorumque vaſorum æraria conjiciunt, in eccleſiæ diaconia & in catechumena ablegant, ac viſceribus ejus jejunium, oculiſque vigilias, & laudationem ori ejus indicunt. Cumque * probe caſtigarint, probeque fame affixerint, tum pretioſum illi Domini corpus impartiunt, & ſancto illum ſanguine potant: & cum il-

2. Cor. 2.

* vel, myſteriorum. Hard.

2. Cor. 7.

* vel, egregiè. Hard.

ὅρας τῶν πατέρων, ἀλλ' ὁρῶν τὰς ἁγίας ἐκκλησίας ἐν χρυσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένας, πεποικιλμένας, ἀπεκόσμησας καὶ ἠρήμωσας. τί γάρ εἰσιν αἱ ἐκκλησίαι ἡμῶν; οὐχὶ χειροποίητα, λίθοι, ξύλα, καὶ ἄχυρα, καὶ πηλὸς, καὶ ἄσβεσ⟨τ⟩ον; ἀλλ' ἐκοσμήθησαν ὑπὲρ τὰς ζωγραφίας καὶ ἱστορίας τῶν θαυμάτων τῶν ἁγίων, καὶ παθημάτων τοῦ κυρίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου αὐτοῦ μητρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. εἰς τὰς ἱστορίας καὶ ζωγραφίας καταναλίσκουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰς οὐσίας αὐτῶν· καὶ ὅλα κατέχοντες οἱ ἄνδρες καὶ γυναῖκες εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτῶν τὰ νεοφώτιστα μικρὰ παιδία, καὶ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ νέους, καὶ τοὺς ἐλθόντας ἐκ τῶν ἐθνῶν, δακτύλῳ δεικνύοντες τὰς ἱστορίας, ὅπως αὐτοὺς οἰκοδομοῦσι, καὶ τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας ἄνω πρὸς τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν. σὺ δὲ παύσας ἐκ τόπων τοὺς ταπεινοὺς λαοὺς, ἠχόλησας αὐτοὺς εἰς ἀργολογίας, καὶ ὕθλους, καὶ κιθάρας, καὶ κροτάλια τε καὶ αὐλοὺς, καὶ λήρους, καὶ ἀντὶ εὐχαριστίας καὶ δοξολογίας εἰς μύθους αὐτοὺς ἐνέβαλες. ἔχε τὴν κληρονομίαν μετ' αὐτῶν, καὶ μὴ τῶν ἀργολογούντων. ἄκουσον τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, βασιλεῦ, καὶ πάυσον, ἀκολούθησον τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, καθὼς εὗρες καὶ παρέλαβες. οὐκ εἰσὶ τὰ δόγματα τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τῶν ἀρχιερέων. ὅτι ἡμεῖς νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. ἄλλη παίδευσις ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατάγματων, καὶ ἄλλο⟨ν⟩ νοῦς τῶν κοσμικῶν. εἰς τὰς διοικήσεις τοῦ κόσμου τὸν πολεμικὸν καὶ σκυθρὸν νοῦν ὃν ἔχεις, καὶ παχὺν, εἰς τὰς πνευματικὰς τῶν δογμάτων διοικήσεις ἔχειν οὐ δύνασαι. καὶ γράφωσοι τὰς διαφορὰς τοῦ παλατίου καὶ τῆς ἐκκλησιῶν, τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων. καὶ ἐπίγνωθι, καὶ σώθητι, καὶ μὴ φιλονείκει, ἐάν τις ἄρῃ ἐκ σοῦ τὰς βατιλικὰς ἐνδύσεις, τὴν πορφύραν, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς, τὴν ἀλουργίδα, τὰς τάξεις τῶν πομπῶν, ὄντως μέλλεις θεωρῆσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἄχημος, καὶ ἄμορφο⟨ς⟩, καὶ ἀδαμινὸς, καθὼς κατέσησας τὰς ἐκκλησίας. ὅπερ γὰρ οὐκ ἔχεις σὺ, τὰς ἁγίας ἐκκλησίας ἀπεκόσμησας, καὶ ἀμόρφους κατέσησας. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ ἀρχιερεὺς εἰσκύψαι εἰς τὸ παλάτιον, καὶ προβαλέσθαι ἀξίας βασιλικὰς· ὅπως, ὅτε ὁ βασιλεὺς εἰσκύψαι εἰς τὰς ἐκκλησίας καὶ ψήφους ποιήσασθαι εἰς τὸν κλῆρον, ὅτε ἁγιάζειν καὶ χειρίζειν τὰ σύμβολα τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἀλλ' ὅτε μεταλαμβάνειν χωρὶς ἱερέως. ἀλλ' ἕκαστο⟨ς⟩ ἡμῶν ἐν ᾗ κλήσει ἐκλήθη ὑπὸ Θεοῦ, ἐν ταύτῃ μενέτω. βλέπεις βασιλεῦ τὰς διαφορὰς τῶν ἀρχιερέων καὶ βασιλέων; ἐάν τις ἁμαρτήσῃ σοι βασιλεῦ, δημεύεις τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ γυμνοῖς, ἐάσας ἔχειν τὴν ψυχὴν, καὶ τέλο⟨ς⟩ κακεῖνον ἢ ἀπάγχεις, ἢ ἀποκεφαλίζεις, ἢ ἐξορίζεις, καὶ ἀλλοδαπῇ αὐτὸν ποιεῖς τῶν τέκνων καὶ πάντων τῶν συγγενῶν καὶ φίλων αὐτοῦ. οἱ ἀρχιερεῖς οὐχ οὕτως. ἀλλ' ὅταν ἁμάρτῃ τις, καὶ ἐξομολογήσηται, ἀντὶ τῆς ἀγχόνης καὶ τοῦ ἀποκεφαλισμοῦ, περιτιθέασιν εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ φυλακίζουσιν αὐτὸν εἰς τὰ κειμηλιαρχεῖα, καὶ εἰς τὰ διακόνια τῆς ἐκκλησίας ἐξορίζουσιν αὐτὸν, καὶ εἰς τὰ κατηχούμενα, καὶ νηστείαν εἰς τὰ ὄπτερα, καὶ εἰς τὰς ὀφθαλμὰς ἀγρυπνίαν, καὶ δοξολογίαν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐμποιῆσι. καὶ ὅτε καλῶς παιδεύσωσι, καὶ καλῶς λιμαγχονήσωσι, παραβάλλουσιν αὐτῷ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ τὸ ἅγιον αἷμα ποτίζουσιν αὐτόν· καὶ ἀποκαυ-

σήσαν-

ANNO CHRISTI 787.

σήσαντες αὐτὸν σχεῖν ἐκλογῆς καὶ ἀναμαρτήτου, A lum vas electionis restituerint, ac immunem peccati, sic ad Dominum purum insontemque transmittunt. Vides imperator ecclesiarum imperiorumque discrimen? Imperatores qui pie & in Christo vixerunt, ecclesiarum pontificibus obedire minime recusarunt, nec eos vexarunt: tu vero, imperator, cum transgressus fueris, ac perversus evaseris, & manu propria subscripseris, teipsum subjiciens, & confessus fueris, eum qui terminos patrum tollit, execrabilem esse; in hoc proprio judicio condemnatus es, ac Spiritum sanctum a te alienasti. Persequeris nos, ac tyrannice vexas militari carnalique manu. Nos inermes ac nudi, qui terrenos & carnales exercitus non habemus invocamus principem exercitus omnis creaturæ sedentem in cælis, Christum, qui est super omnes exercitus supernarum virtutum, ut immittat tibi dæmonem, sicut ait apostolus: *Tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit*. Vides imperator quo impudentiæ atque inhumanitatis teipsum provexeris? animam tuam in barathra & prærupta loca præcipitem egisti, quod humiliari nolueris, duramque cervicem tuam submittere. Nam ubi præclara commonitione adhibita & doctrina pontifices Deo exhibuerint imperatores irreprehensibiles & mundos a peccatis ac delictis, magnam apud eum laudem & gloriam obtinent in sanctam resurrectionem magnam, quo tempore res nostras occultas, opera nostra in lucem prolaturus est in confusionem nostram coram angelis suis. Tum vero futurum est, ut nos humiles erubescemus, quod te propter inobedientiam tuam lucrati non fuerimus; cum illi qui ante nos fuerunt pontifices, eos qui suis temporibus imperarunt, Deo obtulerint: quod nobis humilibus pudorem incutiet, qui temporum nostrorum imperatorem non offeramus glorioſum & celebrem, sed * ignominiosum & adulterinum. Ecce nunc quoque te hortamur, pœnitentiam age, & convertere, atque ad veritatem ingredere: sicut invenisti & accepisti, custodi. Honore affice & glorifica sanctos & glorioſos patres nostros ac doctores, qui cæcitatem a cordibus oculisque nostris secundum Deum dispulerunt, iisque visum restituerunt. At enim scripsisti: Qui fit ut in sex conciliis de imaginibus nihil sit dictum? Enimvero, imperator, ne de pane quidem & aqua dictum est quidquam, sitne comedendum, an non comedendum: bibendum, an non bibendum; quandoquidem hæc antiquitus & a principio ad vitæ humanæ conservationem habes tradita: sic etiam imagines traditæ fuerant, ipsique pontifices imagines ad concilia deferebant; nec ullus ex Christi amantibus ac religiosis hominibus iter peragens, absque imaginibus peregrinationes obibat, utpote qui virtute præditi atque apud Deum probi essent. Hortamur te, ut sis pontifex & imperator, prout ante scripsisti. Quod si te pudeat, hoc tibi ipsi tamquam imperatori tribuere: ad regiones omnes, quibus scandalo fuisti, scribe, Gregorium Papam Romanum circa imagines errare, itemque Germanum Constantinopolitanum patriarcham; & nos culpam peccati

CAPUT II. GREG. PP. EPIST. II.

1. Cor. 5.

* vel, *infamia notatum*. Hard.

ti recipimus, utpote qui potestatem a Domino acceperimus & auctoritatem terrena cælestiaque solvendi ac ligandi; teque ab hac cura quietum præstabimus: neque voluisti, neque vis: nos, ut rationem Christo Domino reddituri, monita atque documenta tibi adhibuimus, prout a Domino edocti sumus: at tu refugisti, atque obedire nobis humilibus recusasti, simulque Germano præsuli, & sanctis atque gloriosis miraculorum effectoribus & doctoribus patribus nostris, & secutus es perversos pravosque dogmatum magistros, qui a veritate aberrant. Habeto partem cum illis: nos, prout ante scripsimus tibi, viam ingredimur Dei benignitate in extremas occidentis regiones versus illos qui sanctum baptisma efflagitant. Cum enim illuc episcopos misissem, & sanctæ ecclesiæ nostræ clericos; nondum adducti sunt, ut capita sua inclinarent & baptizarentur eorum principes, quod exoptent, ut eorum sim susceptor. Hac de causa nos ad viam Dei benignitate accingimus, ne forte damnationis & incuriæ nostræ rationem reddamus. Det tibi Deus prudentiam ac pœnitentiam, ut ad veritatem convertaris, a qua descivisti; rursusque restituat humilibus populis in unum pastorem Christum, & in unum ovile orthodoxarum ecclesiarum ac præsulum, & pacem Dominus Deus noster præbeat universo terrarum orbi nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT II. GREG. PP. EPIST. II.

ANNO CHRIST. 787.

διδασκαλίας παρεθέμεθά σοι, καθὼς καὶ ἐδιδάχθημεν ὑπὸ τοῦ κυρίου. καὶ ἀπέφυγες, καὶ παρήκουσες ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ Γερμανῷ τῷ προέδρῳ, καὶ τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων θαυματουργῶν καὶ διδασκάλων πατέρων ἡμῶν, καὶ ἠκολούθησας διεστραμμένοις καὶ σαθροῖς, τῶν δογμάτων τῆς ἀληθείας σφάλλομένοις. ἔχε τὸ μερίδα μετ' αὐτῶν, ἡμεῖς καθὼς προεγράψαμέν σοι, ἐπέστειλεν χάριτι θεοῦ τὴν ὁδὸν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν χώραν τῆς δύσεως τοῖς τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐπιζητοῦσι. καὶ γὰρ ἀποστείλαντός μου ἐκεῖσε ἐπισκόπους, καὶ τῆς ἁγίας ἡμῶν ἐκκλησίας κληρικούς, ὅπως κατεδέξαντο ἐπικλῖναι τὰς κεφαλὰς καὶ φωτισθῆναι οἱ ἀρχηγοὶ αὐτῶν, ἐμὲ ἐπιζητοῦντες γενέσθαι αὐτῶν ἀνάδοχον. ἐπὶ τούτῳ ἐπέστειλεν Θεοῦ χάριτι τὴν ὁδόν, ἵνα μὴ τῆς κατοχείσεως καὶ τῆς ἀμελείας ἡμῶν λόγον ἀποδῶμεν. ὁ Θεὸς δῴησοι συνέσιν καὶ μετάνοιαν εἰς ἐπιστροφὴν τῆς ἀληθείας, ὅθεν ἐξέφυγες, καὶ ἀποκαταστήσοι πάλιν τοῖς ταπεινοῖς λαοῖς εἰς σὰν ποιμμάτων Χριστὸν, καὶ εἰς μίαν ποίμνην τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν καὶ ἱερέων· καὶ τὴν εἰρήνην ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν παράσχοι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

PRÆFATIO
ANASTASII BIBLIOTHECARII
IN SEPTIMAM SYNODUM,
AD JOANNEM VIII. PONT. MAX.

Domino coangelico Joanni pontifici summo & universali papæ Anastasius exiguus.

EX interpretata nuper decessori vestræ beatitudinis * Hadriano reverendæ memoriæ papæ sancta octava & universali synodo, indecorum & inconveniens arbitratus sum septimam * synodum, quæ præsidente in vicariis suis beatæ recordationis prædecessore vestro * Hadriano apud Nicæam secundo conveniens sub Irene seu Constantino imperatoribus celebrata est, non habere Latinos. Nam nulla ratione octava dicitur vel teneri poterit, ubi septima non habetur: non quod ante nos minime fuerit interpretata, sed quod interpres pene per singula relicto utriusque linguæ idiomate, adeo fuerit verbum e verbo secutus, ut quid in eadem editione intelligatur, aut vix aut nunquam possit adverti, in fastidiumque versa legentium, pene ab omnibus hac pro causa contemnatur. Unde a quibusdam nec ipsa lectione, ut non dicam transcriptione, digna penitus judicatur: quod ipse intuens, nec proprio infirmo corpori parcens, auxiliante Domino, hanc nisus sum interpretari Latinis, indecens & incongruum censens vestram maxime omnium ecclesiarum magistram, Romanam videlicet ecclesiam, eadem synodo defraudari, cum videam posteriori, id est octava, magnificentissime decorari. Præsertim cum sacræ bibliothecæ vestræ, cujus minister vestra dignatione consisto, ex hoc quod desuper mihi datum est, debitor sum ministrare: si tamen æmulatus apostolum, ministerium meum studeam honorare. Sane notandum est, quædam in hac synodo ex apostolorum & sextæ universalis synodi canonibus & sententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur nec admittuntur. Et certe de apostolorum canonibus liquido novimus, quoniam his quidam * facile non præbuere consensum. Sed & prædecessor vester beatissimus papa Stephanus non ex his plusquam quinquaginta recipiendos synodice promulgavit; licet quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Unde apostolatu vestro decernente non solum illos solos * quinquaginta canones ecclesia recipit, sed & * omnes * eorum, utpote Spiritus sancti tubarum quin & omnium omnino probabilium patrum, & sanctorum conciliorum regulas & institutiones admittit, illas dumtaxat quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, sed nec sedis Romanæ decretis ad modicum quid resultant, qui potius adversarios, id est, hæreticos potenter impugnant. Ergo regulas, quas Græci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis hujus pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversæ: quamvis om-

* II. Hadrianus hic erat.

* universalem

* De Hadriano loquitur hujus nominis I.

* facilem

* apostolorum.

* Ita MSS. omnes eorum ideſt, Apostolorum. Hard.

* 1. Pontif. cum Romanorum.

ANNO CHRISTI 787.

omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ; sed nec in cæterarum patriarchalium sedium, licet Græca utantur lingua, reperiantur archivis: nimirum quia nulla earum cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est, quamquam eosdem patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inventi: sed hoc nullis probare certis possunt indiciis. In eo sane, quo frequenter * universalem in hac synodo Græci patriarcham suum inconvenienter appellant, apostolatus vester adulationi veniam det, sæpe prælatis suis non sine reprehensione placere studentium. Verum cum apud Constantinopolim positus frequenter Græcos super hoc vocabulo reprehenderem, & fastus vel arrogantiæ redarguerem; asserebant, quod non ideo œcumenicum, quem multi universalem interpretati sunt, dicerent patriarcham, quod universi orbis teneat præsulatum; sed quod cuidam parti præsit orbis, quæ a Christianis inhabitatur. Nam quod Græci œcumenem vocant, a Latinis non solum orbis, a cujus universitate universalis appellatur, verum etiam habitatio, vel locus habitabilis nuncupatur. Sed & illud notandum, quoniam ubicumque in hujus synodi textu subsistentiam posui, personam intelligi volui. Quod enim Græce hypostasis dicitur, hoc nonnulli personam, nonnulli vero subsistentiam interpretati sunt. Porro subsistentiam multi personam, multi vero substantiam etiam intellexerunt. At illos ego secutus, qui subsistentiam non substantiam, sed personam intelligi voluerunt (magni quippe sunt) ubicumque Græce in hoc codice hypostasim reperi, in subsistentiam transtuli, hanc personam, sicut & alii quamplurimi, volens intelligi. Tanta igitur auctoritate sancta ecclesia prædita non potest dissimulare, non potest quisque semet rationabiliter ab imaginum sacrarum adoratione avertere. Alioquin vestra debet pia doctrina doceri, censuraque apostolica corrigi. Præsertim cum nulli sit fas a suo capite * discidendi, nec quod vestram viderit tenere sedem, quæ omnium est magistra, quomodo respuendi. Quæ enim super venerabilium imaginum adoratione præsens synodus docet, hæc & apostolica sedes vestra, sicut nonnulla conscripta innuunt, antiquitus tenuit, & universalis ecclesia semper venerata est, & hactenus veneratur: quibusdam dumtaxat Gallorum exceptis, quibus utique nondum est harum utilitas revelata. Ajunt namque quod non sit quodlibet opus manuum hominum adorandum; quasi non sit codex evangeliorum opus manuum hominum, quem quotidie osculantes adorant; venerabilior cane, quem non esse opus manuum hominum procul dubio non negabunt. Similiter & forma sanctæ crucis, quam se adorare omnes ubique Christiani fatentur: in quo videlicet considerare libet, quia si quamlibet crucem auream vel argenteam aut ligneam adoramus, quæ utique non eadem est ipsa crux, in qua salus nostra patrata est, sed figura & imago ejus, quare non adoremus figuram & imaginem ejus, qui eamdem salutem operatus est in medio terræ? Venerabilior namque est qui salutem operatus est, quam ea materia, in qua idem salutem operatus est. Ac per hoc magis adoratione digna imago Christi salutem operantis, quam imago crucis salutem tantummodo bajulantis. Quamobrem beatissime papa super montem excelsum ascende, sta in fortitudine, quasi tuba vocem exalta. Ecce enim Deo auctore, angelo tua, ut quondam Petri, percutiente latera surrexisti; lumbos accinxisti, lucernam accendisti, zelo Dei comederis: supersit tantum, ut fidem quam credis, doceas: viam quam tenes, cunctis ostendas. Quatenus Deo auctore, te filio excussorum, prophetarum scilicet & apostolorum, ductore, per invia nos omnes Christi oves solertiæ tuæ per Petrum & in petra commissæ, inoffensis gressibus incedamus, & ad amœna vitæ perennis pascua, Christo aperiente, qui claves regni in ipso & per ipsum tibi tradidit, feliciter ingredi mereamur. Apostolatum vestrum ad exaltationem ecclesiæ suæ, ac communem nostrum salutem, per multos annos gratia superna custodiat, domine sanctissime papa.

* œcumenicum.

* for. discedendi.

Caput III. præf. Anastasii bibl. Act. 11.

Tituli designantes in brevi quæ in hoc codice continentur.

PRima actio continet testimonia diversarum probabilium scripturarum, quibus ostenditur hæreticos ab hæresi ad orthodoxam fidem conversos posse suscipi. Similiter & eos, qui cum fuerint sintve orthodoxi, manus tamen impositionem ab hæreticis habuerunt.

Secunda vero continet actio lectionem epistolarum Hadriani Papæ Romani, & secundum tenorem earum cunctorum sacerdotum, qui interfuerunt synodo, professionem & promulgationem.

Tertia autem actio continet receptionem antistitum ab hæresi conversorum, & synodica Tarasii patriarchæ, & rescripta orientalium sacerdotum, nec non & subscriptiones episcoporum, Hadriani Papæ ac orientalium pontificum scripta approbantium, & ita se sapere promittentium.

Quarta dehinc actio circumfert testimonia sacræ scripturæ ac diversorum sanctorum patrum pro imaginibus.

Quinta præterea continet actio testimonia ostendentia, Iconomachos æqualia super imaginibus reprobis quibusque operari vel sapere hæreticis.

Sexta vero designat actio hæreticorum blasphemias, & harum validam destructionem.

Septima porro circumfert actio terminum sanctæ synodi hujus, subscriptiones episcoporum, epistolam synodi imperatoribus missam. Item aliam ad clerum Constantinopolitanum; sermonem laudatorium, & canones ab eadem synodo promulgatos. Item epistolam Tarasii sanctissimi patriarchæ ad Hadrianum summum pontificem pro synodo. Item ejusdem ad eumdem de non ordinandis ecclesiasticis officiis per pecunias. Item ejusdem ad Joannem presbyterum, hegumenum & anachoretam, pro eadem re.

Divalis sacra directa a Constantino & Irene Augustis ad sanctissimum & beatissimum Hadrianum papam senioris Romæ.

Cap. IV. sacra Imper. ad papam.

QUI a Domino nostro Jesu Christo vero Deo nostro suscipiunt sive imperii dignitatem, sive principalis sacerdotii honorem, debent quæ illi placita sunt, & cogitare & curare, & creditos sibi ab illo popu-

CAP. IV. SACRA IMPER. AD PAPAM.

los secundum ejus voluntatem regere & gubernare. Ergo debitum nobis & vobis, o sanctissimum caput, hoc est, ut irreprehensibiliter quæ ejus sunt sapiamus, & in suis versemur, utpote ab ipso nos quidem imperium, vos vero principalis sacerdotii dignitatem suscipientes. Incipimus ergo hinc sermonem. Scit vestra paterna beatitudo quæ pridem facta sunt in hac nostra regia civitate propter venerabiles imagines; qualiter qui ante nos regnaverunt, eas destruxerunt, & in dehonestatem atque injuriam posuerunt: (utinam illis non imputetur; melius enim fuerat non mittere manus suas in ecclesiam:) omnem populum qui hic est, imo orientalem eodem modo seduxerunt, & in propriam voluntatem retraxerunt: usquequo Deus suscitavit nos regnare in his, qui in veritate quærimus gloriam ejus, & tenere quæ tradita sunt ab apostolis suis, & omnibus suis doctoribus. Unde nunc constanter cum mundo corde & vero cultu, quæ ad Deum pertinent, una cum omnibus subditis nostris, & his sacerdotibus doctissimis, locuti sumus, & cum consilio decrevimus, ut fieret universale concilium. Et rogamus vestram paternam beatitudinem, imo vero Dominus Deus rogat, *qui vult omnes salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*; ut det se ipsam, & nullam tarditatem faciat, & ascendat huc in stabilitatem & firmitatem antiquæ traditionis super venerabilibus imaginibus: debitum enim illi est hoc facere; agnoscit vero quia scriptum est: *Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, dicit Dominus*. Et, *Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & de ore ejus egredietur lex, quoniam angelus Domini exercituum est*. Et iterum divinus & veritatis prædicator apostolus, qui ab Jerusalem & circuitu usque Illyricum prædicavit evangelium, sic mandavit: *Pascite gregem Domini cum disciplina, quem acquisivit proprio sanguine*. Et tamquam verus primus sacerdos, & is qui in loco & sede sancti & superlaudabilis apostoli Petri præsidet, sicut dictum est, ascendat, & simul cum omnibus sacerdotibus, qui hic sunt, inveniatur, & voluntas Domini fiat: *Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo*, sicut evangelice didicimus, *ibi sum in medio eorum*. Certificetur enim & confirmetur a magno Deo & rege, omniumque Domino nostro Jesu Christo, & a nobis servis ejus, quod ascendentem vestram paternam & sacram beatitudinem huc cum omni honore & gloria habemus & suscipere, & quæ opportuna sunt impartiri. Et iterum expleto capitulo, quod beneplacito Dei Christi speramus fieri, cum honore & magnitudine præire illam habemus ad remeandum ad propria. Si enim non potuerit ascendere huc (quod putamus non fieri: scimus enim eum studiosum esse circa divina) eligat viros honorabiles, habentes scientiam, & dirigat una cum syllabis, ut inveniantur ex persona sacræ & paternæ vestræ beatitudinis hic. Verumtamen convenientibus ipsis cum omnibus sacerdotibus qui hic sunt, synodice confirmetur antiqua traditio sanctorum patrum nostrorum, & confundatur omne zizanium male plantatum, & Domini nostri Salvatoris Jesu Christi verbum impleatur, quoniam *portæ inferi non prævalebunt adversus eam*. Et ex hoc non sit schisma & separatio in una sancta catholica & apostolica ecclesia, cujus est caput ipse Christus verus Deus noster. Constantinum præterea sanctissimum episcopum * Leontinum Christo amabilis Siciliæ nostræ insulæ, quem etiam noscit paterna vestra beatitudo, adduximus ad nos, & facie ad faciem loquentes direximus cum præsenti nostra venerabili jussione ad vos. Qui cum venerit ad vos, continuo absolve eum, ut remeet ad nos, scribens nobis per ipsum adventum tuum, quibus diebus habet moveri illinc, & proficisci ad nos: porro sanctissimum episcopum Neapolitanum omnino tenere habet, ut cum ipso ascendat huc. Etenim iter vestrum per Neapolim & Siciliam habet fieri: & super hoc stratego Siciliæ jussimus, ut omnis requiei & honoris vestri curam habeat, quo veniat vestra paterna beatitudo ad nos. (Legimus.) Data IV. Kal. Sept. indict. VII. a regia urbe.

ANNO CHRISTI 787.

Matth. 18.

1. Tim. 2.

* Leontinum

Anno Ch. 784

Isai. 50.

Malach 2.

Rom. 15.

Acta Septimæ Synodi.

Πρακτικὰ τῆς ἑβδόμης συνόδου.

CAPUT V. TARASII ORATIO.

Apologeticus ad populum a Tarasio a secretis compendiose dictus die qua intimaverunt imperantes Irene & Constantinus populis, ut fieret patriarcha: qui & promotos est indictione octava, anno a creatione mundi 6293.

An. Ch. 784.

Ἀπολογητικὸς πρὸς τὸν λαὸν χειρισθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐδήλωσαν οἱ βασιλεύοντες τοῖς λαοῖς τὸ γενέσθαι πατριάρχην, παρὰ Ταρασίου τοῦ κατὰ προχειρισθέντος εἰς ἰνδικτιῶνα ὀγδόην, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ςϡϟγ'

IMmaculatæ fidei nostræ, id est, Christianorum custodes, & eorum quæ in gloriam Dei fiunt æmulatores, fideles imperatores nostri, tamquam omnium in beneplacitum ejus, & in commodum nostrum, Christianorum videlicet curam facientes, & maxime nunc ecclesiastica negotia diligenter & solicite considerantes, quo summus sacerdos in hac regia urbe sua constitueretur, in suæ pietatis animum me assumpserunt, & ut manifestum mihi redderetur quod consiliati sunt, præceperunt. Cum ego hoc me indignum esse pronunciarem, & nullam condescensionem facerem (utpote qui jugum hujus sarcinæ portare & sufferre non possem) jusserunt me adduci ante faciem vestram, pro eo quod & hujus consilii participes ef-

Οἱ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως τοῦ Χριστιανῶν φύλακες, καὶ ζηλωταὶ τοῦ εἰς δόξαν Θεοῦ γινομένων πιστοὶ βασιλεῖς ἡμῶν, ὡς πάντων εἰς ἀρέσκειαν αὐτοῦ, καὶ εἰς συμφέρον ἡμῶν τοῦ Χριστιανῶν τὴν φροντίδα ποιούμενοι, μάλιστα δὲ τοῦ ἐκκλησιαστικῶν καὶ νῦν ἐπιμελῶς διαμεριμνήσαντες, καὶ διανοηθέντες τὸν ἀρχιερέα προχειρισθῆναι ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι αὐτῶν πόλει, ἐπὶ τὸ δίσεβῆ αὐτῶν νοῦν με ἀνέλαβον, καὶ φανερῶς μοι ἐξεπεῖν τὸ βεβουλευμένον αὐτοῖς ἐκέλευσαν. ἐμοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀνάξιον ἐμαυτὸν εἶναι ἀποφαινομένου, καὶ μηδεμίαν συγκατάθεσιν ποιησαμένου, ὡς τὸν ζυγὸν τοῦ φορτίου μὴ δυναμένου βαστάσαι ἢ ὑποσηκεῖν, ἐκέλευσάν με προαγάγαι κατὰ πρόσωπον ὑμῶν, διότι καὶ σύμψηφοι γεγόναπε τῇ βουλῇ ταύτῃ· καὶ

νῦν

ANNO CHRISTI 787.

νωῖ ὃν ἄνδρες φοβούμενοι τὸν Θεόν, καὶ ἔχοντες ἀν- A
τὸν ἀεὶ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, οἱ τῇ Χριστοῦ
κλήσει τὰ ἀληθινὰ Θεοῦ ἡμῶν ὀνομαζόμενοι, Χρι-
στιανοὶ λέγω, ἀκούσατε βραχυ λόγον ἀπολογίας
παρὰ τῆς ἡμετέρας ἀτελείας καὶ ἀθενότητος. ἐγὼ
μὲν εἴτι τοῖς εὐσεβέσιν ἡμῶν βασιλεῦσι καὶ κατὰ πάντα
ὀρθοδόξοις ἀπελογησάμην, καὶ ἐνώπιον ὑμῶν προ-
σαπολογοῦμαι· ὅτι φόβῳ συνέχομαι καταθέσθαι
ἐπὶ τῇ ψήφῳ ταύτῃ, καὶ βλαβῶμαι ἀπὸ προσώ-
που τοῦ Θεοῦ προσδραμεῖν ὅπως δύσκολος, καὶ ὡς
ἔτυχεν ἀπερισκέπτως, ἵνα μὴ ὑποπέσω φοβερῷ κα-
τακείματι. εἰ γὰρ ὁ Θεοῦ φωνῶν ἀκροασάμενος,
οὐρανόν τε ἐσχηκὼς παιδαγώγιον, καὶ παραδείσου θεω-
ρὸς γεγόμενος, ἀκούσας τε ἀῤῥητα ῥήματα, καὶ βα- B
σάσας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασι-
λέων, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος Κορινθίοις
γράφων ἔλεγε· μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκι-
μος γένωμαι. πῶς ἐγὼ ὁ τῷ κόσμῳ συναναστρεφόμενος, καὶ μὴ λαϊκῶν ἠριθμημένος, καὶ
στρατευόμενος ἐν ταῖς βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις, ὅπου
χωρεῖς ἀνακρίσεως καὶ προσκέψεως δύναμαι εἰσπη-
δῆσαι εἰς τὸ τῆς ἱερωσύνης μέγεθος; φοβερὸν
τὸ ἐγχείρημα πρὸς τὴν ἐμὴν σμικρότητα, θρασὺ
τὸ ἐπιτήδευμα· ἡ δὲ αἰτία μᾶλλον τοῦ φόβου καὶ
τῆς ἐμῆς παραιτήσεώς ἐστιν αὕτη· ὁρῶ καὶ βλέπω
τὴν ἐμοὶ τὴν πέραν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν τεθε-
μελιωμένην ἐκκλησίαν αὐτοῦ διεσχισμένην νῦν καὶ C
διηρημένην, καὶ ἡμᾶς ἄλλοτε ἄλλως λαλοῦντας,
καὶ τοὺς ἀνατολῆς ὁμοπίστους ἡμῶν Χριστιανοὺς ἑτέρως·
καὶ συμφωνοῦντας μὲν αὐτοῖς τοὺς τῆς δύσεως,
ἠλλοτριωμένους δὲ ἡμᾶς ἐκείνων ἁπάντων, καὶ καθ'
ἑκάστην ὑπ' αὐτῶν ἀναθεματιζομένους. δεινόν ἐστι τὸ
ἀνάθεμα, πόῤῥω τοῦ Θεοῦ βάλλει, καὶ τῆς βασι-
λείας τῶν οὐρανῶν ἐκδιώκει, ἀπάγον εἰς τὸ σκότος
τὸ ἐξώτερον. οὐκ οἶδεν ὁ τῆς ἐκκλησίας νόμος καὶ
ὅρος ἓν μὴ φιλονεικίαν, ἀλλ' ὥσπερ οἶδεν ὁμολο-
γεῖν εὐσεβῶς τὸ βάπτισμα, μίαν πίστιν, ὅπω καὶ
συμφωνίαν μίαν ἐπὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ πράγ-
ματος. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ
εὐαπόδεκτον καὶ εὔαρεστον, ὡς τὸ σωθῆναι ἡμᾶς, D
καὶ γενέσθαι μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καθὰ καὶ
ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς εἰλικρινοῦς ἡμῶν πίστεως ὁ-
μολογοῦμεν. καὶ αἰτοῦμαι ἀδελφοί· οἶμαι δὲ καὶ
ὑμεῖς, ἐπειδὴ γινώσκω τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχειν
ὑμᾶς· παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ ὀρθοδόξων βασι-
λέων ἡμῶν, συνόδου οἰκουμενικὴν συναθροισθῆναι,
ἵνα γενώμεθα οἱ τοῦ μόνου Θεοῦ σύ. καὶ οἱ τῆς
τριάδος, ἡνωμένοι καὶ ὁμόψυχοι καὶ ὁμότιμοι. οἱ τῆς
κεφαλῆς ἡμῶν Χριστοῦ, σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον· οἱ τοῦ ἁγίου πνεύμα-
τος, οὐ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ συναλλήλοις· οἱ
τῆς ἀληθείας, τὸ αὐτὸ φρονοῦντες καὶ λέγοντες, E
καὶ μὴ ᾖ ἔρις καὶ διχοστασία ἐν ἡμῖν· ὅπως ἡ εἰ-
ρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσῃ
πάντας ἡμᾶς. καὶ εἰ μὲν οὖν κελεύσουσιν οἱ τῆς ὀρ-
θοδοξίας προμάχοι βασιλεῖς ἡμῶν ἐπὶ τῇ ἐμῇ
ἀλόγῳ αἰτήσει ἐπινεῦσαι, συγκατατίθημι κἀγὼ
καὶ τὴν κέλευσιν αὐτῶν ἐκπληρῶ, καὶ ὑμῶν τὴν ψῆ-
φον ἀσπάζομαι. εἰ δὲ μήγε, ἀδυνάτως ἔχω
τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὑποβληθῶ τῷ ἀναθέματι,
καὶ ἀῤῥεθῶ κατακεκριμένος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ
κριτοῦ τῶν ὅλων καὶ τῆς οἰκουμένης· οὔθ' οὗτε
βασιλεῖς, οὔτε ἱερεῖς, οὔτε ἄρχοντες, οὔτε πλῆ-

